

Luminare Maius

DV 13

Radice

Radice dino cubato
+ ramis 3ij Infundum
et ff vij d' aqua et Sui xij
por in agnoscere radice d.
caprobactar 7 rad d cubore
3ij radice d. grameyna 7 3
ma blusa in Ar. in uale d' d' d'

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
- Med. Naturhist. Abt. -
DUSSELDORF
V 12

AM Curiosa

Radice Lina cubata
+ ramis 3ij Infundum
in lb vij d' aqua q' dicitur xij
pro vii agnomum radice d.
caprobactar q' rad d' cubore
3ij radice d. graminea q' B
Ina blusa in Ar. in uale d' d' d'

St. Joanne Magnificus

~~Gracat~~ dracach

no not due in che de
vi 3 Apr. in apl fume
cap. vii in an a d

[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, possibly Latin or German, covering the upper half of the page.]

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
- Med.-Naturwiss. Abt. -
DUSSELDORF
V 12

[Faint, illegible handwritten text in blue ink, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]

UNIVERSITÄTS- UND
LANDESBIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

LVMINARE MAIVS.

*Cinthus ut totum radiüs illuminat orbem .
Illuminat latebras sic medicina tuas.*

LVMEN APOTHECARIORVM
THESAVRVS AROMATARIORVM.

Omnia diligentissime nuper castigata .



VIRTVTE DVCE



COMITE FORTVNÆ.

VENETIIS apud Ioan. Grypbium.
M D XLVI.

L. V. M. I. I. (40) M. A. I. V. S.


Quintus et sextus et septimus et octavus

et nonus et decimus et undecimus

IN MEN. POT. THEOR. ION. M.

THEOR. ION. M. A. I. V. S.

Quintus et sextus et septimus et octavus



Opus hoc undecim sectionibus distinguitur. Prima electuaria, continet. Secunda conditorum formam insinuat. Tertia ipsa loch enumerat. Quarta syrupos ac robub complectitur. Quinta decoctiones instruit. Sexta trociscos comprehendit. Septima de sief inscribitur. Octava pillulas componit. Nona de suffuf agit. Decima unguenta, cerota, emplastraq; instituit. Undecima de oleis tractatum claudit. Distinctio autem hae perutilis subdita est ne lectoribus tedium generetur.

L V M I N A R E M A I V S

IOANNIS IACOBI DE MANLIIS ALEXANDRINI

hoc est lucidissima interpretatio medicamentorum Ioannis

Mesue ac aliorum illustrium medicorum, quæ in præsentia

apud Medicos & Aromatarios in usu sunt.



LECTVARIUM de aromatibus quod scripsit Gal. & ligni aloes crudi. rosarum. añ. au. xii. gallie muscate, macis, doronigi, piperis longi, nucis muscate, menthe sicce, spice, casie, masticeis cinnamomi, gariofli, affari. añ. au. iiii. calami aromati, aur. iiii. croci, cardamomi maioris & minoris, trium sandalorū, reubarbari, costi, cubebe, zinziberis, seminis feniculi, anisi cheisim. añ. aur. ii. zuchari. unc. vi. miue aromaticæ. unc. xii. mellis dispumati. q. s. dosis eius a. ʒ. iiii. usq. ad aur. vi.

INTERPRETAVRI in presentiarum has descriptiones diui Ioannis Mes. ac aliorum medicorum onus humeris nostris impar supplices de voces reddimus, ut sui roris intima nostra aspersione fecundet, ut tandem è vasto pelago in securum salutis portum nos redigat. Intendimus itaq. in hoc opere descriptiones quarumcunq. medicinarum tam usualium q̄ non usualium, tam solutiuarum q̄ non solutiuarum, quæ communiter apud apothecarios haberi debent ex diuersis omnium ferè medicorum uoluminibus excerptas aggregare, & simplicitia in eis ingredientia, quoad ingenii nostri debilitas patietur declarare, eorum ualeat complexionem, electione &c. ut legenti patere poterint. Et si de quopiam simplici auctores dissentire inter se uidentur (si fieri poterit) conciliare. q̄ si minus cui magis innitentium sit dicere proposuimus. Quia si qua minus bene dicta extiterint, quod quidem humanis ingenijs est familiare, ueniam postulantes ea lectoribus examinanda, & corrigenda proposuimus.

IN ELECTUARIO igitur proxime descriptio multa simplicitia ingrediuntur quæ sunt declaranda. Sed primo dicemus, quare dicatur electuariū. dicitur ergo electuariū, quia si electū, quia ex multis & uariis rebus electuaria cōficiuntur, & differentia inter ipsa sunt multæ, quia quædā sunt dulcia, quædam amara, quædam acetosa, ut diaprunus, uel damascenum prout apparebint in descriptione infra in antidotario Nicolai, & diatamarindus qui sit ex dactylis acetosis, & sic de singulis. secundum autem Mattheum syluaticum electuariū diaroma est electuariū de aromatibus.

Recipe ergo ligni aloes crudi idest non costū, quia costū in medicina nullam aut paruam habet efficaciam, & posset dici sicut dicit Mesue de rosa al. & de reubarbaro quod lignum aloes costum in medicina est sicut homo mortuus. De ligno aloes uide Mattheum syluaticum in cap. proprio auctoritate casii felcis ubi inquit, multi arabes faciunt ipsum bullire in aqua & illa aqua utitur ad multa. tale ergo lignū aloes amisit uirtutē & spiritū. Istud uero lignū est lignum arboris suauissimi odoris secundum quosdam, & est lignum quod reperitur in magno flumine superioris babilonie, cui coniungitur fluuius paradisi terrestris. unde quidam dicunt quod impulsione fluuii ab arboris terrestris paradisi conductur, nullus tamen huius arboris fertur uidisse originem. Alii autē dicunt quod in cacuminibus montū supra scriptorum locorum circa prædicta loca existētium oritur hoc lignum, & impulsione uentorum aut temporis uetustate cadit in fluuium prædictum. infra in confectioe de xij. aloes ostendam modum cognoscendi bonum à malo.

Rosarum. s. rubearum, de quibus semper intelligitur cū simpliciter rose proferuntur. unde Mesue in cap. proprio de rosas inquit, melior est rubea uere rubedinis, paucorum foliorum & planorum, & ex albis melior est habens similiter. Bulchafim qui seruator dicitur in tractatu. 2. in cap. de modo desiccandi rosas & reponendi eas ait. sciendum quod qui siccauerit lib. 10. rosarum mundatarum conuertetur ad lib. 1. quando erunt sicce, & si rose fuerint ex montibus possibile est quod remaneat plus, & rose de montibus sunt fortiores odoris q̄ hortulanæ. & ita earum aquæ, & ita est de omnibus herbis & floribus, quia quæ nascuntur in montibus sunt fortiores hortulanis, et his quæ nascuntur in locis depressis. & ratio est, quia in eis est minor humiditas et magis digesta. & illa pauca non impedit actionē partium calidarum.

Ana græcè significat pariter siue equaliter, & sic ubi hæc dictio ponitur equale pondus de unaquaq. medicina nominata est assumendum.

Atreus secundum modernos est pondus dragme unius cū dimidia, & similiter solidus, ut ait Simon Ianueñ. unde. Si solidum queris tres dragmas dimidiabis.

Gallia muscata est quedam confectio quæ fit in forma troscata. sicut apparebit infra in tractatu de troscis.

Macis apud Aui. in. 2. cañ. ex auctoritate filii Mesaugue est cortex nucis muscate, sed secundum circa instans non est uerum, qd̄ infra in electuario de mace declarare intendo.

Doronici siue doronigi sunt quædam radices parue saporis dulcis similes calamo aromatico in colore & figura. Serapio capitulo de doronicis. inquit. uaronigi. i. doronicū & sunt uenæ albe interius, exterius uero sunt ad citrinitatē tendentes, & defertur ex sin. & doronicum ex sin est illud qd̄ magis administratur in medicina, & hoc est satis notum.

Piperis longi quod apud arabes uocatur darfulfel. species uero pipis sunt tres, ut in diatrion pipereon descriptione apparebit.

Nucis muscate. hæc omnibus nota est quidam uocant eam miristicam. idest odoriferam siue redoilentem inde ca rhea miristica. i. nux odorifera siue nux muscata. circa instans ait. nux muscata fructus est cuiusdam arboris in india nascētis, tēpore maturitatis colligitur, & p̄ septē annos seruiatur.

Menthe sicce. s. menthe hortulane siue cōis siue odorifere. Hæc apud Dios. uocatur ediosmū. ponitur autem in hoc electuario sicco, quia uirtuosior est uiridi. circa instans. in cap. de mentha ait, mentha domestica uiridis minorē habet efficaciam in medicina q̄ sicca, siccat autem in umbra, & per annum conseruiatur.

Spice. s. spice nardi uel spice aromaticæ, siue spice auiū dicit Aui. in. 2. cañ. in cap. proprio, & sic semper qñ reperitur spice simpliciter, de spica nardi intelligitur secundum circa instans. spica per. x. annos potest seruari in loco sicco.

Casie. i. casie lignæ. Auicē. in. 2. canon. dicit quod est cortex mori alceni, & est specierum plurium, quarum una est rubea boni saporis & odoris, & altera species eius est cuius sapor est sapor spice &c. melior uero est illa quæ est rubel coloris, pura, plana longi ligni, grosse, canne, subtilis foraminis, solida, grossa, bobi odoris quæ mordicat linguā, nigra uero est mala. Circa instans ait. Casia lignea est cortex cuiusdam arboris nascentis iuxta babiloniam, est autem casia duplicis maneriei. s. casia fistula & casia lignea, cum aut casia simpliciter inuenitur intelligendū est de casia lignea.

Lumi. ma.

A ii

SECTIO PRIMA

Mastix est gummi cuiusdam speciei lentisci quæ nascitur in sola insula Chio, ut est apud Simo. Januë. seu secundum Isido. in cap. de arboribus. mastix arboris lentisci gutta est. melior autem in Chio insula gignitur odoris boni. ut Serap. in cap. de mastice auctoritate Gal. albus ex mastice est ille qui dicitur glutem romanum &c. & melior secundum Aui. est ille qui est albus magnus mundus.

Cinnamomum. i. cinnamomum subtile & electum. species uero ipsius ut dicit Serapio. in suo cap. sunt multe. & ibi dicitur ex auctoritate Dios. darfeni. i. cinnamomum dicitur lingua persica arboris. & darfeni quod sunt multe species, & denominantur pluribus nominibus & diuersis secundum diuersitates locorum. infra in confectio de cinnamomo est de ipso aliquid ostendit.

Gariofilorum siue chariofilorum ut dicit grecus, & sunt fructus satis noti omnibus, tamen de ipsis melius declarabo infra in aromatici gariofilati descriptione.

Affarus. i. affara bachara quam multi gariofilata agrestia uocant, quod aromatariorum utitur foliis ipsius in medicina, sed male faciunt. uide Mesue in cap. de affaro ubi sic ait. electio melior pars plantæ istius est radix. & melior radix quæ est grossa spissa, & cuius odor est subtilis, & sapor acutus cum stipticitate modica, apud nos in locis humidis nascitur, cuius folia sunt similia cissos. i. herede sicut est notum omnibus. De affaro per simplicia scripto. uide Dioscoridē. est enim alia herba quæ a multis uulgari sermone prouincula nuncupatur.

Calamus aromaticus, sicut inquit Sera. ex auctoritate Dios. nascitur in India, & melior ex eo est cuius color est sicut hyacinthus, & habet nodos spissos. & quoniam contunditur habet in se neruositates, & canna eius est plena quadam re simili texture aranæ, cuius color est albus & est uiscosus, & in sapore eius, ut dicit Gal. est acuitas & punctio pauca.

Diosco. autem de calamo duo capitula facit. unum de calamo aromatico quod in India nascitur, cuius optimus est in colore rufus cum nodis spissis, & iste est ille quod nobis usu uenit, aliud capitulum facit de calamo agresti, & iste uidetur esse species graminis, sicut patet per Sera. cap. de gramine. & hæc est planta uenena animalibus, quia ibi Dios. ait calamus agrestis maior est in omnibus abaceotis, quæ si animalia comedunt citius affert mortem, & maxime ille quod in uicibus babilonis nascitur.

Croci. i. croci communis siue orientalis, siue zahafaran. ut dicunt arabes. & est alius quod dicitur hortulanus & insectius, eo quod ex ipso sericum tingitur. iste est flos carthami. Dios. in cap. de croco dicit. crocus est medicine utilis, sed melior est recens boni coloris & subtilis odoris & mediocriter subalbidus & longus non fragilis, sed plenus cuius tactu inficit manus, & qui non habet secum odorem uiscidum, quod si ista non habuerit, signum est quod uetus est, aut infusus.

Cardamomum maius est heil, ut reperitur apud Sera. in cap. de cardamomo ubi inquit sic cacolla. i. cardamomum, cardamomum maius est heil. & est minus & est hilibane. & masculus. Bartholomeus montagna. in suis consimilis in tract. 21. de egritudinibus apparentibus in extremitatibus. & primo de hernia. & de omnibus speciebus hernie ait. cobetbaque, & est in rei ueritate maius cardamomum a uulgo nominatum meleta. & sic est uide Auicē. in 2. cap. quod de cobetbaque cap. facit. & ibi dicitur quod est granum paruum simile cardamomo quod defertur de sclaunia. & sic uerum est quod cobetbaque est nux sarta quæ a uulgo meleta dicitur, eo quod grana eius simulantur mellice granis. Et sic hodie ab apothecariis nobilibus ponitur pro heil, siue cardamomo maiori, siue grana paradisi meleta quæ apud omnes est satis nota.

Cardamomi minoris est hilibane, & non habet capita nec corticem, & habet grana hirtia cortice, cuius color est sicut cardamomi maioris, & substantia eius est subtilior quam substantia maioris, & uirtus eius est sicut uirtus illius, & istud secundum intentionem modernorum, est illud cardamomum quo cõter utimur, & istud intelligitur quoniam simpliciter ponitur. non autem est nigella citrina nec nigra, ut putauerunt quidam.

Trium sandalorum, uidelicet sandali albi, rubei, & citrini, qui satis sunt noti:

Reubarbarum uero ut dicit Mes. est ex medicinis benedictis solenibus, in quo aggregantur multe ex intentionibus quæ quarantur in re faciente mundificationem. reubarbarum uero dicitur a reu quod est radix, & barbarum, eo quod in barbaria regione oritur, & in India, neque illud omittendum cen sui, quod ammiānus marcellinus de eodem refert, tanai filio uisio qui europa asiãque determinat uicinum esse amnenrha nomine, in cuius ripis & marginibus nascitur radix eiusdem nominis. ex reubarbaro laudauerunt magis illud ex eis, quod est subnigrum declinans ad rubedinem infra in confectio de raued seni melius docebo discernere bonum a malo, si deus uoluerit.

Costus est radix amara, reperitur aliquando in multis confectioibus scriptum costum dulce, sed nec uidi, nec audiui aliquem qui dixerit se uidisse, de ipso tamen apparebit iterum infra in confectio diacosti.

Cubebe est quidam fructus rotundus aliquatulum depressus & latus inter folia eius repertus, qui quoniam maturus fuerit uertigit ad rubedinem, & intra ipsum est granum triangulatum. auctor est Sera. secundum circa instans cubebe est fructus cuiusdam arboris in India nascens. potest autem seruari per decem annos. eligenda est quæ mediocriter habet acutum saporum cum multa aromaticitate, & modica dulcedine. Auicē. in 2. ait cubebe eius uirtus est similis rubeg. ueruntamen est subtilior. & infra apparebit electuarium diacubebe. & ibi de ipso iterum aliqua subiungam si deus uoluerit.

Zinziber est radix satis nota, circa instans ait. zinziber quidam dicunt ipsum est radicem arboris, alii dicunt ramusculum arboris, sed ipsum est uena seu radix herbe nascentis in transmaritimis partibus, & montibus sclaunie.

Feniculi semine est illud quod apud grecos dicitur maratrum. unde macer. Feniculum medici calidum siccumque secundo dicitur esse gradu. maratrum grecus uocat illud.

Anisi. i. semine ipsius Aui. in secundo cap. de aniso dicit quod semine ipsius feniculi romani est & est minoris acuitatis quam nabathi, & in ipso est dulcedo & est acutius quam nabathi electio romanum ponderosius est. secundum circa instans eius semen seruatur per quatuor annos.

Cheisim uero est leuisticum sicut reperitur apud Simonem Januë. sed chaisim est abrotanum, & de forma ipsius platea reperitur apud Dios. sub nomine ligustici, eo quod plurima est titas ex eo nascitur in Liguria prouincia, unde nomen accepit. unde Macer. A ligurum patria sumpsisse ligustica nomen dicitur &c. & semen ipsius est illud quod efficaciam habet in medicina Aui. in secundo cap. de cheisim cap. facit circa instans ait. semen eius leuisticum appellatur semen non herba uel radix in medicinis debet poni. quod per tres annos seruatur.

Zuccharum est mel canne Auicē. in secundo cap. de ipso duo capitula facit. unum de zuccharo absolute. & dicit ibi quod eius hirtudo zucchari in naturam existit, & aliud de zuccharo alhufar, quod est manna cadens super alhufar. & est sicut fructus salis, & reperitur aliud zuccharum quod uocatur zuccharum tabarget. i. album ut est notum.

Miua aromatica. i. miua cum speciebus, siue miua aromatizata, cuius descriptio apparebit infra secundum Mes. in tractatu de syrupis. sub hoc titulo modus conditi de citoniis &c.

Mel apud Dios. est ros celestis, quæ apes colligunt, cuius genera duo sunt. unum quidem quod capilliones apes colligunt, aliud quod sub terra inuenitur. & atticum dicitur quod uariolæ & lanuginose & fortiores apes reponunt, & habetur melius ad oculorum claritatem faciens &c.

Mesue ponit quod istud electuarium debet fieri cum melle, sed hodie in nostris partibus fit in morsellis cum zuccharo, sed tempore antiquo utebantur magis melle in electuariis ac confectioibus quam nostro tempore, & hoc accidit, quia antiquo tempore non habuerunt ita cognitionem canarum zuc. sicut hirt modernis. si autem cum melle facere uolueris hæc est regula, quod per unaquam libra mellis bene dispumati ponatur. 3. an. sperum tritarum, & cribellatarum tunc fiet electuarium effectus melioris & operatio medici nobilior, quidam ponunt in libra una mellis dispumati. 3. i. s. pulueris specierum tritarum, sed tunc

DE ELECTUARIIS.

tunc confectio non est tate operationis, sed esset maioris delectationis ad gustum infirmi. in lib. una zuchari syrupizati & costi perfecte ponitur. & poni debet. 3. i. specierum preparatarum & cribellatarum. & tunc electuarium uel confectio erit perfectioris operationis secundum intentionem medici & scientie. si aut in lib. una zuchari syrupizati ut dictum est ponatur. 3. iiii. uel. iiii. pul. specierum dictarum tunc erit confectio melioris saporis, sed diminuetur illius operatio secundum medicum & penes intentionem medicinale. nos aut uolumus intelligere per puluerem specierum preparatarum omnia que possunt sunt ceteri, & si queritur qualiter mel ponitur in electuariis. dico quod tribus de causis mel ponitur in electuariis. ut dicit Nicolaus in phemio sui antidotarii. primo ad conferendum electuaria. nam pre ceteris liquoribus mel est bonum ad conferendum uadum. secundario ponitur, quia mel est ualde mundificatiuum, id est correctiuum malitie medicinarum, & proprie solutiuum. 3. quia sua dulcedine amaritudinem specierum temperat.

Dosis est limitata mensura uel pondus alicuius rei medicinalis simplicis uel compositi uidelicet spirituum herbarum aut electuariorum. & sic de singulis. Mel. habet dosis eius. s. electuarii est a. 3. ii. hoc est quod potest dari aut sumi. 3. ii. sine molestia.

ELECTUARIUM de gemis. & albarum margaritarum. 3. iiii. frugmetorum zaphyri hyacinti sardinis granatarum feruzegi. i. smaragdi. an. 3. i. s. zedoarie, daronici, corticium citri, macis feminis alfenimifch. an. 3. ii. corallorum rubeorum, charabe, limaturę eboris. an. 3. unius partes duas. beę albi & rubei, garioflorum, zinziberis, piperis longi, spice, foili croci. heil. an. 3. i. troc. diarodon. ligni aloes. 3. v. cinnamomi, galage, zurubet. an. 3. i. s. foliorum auri & argenti. an. aur. s. musci boni. 3. s. ambre. 3. ii. cõfice cum melle emblicorum, & colatura geleniabini de rosis partibus equalibus quantum sufficit.

Geme sunt lapides preciosi qui ingrediuntur istud electuarium. Isidorus in cap. de gemis ait. post marmorum genera gemę sequuntur, que multum auro decorem tribuunt uenustate colorum, primordia earum a rupe caucasi fabulę ferunt promethęum primũ fragmenta saxi eiusdem inclusisse feruero ac digito circundasse hoc fuisse anulum & gemam, ut tradit Plin. naturalis historie. lib. 37. genera gemarum innumerabilia esse traduntur, e quibus nos ea tantum que principalia sunt notissima annotabimus. geme uocatę sunt que instar gummi trasluceant. preciosi lapides ideo dicti sunt, quia magno precio emuntur, siue ut a uilibus discerni possint, seu que rari sint, & istud electuarium apud nos est in usu, & ualet mirabiliter ad ea que dicit Melue.

Albe margarite sunt lapides, dicti perle, qui in ostreis reperuntur, quod sunt perforate, alie non perforate, & perforate ut dicit. Mat. syl. sunt artificiose factę, & non naturaliter, sed non perforate, que naturales sunt meliores sunt perforate. & ideo quoniam in medicinis ponuntur non perforate intelliguntur, sed sunt alique obscure ad citrinitatem tendentes non perforate que perforate equipollent, & ideo eligende sunt clare & albe, que uero obscure quasi albidę sunt non sunt ponende in medicinis. Origo margaritarum inquit Plinius conche est haud multum ostrearum cochis differens dos omnis in cadore magnitudine orbe & pondere. uide ibi.

Fragmenta secundum Mel. sunt ex quibus lapidibus preciosis que omnes quibus istud electuarium ingrediuntur. Et sunt multum in usu in medicinis cordialibus, & ad multas alias necessitates, & sic quoniam doctor ordinat fragmentorum cordialium aut preciosorum intelligitur de illis quibus que inferius nominabo.

Saphyrus siue sirtes uocatur, eo quod in littore sirtium inueniatur, & est lapis sicut narrat Mat. syl. ex auctoritate Alberti, qui uenit ab oriente & india & in ipidomonio apud podium puincie regione & ciuitate, sed non est adeo preciosus, ut per omnia sit similis orientali. est aut coloris perspicui sicut cęli serenatum, sed uincit in eo flauus color. melior aut est que non satis est plucidus. optimus autem que habet nubes obscuras ad rubedinem declinantes. Isidorus ait. saphyrus ceruleus, & cum purpura habes pulueres aureos sparos optimus apud medos nusquam tamen plucidus, hic lapis est apud nobiles notus.

Hyacintus lapis est apud Serap. cuius spes sunt tres. una earum est coloris rubei. secunda est coloris citrini. tertia uero coloris chahali, & coloris antimonii, sed nobilior omnibus est rubeus, & quoniam inceditur ignis super eum rubeo multum. uirtus hyacinti est multum uulgata & honorata inter homines, unde si quilibet hyacintum secum portauerit aut sigillauerit aliquid, & portauerit sigillationem illam secum si intrauerit in regione aliqua, uel prouincia in qua cadunt fulgura multa, seu in terra pestifera nullatenus nocebunt ei & c. est item hyacintus herba ut tradit poetę a nomine hyacinti pueri amati ab apolline & in flore sui nominis conuersi, aut (ut Plin. refert) a cruore sanguinis Aiakis edito ita discurrentibus uenis, ut grecarum litterarum figura ea legatur inscripta, quod & Ouidius & Virgilius in bucco testantur.

Sardonis siue sardinis lapis secundum Mat. syl. ex auctoritate Alberti est lapis ab antiquis inter preciosos lapides numeratus. est autem hinc rubore spissum cum substantia parua, sicut si peruietas imaginetur in rubea terra. & secundum hanc diuersitatem inuenitur quibus modis & Isidor. far. sunt quibus species. s. que onix appellata est que habeat in se permixtum cadorem in similitudine unguis humane. greci. n. ungue onice dicitur. in india uel arabia gignitur, & autem hinc lapidem accedere animam ad gaudium. & acere ingenia. sardis uero dicta est, eo quod primum reperta fuit a sardis, uel dicitur sardis a regione unde reperitur. hęc rubrum habet colorem.

Granatus lapis secundum Matheum syl. ex auctoritate Alb. est de genere carbuculi. est autem lapis rubeus & perlucidus in colore similis quinos. i. balauistiis. est autem rubeus aliquantulum obscurior carbuculo, & cum subiicitur ei in sigillis niger color inuenitur quidam modus qui intra ruborem sparsus habet uioleę colorem propter hoc genus uiolatum dicitur. & est preciosior aliis granatis, letificat cor, & pellit tristitiam.

Feruzegi sicut dicit Mel. est smaragdus, & sic reperitur apud Math. syl. in cap. de lapide smaragdi. mirandum est de Simone Ianuen. ingenioso in simplicibus qui dixit, quod feruzegi est stannum, & quod in hoc non conuenit postea ipsemet in cap. de lapide ferugei. sic ait. lapis ferugei secundum alhani est lapis topacius, si dicis feruzegi idem est, quod non est crudendum, quia intentio domini Mel. est quod feruzegi sit smaragdus & non stannum nec lapis topacius cum ibi non conueniat. Aui. autem in tertio cano. in fen. xi. in cap. de medicinis cordialibus habet feruzegi. & in. 5. can. in simplicibus. exponit quod est smaragdus, & sic est smaragdus aiam uiriditate dicitur. Sera. de lapide smaragdi dicit quod ille que est uiridior & fortis uiriditatis est melior aliis & c. hic lapis est satis notus, ualet autem smaragdus ad precognitionem futurorum, auget substantiam. cõpescit motus lasciuie tepestates eliminat emittit sanatur & obsistit epilepsie.

Zedoaria siue zedoar arabice. Sera. autem facit unum ca. de zedoaria. & duo ca. de zurubet, sed in uno est scriptum sic. zurubet, de quo infra in predicta declaratione istius electuarii uidebis quod est aliud cap. facit quod dicitur zurubeth cum h. & istud idem est quod zedoaria. tu uero considera differentiam que reperitur per unam syllabam, & hec sunt radices rotunde similes radicibus aristologie rotunde in rotunditate earum, & sunt similes in sapore & colore zinziberi & afferuntur de seni. Aui. in secundo can. duo cap. facit unum de zedoaria, & aliud de zedoar: quod idem est: ut dicit Simon Ianuen. & hec satis sunt nota.

Cortex citri est fructus magnus sic uocatus. Sera. cap. de citro. dicit atroggi. i. citrum. Gal. fructus huius arboris noxiatur in greco pomum aqua, & cortex eius non est frigidus, imo est aut equalis cõplessionis, aut minus equalis parum, & iste fructus notus omnibus. quod uero de nouo scribens intitulus lumen apothecariorum, que potius est discere uolenti tenebra, in hoc ualde deceptus est. dicit. n. corticium citri. i. cedri, quod non est bene expositum, quia uide Dios. quod unum cap. facit de citro & aliud de cedro, & non sunt idem, melius uero si deus uoluerit infra in antidotario quod Nicolaus scripsit declarabo quod est cedrus de quo fit pix cedraria siue alchitran. quoniam autem citrangulum differat a citro. uide in quinto can. & quod eius folia sunt cordialia, uide eundem. xi. tertium.

Lumi. ma.

A iiii

SECTIO PRIMÆ

Alfeniensch siue feleniensch est ozimū gariosi. ut dicit Sera. i. ca. d. ozimo gariofilato. & dicitur q̄ folia eius sunt parua. quorū color ē iter uirorē & glaucedine. & odor eius herbe ē similis odori gariosi. & eius semē est minutū nigrū. & colligitur i. mēse iunii. Sciēdū q̄ q̄n reperitur feleniensch. siue ozimū. siue basilicon gariofilatū in electuaris & in cōfectionibus semp̄ intelligitur. sed in uinguētis & emplastris herba intelligitur. hoc apud Aui. in. 2. cap. uocatur salamamis schi. & ibi dicitur q̄ ē ozimū gario. nā ipsius odor est similis gariosi. & scdm̄ circa instās eius semē p̄ tres annos seruatur.

Corallus rubeus est nobilior alii Dios. corallus quē multū lichodēdrōn dāt arbor est in fundo maris. quē dum ucelli ceperit accepto aere grauescit. nascitur uero multū in p̄mōtorio sciciliē noīe pachino. Eligēdus est colore coccineus. i. rubeus post in bonitate est albus. & deterior est niger.

Charabe siue chachabre est gummi secūdū Aui. sicut san daracha. i. uernix tēdēs ad citrinitatē & albedinē & peruietatē & quādōq̄ declinat ad rubedinē quā atrahit paleas & fracturas piatarū ad se. & propter hoc nominatur charabe. i. rapiēs paleas perfrice. & de hoc sunt pater noster. quibus. utūtur mulieres pro deuotione. & hoc gūmi satis est notū.

Limatura eboris. i. limatura siue rasura dentis elephātis unde uide Simon. Ianuen. in cap. de ebone ubi ait. ebur est dens elephantis inde eburneus. aptum est medicinā in multis cōfectionibus ingrediens. & sic est.

Been albi & rubei sunt q̄dā radices q̄ de armenia deferūtur Sera. dicit spēs eius sunt duę. i. rubeę & albę. & sunt ambe uenę in magnitudine radices pastinacę parue. quarū q̄dā sunt tortuose. & deferūtur ab armenia. odor eius est bonus. & est in eis uiscositas. moderni herbarii inuenērūt in nostris p̄tibus de utraq̄ spē sed in odore nō cōueniūt. ut i. armeno.

Foliū siue malabatrū. ut dicit Sera. herba est q̄ nascitur in India. & habet folia q̄ expādūtur sup̄ faciē aq̄ in illis p̄tibus. sicut lenticula aq̄. & non habet radicē. & q̄n colligitur inferitur in filo. Gal. in. 7. simpliciū inquit. malabatrū foliū. i. foliū indianum spica simile est secūdū uirtutē. & sic est Aui. in. 2. cañ. i. ca. de folio dicit q̄ loco eius ponitur p̄odus ipsius de maie. aut ēt de spica. & sic fit. quidam mercatores uendunt folia gariosilorū pro uero folio. sed uerum folium nūq̄ uis di nec audiui aliquē citra mare uidisse. est enim p̄ciosum.

Troc. diarodon. trociscus autem dicitur a trocos. quod est rota. quia trociscus est similis rotę curretis. diarodon. i. de rosis descriptio ipsius apparebit infra.

Galangæ sunt quędam radices odoriferę. sicut sunt nota infra apparebit diagalanga. & ibi melius ostendetur.

Zurūbet est spēs zedoarię. idē tñ nō est. ut q̄dā uolūt. in isto electuario possumus certificari q̄ zurūbet nō est zedoaria. q̄a Mes. habet zedoariam & zurumbet q̄ non sunt idē. radices uero zurumbet sunt radices similes cypero in figura. sed multo maiores & duriores intus subcitrini coloris odore & sapore zedoarię. Serap. cap. de zurumbet dicit ex auctoritate. Gall. zurumbet ex spēsbus odoriferis. & pp̄ hoc admiscetur cōfectionibus aromaticis Aui. in. 2. cañ. dicit zurūbet ē herba similis cypero. sed ē maior & minus odorifera.

Folia auri & argenti sunt nota & ambo debēt esse mera.

Muscus apud Aui. in. 2. cañ. est folliculus aialis. sicut gazzel ipse. nisi q̄a habet duos dētes albos flexos ad interiora. sicut duo cornua. Sera. uero i. ca. d. musco uult q̄ muscus sit folliculus gazzel q̄ cū Aui. nō cōuenit. ego uero interrogans quēdā mercatorē si gazzel est aial p̄ferens muscū. ipse rōdit q̄ nō. sed in similitudine differūt parū. muscus uero melior ē ille q̄ defertur de regionibus tūbacī. ut dicit Sera. q̄a illud aial i. illis regionibus comedit spicā nardi. & alias spēs odoriferas & q̄to muscus magis redolet. t̄to melior ē hodie raro reperitur bonū falsificatur. n. cū epate lupi. & aliis rebus.

Mel emblicorū est illud q̄d docet Rasis in. 9. Almanfo. in fine electuarii letificantis. sicut apparebit infra.

Collatura geleniabin de rosis scdm̄ modernorū usum est mel rosa. colatū Aui. i. 2. cañ. in ca. de rosis ait. aqua ro. ē bona capiti & sto. & cōfortat q̄ ex ea nutrita ē cū melle stoma-

cū. & est geleniabin. in. 5. uero cañ. i. distinctio. de cōditis. de geleniabin loquitur. Pau. in ca. de dolore stomachi ait. addatur muraba. i. geleniabin Matth. syl. in litera muraba dicit q̄ est cōditū aliqd. sicut rosę uiolę & c. & ita dicit Simon Ian.

CONFECTIO Alchermes. & sunt grana tinctorū. q̄. sc̄tē t̄nctę ex chermes circiter lib. i. & pp̄rie sup̄ culus tinctora nō praterit spatii extēsum. & submerge eā in succo pomorū dol. & aqua ro. añ. i. i. s. & dimitte die una. deinde fac modicū bullire donec aqua rubeat. deinde extrahe ab ea setā. & exprime eā. & pone i. ipsa zuc. tabarzet. 3. cl. & coque ul̄q̄ ad spissitudinē mel. & remoue ab igne. & p̄ice in ea actur calida ab̄re minutim icise. 3. iiii. & dimitte i. eo liquēri. deinde p̄ice sup̄ ipm̄ puluerē harg. res. q̄. ligni aloes crudi & darfeni añ. 3. i. auri boni. 3. i. musci bo. 3. unius tertiā cōfice & fiat.

Cōfectio. i. simul factio. & deriuatur à cōficio cōficia. q̄a ex p̄luribus rebus cōficitur. & pōt eē mollis. seu sordida. seu dura hęc apud nos ē in usu sed nō multū. dñs Mes. in ca. de lapide itelato habet cōfectionē lapidis lazuli & idem est.

Alchermes siue chermes sunt grana tinctorū q̄bus t̄gūtur p̄ni repitur aliq̄ scriptū chermes cū s. & tūc sunt passule sine ossibus. de q̄bus Sera. in cap. de granis tinctorū. cū q̄bus t̄gūtur p̄ni. ingt. chermē. i. grana. i. ca. uero uite & eius spēs b. & q̄ ex eo sunt. dicit alius Philolophus alchermes ita nominatur in lingua feris. & sunt passule sine granis. & sic etiā Dios. uocat coccū infectiū. i. quo tingitur. & hęc grana. ut dicit Mat. sylua. in qua tingitur scarlatū. vñ d̄t de Christo q̄ fuit nescitus ueste coccinea. i. tincta cocco. i. grana d̄ scarlatū.

Poma dulcia apud oēs poma parifana. siue de paradiso sunt magis laudata q̄ alia poma. & si illa habere nō poteris accipiantur redolentia. q̄ ēt sunt laudata ad cōfortādū cor.

Zuecharū tabarzet. i. zuecharū albū. d̄t quē Mat. syl. in l̄ta tabarzet ait. tabarzet. i. albū q̄d fit in illa regione sic noīata.

Darseni. i. cinnamomū grossū. nō ē aut̄ foliū ut exponit synonyma Nicolai. nec darseni ē cinnamomū finū ut q̄dā d̄cūt. Isra. appēbit cōfectio de cinnamomo. & ibi melius ostēdā.

Lapis lazuli. scdm̄ circa instans determinatur ab auctoribus uena terrę. & est de qua fit lazulus. similiter lapis armenus dicitur. q̄a in armenia reperitur. de mō lauādi lapidē lazuli scias q̄ debet fieri sicut sit de lapide armeno. ut docet Mes. in cap. de lapide armeno. & modus eius iste ē. teratur lapis lazuli uel armeni in uase lapideo uel in mortario lapideo. deinde fundatur super ipm̄ aqua dulcis. i. aqua cōis. & lauetur sic terēdo. & fiat illud trigiesis sp̄ inouādo aqua. & adhuc decies. post illud lauetur cū aqua rosata. & dixit alchindus. lauetur cū aqua ros. & buglossę post purgationē eī. acq̄ritur. n. mirabilis pp̄rietas ex hoc ad egritudines melacolicas. Mes. de lapide lazuli loquitur in cap. de lapide stielato. & ibi describit cōfectionē de lapide lazuli. quā uideatur esse eadē cū cōfectione de alchermes. & sic si legis istant descriptionē de alchermes cū illa de lapide lazuli uidebis q̄ in simplicibus. & in uirtute. & in omnibus conueniunt.

CONFECTIO de xiloaloe. q̄. ligni aloes crudi & rosę añ. 3. viii. gariosilo. spice nardi. macis. nucis musc. galliē musc. cubebe. cardamomi. & heil masticis. cinnamomi. cyperi. squinatī. zedoarię. been albi. & rubei solis setę crudę. margaritarū coralloꝝ rubeoꝝ. charabe foliorū citri. & corticū eī. & alfelēgemisch. sanūci. sisimbrii mētę siccę. pipis longi zinziberis. añ. 3. iiii. musci boni. 3. unius tertiā amibraz. 3. i. s. & p̄ice cū melle emblicorū. & miua aromatizata.

Cōfectio de xiloaloes. i. cōpō de ligno aloes q̄ ēt ad formam electuarii reducitur Aui. in. 5. cañ. ponit unam aliā descriptionē. sed nō est eadem cū ista quā facit Mesie. Rasis. ēt in libro de diuisionibus habet unam descriptionē quā non concordat cum ista tñ apud nos nulla illarū in usu est.

Xiloaloes apud gręcos ē lignū aloes. & sic repitur apud Aui. i. 2. cañ. quīs Christophorus de honestis sup̄ cōfectionē de diamusco credēs se inuenire ea. de ligno aloes in litera l. & non aduertens q̄ uocaretur xiloaloes dicit. mirādū est q̄ Aui. non facit de ipso cap. l. ligno aloes in. 2. cañ. ubi de simplicibus. tractat. sed hoc recte nō dicit. q̄a bñ Aui. i. 2. cañ. de xiloaloes

xiloaloes loquitur in litera x, & ibi docet modū cognoscē di bonū à malo dicēs uniuersaliter melius xiloaloes est illud qđ magis submergitur in aqua: natans uero est priuatū uita & spū. Alio mō cognoscitur, uidelicet i colore: qđ oportet esse nodosum fuscum & obscure coloris in odore quando comburitur super carbones facit fumum boni odoris, & facit uelut spumā, in sapore, qđ sit amarum, & in pondere si natat super aquam est malum, si submergatur est bonum.

Cyperus est species iunci, & sic à multis triangularis dicitur, apud nos in pratis ac locis aquosis nascitur: radix uero eius competit usui medicinae.

Squinantū est palea camelorum, quia camelli eam comedunt, circa instans & Sera. cap. de squinanto dicit: qđ de ipso administratur sunt. flores, & radices, & folia. hoc ē notū.

Seta cruda. i. nō cocta, quae nullā aut paucam efficaciam habet in medicina, ut infra in diamusco melius ostendam.

Sansucus. i. maiorana. circa instans in cap. de maiorana dicit. maiorana. i. sansucus flores & folia usui medicinae competunt, colligitur i aestate cum floribus: & in umbroso loco desiccatur, per annum seruatur.

Sisimbrium. i. menta. aquatica, siue balsamita Aui. in. 2. cañ. dicit. nemē. i. sisimbrium, sed fuit error translatoris, ut puto, quia nemē apud Sera. est serpillum, & sic est magis credendum auctoritati Serap. in simplicibus qđ Aui. uide etiam apud Ioan. archulanū in ca. de cura cephalae: tam calidā qđ fri. qui dicit nemē. i. serpillum, & nō est sisimbrium, & sic est. licet Christophorus barzicius super illo passu exponat nemē esse sisimbrium uel serpillum: quod non acceptatur.

DESCRIPTIO electuarii sarborteng. & est lactificans descriptione Hamet filii Zachariae. & rosari. lig. aloes añ. 3. vi. macis, nucis muscatae, galliae muscatae, cardamomi, heil. añ. 3. ii. cinnamomi, croci. añ. 3. ii. s. cyperi. 3. v. gariofi. mastice, spicae assari. añ. 3. iii. fiat omnium trituratio bona & confice cum melle emblicorum, & aromatiza ipsum cum musci. 3. unius quarta.

Ista descriptio electuarii sarborteng. i. lactificantis secundum intentionem Mes. est descriptio Hamet filii Zachariae. i. Ras. sed ego non reperi istam descriptionē apud ipsum: uerum est qđ Ras. in. 3. Alm. habet unā descriptionē quae est nobilior ista, sicut infra ostendā, illa uero simplicia, quae in isto electuario ingrediuntur, declarata sunt superius.

Trituratio fit tribus modis, ut docet Mesue in lib. 1. summa. 2. cap. 4. & ibi docet de modo triturationis dicēs qđ officium triturationis est necessarium tripliciter.

Modus electuarii de citro ex inuentione nostra nō ē i usu.

CONFECTIO de musco dulcis. & croci, doronici, zedoariae, ligni aloes, macis. añ. 3. ii. albarū margaritarū, setae cruae, aduatae, charabae, coralli ru. añ. 3. ii. s. gallae musc. ozimi citrati oīum. añ. ii. s. beē albi & ru. folii, spicae, gariofilorū. añ. 3. i. zinziberis, cubebe, piperis longi. añ. 3. i. s. musci. 3. unius partes. ii. confice cum melle crudo, quod sit quadruplū ponderis oīum, & pone in uase uitreo, & sit dosis eius. añ. 3. i. usqđ ad. ii. Si aut hanc confectiōem amarā facere uolueris ualentiore efficietur ad ea qđ dicimus, & ad excandū humiditates stomachi & putrefactiones eius, & proprie si addatur in pmixtione eius absinthii, rosae. añ. iii. aloes optimi abluti. 3. iii. cheifim. leuistici, castorei. añ. 3. i. cinnamomi. 3. i. s. & fiat.

Confectio uero de musco dulcis, à musco dicitur ista confectio, dulcis autem dicitur, quia si sit sine additione rerū amararū, quae in fine ponuntur descriptionis, tunc appellatur diamuscu dulce Aui. in. 5. cañ. de hac habet multas descriptiones, sed nō sunt in usu. Ras. ponit unā descriptionē: qđ nō nisi natur diamuscu p̄ciosum, sicut infra apparebit, sed ista Mes. apud nos est nobilior aliis descriptionibus. Haly. aut in. 1. o. praeti. ait. musci medicaminis dulcis, & est quasi idem.

Seta cruda adusta & nō cocta, reperiuntur uero multi deceptores, qui faciunt ipsam bullire in aqua, & tali aqua utuntur ad multa comoda, sed tūc talis seta efficaciam nō habet in medicina, sicut homo mortuus, scias ergo qđ est qđ uermiculus qui texit setā super se. & facit cooperturā, & dimittit

donec perforat illā telam, & dimittitur solū donec moritur uermis, & ista seta defertur de ultra marinis partibus. Mes. habet adustā, sed Sera. in ca. de seta sic ait. est bona cordi, & confortat substantiā, uel totaliter eius, & clarificat sanguinem eius, & pp hoc ponitur in medicinis cordis, & praecipue in diamusco, & qđā cōburūt eā, ut possit facilius teri & melius puluerizari pp desiccationē, & quibsdā nō uidetur hoc bonū ne amittat uirtutē suā, sed melius esset incidere ipsam cum forficibus, & postea teratur in mortario cum margaritis charabe & coral. & tunc teritur facile Haly. ibi dicit. terici noui & nō adusti, si aut cōburere uolueris, oportet ut accipias setā nouā nō dū tinctā, & incidatur minutim, & pone ipsam in olla noua, & ponatur in furno panis, & ibi dimittatur tantū qđ sit parum combusta, & nō oportet comburere ualde, sed solum affetur parum ut possis terere & utere ubi oportet.

Ozimum citratū. i. mellissa, qđā uero de nouo scribēs intulatus lumē apothecariorū in hac expōne deceptus est. nā putauit qđ ozimum citratū sint. ii. res. uidelicet, qđ ozimum sit basilicon, & citratū sit mellissa, quod nō est uerisimile, nā quādo reperitur ozimum garlofila. nō intelligimus ozimum & gariofilos. & qđ reperitur ozimum carmenū, nō intelligimus ozimum & ciminū carmenū, si cōpositor dicit ozimum citratum, debemus ergo uidere oēs spēs ozimi, & illud quod odorē habet citri intelligere debemus, & est pprie mellissa, qđ si frica ueris folia ipsius odorē citri habēt. p̄terea uide Sim. Ia. qđ inquit. turungen ara. ē dictū citraria, est aut mellissa aut ozimum citratū, qđ habet odorē citri, & sic uolūt moderni doctores praeterea uide qđ Aui. etiā habet ozimum citratū, qđ idē est.

Been ibi debet scribi p duplex. e. ad dīam ben p solū. e. qđ Dio. uocat balanū repericū, & nō ē catapucia, ut exponit lumē apothecariorū, nā Mes. docet facere oleū de been & de cherua. i. catapucia, hic ē dicit qđ been cordiale debet scribi p. h. qđ apud probos medicos nō reperitur. Mes. dicit si aut hanc confectiōem amarā facere uolueris, oportet qđ accipiantur supra scriptae species, diamusci dulcis oēs, & supra ipsas admisceantur res quas inferius ipse describit, & tunc appellatur diamuscu amarū, quod etiam in usum uenit.

Aloes optimi abluti. i. loti cum aquam endiuia. infra in hiera Galeni ostendam melius, optimum uero aloes secundum Mesue est succotrinum. i. de illa prouincia.

Castoreum sunt testiculi aialis qđ uocatur castor, ut dicit Serap. & hoc est satis notū, ipsius testiculi ē uocatur gendebedust, & ab aliquibus ium debedust, de qua infra in confectiōne Anacardina melius ostendam si deus uoluerit.

CONFECTIO testiculorū uulpis & satyrion. & satyrion nū qđ absconditur a p̄se suo lib. i. & teratur & coquatur cum lac de ouino dulci in quātitate sufficenti super prunas quousqđ decocti sint, & sit cōsumptū lac. & tūc funde super eos oleū amigdalorū dulciū. 3. ii. & agitetur sic cōterēdo cum ligno & postea funde super totū syrupū, cuius descriptio talis est. & succi buglossē cocti & dispumati li. ii. succi pomorū dulciū. 3. xii. zuc. boni albi li. iii. misceatur agitādo cum p̄dictis usqđ dum fiat eius cōpetēs decoctio, & deponatur ab igne & p̄ciatur sup ea cinnamomi subtilis & electi. 3. v. been albi & ru. añ. 3. ii. ligni aloes. 3. iii. croci sandali citrini, dragagantē gū. ar. alfeiangemisch. i. feminis ozimi gariofilati cubebe macis añ. 3. i. s. confice & pone in uase uitreo.

Mes. habet confectiōem testiculorū uulpis, & dicit qđ est satyrion, inferius uero habet unā aliā descriptionē, & hac dī qđ est diasatyrion, & est illa qua nos utimur sicut ostendā infra.

Satyrion. i. testiculi uulpis qđ absconditur a p̄se suo. hoc radix dicta testiculus uulpis, dixerūt qđā sapiētes si uir comederit p̄tē maiore eius gnat masculos, & si minore comedit gnat feminā, expimētū qđ reperitur apud Ni. flo. i. li. 6. i. ca. de sterilitate. ubi sic ait, ex auctoritate Ras. dicens. Cū uolueris gnare masculos. & duos testiculos apri affos & comede, & eodē die coeas. nā gnabis si nō fuerit dfectus ex pte mulieris si solū unū testiculū comederis, nascitur ifans cū vno testicu.

Lac apud Aui. in. 2. cañ. ex tribus cōpositū ē subis aqueitate, & caseitate, & butyrofita. & iuaccino qđē multiplicatur

SECTIO PRIM A

butyrositas, lac uero camellarum partui uicinarum minus habet butyrositatis & caseitatis & est subtile ualde & lac asinarum etiam minus ex his butyrosum est subtile, caprarum uero lac est temperatum, & lac ouinum est grossum ualde, & istud est illud quod ingreditur hanc descriptionem, & lac uaccini est pinguis & grossius. equarum uero lac est sicut lac camellarum partui uicinarum subtile, aquosum uero melius est lac muliebre omnibus speciebus lactis. Isid. in cap. de efcis ait. lac à græco sermone deriuatum est pro cadore. græci enim album glaucon debent.

Buglossa uero est herba nota omnibus. hæc apud græcos uocatur buglosa, apud nos uero lingua bouis. unde macer. Lingua bouis græco sermone buglosa uocatur.

Dragantum uero est gummi dictum apud Dios. dragantum, & quanto albius tanto melius est. circa instans in cap. de draganto ait. est autem eligendum dragantum, quod non est obscurum, sed clarum nihil terrenum admixtum. Et nota quod album in frigidis medicinis subruffum, & citrinum in calidis debet poni per .x. annos potest seruari.

Gummi arabicum secundum Sera. ex auctoritate Dios. est gummi quod reperitur super arborem acacie sicut alię species gummarum, & quando simpliciter reperitur gummi de gummi arabico intelligitur, & secundum circa instans potest seruari diu in multa efficacia.

C O N F E C T I O alia testiculorum uulpis, & est diasatyrion. & secacul albi mundi elixati in aqua cicerum: quorum eiecta fuerit prima aqua lib. i. testiculorum uulpis. ꝑ. viii. radices raffani. ꝑ. iii. luf. plani. ꝑ. ii. terantur & infundantur super ea lactis uaccini, aut ouini quantitas que supereminet radicibus duobus digitis, & olei sifamini, & butyri uaccini recentis. ꝑ. iii. & coquatur cum facilitate usque ad spissitudinem, & si adhuc radices non bene decoctę sint fundantur super eas ex lacte & oleo & butyro usque dum perfecte decoctę sint. Et post hæc funde super hoc totum mellis boni & dispumati lib. vi. succi cepę humidę lib. i. s. decoque omnia simul usque ad perfectam decoctionem, tunc enim depone ab igne, & proice super eam puluerem, cuius permixtio hæc est. & caudarum stinci cum renibus & sumine. ꝑ. viii. seminis eruce, zinz. been al. & ru. lingue auis, seminis nastur. cinnamomi, piperis lō. baucię, seminis napi, sparagi. añ. ꝑ. iii. & conficiantur cum eis ultimo uero ponatur in medicamine pinearum mundatarum lib. i. s. fisti corum mundatarum. ꝑ. x. cerebellorum passerum. ꝑ. ii. conficiantur omnia bene, & aromatizetur cum. ꝑ. i. boni musci, & usui referua.

Hęc confectio est illa qua nos utimur, & maxime secundum istam descriptionem. Nico. in suo antido. habet unam aliam descriptionem, sed non fit apud nos, nisi si facere uolueris de descriptionem suam infra apparebit.

Secacul secundum modernos est sigillum sanctę marie, & non iringus ut quidam herbolarii uolunt, quare Serap. aliud cap. facit de secacul aliud de iringo. Præterea uide Serap. in 7. cap. de conditis, qui inquit quod secacul est radix, sicut zinziber, & asportatur ex india, & fit ex eo in gibba dum est recens, & sic est secundum ueritatē quod secacul secundum modernos habet radicem similem zinziberi, & hęc est quę nostro idiomate uulgariter zongello uocatur in partibus nostris: & in multa quantitate reperitur.

Cicer secundum Serap. ex auctoritate Gal. cicerum tria sunt genera. sunt. n. alba & nigra, & est alia species, quę dicitur chersenne & cicera minuta quę dicitur, chersenne sunt alba, & asfimulantur orobo & nigra nominantur chubes & c. Plin. inquit arietinum ciceris genus, quod capiti arietis asfimilatur, quę ceteris magis diureticum creditur, est & agreste, est & erraticum, & columbinum quod aliqui uenereum dixerunt eadem didum rotundum lene arietino minus.

Cicer erraticum apud Dios. uocatur à quibusdam serpilli in Gal. in sexto simplici. inquit. Cicera sunt species leguminum.

Testiculi uulpis sunt satyrion Dios. de satyrio. tria cap. facit sub litera satyrion. & aliud cap. facit de orchis, & ibi ponit duas species, quod etiam inter species satyrionis sunt &

mirus & hæc apud Aui. uocantur testiculi canis, alii cinosofochin. i. canis testiculi Isido. in cap. de herbis aromaticis siue comunibus ait. satyrion dicta à satyris propter incendiū libidinis, quā uulgus stincum uocat. uenerem enim suscitatur eadem & orchis. quod radix eius in modum testiculorum fit quas græci cinosofochin uocant, in pratis apud nos reperuntur. circa instans satyrion herba est, cuius radix usui medicinę competit dum est recens.

Raffanus. i. radix domestici. circa instans ait. raffanus est herba cuius radix simili nomine appellatur, & per annum feruatur, radix competit usui medicinę quidam de nouo scribens intitulatus lumen apothecariorum super istā confectionem exponit, quod per radices raffani intelliguntur radices syluestres, sed non est uera expositio, quia regula est apud nobiles apothecarios, quod quando reperitur raffani simpliciter de usuali semper intelligitur.

Luf planū. i. dragontea Mes. in cap. de luf. dicit quod est serpentaria, & est planta quę dicitur collum draconis, & ex ea alia est plana habens folia, alia crispa, & melior totius pars plantę est radix. Circa instans ait. serpentaria colubrina dragontea crocodilla idē est. herba est cuius radix maxime usui medicinę competit, & dicitur serpentaria: quia maculas habet distinctas, sicut serpens: uel quia uenenum serpentis fugat, infra in hiera Hermetis ostendam aliam speciem quę uocatur iarus.

Silumum est semē ex quo oleum si faminū exprimitur, sicut infra in distinctione de oleis.

Butyrum uaccinum recens Aui. in secundo cap. duo cap. facit unum de butyro quod est calidum & humidum in primo. & eius gradus in humiditate est altior. aliud cap. facit quod dicit butyrum non recens, & dicit quod facit operationē butyri crudi, & est fortius in maturatione, hoc est satis notum.

Cepe humide. i. recētis Aui. in 2. cap. dicit bulbus. i. cepe quod comeditur Isido. in cap. de oleribus dicit. cepe uocatur, quia non aliud est nisi totum caput Nicolai loco eius habet semen bulbi quod idem est.

Stincus cum renibus & sumine. i. ab umbilico secundum Diosco. est quoddam animal quod in india inuenitur quadrupes, & simile lacertę, sed multo maius & longius & uenerosius. hoc apud Aui. uocatur guaril in egypto capitur. circa instans ait. stinci pisces sunt qui in fluminibus & maxime in aquis dulcibus iuxta sagittam inueniuntur & lacertis asfimilantur per hyemen potest seruari, infra in electuario de stinco, de ipso iterum ostendam.

Eruca secundum Mat. syl. sunt duę species, domestica & syluestris & ambe sunt omnibus note. Domestica, minoris est efficacię quam syluestris. usui medicinę competunt semina sicut folia. secundum uero circa instans est contrarium, quia eruca domestica maioris est efficacię & sylue. minoris. usui medicinę competunt semina Plin. ait in ca. de eruca. est ex ea domestica & sylue. miscetur in condimentis in quibus carnes & pisces intinguntur tanta suauitas ei est ut græci euozonomia appellauerint.

Lingua auis est semē fraxini. Christophorus de honestis super isto passu exponit quod lingua auis est semen deli agreftis, quod ignoro Aui. in 2. cap. de ipsa loquitur etiam in 3. in fen. xx. in cap. de medicinis singularibus ad coitum inter medullas computat Anto. guainerius in cap. 24. de pulueribus & confectionibus aliis ab intra sumendis quę adaugent ad coitum, & ibi ponit ad literam quod lingua auis est semē fraxini. præterea uide Nico. qui habet prædictam descriptionē diasatyrion, & ibi habet linguam auis, & in suis synonymis exponit quod est semen fraxini, & sic est secundum modernos, sed secundum circa instans lingua auis est herba satis comunis quę folia habet parua & acuta similia lingue auis uiridis multę est efficacię, & per id credo quod ignorauit eam.

Nasturtium secundum circa instans quod reperitur nasturtium simpliciter semen debet poni, & eius semē per quinque annos seruatur. hoc apud Dios. cardamus uocatur, & species sunt dug. i. domesticus & agreftis, domesticus uere est ille cardamus

cardamus q̄ intelligitur. Syluestris uero est fenation, siue cri-
sones, ut dicit Matth. Sylua. in cap. de cardamo. infra in dia-
nasturtio de ipso melius ostendam.

Napus secundū Isido. in cap. de oleribus à similitudine ra-
pe uocatus nisi q̄ habet radices & folia latiora. Existimant
quā q̄ Diosc. uocat ipsum bumus. i. napitiū, napi uero se-
mē usui medicinē cōpetit, & sunt semina nauoni domestici.

Sparagus secundum circa instans fructus eius & semen
medicinē competūt. Diosc. uocatur asparagus aspratilis quā
multi macanton aut imon appellāt Gal. in lib. de cibis, uo-
catur oīs summitas plāte dum est in teneritate sua asparagi.

Fistici. i. pistachia Diosc. cap. de pistachiis dicit, in syria na-
scūtur similia strobilib. i. seminibus pini sunt, & ueniūt de da-
masco. circa instans, pistacee sunt fructus qui ultra mare na-
scuntur, & sunt similes pineis & interior substantia ponitur
in medicinis.

C O N F E C T I O de galanga. R. galange ligni aloes.
añ. 3. vi. gariofi. macis keisn. i. leuistici. añ. 3. ii. zinz. macro-
piperis cinnamomi piperis albi. añ. 3. i. s. calamenti sicci mē-
te sicce. añ. 3. i. heil. i. cardamomi maioris spice. i. spice nar-
di seminis apii feniculi carui anisi. añ. 3. i. calami aro. 3. i. s.
zuccha. tabarzet. i. albi. 3. x. mellis dispumati. q. s.

Galanga secundum Sera. ex auctoritate Isaac eben ama-
rā est uena in grosstudinē casie lignee, & cortex eius est ru-
beus & interior eius ē puluerulētus & defertur ex sim. Aui.
de ipsa. 2. cap. facit. unū de casurudar ex auctoritate Mesau-
gue & ingt q̄ est galāga. aliud cap. facit de galanga, secundū
circa instās galāga p̄ q̄ncq̄ annos seruat in multa efficacia.

Hec cōfectio reperitur et apud Aui. in. 5. cañ. i. tractatu. 6.
de uētre inferiore debilitatis stomachi, sed nō est eadē. ista
uero ē illa qua nos utimur. Io. Anglicus in cap. de passioni-
bus stomachi & ponatur manus calida sup stomachū diu il-
lud cōfortat & calefacit stomachum calore nālī, deinde de-
tur diagalāga, vñ dicit uerificator. Cōfortat stomachū diaga-
lāga meū. & c. ibi describit suā descriptionē sed nō ē similis.

Macropiper. i. piper longum siue darsufel ut dicunt ara-
bes, album uero piper appellatur leucopiper. infra in dia-
triton pipereon declarabo.

Calamentū siccū. i. usuale siccū, & nō uiride, quia maiorē
efficaciam habet in medicina, ut dicit etiam circa instans.

Apium. f. semē apii domestici, circa, instans inquit. cū aut
inuenitur in receptis medicinē apii simpliciter semē oppo-
nēdū est. Macer ait. Est apii dictū q̄ apex hoc ferre solebat.
Victoris ueterum feret dum more triumphus & c.

Carui. f. semē ipsius, Dio. dicit careos semē ē oibus notū
est alia spēs carui q̄ dicitur agreste, & istud a modernis cor-
dumenū dicitur circa instās, carui herba est, & semē appella-
tur in transmarinis partibus Sicilię & in multa q̄titate repe-
ritur, per quinq̄ annos in magna efficacia potest seruari.

D I A R O D O N descriptione cōi. R. foliorū rosarū ru-
bea. 3. xxx. troci. diarodō. Trociscorū de spodio. liqri. añ. 3.
iiii. gariofi. gallie musca. añ. 3. iii. spodii croci masti. ligni alo.
añ. 3. ii. triū sandal. añ. 3. iii. affari spice inde. macis cardamo-
mi portulacę lactuce scariolę seminū cōiū maiorū frigidorū
albarū margaritarum alfelégemisch. i. seminis ozimi gario-
fila. rasurę eboris dragaganti. gummi ara. añ. 3. i. capho. 3. i.
s. musci. 3. unius sextam, confice cum syr. de ros. & aqua ros.

Diarodō dicitur a rosīs quas recipit magis q̄ de aliis spēs
bus Nicolaus habet unam aliam descriptionem quę nomi-
natur diarodon abbatīs, & ambę apud nos sunt in usu, infra
apparebit descriptio Nicolai descriptio troc. de spodio ap-
parebit infra in tractatu de troc.

Liquiritia est quædam radix dulcis saporis nota oibus.
Spodii scdm Aui. ē radix cānarū adustarū, modernivero p̄
spodio utitur ebore cōbusto siue osfib. elephātis cōbustis.

Trium sandalorum. f. albi rubei & citrini qui sunt noti.
Portulaca. f. semen ipsius circa instans dicit portulaca ui-
tidis multę est efficacię, extecata uero non tantę.

Lactuca. f. semē. Isido. in cap. de oleribus dicit lactuca di-
sta est ab abundantia lactis exuberantis seu q̄ lac multipli-

cat illis quę lactant puellis.

Scariola secundū Serap. ex auctoritate Diosc. in cap. de en-
diuia habet duas spēs, una est ex ea domestica & scariola, se-
cundū uero Simonē Januē. est uelut lactuca agrestis. 2. circa
instās endiuiā est scariola. moderni uero distinguūt spēs sca-
riolę endiuię & cicoreę per alia noia, tñ una pro alia pōt po-
ni, in bladīs aut scariola reperitur. Semina cōiā maiora frigi-
da sunt quatuor ad numerū, & sunt pprie melonis, citruli,
cucumeris, & cucurbitę. Confice cum syrupo de rosīs. i. qd̄
secundū istā cōfectionē debet fieri cū syrupo rosa. cuius de-
scriptio est hec. R. aq̄ infusionis rosarū ex quo fit syropus ro-
sa. sicut docet Mes. in distōne de syrups & clarificetur zuc-
charū cū prædita infusione & aqua ros. & simul coquantur
usq̄ ad cōsumptionem aque, & qñ prædictus syropus fuerit
bene cōctus secundū artē addantur spēs, & cōfectio in mor-
sellis uel in forma liquida, sed in morsellis apud nos fit.

A R O M A T I C V M rosatū. R. foliorū rosarū rubea-
rum. 3. i. s. ligni aloes macis garioflorum troc. diarodon
gallie musca. añ. 3. ii. s. liquiritię mundę. 3. viii. cinaamomi
subtilis & elec. 3. iii. galange zinz. nucis musca. añ. 3. ii. s.
heil spice. añ. 3. i. syrups rosa. & syrups corticum citri. q. s.

Aromaticū rosatū secundū istam descriptionē apud apo-
thecarios nō fit, nec apud medicos est in usu. Simplicia ue-
ro quę ipsum ingrediuntur sunt declarata superius.

A R O M A T I C V M rosatū descriptione Gabriellis.
R. foliorū rosarū. f. rubearū. 3. xv. liquiritię rasę mūdę. 3. vii.
ligni aloes boni sandalorū mahazari. añ. 3. iii. cinnamomi
boni subtilis & electi. 3. v. macis garioflorum. añ. 3. ii. s. gū-
mi arab. dragaganti. añ. 3. ii. & ptes duas alterius, nucis musc.
cardamomi galāge. añ. 3. i. spice. 3. ii. musci. 3. i. ambreę. 3.
ii. syrups ro. & syrups corticum citri quantum sufficit.

Istud aromaticū ē famosum & ociosum apud medicos,
& sic generaliter secundū istā descriptionē fit, simplicia uero
quę in ipsum ingrediuntur quę nō sunt declarata declarabo.

Sandali mahazari secundū modernos sunt sandali citrini,
& sic reperitur apud Gal. in suis secretis, in cap. de icteritia
causę calidę in quadam cōfectione, qui sic ait. mahazari. i.
sandali citrini. & sic intelligimus nos. Partes duas alterius
f. duas partes alterius dragmę, & sunt. 3. ii.

Aromaticū rosatū minus secundū istā descriptionē nō ē in
usu simplicia uero declarata sunt, dicitur aut minus respectu
precedētis, quia pauciora simplicia ingrediuntur cōpōnē ipsius.
Aromaticū muscatū, nec istud aromaticū apud nos fit,
muscatū aut dicitur à musco in bona quātitate ingrediēte.

A R O M A T I C V M garioflatū. R. garioflorū. 3. vii.
macis zedoarię galāge sandali mahazari. i. citrini troc. dia-
rodō cinaamomi ligni aloes spice inde pipis lōgi heil. añ. 3.
i. rosarum. f. rubearū. 3. iii. liquiritię galliæ muscatę. añ. 3. ii.
folii cubebe. añ. partes. ii. 3. unius syrups de citro quantum
sufficit, ambreę. 3. i. musci. 3. s. & fiat.

Istud aromaticū secundū istā descriptionē apud nos nō ē
multū in usu, tñ apud apothecarios reperitur & dicitur aro-
maticum à rosīs, garioflatū à gariofolis qui ingrediuntur.

Gariofolus siue chariofolus arabes dicunt harūphel, &
sic reperitur apud Serap. in cap. de gariofolo, & ibi dicitur
ex auctoritate Gal. q̄ nomē suū i greco ē foliū nucis & c. 2.
circa instās gariofolus p̄ sex annos seruat in multa effica-
cia. Aui. in. 2. cañ. dicit q̄ gariofolus est sicut sambucus, sed
est niger, & masculus est sicut nucleus oliuę & lōgior & ue-
hemētis nigredinis, & est fructus arboris i isula indię, & glu-
tē ipsius existit i virtute glutinis albotim. i. terbētine. Electio.
ille q̄ est melior est similis nucleo sicco, suavis odoris, & acu-
ti sed moderni opinātur q̄ ille gariofolus qui est in magni-
tudine nucleī oliuę nō habet multā efficaciam in medicina, &
hoc est notū oibus, & prædicti gariofoli uocātur à multis
antophali. i. gariofoli magni. illi uero quibus nos utimur noti
sunt oibus, & sunt minores satis q̄ nucleum oliuę. Sunt quā-
dam flores in aliquibus partibus Italię qui gariofoli uocātur, eo q̄
odorem gariofoli spirant, quorum alii sunt coloris albi, alii ue-
rō rubei, & isti apud lombardos reperuntur in multa quan-

SECTIO PRIMÆ

titate, & maxime apud nobiles viros de nomine suo apud auctores non reperi, sed uidi depictum in libro qui dicitur Manfredus de monte imperiali, & ipse uocat tunici; reperitur etiam herba que uocatur filius ante patrem, siue oculus christi, siue oculus consulis ut uolunt herbatice, forma uero ipsius reperiatur apud Matheum syluaticum, & hec herba apud nos nascitur in pratis.

AROMATICVM nardinum. ℞. spice inde. ℥. ii. rosarum. ℥. iiii. liquiritie. ℥. ii. s. gallie sebelie cubebe ligni aloes macis, garioflorum, cinnamomi, folii indi. i. malabatri, anisi corticum citri troc. diarodon. an. ℥. i. & tertiam alterius, pinearum purgatum, amigdarum purgata. à corticibus eius. an. ℥. v. gummi arabi. dragaganti. an. ℥. ii. musci. ℥. s. conficiantur cum syrupo rosa. q. s. Istud aromaticum nardinum. i. de spica nardi apud nos non multum in usu est, simplicia uero que ipsum ingrediuntur, quedam sunt de clarata quedam non.

Gale. sebeline siue sebelien est quedam confectio que fit in trociscis, quorum descriptionem describit ipse Mesue in distinctione de trociscis, ut infra apparebit.

Pineę purgate. f. à corticibus suis Aui. in. 2. cañ. facit cap. de geloum, & ibi dicit quod est granum pini maioris & est melioris nutrimenti quam nux, postea uero aliud cap. facit de grano pini. & dicit quod est minus fistico, & aliud causam facit de pino, hec est satis notum, melius tamen ostendat infra in locho de pino si deus uoluerit.

Amigdale purgate. i. à corticibus suis Mes. habet amigdalorum & non dicit si sint dulces uel amare. Pet. de Crescensius in proprio cap. de amigdalis ait. Amigdala est arbor satis nota, & est quedam densitas in eius fructu, quoniam quedam faciunt fructus dulces, quedam amaras, dulces usui hominum in cibum competunt amare quare sunt calidiores magis competunt usui medicine. & sic est regula quod amigdala dulcis est conuenientior in escis & amara in medicina.

DIACIMINVM bonum. ℞. cimini pridie in aceto infusi & exiccati. ℥. x. zinz. cinnamo. an. ℥. iiii. garioflorum, ligni aloes macis. an. ℥. ii. s. galange, piperis. lōgi. cardamo. an. ℥. ii. musci. ℥. s. mellis dispumati quantum sufficit.

Diaciminum dicitur à cimino quod recipit. hæc descriptio reperitur in multis aliis locis secundum diuersos auctores Mes. habet diaciminum bonum, & inferius habetur una alia de qua infra. & Aui. in. 5. cañ. habet multas descriptiones, sed illa descriptio quam ipse uocat diaciminum Gal. q. d. facit ad uentositates frigidas est diaspoliticon sicut infra ostendat Nico. in suo antidotario habet unam aliam descriptionem sed non est similis huic. In partibus nostris generaliter secundum descriptionem Mesue fit, tamen etiam secundum descriptionem Nicolai si facere uolueris infra apparebit descriptio sua.

Ciminum. f. ciminum usuale quod notum est, circa instans inquit. ciminum semen est herbe in multa quantitate nascens non sophisticatur propter eius copiam per quatuor annos seruatur Aui. in. 2. cañ. dicit. ciminum aliud est carmenum, & aliud persicum, & aliud eniu, & aliud nabatium, carmenum uero est nigri coloris. & persicum est citrinum coloris, & persicum est fortibus, nabatium uero est illud quod inuenitur in aliis locis Sera. cap. de cimino ex auctoritate Gal. dicit quod ex eo est domesticum & agreste, domesticum uero est illud quod magis administratur & sic est, infundatur ergo ciminum per diem in aceto. postea ad solem desiccetur siue ad umbram, & cum aliis teratur.

Mel secundum Auic. est ros occultus cadens super flores & super reliqua, quod colligunt apes, secundum intentionem Mesue diaciminum debet fieri cum melle, sed hoc die in partibus nostris generaliter fit cum zuccharo, & fit in morfellis seu in bolis.

DIANISVM ℞. anisi. ℥. xx. liquiritie masticeis. an. ℥. viii. carui macis galange zinziberis feniculi cinnamomi. an. ℥. v. trium piperum calamenti. f. usualis piperi castie. an. ℥. ii. heil garioflorum cubebe croci spice. an. ℥. i. s. nuc. ℥. ii. mellis dispumati quantum sufficit.

Dianisum dicitur ab aniso quod ingreditur magis quam de

aliis speciebus, apud nos est multum in usu, & ualet mirabiliter contra grossas uentositates.

Anisum est semen omnibus notum Gal. in. 6. de simplicibus inquit de aniso, id quod ualet ex hac planta est semen eius, circa instans ait. anisum. i. ciminum dulce semen intelligitur in medicina.

Piretrum est radix satis nota. hoc apud Aui. uocatur tarzon circa instans ait piretrum herba est satis comunis, cuius radix in medicina ponitur cum inuenitur in hyeme colligitur, radix eius per quatuor annos seruatur. Est autem eligendum quod est acutum solidum & non perforatum & cum frangitur non puluerizatur.

DIAMBRA ℞. cinnamomi daronici garioflorum maioris & minoris. an. ℥. iiii. spice cardamomi maioris & minoris. an. ℥. i. zinziber. ℥. i. s. sandalorum citrinorum ligni aloes piperis lō. an. ℥. ii. ambre aur. i. musci. ℥. s. confice. cum syrupo rosato, & aqua rosata.

Diambra dicitur ab ambra ingrediente in bona quantitate, hæc apud medicos est multum in usu, & maxime ista descriptio Mesue Aui. in. 5. cañ. inquit. electuarium alcheimicum dictum electuarium ambre, & hoc electuario uis fuerunt reges gratie, non fit secundum Aui. sic.

Cardamomum maius est heil ut dicit Serap. & generaliter ponimus loco eius grana paradisi siue melegeta, & pro cardamomo minori ponimus usuale.

Ambra secundum Serap. ex auctoritate Dios. nascitur in mari & generatur in eo sicut generator species fungorum in terra, & quoniam mare turbatur eicit à fundo eius lapides magnos, & cum eis eicit frusta ambre, & plurimum quod ex ea egreditur ex mari in terris zig. Aui. 2. cañ. ait ambram scdm quod existimo est manatio fontis in mari, illud uero quod dicitur quod de spuma maris aut stercore animalis maris longinquum est electio, melior est grisia fortis aselethi, deinde uaria, post eam citrina, & deterior est nigra mala, multotiens assumitur ex uentre piscis qui eam comedit & moritur, circa instans ait. ambra. i. sperma ceti. i. balene, non est ergo gummi ut quidam dicit nec est spuma, nec est stercore animalis, nec est secur piscis ut quidam mercatores dicunt Auer. in. 5. coll. ait ambra est una ex speciebus camphore quare oritur in fontibus maris, & natat super aqua maris. Confice cum syrupo rosato & aquaro. Vide supra in confectioe diarodon descriptioe ne communi, ubi offensum fuit de hoc.

CONFECTIO de cinnamomo. ℞. cinnamomi subtilis & electi. ℥. xv. darzeni cimini enule. an. ℥. iiii. gal. ℥. vii. gariofl. piperis longi cardamomi. f. minoris. ziz. heil macis nucis mus. lig. aloes. an. ℥. iiii. croci. ℥. i. zuccha. taberzel. ℥. v. cōfice cum melle dispumato, & quoniam ponitur in eo duplum ponderis medicinarum de zuccharo puluerizato sine melle, & accipitur sicut suffus, & alii addunt in eo musci. ℥. unius partes ii. & puluerizetur cum eo.

Hæc confectio de cinnamomo apud nos non est ualde in usu, tamen simplicia que ipsam ingrediuntur declarabo. A. in. 5. cañ. habet unam aliam descriptionem, sed non est eadem. Cinnamomi subtilis & electi. i. fini. Serap. in. ca. de cinnamomo ex auctoritate Dios. ponit multas species secundum diuersitatem locorum Aui. dicit cinnamomum notum est, & eius quidem species est una bona ad aliquatulam declinans nigredinem. Electio melius est illud quod est boni odoris & acutum habet saporem sine mordicatione, & color eius est purus & non commixtus. aliud cap. facit de cherge cinnamomi, & ibi dicit quod est de cinnamomo, & dicit quod est alterius generis, & ipsum quidem est durum sicut cinnamomum, de ipso tamen est quoddam quod non durefcit. Sera. uero de cherge loquitur in cap. de cinnamomo: & uult quod sit genus cinnamomi, quoniam autem reperitur cinnamomum simpliciter de fino intelligitur. Auer. in. 5. col. ait. canella uel cinnamomum. i. recapaldereca.

Darzeni. i. cinnamomi grossum dictum scauzum. non est autem folium ut exponunt synonyma Nicolai. uide Serap. in cap. cinnamomo, ubi ponit darzeni. i. cinnamomum. præterea uide

uide apud Aue. in .5. col. ubi inquit Darfeni .i. canella subtile dulcis aromatica. In hac oportet uidere, si darfeni sit cinnamomū finū aut nō, secundū uero Mesue est cinnamomū grossū. q̄a ipse Mes. in ista cōfectione habet cinnamomi subtilis & electi, & darfeni .i. cinnami uel cinnamomi grossi, & sic credo, q̄a A. in .5. con. in prædicta cōfectione habet cinnamomi, & loco darfeni habet cinnami, quod idē est. Præterea uide apud Auenzoar in suo antidotario in electuario q̄d cōfert stomacho & adiuuat digestionē, & est delectabile ad comedēdū, qui inquit, Darfeni & est cinnamomū nigrum & odoriferum ualde. Sapientes dixerunt q̄ quando reperitur in cōfectionibus cinnamomum intelligitur de fino, & per darfeni de grosso.

Heil est cardamomū maius, sed lumen obscurum scripsit prædictam cōfectionē, & exposuit q̄ heil est cardamomum minus, quod falsum est, quia ipsemet in aromato gariofi, dicit heil .i. cardamomum maius, ergo sibi ipsi contradicit. Sera, sicut ostensum est supra uult q̄ heil sit cardamomum maius, & sic est secundum ueritatem.

CŌNFECTIONE de granis myrti .i. de semine myrti forū apud nos non est in usu, nec apud alios. Simplicia uero quæ ipsam ingrediuntur declarata sunt.

DIACALAMENTVM descriptio Ga. & calamēti fluuiialis & montani siseleos & petrosellini. añ. 3. vi. zinziberis. 3. iii. seminis apii extremitatum alhaſce. añ. 3. ii. cheiſin .i. leuistici. 3. vi. piperis .i. nigri. 3. xii. mellis dispumati quantum sufficit.

Diacalamētū dicitur à calamēto ingrediente, hoc apud nos est multū in usu, & maxime secundū istā descriptionē. Mes. dicit q̄ est descriptio Gal. sed Christophorus de honestis dicit q̄ nō ponitur sicut Gal. sed nō uidit bene Gal. quia est uerū, q̄ Gal. cōposuit & ipse describit ipsum in .4. de resgimine sani. & uidetur cōcordare in isto & maxime in simplicibus in pondere uero nō. Nico. uero in suo antido. habet unā descriptionē, sed nō sit nec cōcordat cū ista, tamen si facere uolueris secundū Nico. infra apparebit descriptio sua. A. in .5. can. habet electis. diacalamētum fluuiale & electuarium de calamēto, quod est quasi idem cum isto.

Calamētū fluuiialis .i. aquatici, quidam herborarius dicebat q̄ calamētum fluuiale est mentha aquatica uel mentha aquestris, q̄d nō est. uide Nico. qui exponit q̄ calamētū fluuiale est menthastrum, & similiter ait Petrus de crescentiis, sicut ostendam in cap. de calamēto montano. & sic uolunt sapiētes quod calamētū fluuiale sit uerum menthastrum.

Calamētū montanū .i. nepita siue gattaria, quidā dicūt q̄ est origanū alii pulegiū q̄d nō est, uerū est q̄ quidā ponunt unū pro alio, quia in oibus istis plantis nō curāt arabes ponere in medicinis unā pro alia, quia ipsi iudicāt habere eandē uirtutē, sed uerū calamētū montanū est nepita siue herba quā rustici nostri gattaria uel gatam uocant herbam, & dicitur herba gata, quia cati libeter ipsam comedunt. Dios. in ca. de calamēto habet diacalamētū, & loco calamētū montanū habet nepitā. Nico. dicit q̄ calamētū montanū est nepita. Itē Macer in ca. de calamēto inquit. Herbā quā neptam uulgari saepe uocamus. Hanc medici græco calamētū noie dicunt. Itē uidi Pet. de crescē. in ca. de calamēto ubi sic ait: calamētū aliud est aquaticū .i. fluuiale & uocatur mēthastrū, & aliud est mōtanū & uocatur nepita, & sic ē scdm ueritatē.

Siseleos uel siler uel plato ciminū est siler montanū. Pet. de crescentiis dicit siler montanum siue siseleos, & sic est.

Alhaſce siue haſce ē timus. extremitates uero ipsius sunt notę quid sint.

DIATRITON pipereon. & triū piperū. añ. aur. v. zinz. anisi haſce. i. thimi. añ. aurei. ii. spicę amomi. añ. aur. i. casſię semi. apii siseleos. i. sileris montani assari enulę sicçę. añ. aur. s. confice cum melle dispumato & fiat.

Diatriton pipereon dicitur à tribus generibus piperum quæ ingrediuntur cōpositionē ipsius, & sunt proprie nigrū album & longum, hoc apud nos nō est ualde in usu. Aui. in .5. can. habet unā descriptionē quæ uidetur quasi esse eadē

cū ista. Mes. habet haſce. Aui. uero nō. Aui. habet xilobalsamū Mes. non, in reliquis concordantur in simplicibus eius.

Piper secundum Serap. ex auctoritate Dios. est arbutum in regionibus indię nascens habet semen quod in ortu suo est longum simile faseolis & elongatur in forma sua & est macropiper .i. piper longum & intra ipsum sunt grana parua similia geguers quæ quādo maturantur fit piper. & hoc, quia separatur & fit sicut racemus in quo sunt grana parua primo, & sunt grana piperis, & quando colligitur perfecte maturum est piper nigrum, sed quando colligitur ante maturationem est piper album. nam color eius est albus & nō recipit in colore suo nigredinē ante maturationē. Eligendū autem est ex pipere nigro illud quod est notū in quo nō est res similis grano fursuris & plenum, sed ex pipere albo melius est illud quod non est rugosum album & graue, sed ex pipere longo eligendum est illud quod quando frangitur apparet densum habens grana quæ sunt intra ipsum adinuem iuncta, & sapor eius est acutus mordicans linguam.

DIACIMINVM. & cimini carmeni pridie in ace to infusi & exicati. 3. xx. zinziberis alhaſce. añ. 3. iii. piperis cinnamomi. añ. 3. ii. ameos. 3. i. s. foliorū ruthę siccorū baurach rubei. añ. 3. iiii. confice cum melle dispumato.

Diaciminū dicitur à ciminū uidelicet à ciminū carmeno q̄ itrat, sed Christophorus de honestis dicit diaciminū .i. diacinnamomū quod nō est. Superius est positū diaciminū bonū .i. diaciminū quod fit de semine cimini uſualis, hic uero habet diaciminū .i. de ciminū carmeno, quia ipse Mes. non habet aliud ciminū nisi carmenum, sed hoc apud nos nō est in usu. Ciminum carmenum secundum Gal. in suis secretis medicinæ quod incipit sic. Herodi ad stomachū. exponitur q̄ est siseleos. Sera. in cap. de ciminū ex auctoritate Rasis dicit q̄ ciminū carmenū est agreſte. Aui. dicit q̄ est nigrū Matheus Sylua. in ca. de ciminū dicit q̄ carmenum est siseleos, & sic uolunt moderni, tamen ego non nego nec affirmo, uerum unum pro alio ponitur quandoq̄.

Ameos Dios. multi ciminū gthiopicum dicunt aut basilicon, sed ameos alterius est naturæ. est. n. semen penes gthiopicos ciminū simile, sed minus & est albidius & quodammodo spissius gustum habens simile origano. Serap. ex auctoritate Gal. dicit. magis iuuatium quod est in eo est semen eius, & in sapore eius est amaritudo pauca & acuitas. hoc est notum. Rutha. s. domestica. circa instans dicit ruthę folia & semina cōpetunt uſui medicinæ. Cū autē reperitur rutha sola folia debent poni, & per annum seruantur secundum Dios. melior est rutha quæ nascitur circa cucumeres. Et secundum Aui. est melior quæ nascitur apud arborē sic. Inuenitur autē alia species ruthæ quæ uocatur pigamū, & una alia quæ uocatur harmel, de cuius forma ostendam in tractatu de pillulis.

Baurach rubeum .i. sal rubeum uel armenum uel affronitrum .i. spuma nitri, ut dicitur à Serap. eap. de baurach. Mes. in cap. de baurach. dicit aliud est minerale, aliud artificiale, minerale, aliud armenum, aliud phricanum, aliud, romanū, aliud egyptiū &c. Moderni apothecarii loco baurach sunt qui ponunt sal panis rubeum, & sunt qui ponunt sal nitrum quo utuntur bombardarii.

Confectio de citoniis bona .i. de carnibus citoniorum est in usu uerum sunt ex hominibus qui faciunt eam cum speciebus, & sunt qui faciunt eam cum zuccaro, & sunt qui faciunt cum melle, sed cum zuccaro est magis laudata, quia retinet mirabiliter fluxum uentris.

Ioan. autem Anglicus in cap. de passionibus stomachi inquit, sed nota q̄ diacitonitem parum ualet in materiis calidis, sed cum pipere & zinz. in materiis grossis frigidis ualet. eius descriptio est hæc. & succi citoniorū acetosorū uel aquosorum parum ponticum. lib. i. uel de substantia eorum eodem modo mellis ad calefaciendum zuccari ad infrigidandum. lib. i. aceti fortis, & boni lib. i. præparentur super ignem lentum & calide reponantur. Quod si uis fortius facere ad calefaciendum ponatur ibi zinziber & piper. unde

SECTIO PRIMA

apotheca rii accipiunt citonia & scindunt per mediū & extrahunt grana & semina & arillos, & medullam eorum coquant in aqua & addunt succum, & pistant simul in modū electuarii, & tunc uocatur caro citoniorū, uel diacitonitem purum & cum speciebus calidis sic compositum, de quo dixit uerificator in his uersibus. Si uis me nitem si uis dissoluere litem. Da diacitonitem da mihi frater idem. Nec multum plangam si iungas diagalangam.

CONFECTIO de seminibus. i. diaspermaton secundū Matth. syl. in litera diaspermaton dicit ipse quod est ex seminibus herbarū. Nico. florentinus in lib. 5. in tractatu. 4. in ca. de complexione stomachi nō pura in generali inquit, diaspermaton. i. electuarium de seminibus, quod describitur in antidotario Mesue, & sic est, sed non est in usu, infra apparebit una alia descriptio quæ est ex auctoritate Rasis. Nicolaus habet diaspermaton, sed non est in usu.

CONFECTIO de citoniis facta cū succo citoniorum excitans appetitū mortuū. R. succi citoniorū & mellis añ. lib. iiii. ita quod sit mel dispunatum, aceti boni puri lib. ii. de inde coquantur cum facilitate, & continue auferatur spuma eius & saepe, & cū mellis spissitudine habuerit puluerizentur super ipsum piperis longi zinziberis cinnamomi. añ. ʒ. i. gariofilorum ligni aloes. añ. ʒ. s. musci. ʒ. unius tertiam, & quando quod sit sine speciebus, & quando quod cū speciebus aliis sicut necessitas conducit, & quando quod sit cum zucchero, & quando quod uariatur aliis modis.

Ista confectio de citoniis facta ex succo citoniorū Papię non fit nec est in usu, sed apothecarii Mediolanenses faciunt ipsam & illi medici utuntur ea.

Acetum apud græcos dicitur oxos Serap. ex auctoritate Dioscoridi dicit quod acetum infrigidat & stipticat, & est bonum stomacho & prouocat appetitum. Petrus de crescentiis docet qualiter fit acetum, & de uirtute aceti.

ELECTVARIVM de pomis non est in usu, tamē hic uolo ostendere. Quare dicitur pomum ex auctoritate Isidori dicentis quod poma sunt dicta ab opimo. i. à copia seu libertate. Mes. habet carnū pomorū duciū quæ sunt dicta poma paradisi siue parifana, & hoc pomum est magis laudatum quod sint alia poma redolentia, & sic à uulgo uocantur.

ELECTVARIVM de persicis nō est in usu. persicum autē apud multos inter genera chrisomilorū est positū. Isido. in cap. de propriis nominibus arborum habet capitulo de malo persico, & aliud cap. habet de persico solū in cap. uero de malo persico ait. malū persicum cuius breue est quemadmodum uita cōcessa est, & tria genera dicuntur. scilicet duracemū armeniacū & persicum, duracemū nuncupatur eo quod pomū eius in gustu acorē referat. in cap. uero de persico dicit persicū uocatū quod eam arborē prius in ægypto seuerint per se, aquose oriundos Ptolemæi ferebant.

ELECTVARIVM quo utuntur reges & prælati non est in usu. Pinus arbor picea ab acumine foliorū uocatur. pinum antiqui acutum nominabant, pinum autē alii pītin uocant, græci peucē uocant quā nos piceā dicimus, eo quod desudet picē. nā in spē eius differunt, in germanie autē insulis huius arboris lachryma electrū gignit, ut inqt Isido. Sed miror quod Isido. dicat quod lachryma huius arboris electrū gignit, quod non credo, quia Simon Ian. dicit electrū succinū & charabe uel chachabre quod idē sunt. Similiter dicit Matth. syl. quod electrum succinum & charabe idē sunt. Istud electuarium uocatur apud quosdam electuarium de pineis.

ELECTVARIVM de fructibus magnū nō est in usu. Pirus uocata quasi in ignis spē formata. nā hæc genus pomi ab amplo incipit & in angustum finit sicut ignis, pirus arbor, fructus eius pira sunt. Isidorus.

Ponticus. scilicet sapor. Serap. in cap. de diuisione generali secundū sapores in uno cap. de stiptico & pontico loquitur, & ibi sic ait. sapor stipticus est sapor ponticus debilis, & hi duo. scilicet ponticus & stipticus nō differunt nisi in multa & pauca stipticitate, ponticum etiam appellatur in quadam insula ubi reperitur reuponticum.

CONFECTIO alia Gal. nō est insula, sed illa simplicia quæ ingrediuntur, & quæ declarata non sunt hæc declarabo.

Faufel secundum Serap. est auellana indica, & dicitur quod est sicut dactylus, & arbor ipsius non est in terris arabū Aui. in. 2. ca. de ipsa duo ca. facit. unū de faufel, & ibi dicit quod uirtus eius est propinqua uirtuti sandali. aliud cap. facit de rosba. & ibi dicit quod est auellana indica quod debens Ras. uelle etiam uideatur. in lib. 2. afor. in cura fluxus, faufel uero secundum Simonem Ianuen. est fructus similis nucis muscatae, nisi quia pars prima eius est aliquantum peracutior, & alia est plana ita quod possit stare erectus sicut calculus qui in ludo dicitur pedes in cæteris intus & extra nucis muscatae similis est sine odore & sapore. nascitur inclusus in quadam lanugine simili folliculo serici. multotiens defertur inter alias species aromaticas & simplicia. maxime cum cinnamomo & æquis paratur sandalis in frigiditate.

Bolus armenus siue lutum armenum est quædam terra rubea quæ defertur ab armenia. Circa instans dicit bolus est quædam uena terræ quæ præcipue in armenia reperitur. unde dicitur bolus armenus, non sophisticatur propter multā eius copiam, per centum annos potest seruari, & hoc est satis notum.

Acetosa secundū Aul. alia est domestica & alia syluestris. Dioscori uocat eam lapatium & illius ponit quatuor genera unum quod manducatur, & istud est illud quo nos utimur, & est alterum quod dicitur oxilapatium. i. acutū lapatium, hoc est satis notum semen intelligitur, alia legas ibi.

Rob est succus cuiusdam fructus cōctus ad spissitudinē ut seruari possit. Rob uero citri descriptio non reperitur à Mesue, sed fit sicut rob de berberis, quando autem reperitur rob absolute ponitur sapa uel carenum.

CONFECTIO de prunis non est in usu. infra in antidotario Nicolai apparebit diaprunis uel diamasceon, & secundum illam descriptionem fit & potest fieri solutiuum, & non, sicut postea ostendam.

Pruna secundum Mes. dantur ad alterandum & ad soluendum, & sunt ex eis alba aut citrina aut rubea Damascena & armena sunt fortiora omnibus aliis Isido. dicit. coquimella quam latini à colore prunum uocant. alii à multitudine enim fructus nixam appellant cuius generis Damascena dicta sunt à damasco oppido, unde prius asportatę sunt, cuius solūm pomum stomacho mederi probatur.

Muzum proprie dicitur cuius sapor est compositus ex dulcedine & acetoso. Et hoc dicitur arabice muz.

ELECTVARIVM de sorbis. scilicet de carnibus ipsius non est in usu. Sorba secundū Serap. ex auctoritate Dioscoridi est arbor spinosa folia eius sunt similia nanarico, & habet fructum paruum similem malis paruis, bonum ad comedendum est, & unumquodque pomū eius habet tria ossa. & ideo nominatur triconium, & eius expositio est trium granatorū Serap. allegat de forma sorbe secundum Dioscoridi. quod apud ipsum Dioscoridi in cap. de sorba non reperitur ita, sed uide cap. de mespila. apud Dioscoridi cum cap. de sorba apud Serap. uidebis quod in omnibus idem sunt Aui. in. 2. ca. in cap. de zarur, uideatur loqui de sorba, quāuis Serap. uult quod zarur sit sorba uel species eius.

TYRIACA diatesaron. quod gentianę, baccarum lauri, myrrhæ, aristologiæ rotundę. añ. partes æquales, confice cū melle dispunato, & fiat confectio.

Tyriaca uero secundum quosdam dicitur à tyro serpente. alii dicunt quod non, quia reperiuntur multæ aliæ tyriacæ quas non ingreditur tyrus ut est in tyriaca de terra sigillata, & ista quæ fit ex quatuor rebus. Potest bene aliquis dicere quod tyriaca dicitur à tyron græce quod est uenenum, quia omnes tyriacæ sunt medicinæ quæ ualent contra uenenum ut lapis bezaar Ioan. Anglicus in cap. de uenenis. inquit. Si igitur illa medicina faciat euadere ex uenenis optima est, & de illis quæ faciunt euadere ex uenenis habetium uenena quæ non cognoscuntur per experimentum est tyriaca quæ componitur

ponitur ex carne tyri quæ est uenenosa, tamē uenenu suū est humiditas expulsa per uerberationē eius, unde uersus. Alia nux, rutha pura, raffanus & tyriaca. Hæc sunt antidota cōtra mortale uenenu. dicitur autē tyriaca diatessaron. i. de quatuor rebus, nam tessaron græce, id est de quatuor rebus, descriptio ipsius reperitur in multis aliis locis. Nicolaus in suo antidotario habet unam descriptionem, sed in ipsa quidam philosophi postea addiderunt alias res sicut fenugræcum nigellam zedoariā diptamū &c. Aui. in. 5. cañ. habet unam descriptionē quæ eadē est cū ista Mef. Rafis etiā in. 8. Almā. in cap. de moribus scorpionum habet unam descriptionē quæ est eadem cum ista, sed apud nos non est in usu.

Gentiana secundum Serap. est basilica. idē dicit Papias. basilica etiā aliquādo inuenitur pro serpentaria Aui. in cap. de gentiana dicit q̄ non nominatur gentiana, nisi quia prius qui eam agnouit fuit gentinus rex, & ipsa quidem creuit in montibus altis, & sic credo, quia reperitur in multis confectioibus gentiana romana, ut habet Aui. in prædicta tyriaca, illa est proprie gentiana quæ reperta fuit à gentino rege romanorum, radix ipsius competit usui medicinæ.

Baccæ lauri siue granū lauri. circa instans dicit. lauri folia & semina usui medicinæ cōpetunt, infra apparebit electuariū de baccis lauri. Et ibi melius ostendam si deus uoluerit.

TRIPHERA saracenicā magna. & chebulorū indorū belliricorū embli. & citri. añ. 3. v. Cinnamomi triū piperū secacul folii spicæ cardamomi maio. i. heil & minoris castiæ seitaragi indi cyperi apii linguæ auis garioflorum been albi & rubei zinzi. añ. 3. il. spicæ nucis mus. macis sisami ex corticati. añ. 3. iii. amigdalorū dul. & amararum. añ. 3. v. ligni aloes reubarbari, seminis feniculi masticis. añ. 3. ii. Alfelge misch. i. seminis ozimi garioflati mēte sicca origani persici. añ. 3. i. s. fricentur mirabolani cū butyro uaccino, & ceteris re spēs cum oleo amigdali. & cōfice cū melle quod sufficit.

TRIPHERA græce est dicta delicata, saracenicā, quia à saracenis inuenta fuit. Nicolaus in suo antidotario habet unam descriptionem & dicitur triphera, quia hominē iuuenem reddit. saracenicā uero, quia à saracenis fuit inuenta. descriptio Nicolai non concordat cum ista Mef. nec fit secundum ipsum. f. Nicolaum.

Chebuli alio nomine mirabolani chebuli uocantur. Mef. de ipsis loquitur de tribus generibus in uno cap. & sunt proprie citrini chebuli & indi, & laudat chebulos ut sint grossi & quāto grossiores tāto meliores, & sint subnigri declinantes ad rubedinē, & sint graues in pondere citæ submersio, nis in aqua & sint habentes spissitudinem corticum suorū.

Indi. f. mirabolani dicti nigri. ut dicit Serap. cap. de mirabolanis Mef. laudat nigros ut sint grossi & graues & carentes ossibus, quanto autem ab his elongantur proprietatibus tanto à bonitate remoti Aui. dicit nigri indi sunt illi qui ultimi sunt in maturitate, & sunt pinguiiores.

Bellirici mirabolani sunt ex medicinis bñ dictis, ut dicit Mef. & meliores sunt grossi & spissi ponderosi & densi corticē.

Emblici mirabolani secundū Mef. sunt ex medicinis confortantibus stomachum cor epar & uiscera, & meliores ex eis, sunt habentes frusta grossa & densa & grauiā & quæ minus crescut in ossibus & plus in carne, rari quoq; non habent spiritum. Mef. ibi docet modum faciendi seremblac. in funde emblicos in lacte dulci & mutetur super eo lac mane & sero, & hoc per triduum & exicentur in uento & in umbra & recondantur. Serap. in cap. de emblicis inquit. medicinam nominant emblicos sremblacos, & hæc ideo q̄ quando in funduntur in lacte in terra in qua nascuntur nominantur sremblengi, & ipsi ponuntur in lacte sicut dixi.

Citrinos mirabol. secundum Mef. laudauerunt sapientes in colore ut sint citrini multæ citrinitatis declinantes ad uiriditatem, & sint pondere graues & densi, & ut in cōfractis suis inueniatur sicut gummositas & ut sint grossi & ut cortex eorum sit spissus densa complens ossa parua. similiter ait. Aui.

Secacul. i. sigillum sanctæ Mariæ & alio nomine à uulgo dicitur zonegeto. ut dictum fuit.

Spica nardi siue præciosā. Mef. habet in ista descriptione spicam. i. nardi & infra iterū habet spicam quod ignoro. ue

rū dixerunt quidam sapientes q̄ per unum spica intelligitur spica nardi, & per aliud spica celtica, & ambæ debēt poni.

Seitaragi autē indi est genus erucæ. Aui. in. 2. cañ. ait seitaragi ille qui est indus est frusta ligna parua subtilia & cortices sicut garioflii, neq; per id agnouit quid sit Gal. in. 7. simpliciū nominat lepidiū, & ibi dicit q̄ est genus erucæ & sic est. Quid autē sit cōmuniter ignoratur, etiā Dios. uocat lepidiū, & qui mihi nō credit q̄ lepidium sit seitaragi indi legat cap. de lepidio apud Dios. cū cap. de seitarago. apud Sera. & uidebit q̄ idē est. Simon uero Ianuen. in cap. de hiberida cū h. describit de forma, hiberidos quod est uerū seitaragi. in fine cap. ipse inquit. hæc uidetur quā nasturtium agreste nominamus. in cap. uero de ibederidos per i. seitaragi inquit, ex auctoritate Pauli ibederidos herbæ usus quæ & lepidium. alii uero agriscardamū. i. nasturtiū agreste appellant, in cap. de seitaragi iterum dicit ex auctoritate Pauli q̄ in ca. de sciatica, iberidos inquit, quem lepidium agriscardamum appellant, quidam uocant ipsum capsiam indam. Tu uero uide certitudinem huius plantæ quod uerum seitaragi secundum Paulum est agriscardamū agreste, & alii agriscardamū agreste est nasturtium aquaticum, & nasturtium aquaticum secundum circa instans est senation. & senation secundum Diosco. est illa herba quam lombardi uulgo crisonum uocant, & sic sine dubio seitaragi est species nasturtii, quia Serap. in suo cap. dicit ex auctoritate Gal. uirtus eius & sapor & odor sunt similia uirtuti saporis & odori nasturtii, & sic loco seitaragi indi potest poni semē nasturtii, quod est species eius, & infra in dianasturtio de ipso aliquid ostendam. Sifamus. f. semen ex quo oleum sisaminum exprimitur, tempore antiquo nō reperiebatur istud semen in partibus nostris, sed hodie aliqui detulerūt ad nos, & hodie reperitur in multa quantitate, & siculi appellant illud giocolenam, de modo excorticandi docet liber qui dicitur bulchafim in tractatu secundo, cuius modus est iste. Recipe de sisamo & illud purga à terra quæ est in eo & aliis superfluitatibus, & pone in uase fictili cum aqua frigida & dimitte per noctem, & in mane cola & dimitte sicari parum ab humiditate aquæ & pone in pecialini forti, & liga os & percute sisamum ab omni parte eius donec excorietur totum & proice super ipsum aquam frigidam & misce bene. nam cum uidebis corticem eius natate super facie aquæ proice cū aqua, & fiat ita quousque nihil remaneat ex cortice, deinde sicca illud ab aqua & seruetur.

Origanum persicum non reperitur ab auctoribus, quare ita appelletur. moderni uero per origanum accipiunt quamdam herbam quam lombardi uulgo cornabobium uocant circa instans inquit. origanum. i. golena exiccatis foliis cum floribus abiectis stipitibus in medicina debet poni, per annum feriat. singulis annis renouetur. Serap. in cap. de origano describit multas species illius & ponitur diptamus in ter species origani.

TRIPHERA muscata quam fecit alcanzi. & mira: chebulorum nigrorum. i. indorum emblicorum belliricorum piperis macropiperis zinziberis cyperi castiæ spicæ in de. añ. 3. v. seminis anheti, seminis porri. añ. 3. ii. seminis bauciæ. rosarum. f. rubearum cinnamomi nucis mus. garioflorū. añ. 3. i. s. macis heil galangæ ligni aloes crudi & non cōcti musci. añ. 3. i. granorum nasturtii. añ. 3. x. confice cum melle dispumato.

Triphera. i. dialectica. muscata dicitur, quia recipit muscū apud nos uidelicet in Pappia non est in usu, sed in Mediolanis utuntur ipsa multum.

Anethum secundū circa instans quando simpliciter ponitur semen intelligitur hoc semē est satis notū. de forma ipsius plantæ nō reperitur ab auctoribus, sed folia habet sicut abrotanū uel feniculus hasta similis feniculo, & capitellum simile feniculo. semē uero est minus, & in hortis reperitur.

Porrū secundū Sera. est ex eo domesticū & est hispanū & est ex conabati & est mōtanū & est porrū uineæ. Aui. dicit aliud est scemū & aliud est nabathiū, & aliud est q̄ dicitur porrū syluestre, & est illud q̄ est inter porrū & aliū q̄ est melius in medicina q̄ in cibo, sed nabathiū magis ingreditur

SECTIO PRIMÆ

tur in curationibus q̄ scemium. semen ipsius intelligitur.

Bauciæ .i. pastinacæ de semine intelligitur, ut infra apparebit bauciæ conditæ, & ibi ostendam melius. Auerrois in .5. col. uocat ipsam halgazar.

TRIPHERA Galeni. & omnium mirab. añ. 3. x. zinzibe. mastice cinnamomi garofil. añ. 3. vii. galangæ maratri anisi apii ameos spicæ alfari croci. añ. 3. iiii. costi piperis nigri & longi castæ. añ. 3. iiii. nucis musca. macis cardamomi maioris & mino. calami aromati. ligni aloes. añ. 3. ii. tuderis albi & rub. alufulfumē cyperi. añ. 3. iiii. s. ambre. 3. i. musci. 3. unius partes tres. fricentur mirabolani cū oleo amigdalarū dul. & cōfice oīa cū melle dispumato, & Gal. quidē q̄nq̄ addidit scoriā ferri nutritam in aceto uini secundū mensurā medicinarū oīum, & quandoq̄ secundū medietatē earū.

Hæc descriptio istius triphere apud nos nō est in usu, sed simplicia q̄ ipsam ingrediuntur declarabo si deus uoluerit.

Maratram .i. semen feniculi de quo Macer. Feniculū medicū calidū siccūq̄; secundo. Dicunt esse gradu maratrū græcus uocat illud. Auer. in .5. colli. dicit Alrimeg. i. feniculū.

Ameos est semen notū omnibus. Gal. in sexto simplicū inquit, enucha .i. ameos magis inuatiuum ex hac planta est semen eius. Nota q̄ meo tempore uidi multos herbatos uēdere ameos apothecariis indoctis pro apio. & generalit̄ ter ultra padum apud ciuitatem Papien. utuntur in couiuis foliis ameos profolis apii, quod erroneum est.

Tuderis secundū Aui. ex auctoritate Diosc. est herba habēs folia similia prasio & radicē quadratā, & eius radix mensurā habet mediū cubiti, & habet capita in quibus sunt semina longa nigra, & est hæc usitata. tuderis syluestris uero semen est rotundū. A. in .2. cañ. declarat formam tuderis ex auctoritate Diosc. sed non reperitur sub illo nomine, quia à Diosc. uocatur orminon, & latini emolam uel aurigalis siue reicialis, & reperiuntur ex eis duplices, unus cum flore rubeo, & alter cum flore albo, ambę apud nos nascuntur in test̄ s ac parietibus & iuxta hortos abundanter inuenitur.

Alufulfumen siue sulfumen est radix piperis secundum Serap. in cap. de radice piperis Aui. in secundo cañ. ait. Fululfumen est radix piperis. Idē in synonymis quæ sunt in fine. 5. cañ. dicit. sulfamine. i. radix piperis uel lignum eius & sic est & loco e ius administratur piper nigrum.

TRIPHERA minor ex arte fenoris. & mirabol. chebulorum indorum belliricorum emblicorum nucis musca. añ. 3. v. nasturtii. i. semen, quod uocatur curdamum alfari. i. radix ipsius quæ competit usui medicinæ origani persici piperis olibanī ameos, zinziberis carnezit spicæ squinanti. i. palea camellorum cyperi. añ. 3. iiii. scorię ferri nutritę in aceto diebus quinq̄ & assę. 3. xx. mirabolani assentur cum butyro uaccino & inuoluantur cætera cum oleo amigdal. dul. & aromatizentur cum musci. 3. i. & cōfice cum melle dispumato, & da post sex menses.

Hæc descriptio istius confectionis apud nostros medicos est multum in usu ualet mirabiliter ad corruptionem & exuberationem menstruorum & hemorroidarum.

Carnezit autem secundum Serap. est fructus tamarisci. nam ipse Serap. in cap. de tamarisco inquit ex auctoritate Diosc. tamariscus est arbor erecta quæ nascitur in aquis & habet fructum qui assimilatur floribus & est similis in fluxibilitate sua usneæ, & est in babylonia & in sceni.

Tamariscus domestica quę nominatur carnezit & sic est. Aui. in .2. cañ. dicit. carnezit est fructus tamarisci. & quidam uocant nucem tamarisci, & idem est. Auer. in .5. colli. ait. alcharfar. i. tamariscus.

Ferream secundum Auicem. habet tres species scilicet ferreburucam & lierenchē & siludeth. aliud ca. facit de scoria & ibi dicit q̄ fortioris exiccationis est scoria ferri. idem ait. sarfar. i. ferrum. Isido. in cap. de lignariis inquit. clauī autem dicti quasi calibi, quia ex chalibe fiunt. i. ferro. chalibs enim ferrum est. Serap. ex auctoritate Diosc. dicit. tubel ferri est squamma ferri seu batitura. nutritur autem scoria ferri per quinq̄ dies in aceto fortissimo omni die mutando acetum. Post hoc proiciatur super laminam ferream ignitam & torrefiat, deinde puluerizetur subtiliter & referuetur &

utere ubi oportet.

TRIPHERA minor descriptione cognita non est in usu simplicia quæ ipsa ingrediuntur declarata sunt.

DIACURCUMA magna. & croci, alfari, petrosilini dauci, anisi, seminis apii. añ. 3. iiii. raueseni meu, spicæ. añ. 3. vi. costi & myrrhę castię squinanti carpobalsami rubeę tinctorum, succi absinthii, succi eupatorii, olei balsami. añ. 3. ii. calami aromatici cinnamomi. añ. 3. i. s. scordeon, scolorpendriæ, succi liquiritiæ. añ. 3. ii. s. dragaganti. 3. i. confice cū melle dispumato & fiat.

Diacurcuma autem dicitur à dia quod est confectio. Curcuma dicitur, quia in colore sit sicut curcuma, & est species celidoniæ. Non autem dicitur diacurcuma à radice curcumę, sed dicitur diacurcuma à croco quod recipit ibi in bona quantitate, & in colore ipsius sit citrina, sicut ipsa radix quæ dicitur curcuma, sed melius esset q̄ diceremus diacrocuma à croco quem recipit, ut ait Saladinus. Christophorus uero de honestis dicit q̄ diacurcuma sumitur pro rubea tinctorum, quod non credo, quia Matth. sylua. in litera Diosc. inquit sic. sed illa regula habet exceptionem in uno electuario posito à Gal. in antidotario suo, & etiam in Damascoeno quod uocatur diacurcuma & non est electuarium de curcuma, quia non recipit aliquid de curcuma.

Vbi sciendum est q̄ illud nomen fuit impositum prædicto electuario propter quandam similitudinem quam habet in colore cum curcuma, quoniam recipit crocum, cuius tinctura tingitur electuarium tāquam si receperit curcuma, & ob hoc diacurcuma uocatur, quia recipit crocum qui tingit colore curcumę. Aui. I. 5. cañ. habet duas descriptiones. i. maiorem & minorem, & non habet curcuma. Mes. habet diacurcumam magnam & minorem, & dicit q̄ minor ualet ad ea sicut maior, sed maior est illa quæ usui uenit, curcuma est radix satis nota Mes. laudat ipsam in cap. de scabiæ oculorum sub nomine huruch. i. hauruch.

Petroselinum. i. semen eius Isido. in cap. de oleribus ait, petroselinum uocatum q̄ sit simile apio, & nascatur in petris montibusq̄; præruptis q̄ nos petrapium dicere possumus, & hoc est satis notum.

Daucus secundum Auicem. in .2. cañ. est semen bauciæ syluestris, & ibi dicit. distinctio eius dicitur in cap. bauciæ syluestris, sed non reperitur.

Raueseni. i. reubarbarū Mes. in cap. de reubarbaro, inquit electio ex spēbus raues, aliud est quod nascitur in India, & est raueseni. & aliud est raues barbarū, & aliud est raues turchinum, & melius est raueseni. Ioan. Anglicus in lib. 5. quasi in fine ait. reubarbarū diuersimode administratur, aliquando in colatura, tātū aliquādo in electuariata substantia, aliquādo in pillulata, aliq̄n in liquida, & dicit aliqui q̄ in substantia plus laxat, & aliqui q̄ in colatura eius plus.

Meu apud Aui. uocatur mu. & dicitur q̄ est frusta diuersę figurę in colore agarici Diosc. dicit meu. q̄ atamantiū dicitur. qdā uero anhetū syluestre uocant, radix ipsius cōpetit usui medicinę, sed lumē malelucēs exposuit in prædicto electuario q̄ meu est semē anheti syluestris, cuius falsa est opinio, & q̄ mihi nō credit uideat Aui. cap. de mu. i. meu, & Serap. & circa instans oēs uolunt q̄ radix sit illa quæ est efficacior in medicina. infra in confectione dicta aurea alexandriana, de meu iterum aliquid ostendam. si deus uoluerit.

Myrrhę scdm Aui. est gūma currēs sup arborē in iamaonia q̄ dimittitur donec cōgeletur, deinde colligitur sicut galbanū & oppopanacū. i. terra nostra græcus appellat smirna.

Carpobalsamum est fructus seu semen balsami, ut dicit Diosc. in cap. de balsamo. Lignum ipsius appellatur xilobalsamum, succus opobalsamum.

Rubea tinctorum secundum Isido. dicta est, quod radix eius sit rubea, unde & colorare lanas perhibetur Christophorus de honestis putauit, sed nō recte q̄ diacurcuma efficitur in colore curcumę propter rubea tinctorū, sed nō est.

Absinthiū secundū Mes. est multiplex, sed illud qd̄ intēditus est absinthiū romanū, & melius est illud qd̄ est remotū ab odore maris, & qd̄ oritur in terris liberis, & habet folia alba plana & leuia. hoc est satis notū. Iste est modus operationis

tionis succi eius, exprime succi eius quantitatem quam uolueris, & pprie in medio ueris & purifica illud scdm artē, & fac siccatu cinere calido in uase uitreato sicut siccatu aloes.

Eupatoriū secundū Serap. est gassit, nō est ergo pollicaria ut dicunt quidā arabes, in ista planta Mes. & Aui. sunt differētes. nā Mes. dicit q̄ ipsius flos est sicut subcitri. Aui. uero ait. flos eius est sicut nenufar. igitur nō cōcordant, infra iterū de ipso loquemur, succus uero ipsius sit sic oportet ut te rantur folia ipsius, & exprime succum eius usq̄ ad quantitā quā uolueris, & dimittatur soli donec siccatu ut possint fieri troc. sunt etiam qui ponunt succum ipsum in uesica porci & siccant. liber qui dicitur bulchafim in tracta. secūdo docet modos exprimendi succum ex gassit. i. eupatorio.

Oleum balsami quod ex ligno balsami manat. descriptio nē ipsius describit ipse Mes. sicut ostendam infra, sed quia illa descriptio Mes. nō pōt fieri apud nos, ego describam unā descriptio nē quā reperitur apud Petru de ebano. & secundū illā facere debemus, etiā si quis facere per aliū modum ut docet Guil. Lombard. de quo infra. Ioā. Anglicus in cap. de paraleli inquit. Septē sunt cara, quia sunt bona, uel quia rara. Balsamus ambrā tyrus caro lignū camphora muscus. per tyru intelligitur tyriaca uel trocisci de tyro quos recipit, per hoc nomē caro, caro leonis. per lignū, lignum aloes. & alia sunt satis plana. Et nota q̄ balsamus est succus balsami. i. illius arboris quā est parua quasi frutex circa babyloniam tātum crescens, & uocatur oppobalsamus, & lignum eius uocatur xilobalsamus. & est uersus de hoc. Est opus succus xilo lignum carpoq; fructus.

Scordeon secundum Aui. est alium agreste. circa instans inquit. scordeon est allium agreste solus flos eius medicinā competit Serap. in cap. de alio ait, sed scordeon est allium agreste, & est fortius alio domestico.

Scolopendria secundū moder. usum est lingua ceruina. antiqui autē utebantur alia scolopendria. & hęc est illa quā hodie nos cetherac uocamus. infra apparebit syrupus de scolopendria. Et ibi melius ostendam si deus uoluerit.

D I A C V R C V M A minor est in usu secundū intētio nē Mes. minor ualet ad ea sicut maior, sed nō fit. Sed potest rit dicere aliquis. si Mes. laudat minorē sicut maiorē. ergo possumus facere minorē pro maiore. Ad hoc dici posset, q̄ sic inoleuit usus apud nos & q̄ etiam illa posset fieri.

D I A M O R V S I O N . & croci acori. añ. 3. ii. myrræ. 3. iii. baccarū lauri. 3. i. s. dauci cinnamomi, castiæ, cimini, carmeni. i. siseleos secundum Matth. syl. carpobalsami, floru squinanti, seminis anisi, apii, cordumeni, spicæ, mentē sicæ, marmacur, ameos. añ. 3. i. costi trium piperum. i. nigri, albi, & longi. añ. 3. i. confice cum melle dispumato.

Istud electuarium apud nos non est in usu.

Hęc descriptio uidetur concordare cū descriptio nē quā Aui. in. 5. cañ. describit sub nomine homorusia.

Acorus secundum Diosc. est herba uenerea, uel affrodysia, uel piper apum & c. radix ipsius competit usui medicinę. quidam uocant ipsum geliam alii gladiolum.

Dauci. i. semen bautię syluestris. Aui. in prædicto electuario habet dauci. & ibi exponitur q̄ ē semē bautię syluestris.

Carpobalsamus secundum Diosc. in cap. de balsamo est semen balsami. & hoc satis est notum.

Cordumeni secundū Sera. est caruy agreste & à romanis dicitur karda, mirandū est q̄ Diosc. cōcludit sermonē de cardamomo, cū sermone de cordumeno apud Sera. quod nō est credendū q̄ sint idem. quidam uocant ipsum siler creticum. Matth. sylua. uocat ipsum cordilion. infra in athanasia magna ostendam quid est. si deus uoluerit.

Marmacur. i. maru de quo Aui. in. 2. cañ. speciale cap. facit, & ibi distinguit in plures spēs. secundū uero stephanū est marubium. si autē reperitur marmacor est melissā, Gul. placētī. ait. maru. est species lingue bouis & uocatur in Cremona sclarea. sapiētes dixerunt q̄ per marmacur uolumus intelligere passum siue marubium, & per marmacor uolumus intelligere citrariam. i. melissā.

Dialacha magna. & lace. ablu. raueseni. i. reubarbari. añ. 3. iii. spicæ aromaticæ maisticis. seminis apii. squinanti, abq;

finthii, succi eupatorii. A meos sauiņe amigdalarum amara. Costi myrræ rubeæ tinctorū. seminis fenicu. anisi, allari, arisfolog. gentianę, croci, cinnamomi, hylopi sicæ, castiæ, cimmarum (quinanti) bdellii. añ. 3. i. s. piperis zinziberis. añ. 3. i. infunde myrram & bdellium in uino & cætera tere & confice cum melle dispumato.

Dialacha magna. dicitur magna quia cōpositionē ipsius plura simplicia ingrediuntur q̄ in minore uel dicitur magna, quia habet maiorē efficaciam. Aui. in. 5. cañ. habet duas alias descriptio nē, quæ non sunt similes, sed ista Mesue est illa qua nos utimur.

Lacha secundū Serap. ex auctoritate Diosc. est gummi arboris cuiusdā. & nascitur in terris arabum, & est similis myrræ & storaci, ipse Serap. quasi in fine ait. lacha est res rubea, quæ est super ligna sabtilia. & sapor eius est bonus, & ipsa coquitur & tinguntur inde panni in rubeum colorē, & dicitur tinctura illa kermes, reperitur apud ipsum karmē quod est grana tinctorū cum quo tinguntur panni. Aui. in. 2. cañ. duo cap. de ipsa facit. unū sub nomine keiken, sed in arabico est kankamon. & dicit Aui. q̄ est gummi horribilis saporis, & uidetur ignorasse quid esset, & quia ignorauit scripsit aliud cap. de lacha, & qui mihi nō credit. uideat cap. de lacha apud Sera. cū cap. de kaiken apud Aui. & uidebit q̄ idē est. modū autē ablutio nē docet Sera. in proprio ca. de lacha in fine, & sic ait. modus ablutio nē eius est q̄ accipiuntur gummi eius, & teruntur & proiciuntur super aqua calida in qua bullierint aristologia & squinantū, & mouetur bene cū pistello & dimittitur residere, & efficitur aqua, deinde desiccatur in umbra, & reponitur in uase uitreato, & si non clarificatur prima uice facias secundo. & de prædicta decoctione sunt troc. de lacha.

Spicæ aromaticæ. i. nardi.

Squinantum sicut dictum est, est palea camelorum. Me. in isto electuario habet squinantum, & inferius habet cimarrū squinanti. & ambo debent poni.

Sauinę secundum circa instans solum folia competunt usui medicinę. Macer ait. Braçteos græce sauiņa uocata lachine. Serap. in cap. de sauiņa dicit. abel. i. sauiņa, de qua mirandum est q̄ Aui. in. 2. cañ. in cap. de abel inquit. abel est fructus iuniperi, quod non est uerum quia sicut dictum est, Serap. uult q̄ abel, sit sauiņa. & sic magis est credendum auctoritati Serap. in simplicibus q̄ Aui.

Aristologia. i. aristologia rotunda. de qua circa instans in cap. de aristologia ait aristologia rotunda magis medicinę competit q̄ longa & radix intelligitur, & per tres annos seruat, radix in autumno colligitur & siccatu.

Hilfopus. i. herba sicca, dicitur ad differētiā humidę, q̄ est pinguedo lanarū. Aui. in. 2. cañ. duo cap. facit. unū de hilfopo humido, & aliud de hilfopo sicco, q̄ est herba satis nota.

Bdellii scdm Aui. aliud est bdellii mechiū, aliud ē bdellii iudaicū, aliud est siculū, & aliud arabicū, quod est aliud bdellio palmarū syluestriū, & ambo sunt ex palmis syluestribus. mechiū autē est ex fructu arboris palmarū syluestriū, & non reperio aliquē auctore dicentē q̄ bdellii fiat ex fructu arboris palmarū syluestriū. ut dicit Aui. Pli. ait. in bactria nascitur bdellium nominatissimum, cuius arbor est magna magnitudine oleæ foliis arboris fructu caprifici, cuius gummi alii præcon appellant, alii malachin. hoc nomen arabes imitantur mochal alii maldacon & c.

D I A L A C H A minor non est in usu.

C O N F E C T I O de raueseni. non est in usu, & hęc est confectio de reubarbaro.

Raueseni sicut dictū fuit est reubarbarū, & Auer. i. 5. col. inqt raues. i. reubarbarū. Isido. ait. reubarbarū siue reuponti cū, sed nō recte. illud qd̄ trans danubium in solo barbarico, istud qd̄ circa pōticū colligitur noiātū est. reu autē radix dicitur barbarū græca, quasi radix barbarica, Mes. laudat illud qd̄ magis est subnigrū declinās ad rubedinē, & qd̄ est tinctu rē croci adulteratur in illis partibus, accipitur ex eo integro sicut est quātitas magna, & lubmergitur in aqua p̄ dies q̄q̄ & dimittitur aqua illa sicari, & sunt inde trocisci, & sunt ipsi medicina regū. reubarbarū uero siccatu & uēditur, sicut ē,

SECTIO PRIMA

quoddam iam perdidit animam, & est sicut homo mortuus, & illud in quo non cadit adulteratio est rarum, & habet tineturam croci. adulteratum uero habet contrarium, conseruatur per annos tres uel quatuor, si sepeliatur in psilio, aut in millio sicuti est consuetudo.

DIACOSTVM. R. costi amari, castiæ cinnamomi, añ. 3. v. seminis anisi, apii, cimirum, squinanti, raueseni. añ. 3. iiii. assari. 3. iiii. croci, aristologia. f. rotundæ, myrræ. añ. 3. ii. mellis quantum sufficit.

Diacostum autem dicitur a costo quod recipit. hoc apud nos non est ualde in usu. Aui. in. 5. cañ. habet unam descriptionem quæ uidetur quasi esse similis huic. Nicolaus describit unam aliam descriptionem, sed non est similis isti quæ infra describemus. Costum autem est radix amara. hoc satis notum est. reperitur aliquando in confectioibus costum dulce, sed non auctores de eo non loquuntur. nam uide Sera. in cap. de costo ex auctoritate Gal. qui inquit. sapor eius. f. costi est amarus multum fortis acutus. Macer ait.

Costi sunt gemine species grauis una rubensq;

Est & amara nimis. hæc indica dicitur esse.

Altera uero leuis nec amara colore subalba:

Hanc arabes mittunt, prior utilior medicina. f. secundum circa instans costum potest seruari per decem annos in uirtute.

CONFECTIO electuarii ex inuentione nostra non est in usu, sed simplicia quæ non sunt declarata declarabo.

Alcohol. i. subtile sicut a thomi solis. Nico. floren. in lib. 3. in cap. de curatione ægritudinum oculorum inquit. administrantur autem medicina oculis, aut in forma pulueris, & uocantur cohel uel chofel siue alcohol uel alchofol, & significat puluerem debere esse subtilissimum sicut athomi qui apparent in sphaera solis. & sic intelligere debemus per alcohol puluerem subtilissimum.

Balaustia secundum Aui. Dios. & Serap. & Isidorus est flos mali granati agrestis. Isido. in cap. de propriis nominibus arboris ait. flores malorum a grecis appellati sunt quitinos. latini caducum uocant. agrestium autem malorum flores greci balaustion appellauerunt, quorum alii albi, alii purpurei, alii rosei. reperiuntur similes floribus mali punici.

Conchyle apud nostros auctores reperiuntur multe species. nam Serap. de ipsis diuersa capitula facit. ipse facit unum cap. de conchilio. & ibi sic ait. hedes. i. conchilium cocleæ parue sicce quando aduritur cinis eorum secundum quod dicitur est cinis multum adures. aliud cap. facit de ostracha marina & testa cochilium, & ibi de ambabus loquitur di. ostrachorum ex mari quæ dicuntur barcora non usus sum corporibus eorum nisi comburerentur prius ea, quia sunt testa dura multum &c. etiam in cap. de blacta bisantia. i. purpura marina inquit. conchilium est ex speciebus ostrachorum. & est similiter de conchiliis palpir. & reperiuntur in regionibus indiarum in aquis iuxta quas oritur spica nardi &c. Dios. facit ea: de coclea terrena. i. lymacia, quæ etiam inter species cochilium est posita, reperitur apud nos alia species quæ nascitur in aquis dulcibus. & hæc uocatur cochula aque dulcis. inuenitur alia species conchule quæ peregrinantes portant de sancto Iacobo, & istæ uocantur uenerig. Aui. autem in. 3. cañ. in fen. xxi. in cap. de cura fluxus sanguinis. & in fine eius patiens fluxum menstruorum inquit. conchularum marinarum quæ asportantur a sancto Iacobo adustarum. adurantur autem ut docet Bulchafim, & modus ipsius iste est, terantur in primis, & ponantur in olla munda, & ponatur in furno una nocte. deinde extrahatur si sunt combustæ, sicut ciuis bene. si non autem ponas iterum in furno panis, & dimitte donec fiat alba calcinata, & utere ubi oportet.

CONFECTIO alcanzi non est in usu. simplicia quæ in ipsa ingrediuntur declarabo. Aui. in. 5. cañ. habet duas descriptiones electuarii alcanzi, si non sunt in usu. Florum alchil. i. horum roris marini, siue coronæ montis, siue alcheliges, ut apud grecos. si uero reperies scriptum in confectioibus granorum alchilil intelligitur granata syluestria.

CONFECTIO de assa. i. de assa fetida non est in usu. Aui. in. 5. cañ. habet unam aliam descriptionem, quæ eadem est cum ista Mesue.

Assa secundum Dios. est gummi filsi apud Pli. interdum uocatur laserpitiu, uel assa, uel herba eius quædam est fetida, alia est dulcis, quæ apud Simonem nunquam uidi nec audiui alio quem uidisse sed Matth. sylu. exponit quæ assa ulcis est gummi liquiritiæ. Rasis in libro diuisionum in cap. de diminutione coitus inquit. altit. i. assa dulcis.

CONFECTIO anacardina. R. piperis. f. nigri, major piperis. i. piperis longi, mirabolanorum chebulorum, emblicorum, bellericorum indorum & ium debebust. añ. 3. ii. costi, anacardi, zucchari tabarzet. i. zucchari albi, burungi baccharum lauri. añ. 3. vi. ciperi. 3. iiii. tere anacardos per se deinde medicinas alias. & confice cum butyro uaccino & melle quæ tate æquali bullitis prius, & da post sex menses.

Confectio anacardina est confectio sapientium, & illorum qui desiderant scire. acut. n. intellectum. Auic. in. 5. cañ. habet duas descriptiones confectiois anacardine, sed non sunt similes huic, quam scripsit Mes. inferius uero habet electuarium anacardinum quod subtiliat cogitationem & sensum, & est electuarium sapientium, & dicitur quæ est salamonis & hæc descriptio uidetur esse eadem isti Mes. ipse Mes. in cap. de ægritudinibus neruorum scribit unam aliam descriptionem, de qua infra erit sermo.

Ium debebust siue zum debebust sunt testiculi castorei, quodam apothecariorum falso dixerunt quæ debet dicere unum debebust & uolunt intelligere per unum debebust duas res. f. quæ ium sit unum & debebust sit quædam herba, sed falsa est opinio eorum. nam uide Aui. in prædicta confectioe quæ locum debebust habet castorei. similiter habet Ioan. Serap. in suo antidotario. Itæ uide in. 3. prac. Haly in prædicta confectioe qui habet zundebust. i. testiculi castorei. Et sic moderni doctores uolunt quæ intelligamus per ium debebust testiculos castorei. & animal illud secundum Serap. uocatur castor. & secundum Gul. plac. est quoddam animal quod appellatur bauera. Nota quæ herba beduster in partibus nostris, ut dicit Matth. sylua. non reperitur. Mesue in cap. de debilitate uisus laudat ipsam. uide Simo. Ianuen. in cap. de beduster. ubi sic ait. beduster apud aben Mes. herba est quam ignoro. ium de beduster sunt testiculi castorei, & sic est. Itæ circa instans ait. castoreum est testiculus cuiusdam animalis dicti castor uel beum, alii ium, quod idem est.

Anacardus secundum Nicolaum est fructus cuiusdam arboris quæ pediculus elephantis uocatur. Circa instans dicit anacardi. dicunt quidam quæ sunt pediculi elephantis, sed falso. Serap. inquit anacardi est fructus arboris similis cordi auis, cuius color est rubeus parum & inter ipsum est res similis sanguini, & est id quod administratur in eo. Aui. dicit, est fructus similis ossi dactyli, & medulla eius est similis medulle nucis dulcis, & etiam ipse Auic. in. 4. cañ. enumerat anacardos inter uenenosas plantas, sed oportet antequam administrantur in medicina ut præparentur, ut infra ostendamus in prædicta confectioe, nascuntur in Sicilia in montibus igneis. Auer. in. 5. col. ait balador. i. anacardi.

Burongi uel abrungi idem sunt. ut dicit Simon. Serap. de ipso capitulum facit sub nomine abrungi, & dicit quæ est granum paruum punctatum nigredine & albedine rotundum, sicut granum mes. i. robiliæ nullius odoris, defertur de seni. in sapore ipsius est amaritudo &c. non est bedereg. siue erismon. i. ericha gorgana, ut quidam apothecariorum dicunt. nam Serap. aliud capitulum facit de erismon, & dicit quæ est granum, sicut granum nasturtii. ergo non conuenit bederegi cum burugi. Gentilis super. 5. cañ. Auic. exponit quæ burongi est granum in magnitudine piperis, & hæc est modernorum opinio, non est autem nigella, ut exponit lumen mallucens. Nam Rasis in. 3. Almanforis, in cap. de lumbricis, & uermibus qui nascuntur in ano & in uentre habet burongi excoricati, & intellige quod non sunt idem, quidam uero sapientes dixerunt quæ uerum burongi est myrtus alba siue mirus agrestis, & sic sine dubio uidetur, quia myrtus alba est cubebe quod est granum in magnitudine piperis. & sic Mattheus syluati. in cap. de cubebe inquit. cubebe. i. damyrta uel burongi apud arabicos, & sic nostri doctores uolunt quæ per burongi ponamus cubebe, quia in ista materia multum

tum ualet, & si est experientia apud multos, & si accipiatur cubebe & masticeur, conuenit memoriae. Mesue inquit & ista cōfectio nō debet dari si nō transuerint menses sex, quidam admirantur talibus uerbis dicentes, & in ipsa ingreditur opium, & si opium nō ingreditur, ergo potest dari in oī aetate, sed nō ualet hoc, nam in ista cōfectione ingreditur in bona quantitate de anacardis qui sunt ueneniōsi, & oportet administrari ipsos prāparatos, ut docet Rainaldus de uilla noua. in .i. lib. in. cap. de defectu memoriae, & de iuuantibus ad memoriā, ubi sic ait, anacardi autem ante medicinas alijs quas primo debēt in hunc modū prāparari. Accipiātur anacardi, & optime terantur in mortario, & in aceto fortissimo ponantur, & ibi stent diebus septē, postea lento igne in prādicto aceto coquātur, quousq; tertia pars aceti remaneat, & cola fecē illā quā in fundo uasis remanserit aceto extra colato, & in medicinis pone, nunquam. n. anacardi debent in medicinis poni, nisi prius hoc modo prāparentur, & si mel anacardinū facere uolueris pone cū ipsis anacardis cū prādicto aceto coctis tantūde mellis dispumati, & bulliant ambo simul usq; ad spissitudinem, & habebis mel anacardinū, quod in prādictis aegritudinibus operatur mirabiliter, & sic debent prāparari in ista cōfectione.

C O N F E C T I O Philonii ex inuētionē prima Mes. & piperis albi, iusquiami albi. añ. 3. xx. opii. 3. x. croci. 3. v. spicae, piretri, castorei. añ. 3. i. confice cum melle dispumato, quod sit quadruplum ponderis omniū, & sunt qui ponunt musci. 3. unius tertiam.

Hæc cōfectio philonii est famosa, & maxime de istis duabus descriptionibus quas describit hic Mes. uerū reperitur alia descriptiones, quæ etiam in usu sunt, ut est philonii persicum Mes. quod describit in sua prāctica Auic. & etiā alii describunt, sicut ostendat infra si deus uoluerit.

Iusquiamus græce latine secundū Dios. dicitur canicularis, secundum alios dens caballinus, & bengi apud arabes. Mes. habet iusquiamū album, & apud oēs auctores est herba nobilior alijs speciebus, sed quia in nostris partibus non reperitur ponimus loco eius illū qui habet semē subruffum sed illa quæ habet semē nigrū est fugienda, ut inquit Macer. Iusquiamū græci, quā nostri caniculatam. Dicunt huic herbae uirtus est frigida ualde. Tres habet hæc spēs semē profert prior album. Altera subruffam producit, tertia nigrum. Nobilior reliquis est semen quæ gerit albū. Pro quo si desit in os est apponere ruffum, Nigrū uero frequēs medicorū respuit usus. Et ista est illa herba quæ in Papiā à uulgo herba pinula uocatur. idem sentit Auic. .x. canonis.

Opium secundū Dios. succus est herbae, & lac papaueris quod colligitur, ut ipse ibi docet, opium autē cōponitur ab opo s, quod est succus & lachrima. apud Au. est succus papaueris nigri, & ægyptii ipsum seminant. quandoq; uero sit opium etiā ex semine lactuæ, agrestis, & est stupefactiuum debile subtile. Sera. de opinio nullū facit cap. sed in cap. de papauere de ipso loquitur & dicit, gummi uero papaueris nigri est opium. Au. & Dios. non ponunt dosim opii, sed qd debet sumi sine noimento. Sera. autē in cap. allegato qua si in fine inquit, & dosis eius. f. opii est ab uno danich usque ad. ii. & quantitas occidens ex opio est. 3. ii.

C O N F E C T I O philonii descriptione hanc non est in usu secundum istam descriptionem sicut dixi. simplicia quæ declarata non sunt declarabo.

Nigella secundū Sera. ex auctoritate Dios. est quoddā semen nigrū, acutū boni odoris, quidam miscēt hoc semen cū massa paste, & faciunt inde panē. moderni uero apothecarii utuntur quodam semine triangulato, habente citrinū colorē & odorē iocundum, & de hoc nostri auctores nō loquuntur, nā oēs scribunt de nigella, & nō loquuntur nisi de illa nigella quæ uocatur melachion siue melantium, ut dicit Dios. sapiētes uero dixerunt qd quādo reperitur in receptis nigella de citrina debet intelligi, & quando reperitur melachion siue git intelligitur de nigra, nō est illud git quod dicitur giton, sed est aliud. Auer. in. 5. colliget ait, scamū. i. nigella. Mandragoræ. f. corticis ipsius Au. uocat Jabrol, & dicit est radix mandragoræ syluestris, & est radix omnis mandra

goræ, & magnæ similis formæ hominis, & propter hoc nominatur mandragora, est. n. nomen imaginis naturalis. f. sicut planta existens in forma hominis, & secundū Petrū de cretens. uerba Au. sunt male traducta, ut infra ostendam in oleo de pomis Jabrol Auer. in. 5. col. appellat Iefaha. Ioā. Sera. in antidotario in cōfectione dicta keskigeru inquit zu ferandi. i. radix mandragoræ.

E G E T A uel sazenea. & castorei, myrræ, opii, piperis macropipis, galbani, costi, cinnamomi, fu, meu, dauci, assari, croci. añ. partes æquales, cōfice cū melle dispumato & fiat.

Egeta secundū intentionē Mes. est sazenea, & sic credo, quia Au. in. 5. añ. habet sazenea magnā & minorē quæ u, dētur esse idē. Albucasis aut in tertia particula azarauī. inquit antidotū qd arabicæ sazenea maior, & antiqua nominatur, quæ ab antiquis multum experta fuit, & dicitur quod sazenea infinitis confert passionibus & c. ibi describit suam permissionem quæ quasi est eadem. Apud nos est in usu maxime ista Mesue.

Galbanū secundū Dios. est lachrymū cuiusdā herbae similis ferulae, quæ in nicomedia nascitur & syria, cuius optimū est quod est mundissimū, & simile armoniaco, & hoc est satis notū. Apud Aue. i. 5. col. galbanū appellatur halcharina.

Fu. i. ualeriana uel potētilla, uel amatilla secundū Dios. fu, multi appellant nardū agrestē. Circa instans dicit. fu intelligitur radix, & sic est. Apud nos nascitur iuxta fossas, & multi uulgares nomine uocant ipsam herbam benedictam.

Meu, ut dicto quādo simpliciter ponitur radix intelligitur in medicina, sed lumen tenebrosū seu malelucens scripsit prādictā cōfectionē, & exponit qd meu est semē anheti syluestris, cuius falsa est opinio, sicut est notū nobilibus apothecariis Pli. ait. meu in talia non nisi à medis feritur.

A T H A N A S I A magna. & opii, croci, myrræ, castorei, iusquiami albi, costi, cordumeni seminis papaueris nigri, spicae. i. nardi eupatori, epatis adib, & cornu dextrum ex cornibus capræ, & in alio de cornibus cerui, similiter de singulis, ana partes æquales, & tere quæ terenda sunt, & alia liquefiant in uino, & confice in melle dispumato, & da post sex menses.

Athanasia autem magna dicitur respectu minoris, eo qd pauciora simplicia ingrediuntur, tamen Mes. non describit nisi magnam. Au. uero in. 5. añ. habet athanasiam magnā & minorem, quæ satis uidetur concordare cum ista, & dicit qd minor habet illa iuuamēta quæ sunt in magna. Nicolaus in suo antidotario habet athanasiam de qua infra, sed ista Mes. est illa qua nos utimur. Halyabas autem in decimo prāctice habet athanasiam quæ cum epate lupi fit.

Cordumeni. i. carui agreste, quidam de nouo scribēs intitulatus lumen apothecariorum super istum passum loco cordumeni posuit carui, cuius falsa est opinio, nam aliud est carui agreste, aliud est carui domesticum, quidam dicunt qd cordumeni est ciminella, quod non est. alii cardamomum, quod non est, quibus mirandum est qd illud cap. de cardamomo apud Dios. est idem cum ca. de cordumeni apud Sera. sed moderni distinguunt per alia nomina uidelicet quod aliud est cardamomū, aliud est cordumeni. nā Sera. duo ca. facit. in ca. uero de cordumeni dicit, qd cordumeni est carui agreste. Præterea uide apud eundē in suo antidotario in cōfectione tyriacæ, qui exponit cordumeni. i. carui agreste. & sic dicit Guilermus placentinus in prādicta cōfectione Democritus uero ibidē dicit, qd est cheifim campestre siue siler creticū. Matth. uero syl. in cap. de cordilion inquit cordilion græce latine uero carui agreste, uel siler creticū uel cordumeni, & dicit ex auctoritate Dios. qd est herba quæ nascitur in Sicilia, eius fructus est sarmentosus habens semen rotundum & duplex, sicut est faba uiscidum & odoratum. uis de ergo qd uerum cordumeni est carui agreste, & secundū Democritum est cheifim campestre, & cheifim campestre est leuisticum, & sic est secundum ueritatem.

Adib. i. lupus, similiter Au. habet epatis adib. i. lupi, Halyabas loco eius habet epatis lupi, quod idē est, oportet antequā administretur in medicinis optime lauetur uino albo odorifero, & bene

SECTIO PRIMÆ

mundetur ab omnibus stupefactionibus, deinde exiccetur & inuoluatur cum absinthio, & ad usum referuetur.

Reperitur quedam herba dicta adhil, quæ Mefue in cap. de egritudinibus o colorum laudat, & est eufragia, secundum Matth. sylua. 10. a. ait Anglicus in cap. de debilitate uisus, & cecitate accidentali inquit. herba adhilis, est herba lupi interficiens eum, & est satyrion. ipsa enim secundum omnem modum administrationis eius est sublimis in confortatione uisus, secundum aliquos est herba eutragie & utraq; est bona, uerum ex meo iudicio herba adhil magis potest dici esse eufragia quam satyrion, quia in illa materia magis ualeat.

DIASULPHUR. ꝑ. piperis albi & longi. añ. ʒ. vi. sulphuris citrini, thuris, meu, iusquiami albi, myrrhe storacis, cordumeni. añ. ʒ. viii. ruthe, costi. añ. ʒ. vi. opii madragore. añ. ʒ. iiii. croci. ʒ. ii. s. casse. ʒ. vi. confice cum melle dispumato, & utere post sex menses.

Hæc descriptio diasulphur apud nos non est ualde in usu. Aui. in. ʒ. cañ. habet unam aliam descriptionem quæ uide esse eadem. Sulphur citrinum est satis notum, reperitur aliud sulphur quod à multis lapis sulphuris dicitur, siue sulphur uiuum, siue thiron apyron. i. quasi sine igne, inde tibapylon. i. sulphur. Papias dicit sulphur dictum, quia igne accenditur, ignis enim est, nam uis eius in aquis feruentibus sentitur, neque alia res facilius accenditur, fulgur quoque sulphuris odorem habet, & lux ipsa sulphurea est nascitur autem in insulis goliis inter Sicilia & Italiam &c. post iterum ait, sulphur dicitur quasi soli pyr. i. terra ignis.

CONFECTIO de storace. ꝑ. storacis liquide, opii, assari, seminis iusquiami albi, castorei, croci, myrræ olibani, añ. partes equales mellis quantum sufficit.

Hæc confectio apud nos non est ualde in usu. Rasis in. ʒ. Almanforis, in cap. de fluxu uentris describit unam descriptionem quæ est eadem, nisi in una re, uidelicet quod Mef. habet crocum Rasis non. in reliquis concordant.

Storax liquida secundum Io. Sera. in suo antidotario in confectioe dicta kes est mel storacis calamite, species uero storacis tres sunt scilicet storax calamite, siue lubue & muscata, & ista est illa quæ intelligitur quæ absolute ponitur, & est storax liquida dicta figia, & ista scdm quosdam fit ex fructu quæ nascitur in arbore, lubue exprimitur, & est storax liquida, & est storax rubea dicta apud quosdam cozumbrum uel thus iudeorum, & secundum quosdam omnes species ab una arbore nascuntur. de qua storace Nicolaus ait Storax est triplex ligida rubea & calamita. Et oēs sunt gumme de quadam arbore.

CONFECTIO hieræ pigre Gal. ꝑ. cinnamomi, mastice assari spice, carpobalsami, croci, xilaloos casse, añ. partes equales, & quidam addiderunt florum squinanti, partem unam, & quidam addiderunt absinthium, & alii alia, aloes autem sit duplum ponderis omnium.

Hiera. i. sacra, pigra. i. amara, inde hiera pigra. i. confectio amara sacra secundum intentionem Mef. ex auctoritate Galeni, & sic est quæ Galenus composuit ipsam & describit ipsam. in trac. 2. miemir. in cap. de dolore capitis quia stomacho fit. Aui. in. ʒ. cañ. habet unam aliam descriptionem, & est similis huic. & ibi inquit. hæc est hiera aloes, & associatur ei cinnamomum propter subtilitatem suam & inuamentum quod facit uisceribus & stomacho, & mastix similiter ut cõseruet, & similiter casia & crocus propter digestionem & confortationem cordis & stomachi, & fortasse crocus facit incurere in ea dolorem capitis, quare oportet ut minoretur pondus eius aut expellatur & assarum, quoniam inest ei adiutorium ad solutionem faciendam & precipitationem humiditatum, & quando ponitur loco eius cucube, & sunt subtiles & carpobalsamus, & xilobalsamus propter confortationem stomachi & resolutionem albe, zharati, & de hominibus. sunt quidam qui ponunt in ea florem squinanti, quare prohibet rasuram quæ timetur ex aloes & rosas, ut expellant malitiam caliditatis aloes à stomacho & à capite Mefue in sua descriptione non habet xilobalsamum. Aui. uero habet. & Aui. non habet xilaloos. i. lignum aloes. Mefue uero habet, tu uero uides quod Mefue uult quod ingrediatur xilaloos & non xilobalsamum. Aui. est contrarius. Galenus compositor non

habet xilaloos, sed loco eius habet xilobalsamum, ut habet Aui. & si Galenus magis laudat xilobalsamum quam xilaloos debetis ponere Gentilis super. ʒ. Aui. ait. intelligendum est quod hiera de aloes intelligitur, quia principalis medicina quæ ibi ponitur est aloes &c.

Aloes secundum Isidorum est succus herbe amarissimæ panace Mefue in capitulo de aloes inquit, quod unum est quod fit in fucutri regione, aliud in persia, aliud in armenia, aliud in arabia, & melius ex eis est succotrinum, post illud persicum, & illud scdm est epaticum, deinde armenium, & deterius est arabicum. Et istud apud quosdam est caballinum, & dicitur quod est fex aliorum, moderni uero communiter utuntur epatico pro meliori. sed Mefue & alii auctores magis laudant succotrinum quam epaticum, species uero aloes secundum Mef. sunt tres uel quatuor. & similiter ponit Aui. sed Dio. & Serap. non ponunt nisi duas species sed secundum multos species aloes sunt tres, uidelicet, succotrinum dictum ab illa provincia sic nominata, epaticum, quia in colore suo assimilatur epati, & istæ duæ species sunt nobiliores aliis, & est aliud quod dicitur caballinum. & istud est fex aliorum, & est deterius in medicina. Mef. de forma ipsius herbe non describit, sed uide apud Dios. & ibi reperias, & hæc herba uocatur zabaera, & de modo faciendi ipsum docet Albuchasis in tractatu. 2. de preparatione medicinarum quæ sunt ex plantis. Serap. laudat illud aloes quod est glutinosum non habens in se lapides, splendendum ad rubedinem declinans, cito frangibile & fortiter amarum. quasi in sine ponit modum faciendi hieræ pigre, sicut habet Galenus.

Mefue inquit. quod illa medicina in qua prolicetur aloes confortatior est, & si non lotus illa efficitur plus solutua, & minus confortatiua.

Nicolaus florentinus in lib. 5. in trac. 4. in cap. de cõplexione stomachi non pura in generali cum materia inquit in prædicta confectioe. & dixit Gal. aloes lotum efficacius est ad confortandum stomachum, sed non lotum efficacius est ad purgandum ipsum, & dicit, si hiera pigra data fuerit ad purgandum stomachum tempore congruo est efficacior omnibus aliis, ita tamen quod patiens ambulet post potum eius moderate, & permutet aliquid in mensa regiminis eius, & dixit non debet pigra destemperari cum melle, confortatio & corroboratio quam facit in stomacho cum melle fiet minoris effectus. hiera quidam hæc uocatur hiera Gal. simplex, & à quibusdam uocatur hiera de octo rebus, & est illa de qua intelligitur cum absolute ponitur, cuius descriptio reperitur duplex, una cum aloes loto, alia cum aloes non loto.

Nicolaus autem dicit quod ista descriptio hieræ uocatur à quibusdam hiera de octo rebus, in hac nescio quid dicat, nam Gal. compositor istius confectiois in ea. nominato inquit sic, pessima autem sit dispositio in prauis humoribus imbibitis abiectis in tunicis uentris, quorum optimum auxiliium est id quod per aloem pharmacum, quæ uocant quædam pigram, alii autem hieram quæ per aloem & ponunt quidam centum ʒ. aloes. vi. uero de unoquoque aliorum quæ ibi miscentur, quæ sunt numero sex. i. cinnamomum, spica, xilobalsamum, mastix, assarus, & crocus uide ergo quod Mefue. Aui. Nicolaus, & alii ponunt in prædicta confectioe octo res ad numerum sine aloes. & Gal. non ponit nisi sex. uere credo quod sit error scriptoris, Scias quod de prædictis speciebus possunt fieri & sunt pillule, quæ dicuntur de hiera simplici uel de hiera Gal. & etiam sit confectio hieræ Gal. quæ conficitur cum melle in modum electuarii. reperitur alia hiera, quæ dicitur hiera magna, & ista reperitur in antidotario Nicolai, sicut infra ostendam secundum intentionem Nicolai aloes debet esse lotus in ista descriptione, sed in alia non, & modus abluionis eius sit multipliciter. nam quidam lauant ipsum cum aqua endiuie, alii cum aqua pluuiali, sed melius est lauuare ipsum, ut docet Bulcassim. in trac. 2. ubi sic ait. modus abluionis aloes seu preparationis ad expellendam malitiam & acuitatem eius, & conficiendi ipsum. ꝑ. de aloes succotrinum mundo, quod cito frangitur, & habet colorem epatis, & cuius odor est bonus, pondus libræ unius. tere bene & cribra. deinde accipe casse lignæ, spice nardi assari, squinanti carpobalsami,

po balsami, xil obalsami cinnamomi, ligni aloë, croci, masti-
cis lacce. añ. 3. iiii. cōtūde & coque, ut ipse docet in fine eius
capituli ait. & utere eo. f. aloë in medicinis laxatiuis, & spe-
ciebus hierę, & aliis medicinis in quibus aloë ingreditur.
Item Serap. in cap. de aloë, quasi in fine ait, & quādo aliquis
uult illū sumere misceat ipsum cū mastice aut abluat ipsum
cum aqua spērū, sicut spice, mastice, affari, sicut dicit Bulcha-
sim. dominus Mes. in descriptione pillularū de aromatibus,
etiam de mō abluendi aloem ostendit sed secundum ipsum
administratur in prædictis pillulis.

HIERA hermetis est hiera luf. r. aloë. 3. i. trocisc. alā-
dal. au. viii. siue. 3. i. s. turbith agarici, luf, utriusq; sicce ieros
serapini mira. citrinorū chebulorum, indorum. añ. 3. i. s. zin-
ziberis, cinnamomi, mastice, bdelli, ellebori nigri, euforbi, affari,
casti, lignea, salis indi, castorei, croci, apii, cheifim, se-
minis mezereō, sti. añ. 3. i. squille affate. 3. ii. s. scamoneæ bo-
næ. 3. ii. fiat omnium contritio bona. gummi autem ponatur
in uino odorifero, & inuoluatur puluis in succo cucumeris
asinini quantitate qua bene inuoluatur & exiccetur, & iterū
denuo inuoluatur in prædicto succo, & pauco oleo nucū,
& iterū siccetur & cōficiatur totū cum melle dispumato q̄ti-
tate qua fiat totum sicut pasta, & detur post sex menses.

HIERA hermetis secundum intētionē Mes. est hiera
luf. hermetis autem dicitur à compositore. Aui. in. 5. añ. ha-
bet duas descriptiones confectionis, quæ nominatur confe-
ctio hermetis, sed non concordant cum illa Mes. illa uero
Mes. est illa qua utimur.

Troc. Alandahal. i. trocisci de colloquintida. nam arabes
uocant handal colloquintidam. descriptio ipsius reperitur
apud Mesue in distinctione de trociscis. & ibi ait Trocisco-
rum alandahal qui ponuntur in hiera hermetis, & in aliis cō-
fectionibus loco colloquintide, ut infra erit sermo.

Turbith secundum Mesue est radix herbe, cuius folia sunt
sicut folia ferule, minora tamen, & est ex habentibus lac, &
est ex eo syluestre & domesticum, & ex eo etiam est magnū
& paruum, & adhuc ex eo aliud album, aliud citrinū, aliud
nigrum, sed melius est illud quod sit album & uacuum, ha-
rundinosum & gummosum & sit cortex eius cineritius &
planus. & sit recens & facile frangibile, citrinum est malum.

Agaricus secundum Diosc. est radix similis silio idest radi-
ci aniden, siue arboris assę fetide, sed non est sic dura. aga-
rici genera sunt duo masculus & femina, masculus rotūdus
est, & in se collectus & maior, femina uero pestini similis est
quo capilli discernuntur & c. & ille qui est albus & leuis, & ue-
lociter frangibilis, & porosus & rarus ualde, & ut appareat
dulcis in primo gustu eius. deinde succedat ei amaritudo
ista est femina, ut dicit Mesue & c.

Lufutriusq; f. luf. maioris & minoris Mesue de luf. capitu-
lum facit, & dicit q̄ est serpentaria, & est planta q̄ dicitur col-
lum draconis, & ex ea alia est planta hñs folia, alia crispa,
electio melior pars totius plāte est radix & melior radix est
grossa completa & orta in locis liberis, & melius tēpus col-
lectionis ipsius est uer & principium æstatis Diosc. facit unū
cap. de Aaron. i. dragontea minori, uel pes uituli, uel barba
Aaron. aliud cap. facit de dragontea, & ista est serpentaria
maior, siue colubrina, siue uiperina, siue bissaria, & hę ambe
sunt notæ. & in hortis reperiuntur. Pet. de crescē. in cap. de
serpētaria ait. radix eius per frusta minuta diuiditur & sicca-
tur & puluerizatur, & per pannū cribellatur & conseruatur.

Ireos secundū Aui. est radix lilii celestis, quę satis est nota.
Serapinū secundū Mes. est gummi alafce hundeg. & est ar-
bor similis oleandro montano, & melius est cuius intra sub-
rubeum & subalbidum est, & quod habet odorē porrorū,
& quod est facie resolubile in aqua, & quod est clarum.

Euforbium secundum Aui. est gummi calidum, cuius uir-
tus alteratur post tres aut quatuor annos. circa instans in ca-
pitulo de euforbio ait. eligendum quoq; est grossum & cla-
rum & purum & lucidum in substantia in colore citrinum,
& per decem annos seruatur.

Salindus secundū Aui. in secundo añ. est sal niger. nō ni-
gredine napticitatis quæ sit in ipso, sed propter substantiam
ipsius, & marinus quidē cū aquę obuiat ilico liquefit, & nō

est ita terrenus. Mes. in cap. de speciebus salis dicit. salis indi-
alius subniger alius subrossus & obscurus est. Serap. in cap.
de baurach de ipso loquitur. Matth. syl. dicit. sal indus est in
colore salis & dulcedine mellis. ut Auicē. in. 4. añ. fen. i. de
asperitate linguę, & est zuccharum quod inuenitur coagu-
latum super cannam mellis in India sicut sal, loco eius ponit-
tur zuccharum candidum. Aui. autem in. 4. añ. in cap. alle-
gato, ex auctoritate matthei syluatici nō ita dicit, immo ait,
aut saltem qui asportantur de India, & sunt in colore salis,
& dulcedine mellis, per ista uerba non possumus intellige-
re, si sal sit zuccharum candidum. ut uult Matth. sylua. uerū
multi modernorum sunt qui in loco salis indi ponunt zu-
charum candidū, etiā sunt qui ponunt sal panis qui est spēs
eius, & dixerunt sapientes q̄ est melius ponere sal rubeum,
seu sal panis, q̄ zuccharum candidum uel candum.

Mezereon. f. semen ipsius quod appellatur cocognidiū.
Diosc. in cap. de camellea. i. mezereon dicit camellea aut co-
cognidion nō est semē laureolę, ut dicit circa instans, in ca-
de laureola. Serap. de laureolo loquitur in cap. de lauro.
Alexander in cap. de hydropisi inquit, camellea unde coco-
gnidium colligitur, & est lacticinium folia oliuę habens, &
sic est, & propter id apud multos herbaticos uocatur herba
oliuella propter similitudinem foliorum ipsius.

Sticados secundū Mesue laudant sticados arabicum, &
melior pars plantę eius est flos, post hunc folia.

Squilla secundum Aui. est cepę muris, eo q̄ interficit mu-
res. Mesue in cap. de squilla docet modum præparationis
eius in assatione, & est ut accipiantur lamine ipsius, & sepa-
ratim inuoluantur in pasta, & sepeliantur in cinere calido,
donec coquantur sufficienter postea extrahantur ex pasta, &
administrantur ubi oportet.

Modus alius assationis ipsius. ponatur in uase luteo uis-
trato stricti orificii, & sigilletur ligatione forti cū pergame-
no, & dimittatur diebus. xl. & proprie diebus maioris estus
& moueatur uas & mouetur uicissim omni hora, ita quod
æqualiter in singulis partibus calefiat. deinde extrahatur
squilla & administraretur ubi oportet. Albuchasis autē in lib.
secundo de præparatione medicinarum inquit. modus præ-
parandi squillam in omnibus modis præparationis eius, &
est cepę muris, & primo de modo assandi squillam, uide ibi
q̄ eius modus est ut faciunt moderni.

Scamonea secundū Mes. est solutiuum magnum, & dixit
Democritus, q̄ est solutiuum anthonomastica, & q̄ est ge-
nus solutiuiorum & generale est super omnia solutiua. Plan-
ta uero ipsius ut dicit Mes. est spēs uolubilis, & dicit q̄ uo-
catur dñs lacticiniorū, laudatur anthiochena & armena.

Cucumer asininus ē fructus, sicut cucumer paruus. & me-
lior pars plantę eius est fructus ipsius, & proprie eius cōple-
ti succus, & post ipsum radix, & melio fructus eius est cōple-
tus citrinus, tā expoliatus à uiriditate, & qui est uere amari-
tudinis, & melius tēpus operationis succi eius est finis æsta-
tis, & collectionis radice eius est finis ueris, & modus ope-
rationis succi eius, ut docet ibi Mes. iste est. r. ex succo eo-
rū quantitatē quā uolueris, & proprie quādo citrinescunt, &
sunt maturitatis completę, & fiat extractio succi cum facilita-
te, non cum compressione & expressione laboriosa, & exic-
cetur ut exiccatur scamonea & aloes.

CONFECTIO hierę archigenis descriptione uni-
uersali, non est in usu. Aui. in. 5. añ. inquit. Descriptio uni-
uersalis hierę Archigenis si legis ambas descriptiones sunt
idem. Archigenes autem est compositor istius confectionis
de quo Papias ait. Archigenes est princeps medicorū. Sim-
plicia uero quę in ipsa ingrediuntur declarabo si declarata
non sunt.

Prasium. i. marubium album, sed prasiosum est porrum.
Diosc. de ipso duo facit cap. unum quod incipit marubium,
quod greci prasium uocant propter amaritudinem. Aliud
capitulum facit de prasio. quod idem est. hoc est satis no-
tum. Papias ait. Piolopes herba quæ à grecis prasios uo-
catur, à latinis tiero marubium dicitur.

Gamedros secundū Aui. est quercus terrę, quæ habet fo-
lia parua, similia foliis quercus. Gulielmus placentinus dicit

SECTIO PRIMÆ

quercus terræ uel querculâ minor est camedros, hæc à Ion bardis uulgo calamandrina uocatur.

Armoniacû siue amoniacum secundû Serap. ex auctoritate Diosco. est gummi plantæ similis plantæ galbani in figura sua, nascitur in terra dicta à rege minoris, & est in partibus codi, & dicitur herba eius græce asios, huius radix uulneratur & egrediuntur lachrymæ quæ colliguntur & seruantur.

Oppoponax secundû Diosco. succus est herbæ quæ panax dicitur. secundû Mesue est gummi plantæ cuiusdam similis ferulæ. Apud Auer. in. 5. col. appellatur ihaufir.

Polii. s. polii montani. Circa instans dicit. polii montani diuersa sunt genera. unde quâdo simpliciter ponitur montanû debet poni. cû flores producti debent colligi, & per annû seruatur. Apud Aui. in. 2. cañ. polium est spēs scæ. i. sandoni cî. in qua est caliditas & acuitas pauca. Auer. in. 5. col. dicit. sedes. i. polium. s. polium montanum.

HERA archigenis descriptione Pauli non est in usu. Aui. in. 5. cañ. habet unam descriptionem, quæ est eadem cum illa Mesue.

HERA Diacolloquentidos inuentione Rasis non est in usu. Mesue dicit, quod est ex inuentione Rasis, sed ego nunquam uidi apud Rasim, sed in antidotario uniuersali est scripta una descriptio.

Colloquintida secundû Mes. est quæ perfes cucurbitâ deferti uocant, etiâ fel terræ appellatur, eo quod in toto ambitu ortus eius interficit herbas, & est sicut uenenû eis. Mes. inquit. colloquintidæ bonæ. postea ait in loco colloquintidæ troci. alandal. & sic est quod in oibus locis, ubi ingreditur colloquintida poni debent troci. alandal. Et si queratur si colloquintida debet poni in medicinis grosso modo cõtrita, aut subtiliter puluerizata, uide Mes. in suo cap. ubi inquit ex auctoritate filii zezar. nõ oportet. n. ut multû cõteratur. ultima. n. puluerizatio eius excoriat uias & uenas. Et dixit filius Sera. oportet ut nõ perueniatur ad ultimû puluerizationis eius, aliter. n. ulcerat uiscera. Mes. dicit ex auctoritate filii Sera. quod oportet ut nõ perueniatur ad ultimû puluerizationis eius aliter ulcerat uiscera. Vide Serap. in cap. de colloquintida, quasi in fine qui dicit, oportet quidẽ quod colloquintida nõ teratur multû, ne adhæreat intestinis ulcerando &c. Mes. iterû inquit. & mihi uidetur quod in ultime puluerizata cõtritur uirtus à permixtione adiutorû eius, & pertransit loca uiscerû absque impressione nocumẽtorû in ipsis, & forsitan in ea i qua nõ exquisita sit illius pars sensata grossa ex ea adhærens in uis & inuolutionibus apostematis, & ulcerat &c.

HERA ex inuentione nostra non est in usu.

HERA Constantini à Constantino compositore dicta, non est in usu. simplicia uero quæ sunt declaranda declarabo.

Alfracost alias xiracost est spēs manna, ut ait Aui. in. 2. cañ. cap. de manna. Nã ipse Aui. ait. manna est ois ros cadens super lapidẽ aut arborẽ, & fit du' cis, & coagulat sicut mel, & exiccatur sicut gumma, quẽadmodû tereniabin & alfracost. & mel asportatum de terra cufura syluestri, nos loco eius ponimus manna usuale.

Tamarindi secundû Mes. sunt dactyli acetosi, & sunt ex fructibus palmarum syluestrium in India, ipsi quoque sunt ex medicinis nobilioribus, in quibus non est excessus.

Cheiron autẽ est quædã prouincia ubi tamarindi & dactyli abundant. Matth. sylua. in litera heiron ait. heiron uel cheiron est regio in qua anthonomasticæ dactyli abundant. Serap. in cap. de dactylis dicit, ex auctoritate Aboanifa. chairon est spēs dactylorû. Ego aut puto quod est differentia in literis. Nã heiron est regio, & chairon scriptû per a, est quædã spēs dactylorum. ut dicit Serap. Mes. laudat nigros nõ ueræ nigredinis cû luciditate, & qui sunt teneri & mixti cû uillis, qui sunt sicut radices, & sunt recetes & pingues absque desiccatione, & sint cû dulcedine acetositatis pauce, ueri puri & nõ permixti, & sunt ex adulteratoribus, qui eos falsificant cû carne prunorû sed de occultat fallaciã nigredo sine luciditate in ipsis, & quia sunt humorosiores, & quia in eis est odor & sapor prunorû. A. in. 4. cañ. in fen. i. in cap. regiminis sitis eorum superflue. dicit Almofophat, & sunt tamarindi.

Casfiastitula. s. medulla uel pinguedo ipsius est satis notû. uerum reperitur aliquãdo casfiastitula quæ potest capi pro casfia lignea. Circa instans de utraq; cap. facit. zuccharum uiolatum siue conditum uiolatum est conditum, quod fit ex tribus partibus zucchari, & una parte uiolarum, de quo infra in trac. de conditis ostendam, si deus uoluerit.

Endiuia nomẽ latinû est, post græcû intuba. Arabes etiã post græcû hundebe. secundû circa instans endiuia est scarioioli. Pet. de crescẽ. dicit, endiuia quæ alio noie dicitur scarioioli uel lactuca agrestis. uerû moderni distinguunt, per alia nomina. nã aliud est endiuia, aliud est scarioioli, aliud cî. oreo aliud est taraxacon, quibus una pro alia pot poni, ut infra apparebit in syrupo de cicorea secundû Nico. Florentinû. & ibi si deus uoluerit ostendã spēs endiuia, uel cicorea, uel scarioioli, quæ sunt ad numerû septem. Endiuia uero satis est nota.

Malû secundû Isidorû in cap. de propriis noibus arborû inquit. malû à græcis dictû, quod fit fructus eius pomorû oium rotundissimus. unde & hæc sunt uera mala, quæ uehemẽter rotunda sunt. Mes. dicit, succi malorû. s. pomorû granatorû, ut dicunt quidam sapientes, acetosorum. s. in sapore, & muzzorum. i. saporis compositi ex dulcedine & acetoso.

Lupulus secundû Mesue spēs uolubilis, & est habens folia similia foliis citruli, cuius flos est sicut sunt ampulæ ad herentes simul. Petrus de crescentis ait humilis. i. loleuertigo & sic est quod nos uulgo uocamus loleuertigo.

Capillus ueneris secundû Serap. est beceguasen siue coriandrû putei, siue capillus algol, & capillus procinus. Aui. in. 1. cañ. de beceguasen & sinace est capillus procinus, & arabice est capillus algul. Mes. dicit capillus ueneris, dicitur apud quosdam capillus fontium, dicitur capillus hominis nemoralis, & ab aliis dicitur coriandrû putei, & cæcis. hæc herba est satis nota. Auer. in quinto colli. dicit, cularabber. i. capillus ueneris.

TRIPHERA Persica. s. succi solatri, succi endiuia, s. usualis apii, & succi lupuli depuratorû. añ. lib. i. & proiciantur super eos uiolarû sicarû aut uiridium. 3. iii. folliculorû sene. 3. ii. agarici. 3. i. prunorû damascenorû pinguiû nu. 5. cuscute. 3. s. mirabol. citrinorû, chebulorû, indorû, fricatorû in oleo uiolarû, aut amigdarû dulciû, añ. 3. ii. spicæ aromatica. 3. iii. bulliant super prunas cû facilitate, usque dum remaneant lib. ii. & proiciantur super illa epithimi boni mundi. 3. xi. & bulliant ebullitione una, & deponantur ab igne, & decolentur & dissoluantur in una parte istius collature tamariadorû bonorû recentiu. 3. iii. manne. 3. i. s. pulpæ califfia. 3. iii. zucchari uiolati. 3. xii. colentur & mundentur à granis & scofis, & in illa parte aque proiciantur zucchari tarbarzet. i. albi. lib. iii. aceti uini lib. i. coquantur cû facilitate, deinde proiciantur super illud quod dissolutû est in succis & aggregentur simul in unû, & coquantur usque ad mellis spissitudinẽ. ultimo uero puluerizentur super illud rauered boni. i. reubarbari electi. 3. ii. mira. citrinorû. 3. i. s. chebulorû indorû, añ. 3. i. belericorû emblicorû, añ. 3. iii. granorum fumiterra. troci. diarodon, macis, masticis, cubebe, spodii, sandali citrini, añ. 3. ii. s. quatuor granatorû, añ. 3. i. s. ani. 3. iii. spicæ. 3. ii. inuoluantur in oleo uiolato, & repone in uase uitreo, & da cû aqua frigida, aut succo endiuia, aut succo solatri.

Triphera dicitur delicata, & persica dicitur, quia apud persas inuenta fuit, uel dicitur persica, quia in illis partibus utuntur ipsa, sicut fit in nostris partibus. Nico. Florentinus in lib. 5. in cap. de debilitate stomachi inquit sic, & medicamẽ perfarum & pro. i. triphera persica eius descriptionem ipse Nicolaus describit, sed non concordat cû ista Mesue in simplicibus, nec in reliquis, ipse Nicolaus habet mirabolanorû indorum asfortum cum butyro uaccino, nasturtii &c. sed ista domini Mesue est nobilior illa.

Solatrû. s. succus ipsius herbæ. Diosc. de ipso quatuor ca. facit sub nomine strignum, & dicitur quod prima est hortulana & hæc apud nos dicitur herba morella uulgo. Alia spēs est alchechingi dictum cacabum siue siacho à uulgo. Alia dicitur caballaris uel à latinis lunaria, & ista est faba inuersa, & est altera dicta manicon, aut perison &c. Macer dicit. Herbã quam græci strignum dixeret latini Maureolam dicunt, uis eius

eius frigida ualde. secundum Serap. soliatrum est uua uulpis, alii uua caninam uocant.

Apium. succus ipsius. Isidorus in cap. de oleribus ait. apium dictum, quod ex eo apex. i. caput antiquorum triumphantium coronabatur. Hercules autem hanc herbam primus capiti circumtulit &c. Auer. i. quinto col. dicit. alcharfas, id est apium.

Viola. s. usualis. Serap. cap. de uiolis dicit, quod flos eius a proprietate que est in eo quando bibitur cum aqua confert squinatig & epilepsie, quae accidit pueris, & est illa quam uulgares nominant matrem puerorum.

Folliculus sene. Mes. de ipso loquitur in cap. de sene dicens. sene est folliculus plantae, quam uocant persea halzemer, & eius ortus est secundum semitam orobi, & inuenitur ex eo domesticus & sylue. Electio, melior pars plantae eius est folliculus, deinde folia, sed tamen in eis est uirtus debilis ualde & melior folliculus est, cuius color tendit ad uiriditatem & subnigredinem &c. Miror quod Auic. eo utitur in multis casibus, & nunquam de ipso scripsit in secundo canon. secundum circa instans folia sola competunt medicinae, & ponuntur in medicinis abiectis stipitibus, per decem annos seruat.

Pruna damascena apud omnes auctores sunt magis laudata quam alia pruna. Circa instans in cap. de prunis inquit. Pruna alia nigra alia rubra, quae nigra sunt, & aliquantulum duriora, magna uocant, & praecipue damascena, cum matura sunt colliguntur & ponuntur in sole per decem dies, & asperguntur aceto, & seruantur in aliquo uasculo per annum.

Cuscute. i. podagra lini eo, quod linum necat. Serap. cap. de cuscute dicit, quod in latino est thima, & est herba inuoluens eas sicut fila, sed in summitatibus habet fructum subtilem, & ipse crescit in arboribus & in uineis. Petrus de crescentiis dicit. cuscute. i. podagra lini uel gringus, & sic est quod cuscute uulgo dicitur gringus.

Epithimum secundum circa instans est herba, praecipue in locis calidis crescens. herba autem ista conuertitur circa thimum. s. quandam herbam, & quia flos eius est epithimum qui super thimum crescens. flos autem in medicinis ponitur & non herba, quando producit flores colligitur. Dioscoridius autem dicit epithimum flos est thimi. simul timbre. i. saturegie. Mes. ait. laudatur illud quod est subruffum, cretense acuti odoris, forma uero ipsius est similis cuscute.

Grana fumiterre sunt semina ipsius fumiterre, secundum Mes. est ex medicinis benedictis, & est ex eo alius, cuius flos est subalbidus cineritius, et alius cuius color est pallidus, uioleus. Electio, melior est cuius herba uiridis tenera, & cuius folia sunt plana & tenera, & cuius flos est uioleus. Crispus uero non est bonus, & melius tempus collectionis herbae eius & operationis succi eius est principium ueris, & seminis eius est finis ipsius ueris.

Quatuor granatorum aliquando reperitur quatuor granorum & sunt quatuor semina communia maiora frigida, & sunt proprie melonis, cucumeris, citruli, & cucurbitae.

Citrulus autem est quadam species cucumeris, sed est longior satis nostro. eius semen nigrum. scilicet cortex ipsius, sed semina munda sunt alba.

CONFECTIO electuarii alharif, & est electuarium boni saporis, non est in usu. Simplicia uero quae sunt declaranda declarabuntur.

Nabeth secundum modernos est zucarum candidum. Mattheus sylua. in litera nabet dicit, quod est candi. Praeterea uide apud Leonardum de praeda palea. in cap. eradicationis uestigiorum, qui inquit. anabet zucarum candidum, & sic hodie intelligimus per nabet zucarum candidum, quod satis est notum.

CONFECTIO electuarii indi maioris. s. cinnamomi garioflorum, rosarum. s. tubearum, castae, macis, cyperi. an. 3. iii. sandalorum citrinorum. 3. ii. s. ligni aloes, nucis muscatae. an. 3. ii. turbith boni albi, & gummosi, & harundinei. 3. 50. zuehari & pinidiorum. an. 3. xx. galange heil, cardamomi, assari, masticis. an. 3. i. s. scamoneae bonae & coctae in pommo. 3. xii. omnia cum oleo amigdalino fricentur. deinde recipe succi citoniorum & granatorum, succi apii & feniculi. an. lib. s. deinde pone uiscos, cum melle dispumato ad spissitudinem

conuenientem, & confice cum speciebus & fiat.

Istud electuarium indi maioris apud nos est in usu & maxime ista descriptio. uerum est quod Mesue habet maiorem & minorem, & dicitur quod minor est aliquando in intentione maioris. tamen quando medicus ordinat electuarium indum de maiore intelligitur. Ille uero qui de nouo scripsit intitulatus lumen apothecariorum seu lumen fuscum dicit quod quando simpliciter scriptum reperitur electuarium indum. de minori est intelligendum quod non creditur, sicut est notum apud medicos & apothecarios peritos.

Penidii. i. lenis confectio. Serap. cap. de zuccha. inquit penidii sunt calidi & humidi in primo gradu maxime albi, & sunt grosiores zuccharo. Liber qui dicitur Albucasis in tract. 2. docet modum faciendi penidios. Nam inquit penidii fiunt ex melle, & ex puluere zucchari bono albo & mundo, & postea sequitur modus ipsius, qui satis est notus aromataris. Etiam circa instans docet modum ipsius completum, sicut fiunt apud nos. Idem docet Ioannes anglicus in libro. 5. quasi in fine dicens. Nicolaus ponit diapenidion, de quo in fra. Heil. i. cardamomum maius, sicut dictum est uerum illud lumen malelucens super istum passum dicit. heil. i. cardamomum maius, & post sequitur dicens, cardamomum minus. i. melegaeta, quod falsum est. nam ipse in confectioe de cinnamomo dicit. heil. i. cardamomum minus, & in ista dicit quod est maius, quia sibi ipsi contradicit.

Scamonea bona & cocta in pommo. s. in citonio, & tunc appellatur diagredium siue scamonea preparata. Ioannes anglicus in cap. de fluxu uentris ait. post assumptionem pillularum acutarum cum diagridio uel esula, uel colloquintida, tamen diagridium est magis familiare, & ideo dicitur in uerbis. Si uis subsidium per fluxum uentris habere. Sume diagridium, nec oportet plus adhibere. Et capiatur in citonio uel in pommo cocto, & si arguitur colloquintida non debet multum conteri. Dioscoridius in cap. de scamonea ait. eligenda est scamonea, quae cum lingua tacta est, ab ipsa alba efficitur, multi uero succum titimali commiscunt ei, sed intelligitur quod linguam exasperat & exardescit, nascitur autem in india & in Siria diagredium, sed graue & spissum. s. diagredium, quod ipsi adulterant permiscunt titimallum & polines herbi. liber qui dicitur Albucasis docet modum extrahendi lac scamoneae, & coquendi & preparandi, eius malitiam auferendi, quidam apothecariorum preparant ipsam cum uino citoniorum posito in uesica porci circumuoluta, & sepeliunt cum pasta, & ponunt in furno tantum quod sit cocta pasta, postea extrahunt, & sic utuntur ea, sed ego dico quod melius est coquere in citonio, ut est notum apud nobiles apothecarios.

Granatum malum secundum Isidorum in cap. de propriis nominibus arborum inquit, malum granatum dicitur, eo quod intra corticis rotunditatem granorum contineat multitudinem. arbor autem mali granati est generis foemini. pomum uero neutri generis, unde dicitur. Malus mala creat, sed gestat gerbasa malus.

ELECTUARIUM indum minus habens intentionem maioris. s. turbith. 3. vi. zucchari tantundem, macis, piperis scilicet nigri zinziberis, garioflorum, cinnamomi, heil nucis muscatae. an. 3. vii. scamoneae. 3. xii. confice cum melle dispumato.

Istud electuarium dicitur minus, quia pauciora simplicia ingrediuntur quam in maiori. secundum intentionem Mes. minorem habens intentionem maioris tamen regula est a nobilibus apothecariis, quod maius est magis in usu quam minus. Et quando simpliciter medicus ordinat electuarium indum de maiori debemus intelligere, & sic de electuariis haec mech, & sic de singulis, simplicia sunt supra declarata.

CONFECTIO de dactylis, & est diaphnicon. s. dactylorum hairon insulorum in aceto tribus diebus & noctibus. 3. 5. penidiorum sibi. 3. xxv. amig. mundatarum. 3. xv. turbith. 3. xviii. scamoneae. 3. xi. zinziberis, piperis longi, foliorum ruthae siccorum, cinnamomi, macis, ligni aloes, anisi, feniculi, dauci. i. feminis pastinacae syluestris, galange, an. 3. i. & gra. xv. & fiat de omnibus contritio bona, & confice cum melle dispumato quantum sufficit.

SECTIO PRIM A

Diafinicon autem dicitur à dia, quod est confectio, & fe-
hicon uel fenichion græce. i. dactylus, inde confectio de da-
ctylis. i. diafinicon, ut dicit Mes. idem in cap. de turbith ait,
inquit Ioannitius dactylorum infusorum in aceto die ac no-
cte partes centum &c. hoc uidetur habere similitudo diafi-
niconis Aui. in quinto casu. habet tres descriptiones, sed nõ
concordant cum illa Mes. nec sunt secundum ipsum ista ue-
ro Mes. est illa qua utimur, hoc antidotum secundum inten-
tionem Mes. est medicina securitatis.

Dactylus secundum Isido. dicitur a similitudine digitorũ
nam sic nuncupati sunt, quorum etiam eorũ nomina uarian-
tur, nam alii appellantur palmemulę similes mirabolanis,
alii thebaci qui sunt Nicolai. alii miteales quos græci caria-
tos uocāt. Circa instans dicit, oxiphencia. i. phenicon indi-
uel dactyli. Petrus de crescentiis dicit, palma est arbor ferēs
dactylos. Similiter ait Aui. in cap. de palma &c. satis noti
sunt Pli. in uno loco inquit, palma quę fert, mirabolanium
probatissima in egypto oĩa non habet.

Chiron uel hairon secundum Mattheum sylvaticum est
regio in qua antonomastica dactyli abundant, & oriuntur
in ea meliores & pinguijores & dulciores omnibus aliis
aliarum regionum, & sunt mediocri figure non longi, neq;
multũ parui, pingues satis & dulcissimi, & meliores ex eis
sunt citrini, & rubei Mattheus ibi inquit. istud uocabulum
ponitur in antidotario Mes. in electuario de dactylis, & etiã
in loch de pino &c.

Rotab secundum Matth. sylvia. & secundum Simonẽ Ia-
nuensem & Serap. sunt dactyli, sed miror q; rasis in. 3. Almã
foris, in cap. de uirtutibus fructum & pomorum inquit ro-
tab minus calidi sunt quam dactyli, ergo rotab non sunt da-
ctyli, sed maiores habent opinionem, q; rotab apud arabes
sunt dactyli.

Penidũ secundũ Aui. natura ea lidi sunt & humidi in pri-
mo, & proprio albi & sunt humidiores aliis Mes. inquit. pe-
nidiorum sihari. idest penidii qui sunt ex zuccharo dissolu-
to in aqua decoctionis ordeĩ uidelicet in aqua cõmuni, siha-
ri uel sihar apud arabes est ordeum, nam uide Serap. in cap.
de ordeo qui dicit sahair. i. ordeũ similiter dicit Nicolaus
in suis synonymis.

Amigdalarum mūdatarũ. i. à corticibus suis Mes. habet
amigdalarum, sed non specificat si debent esse dulces uel
amarę, secundũ Petrum de crescẽ. debent esse amarę, etiã se-
cundum Simonem Ianuen. amigdala dulcis esur conuenit
amara medicine est aptior.

Mes. in hac confectioe inquit, mellis quantum sufficit.
hoc notum est ab aromataris expertis, ille uero qui de no-
uo scripsit intitulatus lumen apothecariorum inquit mellis
colati & dispumati lib. i. &c. 3. i. s. quod non est credendum,
q; si feceris diaphinicon completum, ut habet Mes. dico q;
ingrediuntur ad minus lib. iiii. mellis dispumati & colati,
idem etiam errauit in dosi scamoneę.

ELECTVARIUM de psilio. & succi buglosę do-
mesticę, & syluestris, & succi endiuę, & succi apii coctorum
& dispumatorum. añ. lib. ii. & prolice super ipsos cuscute. i.
podagrę lini anisi, folliculorum fenę. añ. 3. s. capillorum ue-
neris manipulum. i. succi fumiterre. 3. iiii. assari. i. assarabaca-
re. 3. iiii. spicę. 3. ii. & dimitte per diem & noctẽ, postea bul-
liat ebullitione una & proiciatur super ea uiolarũ uiridiũ
uel siccarũ. 3. iiii. epithimi. 3. ii. & bulliant adhuc alia ebull-
tione parua. deinde colętur & exprimatur, & i colatura po-
natur psilii. 3. iiii. & dimittatur per diem ac noctẽ, omni ho-
ratamen agitando illud cum spatula, deinde exprimatur ui-
scositas eius tota. deinde accipiat huius uiscositatis. li. iiii.
& proiciatur super eã zucchari albi. li. ii. s. scamoneę coctę
in pomo, idest diagredii 3. iiii. s. & decoquantur cum facili-
tate. postquam coctum fuerit proiciatur super ipsum pul-
troc. diarodon, & despodio, & rauedseni. i. reubarbari, añ.
3. i. s. troc. de berberis. 3. s. & uoluit hamech confectioem
hanc electuarium troc. sunt alii qui addunt aceti lib. i. s. alii
addunt succi uiolarum lib. i. & est medicamen nobile.

Istud electuariũ apud nos est in usu, & maxime scdm istã
descriptionem Mesue. Nicolaus in suo antidotario inquit,

antidotarium psilicium à psilio dicitur, sed nõ fit sic nec est
idem cum illo Mes.

Buglosa. i. domestica & est lingua bouis. Dio. uocat bu-
glosos. et dicit q; habet folia similia fõmos, id est tassobary-
baso. Macer ait Lingua bouis græco sermone buglosa uo-
catur. Ista est illa qua utimur, syluestris uero buglosa est bo-
rago. Ego non reperio auctorem autenticum facientẽ cap.
de utraq; nam qui scribit de una non scribit de alia, tamen
hęc ambę sunt notę.

Manipulus intelligitur in receptis tantum quãtum manu
capi potest. Isidorus inquit. manipulus ducentorum est mili-
tum, manipuli autem dicti sunt milites, siue quia bellum pri-
mo manu incipiebant, siue q; anteq; signa essent manipulos
sibi. i. fasciculos stipulę uel herbę alicuius pro signis facie-
bãt à quo signo manipulare; milites cognominati sunt, &c.

Psilium dictum, eo q; semen eius pulcibus asfimitur. Iſi-
dorus in cap. de herbis aromaticis, siue cõmunibus ait. psi-
leos dicta, eo q; semen est simile pulicis. unde eam latini pu-
licarem uocant, miror tamen q; Mattheu sylvaticus in lite-
ra, z. dicat zacharon. i. psilium postea ait zacharię, idem qđ
supra, qđ nõ est cõsonũ, quia zacharię apud nos est qđã her-
ba, quę in pratis reperitur, & secundum quosdam est spe-
cies ferulę, & sic à multis uulgaribus zacharię dicitur, sed
psilium appellatur à nostris rusticis linxella in bladis repe-
ritur. Auerrõis in quinto coll. uocat bescareoton.

ELECTVARIUM elescof. & scamoneę antioche-
nę bonę turbith. añ. 3. vi. garioflorum, cinnamomę, zinzibe-
ris. emblicorum scilicet mirabol. emblicorum, nucis musca-
tę. polipodii. añ. 3. ii. s. zucchari. albi. 3. vi. confice cum melle
dispumato & fiat.

Istud electuarium elescof. i. electuariũ episcopi est in usu.
Scamonea de ipsa dictũ est, antiochena, idest de illa pro-
uincia, nam uide Mes. in suo capitulo qui inquit. melior est
antiochena, & armena est post istam, quę uero oritur in par-
tibus nostris & corasceni est mala prorsus &c.

CONFECTIO hamec. & mirabol. citrinorũ. 3. iiii.
chebulorũ & nigrorũ, reubarbari boni. añ. 3. ii. agarici col-
loquintidę polipodii. añ. 3. xviii. absinthii hasce, fenę. añ. 3.
vi. succi fumiterre li. i. prunorum numero. lx. passularũ enu-
cleatarum. 3. vi. infundantur omnia in qua casei quantitate
sufficienti, & ponantur in uase uitreato stricti orificii, & obtu-
retur os eius, & dimitatur per dies quinque. demum bulliant
ebullitione una, postmodum coletur, & in tali colatura po-
nantur castiã fistulã mundę. 3. iiii. tamarindorum. 3. v. tere-
niabin. 3. ii. fricentur manibus & colentur, & proiciatur su-
per illud zucchari boni albi lib. i. s. scamoneę. 3. i. s. & co-
quantur usq; dum habeat spissitudinem mellis, deinde pul-
uerizentur super illud mirabol. citrinorum, chebulorum in-
dorũ. añ. 3. s. bellericorum, emblicorum, reubarbari, semi-
nis fumiterre. añ. 3. iiii. anisi, spicę. añ. 3. ii. & fiat.

Confectio hamec. i. illius hominis q; ipsam cõposuit. hęc
apud nos est in usu, & maxime secundũ istã descriptionem.

Mirabolani nigri sunt indi, ut ait ipse in suo cap. & sunt si-
ne osibus.

Colloquintida secundum Mes. est quam perles uocant
cucurbitam deserti. & secundum Sera. colloquintida est me-
lon agrestis. Mes. describit trociscos alandahal, & ibi ait q;
ponuntur in hiera Hermetis, & in aliis confectioibus lo-
co colloquintidę. ergo in ista confectioe prædicti trocisci
debent poni.

Polipodii secundũ Mes. est radix plãte, & ortus eius est su-
per arbores & sup lapides, & eã uocauit gręcus filicę arbo-
rũ, & melius ex eo est illud qđ nascitur super arborẽ ferẽtẽ
glãdes. Circa instãs inquit, polipodii herba est similis filici,
quę crescit super quercus & muros & lapides. hoc apud
herbaticos dicitur liquiritia syluestris, & ab alijs dicitur poli-
podii quercinum. Auerrõis in quinto coll. dicit. besgeg-
. i. polipodium

Hasce secundum Serap. in cap. de thimo est thinus, ali-
quando inuenitur alhasce uel hasce quod idem est. Aui. in
2. cañ. speciale facit ea. de hasce. & dicit q; est herba habes
florẽ albũ declinãtẽ ad rubedinẽ, sed apud Dios. & Serap.
flos

flor eius est purpureus. ergo non ueniunt cum Aui. Preterea ipse Auicē. dicit. Dio. dicit quod est arbor. cuius spinæ sunt paruæ. quod non reperitur apud Dios. sed fit quomodo cunq; thimus est satis notus.

Senē. s. folliculus ipsius & non folia. ut quidam apothecarii dicit nā Mes. in cap. de senē dicit. melior pars plātæ eius ē folliculus. deinde folia. sed tñ in eis est uirtus debilis ualde.

Aqua casei. i. aqua lactis. siue serū secundū Mattheū sylua. Mes. dicit. aqua lactis est materia infusionum. & ipsa per se est medicina bona carens nocimento. melior est sumpta ex lacte iuuenum caprarū & nigrarū. & boni pastus. in proprio cap. ipse ait. Operatio aque casei. si succi rosarū. 3. i. miscetur cum aqua casei & pauca spica est solutiuum conueniēs. & similiter infusio. 3. vi. foliorum rosarum in aqua casei cum pauco melle soluit sine molestia.

Tereniabin secundū Aui. est ros qui plurimū cadit in corasceni. & in locis qui sunt ultra fluuium. Et est māna uel species eius. Serap. cap. de tereniabin ait. expositio eius est de melioribus. sic dixerunt mihi quidā sapientes. quod tereniabin est māna purum. & est ex melioribus aliarum specierum. Auer. in quinto coll. dicit. tergebin. i. māna. est ex speciebus antiquis manne.

CONFECTIO alia hamech. & mirabol. nigrorum. chebulorum. indorū epithimi. añ. 3. 50. fumiterræ absinthii. añ. 3. xx. hasee. i. thimus. calamēti. s. domestici camepitheos. bedeguard. anisi. añ. 3. v. prunorum iuiube. sebestē. añ. numero. lxx. passularum enucleatarū lib. i. coquantur in aqua sufficienti usq; ad consumptionē tertie partis. & pone in ea rob lib. ii. mellis lib. i. scamoneæ. 3. ii. coquantur cum facilitate. quousq; mellis spissitudinem habeat.

Secundum istam descriptionem apud nos non fit. simplicia uero quæ sunt declaranda declarabo.

Mirabolani nigri. sunt mirabolani indi. ut ipse Mes. dicit. cap. de mirabolanis. Serap. etiam in cap. de mirabolanis dicit. nigri. & sunt illi qui nominantur indi. miror quod Mes. in ista confectioe hēat mirabol. nigrorū & indorū. ex quo idē sunt. sed uere credo quod ex errore scriptoris quia ipsemet & Serap. uolunt quod mirabolani indi nigri idem sint.

Camepitheos græce interpretatur infima pinus a came & pitheos quod est pinus. eo quod secundum omnes doctores uel aromatarios suæ species odorem habet pini. Colligenda est quando semen eius est maturum. & est colligenda cum suo semine. Isidorus in cap. de herbis aromaticis siue cōmunibus dicit. camepitheos à græcis dicta est quod terræ adhæreat & odorem pini habeat. hanc latini cucurbitarem uocant. quod ex parte odorem cucurbitæ referat.

Bedeguard secundum Dios. est achantis leuce. siue spina alba. etiam secundum Serap. Bedeguard est spina alba. Auicenna duo facit cap. unum de bedeguard. aliud de spina alba quod idē sunt. infra in syrupo de eupatorio ostendam formam bedeguard. & differentias quæ reperiuntur in ipso si deus uoluerit.

Iuiube secundū Dios. sunt zizifa. iste est fructus satis notus. sebesten secundum Serap. ex auctoritate Aboanisa dicitur mochaitar. fructificat fructus dulces. & nominant eos gētes pharas sebesten. Matth. sylua. dicit sebesten in lingua persica uocatur mamilla canis. unde sebesten mamilla canis fertur à persica lingua. Rob quod absolute ponitur est idē quod carēnū. nos uero uocamus mustum codum. aliquādo sapam.

ELECTUARIUM rosatum. s. succi rosarum rubearū cōpletarū lib. iiii. zuchari taberzet. i. zuchari albi tereniabin puri & recentis. 3. vi. scamoneæ antiochenæ. 3. i. s. coquantur omnia cum facilitate super ignem qui fit sicut canis dela usq; dum mellis habeat spissitudinē. deinde proice super illud troc. de spodio. 3. i. galliæ. s. galliæ musca. croci. añ. 3. ii. troc. de berberis. 3. iiii. reponē in uase uitreo & referua.

Istud electuariū est famosum. & apud nostros medicos in usu est. Gal. in cap. de medicinis Zenonis. in suis experimentorū libris habet electuariū rosarū. sed non est in usu. nec concordat cum illo Mes. istud electuariū potest appellari chatarticū. nā catharticū græce est purgatorium. & sic de prædicto electuario conficiuntur pillulæ de hermodactylis minores. de

quibus infra Nico. in suo antidotario habet electuariū de succo rosarū. quod etiā in usu est. sed quoniam medicus ordinat electuariū rosatū intelligitur de illo Mes. & quoniam ordinat electuariū de succo rosarū est intelligendū de illo Nicolai. Hippocrates in lib. suo aforismorū dixit. non oportet quod detur medicina laxatiua quoniam ascendit sahari. & in magna hieme. & intelligitur in Iunio. Iulio & Augusto. & per hiemē uoluit intelligere Nouēbrē Decēbrē & Ianuariū. In his igitur duobus temporibus anni non oportet quod detur medicina laxatiua. & proprie acuta. sed solū duobus temporibus aliis. uolo dicere in uere & in autumnō. quoniam igitur bibitur colloquintida in hora magni caloris nocet mēbris interioribus fortiter. nocet etiā stomacho. expellit sanguinē per ora uenarū abradendo ea. & quoniam datur in hora magni frigoris fatigat patientem fortiter. quia natura non assentit ei. quia facit tortiones.

CONFECTIO de alphefera. non est in usu. ipse Mes. in cap. de alphefera habet unam aliam quæ idem est.

Alphefera uel phefera secundū Mes. est planta quam uocant uitem albam. cuius radix est terre coloris exterius. interior uero alba. Aui. de ipsa duo cap. facit in 2. cañ. unum de phefere. & ibi dicit quod est alhazarasim. & est uitis alba. postea aliud cap. facit de hezeriazem. ubi dicit quod de ipsa loquitur exquisite in cap. de phefere. Itē in 3. cañ. in fen. xv. in cap. de curationibus splenis dicit. radix alphefere. i. radix uitis albe. apud Dios. uocatur ampelos leuce. aut brionia. aut cucurbita agrestis. siue ut latini uitis alba. Dios. facit aliud cap. de ampelos melana. i. uite nigra. siue pheferefin. ut apud Aui. & hæc nostro idiomate uulgariter uocatur tanarus. ambæ iuxta hortos reperiuntur.

CONFECTIO manne ex inuentione Gal. non est in usu.

CONFECTIO de mezereon ex inuentione nostra. s. foliorū almezereon præparatorū partes. x. carniū citoniorū elixatorū in aceto uini & zuchæ. taberzet. añ. partes. lxxx. aquæ casei infusionis agarici partes. xxx. tereniabin. i. manne partes. xl. olei almezereon partes. xxxii. dissoluantur zucharū & tereniabin in aqua casei prædicta. & miscetur cum carne citoniorum. & coquantur cum facilitate usq; dum mellis habeat spissitudinem. & inuoluatur puluis foliorum almezereon cum oleo iam dicto. & conficiatur cum eis.

Hæc confectio apud nos est in usu. ipse Mes. in cap. de mezereon habet unam aliam descriptionem quæ idem est.

Almezereon uel mezereon secundum Dios. est camelea uel cocognidium. Aui. autē in 4. cañ. in fen. vi. inquit de almezereon & camelea. & earū cura. hic uidetur secundū intentionē Aui. quod mezereon & camelea idem non sint. sed cōtra est intentio Dios. & Serap. secundū autē Mes. mezereon est planta uocata apud persas rapiens uita. & à quibusdā faciēs uis duas. & à pluribus leo terra. Christophorus de honestis super istum passum errauit dicens. quod confectio de almezereon est de laureola. quod non est. nā moderni possunt certificari quod mezereon non est laureola. quia mezereon est camelea. & est planta habens folia sicut oliua. Laureola uero habet folia similia foliis lauri. & quod hoc sit uerum uide Dios. cap. de daphnoides cum quarta specie lauri apud Serap. & uide bis quod idem sunt. quidam sapientes dixerunt quod mezereon habens folia parua est uerum mezereon. sed mezereon habens folia magna est laureola. apud herbatos mezereon dicitur herba oliuella. & semen eius cocognidium.

Præparatur autē mezereon isto modo accipiatur mezereon quantitas quæ uolueris. & teratur grosso modo. & infundatur in aceto fortissimo per diē unum uel duos. postea exiccetur & usui referretur. Descriptio olei almezereon. i. herbe oliuelle describit ipse Mes. sicut infra apparebit.

CONFECTIO de eupatorio non est in usu. Gal. in suis experimentis habet electuariū de gasit. i. de eupatorio sed non est in usu. tñ simplicia quæ sunt declaranda declarabo.

Eupatoriū secundū Serap. est gasit. Auer. in 5. dicit olibar da. i. eupatoriū. Miror quod Auic. in 2. cañ. ait. quod eupatoriū habet florē sicut nenufar. quod non cōuenit cum sententiā Mes. nec cōuenit cum illo quo moderni utuntur. circa instans inqt. quod salua agrestis est eupatoriū. quod non est. nā uide Simonē Iauē. & Matth. sylua. qui dicunt quod non est coniza. ut quidā

SECTIO PRIMA

dicunt, nec est martibū, ut quidā dicūt, nec est salua agrestis, ut quidam dicunt, unde miror qualiter medici nostri temporis nō aduertentes uerba Dios. Aui. Plī. Gal. & Damasceni credant potius herbulariis saluam agrestē eupatoriū esse, quā nec in sapore, nec in odore cum eo conuenit.

Eupatorium uero dicitur ab eo quod est bonum, & parcor quod est epar, unde eupatorium. i. bonum epari. apud nos nascitur iuxta uias.

Camello duo sunt genera. s. masculus & foemina. Isido. dicit, camello causa nomē dedit, siue q̄ quando oneratur ut breuiore & humiliores fiant accubant, quia grāci camī humile, & breue dicunt, siue quia curuus est dorso.

ALCHELENGI medicamen est magnū, & nō est in usu. hoc medicamen uidetur conforme in multis proprietatibus illi quod Aui. nominat alchelhelēgi, simplicia quae sunt declaranda declarabo.

Uolubilis secundū Mes. sunt plures spēs, quarum una est quae dicitur funis arborū, cuius flos est albus, & ista est uolubilis maior, & est alia spēs, cuius rami repunt super terrā, & super ramos plantarū, cuius folia & flores sunt minores, & dicitur uolubilis minor, & est alia habens folia subalbida latuginosa, & habet lac, & est species tertia, & est habens folia aspera sicut folia citruli, cuius flos est sicut ampullae adhaerētes & uocatur lupulus. Et est alia ex qua fit scamonea. Serap. cap. de uolubili, ponit cissos. i. edera inter spēs uolubilis. Dios. uero in cap. de cissos infunditur sermo de hippoquistidos laudano uolubili & edera arabes uocant lebleb. Ioā. Anglicus in cap. de ptisi inquit, uolubilis maior & minor quae funis pauperis uel corrigia monachi uocatur apud nos uolubilis dicitur, & nascitur in uineis & super arbores.

CONFECTIO de zinzibere nō est in usu. Aui. in. 5. cañ. habet electuariū de zinzibere quod nō est idē. Et Gal. placentinus habet unam descriptionem, sed non est in usu. Simplicia uero quae sunt declaranda declarabo.

Mel tabarzet. i. album. Auic. in. 2. cañ. in cap. de melle, de melle tabarzet loquitur dicens, mel uero tabarzet est mel album cadens de coelo ad modum roris secundum quosdā. Alii dicunt q̄ est mel quod reperitur in illa regione sic nominata, & sic per mel tabarzet intelligitur mel album. Ego autem in partibus nostris uidi mercatores uendere mel album, sicut tabarzet, & erat artificiatum cum farina fabarum & aliarū rerū similiū, si uero reperitur mel album quod sit naturale habet efficaciam in medicinis, sin autem non.

Serap. in cap. de melle docet modū cognoscēdi mel dīctēs ex auctoritate Dios. q̄ mel bonū est illud qd̄ est dulce, & in quo est acuitas aliquatula in gustu, & habet odorē bonū, & color eius est uergens ad rubedinē, neq̄ est nimis liquidum, & q̄ immiseris in eo digitum adhaeret digito, & illud est bonum &c. Auer. in. 5. col. dicit alces. i. mel.

CONFECTIO de iacur secundum intentionē Gal. est diacodion purū. & decē capita papaueris albi, in quibus sit mediocritas inter paruitatem & magnitudinē & humiditātē & exiccationē. proiciatur super ea aquae sextariū unū. i. lib. ii. s. & sit aqua pluuialis, & si sit humida plus q̄ sicca dimittatur die ac nocte, & si sint sicciora dimittatur plus, tunc coque ea usq̄ dum decocta sint, & aquae duae partes sint cōsumpte, tunc uero cola succum eius.

Mes. inquit q̄ cōfectio de iacur secundū intētionē Gal. est diacodion purū, & sic est secundū ueritatē. ipse uero Gal. in tracta. 7. meimir habet diacodion. & ibi docet cōficere per uarias intētionē, ut docet Mes. Nā scias q̄ descriptio supra scripta nihil minūedo nec addendo est diacodion purū. Inferius uero ostendam per ordinē cōficere alia. Ipse Mes. in cap. de ptisi quasi in fine habet cōfectionem de iacur, sed nō est in usu. Nico. in suo antidotario habet diacodion. & dicitur à codia quod est papauer nigrum, sed nō est in usu. Ioā. cōcoregius in cap. de catarro dicit. Laudatur & cōuenit electuariū quoddā seu loch descriptū à Mes. in suo antidotario quod dicitur cōfectio seu loch de iecur, & sub isto nomine ibi describitur, sed alio nomine dicitur diacodion, & sic ab aromataris uocatur. Mes. inquit. Et restat post illud duplex cōsideratio, quoniam si catarus subtilis fuerit, & timetur su-

xus eius ad pedus & pulmonē & cannam, & timentur uigilia, oportet tunc ut misceatur ex rob quantitas, cuius sit medietas aquae, & coquatur super igne in quo non sit flamma neq̄ fumus, sed super prunas tantum. Intelligit autē hic dñs Mes. si in diacodion puro misceatur pro qualibet lib. i. diacodion. 3. vi. rob. & coquatur simul super prunas, tunc appellatur diacodion cū rob. Et nō cōuenit in hac intentione mel, quoniam mel est ex habentibus acumen, quare est subtiliatiuū, & est preter hoc quod intendimus, & quoniam est materia subtilis ualde, & mel est ex subtiliantibus, cū autē plenitudo retinetur in thorace & pulmone, & uelis medicamē facere abstersiuū, tunc mel cōueniētius est, quoniam dormire facit, & materias quae sunt in peccore ad expellēdū habilitat, & quandoq̄ fit medicamē ex utroq̄ quādo cadunt in occupatione duplicis intētionis, & sit dosis eius. 3. i. & plus & minus secundū q̄ exigit dispositio, & oportet ut teneat eā patiens in ore suo & transglutiat, inde modicū quod dissoluitur ex ea cū salua. Similiter nota si uis facere diacodion cū melle, fac sicut fecisti aliud uidelicet, si in diacodion puro loco rob addatur mel, & tunc appellabitur diacodion cū melle. Si autē uelis ut sit recentis naturae & eruptionis sanguinis à locis q̄ sunt super diaphragma, & ab aliis locis malignationis & à partibus uiscerum, tunc ad unāquāq̄ lib. ipsius proiciatur acaciae rubrae euphrosides croci myrrae balauis stig. 3. i. & ramich. 3. iiii. & administretur. Scias etiā q̄ pro qualibet libra una diacodion puri addantur loco mellis species supradictae, tunc appellatur diacodion cōpositū. Ioan. Serap. in suo antidotario habet diacodion cōpositū, & ibi addit acatiam rubeam tinctorū & alias spēs sicut facit Mes. Plin. inquit, medicamentū quod diacodion & acatiae uacatur utilissimū sit, aut ex papaueris, aut cuiuscūq̄ syluestris capitibus. cxx. in aquae caelestis sextariis tribus biduo maceratis in eademq̄ decoctis, deinde siccatis iterum cū melle decoctis ad dimidias partes uapore tenui addidere. postea dragmas senas croci hippoquistidos thuris acatiae & passicretici sextarium, hac ostentatione, simplex quidem & anti-

qua illa salubritas papauere & melle constat. Acatia secundū Serap. est spina babylonica, & est arbor gummi arabici. Isido. ait, zillo quippe dicunt lignum licon dulce, cuius arboris pomo succo expressus acatia à grecis dicitur, moderni quia carent uero fructu acatiae faciunt acatiam ex succo prunellorum syluestrium, & accipiunt praedictū fructū & exprimunt, & sic in sole siccatur, & ibi inuenitur idonea uirtus, liber qui dicitur bulcasm in tractatu. 2. docet modū faciēdi acatiā dicens, modus extrahendi succum prunorum syluestrium ex quo fiat acatia &c.

Rubea. s. rubea tinctorum. Gal. in. 7. simpli. inquit crocus uaficus. i. rubea tinctorum. hec radix à rusticis dicitur rozia. Auer. in. 5. col. ait, ena. i. rubea tinctorum, hic apud quosdam uena tinctorum dicitur.

Henstides siue haustides, ut apud Aui. in. 2. cañ. habetur est succus plantae, quae dicitur barba hyrcina, ergo est hypoquistidos, ut reperitur apud Serap. cap. de hypoquistidos, sit autē hypoquistidos ex quodam fungo qui nascitur in radice rosae caninae, & ille fungus dicitur torathit, exprimitur succus & siccatur, & ille est hypoquistidos. Dios. in cap. de cissos. i. edera de hypoquistidos loquitur, tamen Simon Ianuen. in cap. de barba hyrcina, dicit, q̄ textus Dios. est falsus, quia hypoquistidos non est edera, nec est species eius, ut dicit Diosco.

Ramic est quaedā cōfectio quae fit in trociscis, cuius descriptio describit Mes. de qua infra istud est ultimū simplicium quod ingreditur, diacodion cōpositū, nunc uero alia incipiam si deus uoluerit. Et sunt qui ponunt in iacur puro loco mellis penidias. Hic est notandū q̄ si ponantur in diacodion puro loco mellis penidiae, tunc est diacodion cū penidiis, Et sunt qui ponunt zucharū, & quandoq̄ exigit dispositio agritudinis quae est multae caliditatis & acuitatis medicamen ex papauere nigro, & sint eius capita usq̄. 50. & quādoq̄ ex albo & nigro, & loco mellis ponitur Zucharū aut penidiae. Etia est notandū q̄ si ponatur in diacodion puro loco penidiorū zucharū, tunc est diacodion cū zucharo, in Mediolano

Mediolano reperitur de omni genere & in usu sunt.

CONFECTIO de succis nucum, & uocatur græce diacaridion. & succi exteriori corticū nucum in diebus canicularibus lib. iiii. decoque ipsū bullitione una, deinde adde ei mellis lib. ii. & decoque donec impinguetur, & fiat sicut mei, & post illud nobis occurrent intentiones quatuor. nā p̄ pueris & mulieribus & humidis natura sufficit medicamen sic factum, & quādo morbus est in principio aliquid de stipticitate habentibus misceri oportet, sicut sunt rosæ & balauſtia, & quando in statu egritudo crocus & myrra miscenda sunt, in declinatione uero baurach & sal armoniacus & similia, est. n. medicamen sublime & expertum.

Hæc cōfectio de succis nucū secundū intentionem Mes. quæ à græcis uocatur diacaridion apud nos est in usu. Matth. syl. dicit, diacareos dicitur, eo q̄ de succo corticū recentū fit diacareos, secundū Simonē fit de succo corticū nucum recentium. Alexander describit in cap. de squinatia carpocareos autem est cortex nucis regalis, sed carpocanti eos est semen ferule, secundum Nicolaum.

Nux secundū Isido. in cap. de propriis nominibus arborū appellata est, q̄ umbra uel fellicidiū foliorū eius proximi arboribus noceat, hanc alio nomine latini iuglandem uocant quasi iouis glandem. est. n. hæc arbor consecrata ioui. Pet. de crescen. dicit nux à nocendo dicta est, eo q̄ eius umbra noceat aliis arboribus. Dio. dicit carea basilica. i. nux alexadrina quā multi p̄scā dicit, ubi sciēdū q̄ nucis multæ sunt spēs, sed q̄ simpliciter ponitur de usu illi intelligitur.

Dies caniculares sunt quadraginta. nam reperitur apud Diof. cap. de origano ubi ait. coques in sole diebus canicularibus per dies quadraginta. Serap. in eodē loco ex uerbo Diof. dicit, ponitur in sole quadraginta diebus. i. canicularibus. Matth. syl. dicit, canicula est stella quæ dominatur diebus. xl. secundum Gal. in lib. de cibis. cap. . . de fructibus horariis, sapientes uero dixerunt q̄ dies caniculares sunt uiginti Iulii. & uiginti Augusti. nam in illis diebus est maior calor q̄ in aliis diebus.

Baurach est apud græcos affronitrum. & est spuma nitri, Serap. in cap. de baurach inquit sic ex auctoritate Gal. si consideras autem sermonem Gal. in .4. de nitro & affronitro, & comparas ipsum cū sermone suo in .xi. de baurach africæ q̄ est spumofum & baurach, similiter & aggregas operationes eorum, scies pro certo q̄ intellexit per baurach africæ nitri & per baurach affronitrum spumam nitri, & dixit q̄ affronitrum est spuma nitri, & est baurach armenum, sumitur ergo per hoc q̄ baurach secundū Gal. est baurach siue sal armenū.

Sal armoniacus secundum Pli. inuenitur iuxta pleusium. Ptolomæus rex cum castra faceret quo exemplo, postea in ter egyptum & arabiam, & squalentia loca incepit inuenire, detractis arenis secundum autem circa instans dicitur sal armoniacus, quia in armenia reperitur. Serap. ex auctoritate Isaac ebē amara. in cap. de sale armoniaco ait, est sal albus & rubeus, & extrahitur à lapidibus duris claris, & est falsus mordicans, multam deserit ex rasceni, & sunt ex eo multi colores, sed melior est ille qui est sicut crystallus. Matth. syl. ua. in cap. de salamonica. i. herba quam Aui. in .2. can. r. thean salamonica dicitur, quia existimant q̄ ex eo fit sal armoniacū cū aurifices utuntur ipso sale et separatiū idē est. Liber qui dicitur Albucasis in fine tertii tractatus, docet modū faciendi salē armoniacū, & dicitur q̄ fit ex lapidibus qui reperiuntur in sterquiliniis balneorum, qui incenduntur cū igne foridiciei illius loci, & sunt lapides nigri qui coagulantur ex uirtute false dinis, quæ est in illa forditia, & etiam uide ibi.

Explicunt electuaria & confectiones super antidotariū Mes. & inferius describam illa quæ sunt in practica sua.



CONFECTIO de sticados in cap. de flegmatica scothomia & uertigine. & hieræ pigræ. i. specierum hieræ Gal. 3. x. agarici epithimi. añ. 3. iiii. mirabol. chebulorum, indorum, emblicorum, bellericorum sticados. añ. 3. iiii. falsi indi. 3. ii. confice cum secaniabin. i. oximelle.

Hæc cōfectio non est in usu.

Sticados. i. sticados arabicum, ut dicit Mes. est planta foliorum subtiliū oblongorū habens stipitem subtilem cineritū, cuius eleuatio super terrā est in mensura cubiti, & habet flores asmilantes spicis filiginum, sed sunt breuiores sine semine. similiter ait Auicē. q̄ est sine semine, miror tamen q̄ Diof. & Serap. dicant q̄ habet semē minutum, quia hoc nō consonat dictis Mes. nec Auicē. sticados uero quo moderni utuntur habet semen minutum, sed non est uerum sticados, de quo intellexit Mes. ac Aui.

CONFECTIO triphere de epithimo in cap. de curamania & melancholiæ sanguineæ. & chebulorum. i. mirabolanorum, chebulorum, emblicorum, bellericorum, & indorum. añ. partes æquales, epithimi subtilis partes. ii. hieræ pigræ partem. s. confice cum melle emblicorum, aut chebulorum, & da omni die.

Hæc cōfectio in papia nō est ualde in usu, sed in Mediolano utuntur ipsa magis. Epithimum secundum Isidorū in cap. de herbis aromaticis siue communibus inquit, epithimum græcum nomen est, quod latine dicitur flos thimi, nā flos græce thimum uocatur, est autem flos timbræ. i. sature græcæ similis.

Mel emblicorum de modo ipsius apparebit infra in tractatu Rasis, in fine electuarii letificantis, si deus uoluerit.

CONFECTIO mirabilis ad epilepsiam in proprio cap. de epilepsia. & piretri fistulos. i. sileris montani sticados añ. 3. x. agarici. 3. v. cordumeni. i. carui agrestis siue leuistici. assæ aristologiæ rotundæ aphodili liquiritiæ carpobalsami. i. seminis balsami peoniæ. añ. 3. ii. & accipe expressionis squillæ & mellis partes æquales, quibus coctis ad spissitudinem quantum sufficiat ad aggregandum ea accipe, deinde reconde in uase uitreo.

Hæc cōfectio apud nos non est ualde in usu, in Mediolano uero utuntur magis, uerum est q̄ Rasis in .9. Almanforis describit unam aliam descriptionem quæ uidetur esse eadem, & non differunt nisi q̄ Mes. adiungit in sua descriptione liquiritiam carpobalsamum & peoniam, in reliquis uero idem sunt, & sic multi, secundum descriptionem Rasis faciunt, cuius infra apparebit descriptio.

Epilepsia autem est morbus caducus, & uocatur mater infantium.

Assæ. i. assæ fetidæ in quodam lib. Mes. est scriptum hæc i. thimus, sed uere debet dicere assæ. i. assæ fetidæ. Rasis habet assæ optime, quod idem est præterea in ista materia magis conuenit assæ fetida q̄ thimus.

Afodilus secundum Diof. est herba omnibus nota, folia habens sicut porrā uirgam leuē, quā multi ablatium. i. aletadicut, secundum circa instans afodilis est quædam herba quæ uocatur centum capita, cuius radix usui medicinæ cōpetit, hic textus est falsus. nam aphodyllus non est centum capita, ut uidetur per Serap. cap. de astaraticon & in cap. de iringo, afodilus uero dicitur apud herbatricos herba porra propter similitudinē foliorum, peonia secundum q̄ dicit Auer. in .5. coll. est rosa asinorum.

Macer in cap. de peonia inquit.

Radix illius pueris suspensa caducis.
Non modicum prodest, Gal. ut asserit auctor.
Quadam se puerum narrat uidisse caducum.
Ætas cuius erat annorum circiter octo.
Peoniæ puer hic radicem ferre solebat.
Appensam collo, quadam uice decidit illa.
Moxq; puer cecidit solito quo more ligata.
Protinus euasit. Gal. uero probare.
Rem plene cupiens radicem denuo dempsit.
De collo pueri cecidit, surgitq; resumpta.
Cognita uis herbe fuit huius sic manifeste.
Ipse Diof. cum dicit ait esse caducis.
Aptam si bibitur uel si suspenditur illa.
Seminis illius ter quinq; rubentia grana &c.
Papias ait, peonia græce, quod significantius latine dicitur cadauer, ab eo q̄ cadat per mortem, peonia hasta rubea est, & coloris rubei herba.

CONFECTIO de piretro ibidem uidelicet, in cap. Lumi. ma. C

SECTIO PRIMA

de epilepsia. & secacul lib. i. piretri humidū aut humectati. 3. vi. mel. dispumati lib. v. pinearum purg. li. i. s. condies cum zinziberis & piretri. añ. 3. i. garioflorū nucis musc. cubebe. añ. 3. iii. cinnamomi. 3. v. & in alio piretri, hueg aut humido rū aut humectatorum. añ. 3. iii. & est expertum bonum, & alii addunt musci. 3. i.

Hæc confectio non est in usu.

Piretrum uel piretron, ut græce dicitur à pir qđ est ignis, eo qđ igneam uirtutem habeat. Pli. ait piretron uocant qđ nunquā floret Aui. 1. 2. cañ. duo cap. facit unū qđ incipit pī retrū, aliud qđ dicitur tarcon, et tarco aliquādo capitur pro quodā pisce, de quo recitat Io. Anglicus in cap. paralefis, qđ sic ait, ligatura tactus cuiusdā piscis qđ uocatur tarcon, & dicitur piscis iste mercuri, & secundū Aui. ca. de stupore uocatur berile, hæc radix est satis nota, doloribus dētium medetur, piretrum apud Auer. in. 5. coll. uocatur halacartaa. Papias dicit, piretrū herba dētaria ignea, unde & piropum dicitur Halyabas at in secūdo practice uocat ipsum harcacharach.

Hueg uel huegi uel oegi est acorus. Gal. in. 7. simpl. dicit, cegi, id est acorus, & ē hac plāta, nō utimur nisi radice eius.

CONFECTIO conditi ad egritudines neruorum frigidā mirabilis in cap. summa quarta de egritudinibus neruorum. & secacul pinearū mūdatarū radicū acori, añ. li. i. s. & sint secacul, & acorus elixata & expressa, & misce cum eis, præter pineas mellis dispumati lib. x. & decoque lento igne usqđ dum spissitudinem acquirant, deinde deponatur ab igne & proiciantur super ipsum pinearū, & misceantur ad inuicem post hoc pulueriza super ea piperis. l. nigri. 3. i. piperis longi garioflorum zinziberis macis. añ. 3. iii. nucis muscate galange cardamomi. añ. 3. iii. misce & fac.

Hæc confectio apud nos non est multum in usu sub illo nomine. s. confectio conditi, sed facimus & utimur sub nomine cōfectionis diacori, unde Nico. florentinus in lib. 3. in ca. de cura. egritudinum nuce & neruorum in generali inquit, confectio secundum Mel. cōditi ad egritudines neruorum frigidā, & est diacorus, & sic est.

Secacul. i. sigillum sanctæ Marię, & non est sigillum salomonis, ut quidam herbatice dicunt, liber qđ dicitur Albucahis in tractatu secundo ubi docet formam desiccandi radices ait secacul. i. sigillum salomonis, quod non est bñ expositū, qđ Matheus syuaticus in cap. de dasnoides dicit, qđ comedas ne uel daphinides alexandrię est sigillum salomonis, & hoc est certum, de quo Sera. in ca. de lauro describit formam, sigillum aut sanctę Marię siue secacul est radix similis zinziberi, dicta à modernis à uulgo zenogeto, & granum eius secundum Serap. uocatur granum culcul.

Acorus est radix satis nota secundum Aui. est radix plantæ, quę est sicut papirus, non autem intelligi debet de papiro in qua scribimus, quę de pannis lineis fit, sed quando reperitur apud Auic. uel in aliis libris in medicinis desiccatis uis, papirus intelligitur quædā herba quæ in aquis nascitur, & est iuncus uel species eius.

CONFECTIO Anacardina secundum filium Zacharię. i. Rasim i cap. & summa supradictis uidelicet, in summa quarta de egritudinibus neruorū. & zinziberis costi pī retrū nigelle piperis macropiperis hueg. añ. 3. x. myrrę, fo-liorū ruthę, alse, gentiang, aristologia, baccarum lauri, castorei, tapsię sinapis. añ. 3. v. mellis anacardi. 3. v. & iii. inuolutatur omnia cum oleo nucum, & confice cum melle apum, & da ex eo in modum grani lauri.

Hæc confectio in Papiā nō est ualde in usu, sed in medio lano magis, secundum intentionem Mel. est ex auctoritate filii Zacharię siue Rasim, & sic est secundum ueritatem qđ Rasim composuit ipsam & describit eam in. 9. Almā. in cap. de paralefi, idē in lib. diuisionū, in eodē ca. uidelicet, paralefis ait cōfectio anacardi, quæ est tyriaca paralisis, & illa idē est in omnibus ut ista, supra et posita fuit una alia descriptio, qđ potest uocari confectio sapientū, & illa apud nos est magis in usu, & est illa quæ debet intelligi qñ absolute profertur.

Hueg. i. acorus sicut dictum est aliquando dicitur oegi, ut dicit Simon. Rasim loco hueg. habet ogi quod idē est, & est certum, quia ipse Rasim in lib. diuisionum in eadem con-

fectione loco ogi habet acorus.

Alse. i. alse fetidę non aut debet dicere alasse. ut qđā apothecarios dicit, uide Silanum super nono Almanforis, qđ in prædicta cōfectione habet alse fetidę & idem est, & sic alsa fetida magis conuertit in ista egritudine qđ alasse. i. thimus.

Aristologia simpliciter de rotūda intelligitur, sicut dicit circa instans.

Tapfia secundū Dio. nominatur, eo qđ primo in tapfo insula inuenta fuit, arabes uero nō potentes dicere tapfia dicitur tefixia, de qua Auic. in. 2. cañ. cap. facit, & dicit qđ est gūma ruthę agreffis, idem in. 4. cañ. in fen. 6. inquit, de thexia, & eius cura hæc est gumma ruthę montang, & quādoqđ sentitur in sapore eius sicut sapor albedarungi. i. ozimi fluuialis siue citrati. i. mellisse Gentilis super quintū Auice. exponit qđ tapfia est casia lignea. Rasim in prædicta cōfectione loco tapfię habet seitarungi, tu uero uide qđ Mel. habet tapfię. i. gummi ruthę agreffis, ut dicit Aui. & secundū Simonē Iasnuen. tapfia ex auctoritate Halyabatis est rutha syluestris siue becur. & Rasim habet seitaragi. i. lepidiū siue hybederidos, quod idē est secundū circa instans, tapfia usqđ medicina cōpetit per tres annos potest seruari, Pli. inquit, tapfia ex genere ferulę est foliis feniculi inani caule, nec excedente baculi longitudinem semen quasi ferulę radix candida quæ incisa lac emittit & contuso succo cū cortice & c. secundū Serap. tapfia siue taffia est inantum siue gingion, ergo est lepidiū secundū Dios. meo tēpore in prædicta cōfectione uidi ponere loco tapfię rutham syluestrem, quæ uirtutem habet in subito desiccando, illa uero descriptio quæ reperitur apud eundem Rasim in libro diuisionum habet tapfię, ut habet Mel. & secundum intentionem ipsorum nō est differentia inter seitaragi & tapfia, sed siue sit differentia siue non, rutha syluestris conuenit, aut lepidium, aut casia lignea.

Sinapis. l. usualis quæ nigrum colorē habet, circa instans dicit, sinapis semel ponitur in, medicinis, & per duos annos potest seruari.

Mel anacardinum fit ex quodam fructu cuiusdam arboris, quæ pediculus elephantis apud quosdā uocatur, de modo faciendi mel anacardinum reperitur apud Bulchafim, sed secundum ipsum apud nos nō potest fieri, quia oportet habere anacardos recentes, sed quia anacardos recentes habere nō possumus in nostris partibus, hic ostendā facere ut docet Guliel. Placentinus in cap. 6. de cōfectionibus, ibi uero ipse sic ait, Mel anacardinum quod intrat in electuario de anacardis, & aliis cōfectionibus sic fit, tere anacardos, & pone eos in aceto, & dimitte sic diebus. 8. & coque eos lento igne, & renoua acetum ad duas partes, quæ colatę cum lino teo, pone fecem in medicina loco anacardi, & cum aceto pone tantūdem mellis, & coque hæc simul usqđ ad spissitudinem, & hoc erit mel anacardinum, & sic fit.

Mel auui. i. usuale. Dios. in cap. de mellisofilos. i. mellissa dicit melliflon, dicitur quia apes ipsam diligunt quasi apum amor. Mel. dicit, qđ prædicta confectio datur in modū grani lauri, granum uero lauri apud Aui. est granum ademeft, & est sicut auellana parua, & cortex eius ad nigredinem tēdit, sicut est notum omnibus.

CONFECTIO Diahyrundinis in cap. de squinantia gutturis. & Anisi, seminis apii, ameos, florū squinati, lili cœlestis, cinnamomi, amomi, aristologia, longe, aluminis iame ni, armel, myrrę, castię. i. castię lignę, liquiritię, croci. añ. aur. ii. troc. croci magnetis, seminis rosarū. añ. aur. iii. costi cineris hyrundinis recentis. añ. aur. vi. spicę amili. añ. aur. i. gal larum. aur. i. s. confice cum melle, & fiat confectio.

Hæc cōfectio apud nos non est ualde in usu, tñ reperitur apud apothecarios, descriptio uero ipsius reperitur apud multos alios auctores. Io. Sera. in suo antidotario habet unā descriptio nē qđ similis est huic. Aui. in. 5. cañ. habet unā aliā qđ eadem est. Halyabas ait in decimo practice inquit, chatatici medicaminis assignatio, qđ gutturis prodest doloribus, & est idē cū confectio diahyrundinis. Alexander medicus in cap. de squinātia habet unā aliā quæ eadē est, & sic postqđ ego aggregaui prædictam cōfectionem apud auctores nominatos cum una confectio, quam describit, Gal. in tractatu

statu sexto meimir, quæ uocatur diabilifafa, uidi quod idem est.

Lilium cœleste .i. ireos, ut reperitur apud Aui. in .2. cañ. in cap. de ireos, radix ipsius competit usui medicinae. Gal. in prædicta confectio, loco lilii cœlestis habet ireos illiricæ, quod idem est. Halyabas habet ireos.

Amomum semē est minutum, quod ab oriente defertur. Ifido. in cap. de arboribus aromaticis dicit, amomum uocatum quod ueluti odorem cinnamomi referat.

Aluminis secundū Dios. spēs sunt multæ, sed medicinae tres necessariae, rotundum, scissum, & liquidum, rotundum uero dicitur zuccharinum ob eius similitudinem scissum .i. iamenum dictum uulgo de pluma liquidum siue humidū, est illud quod dicitur de roca, seu lipparinum. uide ergo quod Mes. habet aluminis iameni. Gal. habet aluminis scissi. Aui. aluminis iameni, quod idem est, & est alumen de pluma dictum à uulgo. Dynus florētinus in lib. 2. in cap. de cura scrofularum dicit, quod alumen iamenum est alumen scissum.

Armel secundū Matth. syl. est tertium genus ruthæ, & in fine cap. ait, quod harmel scriptū per h, est cicuta, sed armel scriptū per a, est illud genus ruthæ, quod non est credendū. nā uide quod Mes. habet hic armel scriptū cū a, Aui. habet harmel cum h, Halyabas idē habet. Gal. habet bifanæ & ibi ait. quod quidā armel uocant. Et idē Gal. in .7. simpl. inquit, moli quidā hanc ruthā syluestre nomināt quā autē armolā. Suriani uero bifanā sicut cappadocii moli, eo quod in radicæ & molliori .i. nigrū florē uero habet lacteū. Simon Ianuē. dicit. bifaria in antidotario oribasi in cōfectione diahyrundis, quā uocat diatiniaras inquit. bifaræ quā alii armollam uocāt alii rutham egregiam &c. sine dubio opinio mea est quod armel scriptū cū h, & sine h, sit tertium genus ruthæ, cuius in descriptione pillularū aggregatiuarū apparebit forma uera. & ibi uidebis quod harmel scriptum cum h, non erit cicuta, ut dicit Matth. syl.

Troc. croci magnetis, descriptio ipsius reperitur apud oēs auctores qui scripserunt cōfectionē diahyrundinis, scias quod Nico. in suo antidotario, habet trociscos croci magnetis sed ponendi nō sunt in ista cōfectione, sed descriptio quæ debet administrari est ista. &c. cinnamomi croci. añ. 3. ii. rosarū .f. rubearum amomi costi. añ. 3. i. mirræ. 3. iii. radicū liquiritiæ folii indi. i. malabatri, pone loco eius spicæ aut macis. añ. 3. ii. s. aggrega cum uino, & fac trociscos & exiccantur in umbra, ut ait Aui.

Rosa .f. semen ipsius, quod à multis modernis antera uocatur, de qua Ioan. Anglicus siue rosa anglica in cap. de fluxu uentris in febre inquit, antera .i. semen rosarum. præterea uide eundem in cap. de cura fluxus sanguinis qui dicit, rosa & antera .i. semē eius, & sic communiter utuntur antera pro femine rosarum, cuius fructus apud Aui. uocatur rubus. etiā Serap. in cap. de rubo de ipso loquitur, & hic fructus apud Dios. uocatur cinosbatus.

Hyundo uero est auis satis nota. Dios. in cap. de lapide celidonio dicit. lapis celidonium inuenitur in uentribus hyrundinum, cuius genera sunt duo. .f. nigrū & ruffum, qui tolluntur captis pullis hirundinū ex nido & scissis eorū uentribus &c. modū comburendi hirundines Mes. in fi. eiusdē cōfectionis docet, qui talis est oportet eas hyrundines primo decollari, ut sanguis earū fluat super alas ipsarū, deinde puluerizetur super eas sal, deinde mittatur in olla uitrea stricti orificii, & cooperiatur & sigilletur cum luto sapiæ. i. luto unde fit forma campanæ, ut exponit Nico. in suis synonymis, & ponatur in furno usque dum aduratur, & conseruetur cinis earum, & utere cum necesse fuerit. Gal. habet etiā de modo comburendi in cap. allegato, ubi est prædicta cōfectio. similiter habet Ioan. Serap.

Amilum .i. amidum secundū Dios. appellatū est ab eo, quod græci milos molā uocāt. i. quod sine mola fiat, est autē utile amilū quod ex tritico sicamō fit, & cretico aut ægyptiaco &c.

Gallarum .f. gallarum asinarum quæ sunt nō perforatæ. Dios. dicit, cæcidos .i. galla semē est cendrios .i. arboris querqus, cuius unum genus onfacitis dicitur, & Serap. cap. de galla dicit, est ex ea quæ accipitur ex arbore sua recens, immatura, parua, rotunda, nodosa, non perforata & grauis, & est alia quæ est leuis perforata, sed melior non est matura, & nō

perforata parua, quæ primo nicta est.

CONFECTIO medicaminis de gentiana in cap. de asmate. &c. capillorum ueneris. 3. x. amigdalarum amara rarum. 3. v. ireos. 3. iii. corticum radicum capparorū orobi, feminis apii feniculi. añ. 3. ii. gentianæ aristologiæ rotundæ. añ. 3. v. confice cum melle dispumato &c.

Hoc medicamen de gentiana nō est in usu. Aui. in .5. cañ. habet artem medicinae de gentiana, sed non concordat cū illa Mes. Nicolaus florentinus in lib. 5. in cap. de debilitate epatis habet electuarium de gentiana, sed nulla istarum concordat simul.

Capparum uel kaparus secundum circa instans radices folia flores competunt usui medicinae.

Orobis .i. herbilia. Dios. in cap. de herbo inquit. herbū fit uerit alii orobum nascitur in lenticula, feritur et, cuius aliud est palidū, aliud subruffum, & aliud album. Nico. in suis synonymis dicit. herbilia .i. orobum, infra apparebit electuarium de orobo, & ibi melius declarabo, si deus uoluerit.

Gentiana est radix amara satis nota. Plin. ait, hanc inuenit gentius illiricorum rex, ubi quæ nascentem, illirico tamen præstantissimam, folia fraxini, sed magnitudine lactucæ teneræ pollicis grositudine cauo & inani ex interuallis foliato triū aliquando cubitorū, radice lenta subnigra, sine odore aquosa motibus sub alpinis plurima usus in radice & succo. Aui. in .2. cañ. cap. de gentiana ait, quod non nominatur gentiana nisi quia primus qui eam agnouit fuit gentius rex, & ipsa quidem dem prefcit in montibus altis, & eius radix secundum circa instans seruatur per tres annos in multa efficacia.

ELECTVARIUM de orobo in cap. de tusi humida. &c. spicæ .i. nardi croci. añ. 3. i. hysopi sicæ prassii. añ. 3. iii. myrræ ireos. añ. 3. ii. farinæ orobi. 3. vii. piperis. f. nigri. 3. i. s. kesmes, & carnū dactylorū sicū pinguiū, & pinearum mundatarum. añ. 3. vi. confice cum loch. de caulibus.

Istud electuarium nō est in usu, scias quod Mes. in cap. nomina to nō dicit electuarium de orobo, sed ipse in cap. quod incipit. Sermo in aqua cicerū. ait, & huius et intentionis est loch de caulibus loch de squilla, & electuarium de orobo, quæ nos scripsimus in cap. de asmate & tusi, in cap. uero de asmate nullū reperitur electuarium in quo ingrediatur orobum, sed uide in cap. de tusi humida. nā habet per ordinem loch de caulibus, & loch de squilla, & postea sequitur electuarium de orobo, & descriptio ipsius illa est. præterea uide quod in prædicto electuario ingrediatur plus farinæ orobi, quā aliarum rerū.

Orobum apud Dios. uocatur herbum. Aui. in .2. cañ. de ipso duo capitula facit. unū de herbo, aliud de herba iudaiæ, quod idē est. Ifido. in cap. de leguminibus dicit. herbum à græco trahit uocabulum, hoc .n. illi orobum dicunt, quod dum fit quibusdam pecoribus infestum, tauros tamen pingues efficit, synonyma Nicolai exponunt quod est herbilia, & species eius tres sunt, unum triangulatum, aliud album, & aliud rubeum, non est autem uitia, ut quidam apothecarii dicunt, apud Auer. in .5. coll. orobus uocatur alcharfena. Pappias ait, Orobum græcum uerbum est, est autem genus leguminis, quod herbum dicitur.

Chermes aliquando alchermes, & sunt passulæ osibus. Sera. in cap. de uitibus & eius speciebus, & quæ ex eis sunt, inquit philosophus alchermes ita nominat in lingua feresis sunt passulæ sine granis ponuntur in sole uirides & passelcent ibi sine grano & sunt dulces habitantes quidē in oriente diligunt eas cum zuccharo & nucibus & amigdalibus & auellanis &c. chermes uero scriptum cum r, est grana tinctorum, qua tinguntur panni ut dictum fuit in eadem cōfectione. Descriptionem loch de caulibus describit ipse Mes. in cap. ubi est prædictum electuarium, de quo infra in tractatu de loch erit sermo.

CONFECTIO philonii persici, in cap. de fluxu sanguinis ab ore. &c. piperis albi iusquamii. añ. 3. xx. opii terræ nigellaræ. añ. 3. x. sedenegi croci. añ. 3. v. castorei spicæ nardi euforbii piretri. margaritarum non perforatarum, carabæ, zedoariæ doronici ramich. añ. 3. i. camphoræ. 3. unius tertiam, confice cum melle rosato colato. q. f.

Hæc cōfectio istius philonii apud nos est in usu, existimaue

Lumi. ma.

C ii

SECTIO PRIMA

sunt quidam quod dicitur philoniū persicū quia inuentum fuit in persia, de qua Ioan. Cōcoregius in cap. de uigilia & sahara inquit, quod duae famosae descriptiones ponuntur ab auctori- bus medicinae de philonio, quod ubilibet generaliter secun- dum illas praeparantur & habentur in usu, una ipsarū ponitur à Nicolao in suo antidotario, quā ipse uocat philoniū ro- manū, & ponit eū auctoritate Aui. quod infra ego describā & est alia famosa descriptio philoniū, quae multū habetur in usu, & ubiq; praeparatur quae ponitur à Mel. in suo de ap- propriatis cap. de sputo sanguinis à pectore, & uocat ipsum philoniū persicū, quia adinuentū est in persia, & istud philo- niū persicū est multū efficac. Io. Serap. in suo antidotario ha- bet unā descriptionē, sed nō est eadem. Aui. in. 5. cañ. habet philoniū romanū, & philoniū persicum, sed nō sunt idē. ta- men descriptio Mel. ac Aui. ambae ueniunt in usum.

Terra sigillata dicitur esse rubei coloris, ut patet per Aui. Serap. & per Dio. cap. de iemias. Auer. in. 5. col. ait thitua- crum. i. terra sigillata.

Sedenegi. i. lapis ematitidis, sed lumē tenebrosū exponit in praedicta cōfectione, quod sedenegi est semen canapis, cuius fallax est opinio, quia oēs codices Mel. habēt in praedicta cō- fectione sedenegi sine h, & ipse lumē scripsit schedenegi cū h, quod est semē canapis, & sic meo tēpore uidi multos apo- thecarios in hac cōfectione ponere semē canapis, quod in hac nō cōuenit, sed sedenegi uerū est lapis ematitidis, & qui mihi nō credit quod sedenegi sine h, sit lapis ematitidis, & sche- denegi cum h, sit semen canapis uideat Serap. qui de utroq; cap. facit in cap. de canape dicit, schedenegi cum litera h, est semen canapis, in cap. uero de lapide ematitidis habet sedene- gi. i. lapis ematitidis, & quando reperitur schedenegi cum h, tunc est semen canapis, etiā uide Auer. in. 5. col. q. habet sce- denegi. i. lapis ematitidis siue sanguinaris, & dicitur sanguina- ris, eo quod trita & cōfricata sanguinis colorē representat, quae fluxui cuius apta est, à quacūq; horum nomen accepisse po- test, & sic iste lapis in ista aegritudine multum conuenit.

ELECTUARIVM Cōciliatoris in differētia. 196. cuius permixtio haec est. succi pomorū dulciū dispuma. secundum artē. succi buglosae dispumati. añ. 3. v. doronici corticū citri, horū boraginis. rosarū rubearū, been albi, & ru- bei coralli, limaturae eboris. añ. 3. iiii. spodiū macis, galliē mu- scatae, karabe, osfis de corde cerui, sandalorū rubeorum. añ. 3. ii. seminis basiliconis, foliū myrtillorū, mellisē, coriandri, cinnamomi, galangae, zedoariae, spicae nardi ligni aloes, mi- nutim incisi aut combusti modicum croci omnium. añ. 3. ii. omnium mirabolanorum. añ. 3. iiii. berillorum, smaragdo- rum, hiacintorum, sardonii, saphyrorum, granatorum. añ. 3. i. albarum margaritarum. 3. iiii. auri & argenti limatorū. añ. 3. i. s. ambrae camphorae. añ. 3. v. musci. 3. i. fiat electuariū cū zucch. arte, & ingenio laudabile.

Istud electuariū apud nos est in usu, nomē uero suum est deriuatū à cōpositore qui fuit inuentor qui uocatur Conci- liator seu Petr. de Abano, hoc apud quosdā medicos appel- latur electuariū letificans Conciliatoris, quia cor letificat & confortat ipsum, est aliud electuariū letificans, quod est ex auctoritate dñi Rasii, sicut infra apparebit si deus uoluerit.

Poma secundū Isidorū in cap. de arboribus dicta ab opi- mo. i. à copia uel ab ubertate, inter alia poma parafiana sunt magis laudata q̄ alia poma, & si habere non poteris habeas poma dicta redolētia, q̄ etiā sunt laudata in ista aegritudine.

Rosa rubea secundum Mel. est melior q̄ alba, & dicitur quod uirtus faciens ruborem eius plus impresit q̄ amaritudinē faciēs, propter quod in abscissione amaritudinis ipsius, que remouetur per solam exiccationem eius non resoluitur spe- cies, in abscissione uero rubedinis non plus est rosa q̄ homo mortuus est homo.

Corallus. i. rubeus est nobilior albo & nigro, eligendus est autē corallus rubeus grossus, & planus, & clarus, & quā- to plus accedit ad rubedinem tanto melior est, & qui nulla foramina habet aut pauca.

Limatura eboris. i. rasura, & dens elephantis.

Os uero de corde cerui est medicina mirabilis in ista egrit- tudine, ut est notū circa instans in cap. de osse cordis cerui

ait, in corde cerui reperitur quoddam os in parte sinistra, in qua est quaedam concauitas ad quam splen habet receptacu- lum, & emittit superfluitatē quae propria siccitatē cordis imi- tatur in ossuosa substantia, os illud est quasi cartilago, & ha- bet de carne, est autem subruffum de sanguine cordis, & di- scernitur à cartilagine, quae reperitur in pectore caprarum, qua apothecarij utuntur, quia nō habet ita carnem nō est ita subruffum, sed album & mollius, per. 30. annos seruat, sed debet primo aliquantulum desiccari ad solem.

Basilicon. i. semen eius, quod appellatur ozimum gario- filatum, unde circa instans, ozimum alio nomine basilicon appellatur. Matth. syl. in cap. de berengemisch. i. ozimo ga- riofilato dicit quod ozimum in latino uocatur basilicon gario- filatum, & de semine ipsius intelligitur, & maxime in ele- ctuariis, sed in emplastris herba.

Myrtus secundum circa instans sunt myrtilli, cuius praeci- pue in medicina ponuntur, myrti autem secundum moder- norum opinionem sunt duae species. i. albi & nigri, albi uero sunt cubebe, & nigri sunt myrtilli q̄ satis sunt noti Auer. in. 5. coll. dicit, hes. i. myrtilla.

Melisa apud Serap. est bederangie. i. turungē. & dicitur marmacor. i. melisa secundum Simonem Ianuen. turungen- sis est ozimum citratum, quod idem est. Diof. uero uocat ip- sam mellisophilos, nos uero nominamus citrariam à uulgo eo quod folia ipsius odorem citri habent.

Coriandrum siue colliandru Gal. in. 6. simpl. dicit, corian- dum uel coriū, uel coriandru uel qualitercūq; nominare uo- luerint semen uero ipsius administratur in medicinis praepa- ratum, & maxime in istis aegritudinibus, & modus praepara- di est, quod tu accipias de semine ipsius quantitatē quā uolue- ris, & superaspergatur uinū citoniorū & acetū fortissimū, si- cut est notū, deinde exiccetur & utatur ubi oportet, si uero pona tur semen coriandrorū in medicinis, ante praeparatio- nē est uenenosum, de quo uide Aui. in. 4. cañ. qui in nume- ro uenenosarum medicinarum enumerat Serap. in cap. de coriandro, ait in libro uenenosorum, quando bibuntur de suc- co ipsius recentis dragmē quatuor occidit, eius planta dum est recens habet odorem fetidum.

Omnes mirabolani sunt quinque ad numerū secundū Mel. & sunt proprie citrini uidelicet, quorū color sit citrinus, indi- i. nigri chebuli debēt esse grossi, & quāto grossiores tanto meliores, emblici & belerici, iste sunt quinque spēs mirabola- norū, qui debent intelligi per oēs mirabolanos, & oēs quin- que sunt noti, poterit aliquis dicere quod per oēs mirabolanos intelliguntur oēs spēs mirabolanorū, quae sunt ad numerū sex, & pro hoc uide Serap. qui in cap. de emblicis de duo- bus generibus loquitur in cap. uero de mirabolanis de qua- tuor loquitur, ipse addidit, leni, quod non reperitur apud domi- num Mesue, nec sunt noti.

Berillus. i. lapis, & hic est de genere crystalli, sed est obscu- rior, & ego uidi & habui. defertur autem à uenetis ad nos Isido. in cap. de uiridioribus gemmis inquit, berillus in In- dia gignitur gentis seu linguae nomen habens, uiriditate si- mul smaragdo, sed cum pallore politur autem ab indis in sexangulas formas, ut hebetudo coloris repercussione an- gulorum excitetur, aliter politus non habet fulgorem, gene- ra eius nouem sunt, crisoberillus dicitur, eo quod pallida eius ui- riditas in aureum colorem resplendet, & hunc india mittit, alia ipsius genera uide ibi.

Smaragdus est lapis, cuius color est uiridis, & quanto ui- ridior tanto melior. Hic Conciliator habet smaragdi, hya- cinti, sardonii, saphyrorum, & granatorum quae possunt nominare quinque fragmenta cordialia, de quibus Mel. in ele- ctuario de gemmis dicit fragmentorum, & ibi habet quinque lapides praeciosos, ut habet Conciliator.

Aurum & argentum est notum. Conciliator uero dicit, auri & argenti limatorum modum dat nobis liber qui dicitur tur albuchasim, in fine primi libri, ubi sic ait, modus limaturae auri & argenti, quibus utimur in medicinis cordis. Reci- pe ergo de bono auro & puro frustum, & habeas coram te perapidem cum aqua munda ac dulci, & habeas pannum de lino asperū mūdū, cuius unū caput teneas in manu tua, aliud

aliud fiet mixtum fundo perapidis, in qua tunc frica aurum uel argentum in panno, semper madefaciendo pannum cum aqua & limatura descendet in fundo uasis subtilis, fac ergo tãdiu quod limetur de auro illo quantum uolueris, deinde dimitte per horã, & proice aquã cum facilitate, & ablue ter & sicca & serua, eodẽ modo fac de argento, & sunt qui limant cum lima subtili, & sic utuntur uerũ ille est modus limandi ipsum, sed apud modernos nõ est multũ in usu, sed hodierni apothecarii ponunt aurũ ac argentũ in isto electuario isto modo contritũ. Accipiamus ergo foliorũ auri ac argenti finisimi quãtũ uolueris, & habeas paratũ unũ lapidẽ marmoreũ latum albũ ab omnibus sordibus, & ibidẽ habeas paratum parum aquæ rosatæ, & super ipsum lapidẽ de prædicta aqua aspergatur, deinde ponantur supra folia auri aut argenti, & cum uno alio lapide facto ex porofido, terantur ut faciunt pidores tantũ, ut efficiatur sicut linitium deinde accipiatur illud & utere dum necesse est, & isto modo uidi apothecarios hyspanos facere, etiam apud neapolitanos sic fit Aui. in. 5. cañ. in confectioe de hyacinto docet liquefieri aurum & argentum per alium modum, ut ibi uidetur.

CONFECTIO Diacasiæ fistulæ secundum Franciscum de pedemontium in cap. de cura male cõplexionis epatis simplicis & compositæ. Mellis casia fistulæ li. ii. penidiorum. 3. liii. succi uiolarum. 3. liii. candi rosati. 3. lii. tamarindorum. 3. liii. syrapi uiolati. 3. s. fiat cum decoctioe herbarum frigidarum & quatuor seminum usualium, & prunorum quãtum sufficit, & reubarbari. 3. i. & sunt qui addunt manna. 3. liii. & fiat electuarium.

Hæc confectio diacasiæ fistulæ apud nos nõ est in usu secundum istam descriptionẽ, sed illa descriptio qua utuntur est magistralis, sed uere ista Francisci est nobilior illa. Et credo quod in partibus Patuinis faciunt diacasiã secundũ istam descriptionẽ. Pet. de tusignana in cap. paralisis tremoris torturæ & spasma, & repletionis habet unã aliã descriptionẽ sed nõ est similis huic, tamen parum differt ab ea Ioan. coregios describit unã aliã de qua infra. Mel casia fistulæ est medulla ipsius. Mel. in cap. de casia fistula dicit, quod sunt medicinae in quibus est fiducia iuuamentorũ, & sunt sine nocumento carentes acuitate & mordicatione & omni excessu ledente, super cuius exhibitionẽ præsumitur in omni parte, ita quod pueris & prægnantibus electio eius constat ut sit haerundo eius grossa, plena splendens & multi ponderis, & sit pulpa eius splendens & pinguis & hausta ex harundine cõseruata in uasis pigritatur.

Candum rosatum. i. zucarũ candidum duratum in fundo uasis iuleprolati, & sic quando reperitur candum uiolarum similiter intelligitur de illo zucarõ candido in fundo uasis iulep uiolati indurato.

Syrupus uiolatus. i. ille qui fit per infusionem uiolarũ. ut docet Mes. de quo infra habebimus sermonem.

Decoctio. i. apozima. nã apozima est decoctio diuersarũ medicinarũ. i. aqua in qua coquantur. Franciscus dicit, cũ de coctione herbarũ frigidarũ, quæ sunt proprie endiuicæ scariolæ lactuæ & portulacæ, & hæc quatuor sunt quæ intelligi debent secundũ sententiã modernorũ, Quatuor uero semina usualia sunt quatuor semina maiora frigida, & sunt melonis, citruli, cucumeris, & cucurbitæ, quæ satis nota sunt. Manna est ros cadẽs de cœlo super lapides, descriptio diacasiæ fistulæ quæ fit magistraliter. nõ autẽ dico casiam fistulã que fit pro clisteriis, quã nõ ingreditur manna, sed Franciscus & Petrus de Tusignana, & Ioan. Coregius laudant ipsam & sic sapientes dixerunt quod manna in diacasia poni debet.

CONFECTIO de spica romana secundũ eundẽ in cap. de opilatione epatis. Spicæ romanæ. 3. lii. absinthii. 3. i. terantur & cribellentur, & confice cum melle dispumato & administretur.

Hæc confectio nõ est in usu apud nos. Spica romana scdm Serap. in cap. de spica, est spica celtica. Aui. in. 5. cañ. dicit. ne ride. dicitur in cap. de spica, & ipsa est spica romana. in cap. uero de spica dicit, quod duæ sunt species, quarum una est spica aromatica, & est spica auium, altera est neridem, & est spica romana. Macer inquit.

Est nardi species quæ celtica spica uocatur. Celtarum tantum quod nascitur in regione. Omnia quæ nardus ualet in dica dicitur ista. Posse, licet uires uideatur habere minores.

Hactenus adductæ & congestæ fuerunt descriptiones electuariorũ & confectioũ & c. Positorũ a dño Ioã. Mes. & Frãcisco de Pedemontiu, deinceps si deus uoluerit aggregabo descriptiones saltem famosiores postas a Nicolao.

A V R E A alexandrina. & assari carpobalsami. i. seminis balsami. añ. 3. li. s. gariofilo. opii myrræ cyperi añ. 3. li. balsami, cinamomi, folii zedoariæ, costi coralli albi & rubei, casia lignæ, euforbii, draganti, thuris storacis, calamitæ, spicæ celticæ, meu, cardamomi, sissiei, napei saxifragiæ anisi, anhetii. añ. 3. i. ligni aloes, reubarbari, aliptæ, castorei, galangæ, popanaci, anacardi, masticis, sulphuris uiui, peoniæ, irigi rosæ. i. rosarum rubearum, thimi, acori, pulegii, aristologiæ, lãgæ, gentianæ, corticum mandragoræ, camedreos, fu, bacca rum lauri, ameos, dauci, macropiperis, leucopiperis, xilobalsami, carui, amomi, petrosilii, seminis leuistici, seminis ruthæ slyoni. añ. 3. s. auri cocti, argenti meri, albarum margaritarum, blaetæ bizantiæ, ossis de corde cerui, añ. 3. i. gra. xlii. li maturæ eboris, calami aromatici, piretri, añ. gra. viii. mellis quod sufficit, detur in modum auellanæ cum uino albo.

Aurea alexandrina secundum intentionem Nicolai dicta est aurea ab auro quod recipit, alexandrina ab Alexandro peritissimo medico & philosopho a quo fuit inuenta, hæc apud nos est in usu, & sic ad laudem dei & uirginis Mariæ simplicia quæ sunt declaranda declarabo.

Balsamus autẽ est liquor emanans a balsamo, sed in partibus nostris raro reperitur, sed moderni auctores scripserunt olea, & alia quæ possunt administrari in omnibus locis ubi ingreditur balsamus, sicut apparebit infra in tractatu de oleis.

Coralli secundũ Aui. sunt tres spēs. s. rubeus albus & nigri, reperitur quardã descriptio istius confectiois ubi ingrediuntur nisi solum coralli. s. rubei, & in aliis ingrediuntur albi & rubei, & ambo sunt laudati in hac, & debent poni.

Spica celtica secundum Sera. est spica romana. Gal. in. 8. simpli. dicit, nardus celtica similis aequaliter est secundũ genus in uirtute prædicta, reperitur aliquando in prædicta confectioe, quod loco spicæ celticæ habet saluincam, & saluincam secundũ cõpositorẽ est spica celtica, sed secundũ Dios. & Pli. aliud est spica celtica, aliud est saluunca. Itẽ circa instans in cap. de spica celtica, est ut quidã dicunt saluunca, quod metiuntur, tñ hic spica celtica, siue spica romana intelligitur.

Meu. i. sistra uel sistrer sinodi apud Aui. uocatur meu, & ibi dicitur. nõ. n. administratur de eo nisi radix eius, & multiplicatur in terra megduna. Serap. cap. de meu dicit. habet radicẽ nõ subtilẽ cuius aliquæ partes diuiduntur in plures, quarũ quardã sunt tortuosæ, & quardam rectæ longæ, habet odore bonũ, & radix eius est quæ administratur, postea iterũ ait ex auctoritate Gal. radix huius herbe est id in quo est iuuamentũ, similiter ait circa instans, sed lumẽ apothecariorũ male lucẽs in prædicta confectioe exponit meu. s. semẽ anhetii syluestris, cuius fallã est opinio, sicut ostensum est per auctores supradictos, præterea est consuetum ab aromatiis, quod meu sit radix & non semẽ, ut dicit lumen male lucens.

Sissiei. i. sissileos siue sileris montani, ut reperitur apud Petrum de crescen. alii platociminũ uocãt. Napei uel napium est semen sinapis, secundũ cõpositorẽ, circa instans in cap. de sinapi dicit. sinapis semẽ ponitur in medicinis, & quãdo inuenitur sinapis uel napeos semen intelligitur. Itẽ Simon Ianen. inquit. napion etiã ut dicit Paulus in cap. de cephalæ & in suo antidotario aureo exponit napion. i. semen sinapis & sic moderni loco napei ponunt semen sinapis.

Saxifragia secundum compositorẽ tres habet species, quarum una habet folia similia pimpinellæ, sed maiora, & hæc est nota minor uero dicitur quod est oculus christi, & si sic est oculus christi uel oculus consilis secundum Matth. syl. est filius ante patrẽ, media dicitur quod est retrahit. i. herba iudaica, circa instans dicit saxifragia dicitur, quia saxũ frangit uiuum, radix ipsius solum in medicina competit.

Lumi. ma.

C iil

SECTIO PRIM A

Alipta muscata. .i. mixtura muscata, quia recipit muscum. Simon Ianuē. dicit. alipta est quaedam confectio in antido-
tario Nicolai. & quia muscum recipit muscata dicitur, lumē
malelucens in prædicta confectioe deberet dicere alipte
muscata. & dicit galie muscata. quod nō est idem, quia cō-
positor ponit ambas descriptiones, sicut infra apparebit.

Iringus. aut irigion, aut nux agrestis, ut dicit Dios. ab aliis
chardopanis dicitur. & est species centū capitū / ut apparet
apud Sera. nā ipse Serap. ait. astaraticon istud centum capita
est celestis coloris inferius dicitur iringi. sed centum capita
alba est spēs spine. & sic est, & nō est secacul. ut quædā syno-
nyma dicunt. opinantur aliqui q̄ iringus sit secacul. / quod
falsum est, sicut patet per Serap. qui de utroq̄ diuersa facit
capitula iringus aut secundum sententiā modernorum est
planta spinosa. quæ in uis ac pratis nascitur.

Aristologia longa dicitur. quia radicem habet longam /
altera rotunda. simili ter appellatur. quia radicem habet ro-
tundam. Nicolaus compositor uult q̄ in ista confectioe in-
grediatur aristologia, sed lumen male lucens habet aristolo-
giam rotundam. quod non est credendum.

Fu. .i. ualerianæ, circa instās dicit fu. de radice intelligitur.

Petrofellini. .f. semē petrofellini domestici / quod satis est
notū. Sinonū secundū cōpositorē & Simonē Ianuē. est pe-
trosellinū agreste. secundū Matth. sylua. in cap. de apio est
petrosellinū macedonicū. & sic est q̄ petrosellinū agreste sit
petrosellinum macedonicum. Ego dico q̄ est olixatrum, &
compositor dicit Alexandrum uel olixatrum. .i. petrosellinū
macedonicum. & sic ponunt moderni, ille uero qui de no-
uo scripsit intitulatus lumen apothecariorum, sed apud aro-
matarios est lumen malelucens ipse enim habet loco sinoni
petrosilli, quod est falsum.

Aurum costum secundum Nicolaum est aurum purum
& foliatum. Isido. cap. de auro. dicit q̄ aurum ab aura dictū
.i. à splendore q̄ repercusso aere plus fulgeat. unde & Vir-
gi. Discolor unde aurū naturaliter enim est ut plus fulgeat
& aliis metallis splendidus sit.

Argentum merum. .i. purum. & foliatum secundum cōpo-
sitorē. Isido. in lib. de potu inquit. merum dicimus. cū unum
purum est significans. nam merum dicimus quicquid since-
rum uel purum est. sicut aquam meram nulli utiq̄ rei mixtā
hinc & merenda dicta est. / eo q̄ antiquitus id tēporis pueris
& operariis tantum pannis merus dabatur. aut q̄ meridient
eodē tēpore. .i. soli ac separatim, nō ut in prandio. aut in ce-
na ad unā mēsam, inde credimus etiā illud tēpus. quod post
medium diem est meridiem appellari, quod purum sit.

ADRIANVM dictum ab adriano romanorum im-
peratore. qui illud composuit. non est in usu, sed simplicia
quæ sunt declaranda declarabo.

Opii thebaici. .i. illius regionis. & sit ex lacte, papaueris ni-
gri reperitur in multis aliis confectioibus ubi dicitur opii
thebaici. & hoc est. quia est nobilior aliis, & in illa regione
non fit aliud opium. nisi de papauere nigro. Isido. à regibus
egypti dicitur thebaicus, sed à thebis cadmi dicitur theba-
nus, & istud est fortius narcoticum. unde quando simplici-
ter ponitur narcoticum forte uel aliud opiū debet intelligi.

Reu ponticū secundū Matth. syl. est barba frista, & est ra-
dix pontica multū similis reubarbaro, interius habet uenu-
las distinctas ut reubarbarū, sed nō tingit ut reubarbarū, & di-
citur reu ponticū, eo q̄ in ponto insula reperitur, uel q̄ pon-
ticum habet saporem, & reu tantum est dicere quātū radix.

Daucus creticus secundum Simonem est semen bauciae
.i. pastinacæ hortensis. Matth. syl. in cap. lezar. .i. daucus di-
cit, q̄ quando reperitur daucus simpliciter intelligitur pasti-
naca syluestris. .i. daucus asininus.

Lilifagus. .i. saluia. Matth. syl. in fine ca. de elifago dicit, &
dicunt magi de saluia q̄ ipsa putrefacta sub simo generatur
auis quaedam habens caudam serpentinam & albam meru-
le similis, de cuius cinere si ponatur in lampade apparet q̄
domus sit plena serpentibus.

ACARISTVM sine munere interpretatur, & nō est
in usu, sed simplicia quæ sunt declaranda declarabo.

Olibanum secundum compositorem est thus masculum.

Cicidon, uel cidos, uel kikidos græce est galla. & sic re-
peritur apud Dios. cap. de cidos. Gal. in. 7. simpli. dicit, ci-
cis. .i. galla, quæ quidem onfancina nominatur.

Abrotanū secundū Dia. multi cradia dicunt, aut glutiaton,
& sunt duæ spēs. .f. masculū & foeminā. Arabes uocāt ipsum
kaifum, sed non keifim, quia keifim est leuisticū, hoc apud
Aui. in. 2. cañ. uocatur bereuegelif, sed non recte.

Bracteos. .i. fauina, de qua Serap. in cap. de iunipero dicit,
sed fauina est illa quæ dicitur bracteos, & sic est. Plin. inquit,
fauina herba sabina brathi appellata à græcis. duorum ge-
nerū est, altera amaraci similis folio est, altera cupresso, quā
quidam creticam cupressum dixerunt. Gal. in. 6. simplicium
inquit abhei. .i. fauina.

Ros siriacus secundum compositorem est flos orni, sed
ros siriacus est sumach. nam uide Dio. in cap. de origano in-
quit. si cum oleo cepullas & ros siriacus. Serap. uero in eo-
dē ex uerbo Dios. habet sumach, & sic est. uerū est q̄ reperi-
tur herba siriace, & secundū Mat. syl. & cōpositorē est malua.

Micon. .i. semen papaueris secundū Gal. in. 7. simpli. Dios.
de miconio cap. facit, & est idem Elemni, secundū cōposito-
rem est enula. apud Diosco. uocatur ellenium.

ATHANASIA. .i. immortalis. .f. cinnamomi castiæ
fistulæ añ. 3. iii. gra. viii. croci squinati storacis calamitæ fu. .i.
ualerianæ sleris. .i. sleris montani, bethonice iusquiami, apii,
anisi, dauci, opii, añ. 3. .i. s. gra. iii. spicæ folii castorei myrræ
lapidis ematitidis sanguinis draconis, corallorū rubeorū costi
mumię boliar. simphiti lempnias asfari. .i. acori mandragorę
polii baccarū lauri meu. .i. radices macropiperis. .i. leucopis-
peris petrosellini. añ. 3. mellis quantum sufficit.

Athanasia sicut inquit Nico. interpretatur immortalis, tha-
natos. n. græce mors, & à. i. sine, quasi sine morte, hoc est q̄
sapius liberat hominē ab extremis mortis, supra posita fuit
alia descriptio, quæ est de mente Mes. quæ uocatur athana-
sia magna, & sic generaliter secundū illā descriptionem fa-
ciunt, etiam ista descriptio fit in aliquibus partibus, sicut di-
ctū fuit mihi, & sunt multi qui errauerunt in lēnias credētes
q̄ esset aurum pigmentū, quod nō est, de quo infra Gul. pla-
centinus habet unā aliā descriptionem, in qua aliqua simpli-
cia mutat, & aliqua dimittit. Athanasia etiam est quedā plan-
ta amara, quæ à quibusdā athanacetum uocatur, & hæc ui-
detur secundum intentionē Nicolai esse species arthemisie.

Lapis ematitidis secundū Serap. est scedenegi sine h. & est
lapis sanguineus, cuius color est similis colori sanguinis, &
melior est ille qui cito frangitur comparatione alicuius lapi-
dis qui non est scedenegi, hoc lapide p̄ctores utuntur.

Sanguis draconis est succus plantæ, apud Serap. describi-
tur auctoritate Dios. qui uocatur fuderitis. & istud nomen
multis plantis attribuitur. sicut patet apud Dios. cap. de sice-
riti. Auicē. dicit sanguinis draconis & est sceni, & est succus
rubeus notus.

Mumia secundum Serap. sepulchrorum aloes & myrra,
& quod admiscetur eis ex humiditate corporis humani, &
descendit de terris quę dicuntur a colonix. Aui. in. 2. cañ.
dicit, mumia ipsa est in uirtute picis & aspalti, inuenitur etiā
mumia in sepulchris balsamorum, in quibus humor mortui
cū aloes & myrra resoluitur, quibus ipsa corpora cōdiebantur
uidelicet, unguebatur, solebant. n. antiquitus corpora balsa-
mo myrra & aloes condiri uel iungi, & adhuc sit apud paga-
nos & saracenos circa babyloniam, ubi est copia balsami.

Bolus armenus est terra rubea, quæ de armenia uenit,
apud Aui. uocatur lutum armenum, & hoc est notum.

Simphitum secundū Dios. est cōsolida maior aut anagal-
licū. Aui. uero ignorauit quid esset, sicut si legis cap. de sim-
phito apud Dios. cū cap. de sucuto apud Aui. uidebis q̄ idē
sunt. si uero sucutum est simphitum mirum q̄ Aui. inquit q̄
est semper uiua, & dicit q̄ est species seminis mādragoræ, q̄
male traductus est textus eius, nā sucutū in arabico est sim-
phitū. .i. cōsolida, & hoc apud nostros rusticos d̄r anealco.

Lēnias secundū quædā synonyma est aurū pigmentū ru-
beū, sed falsa est opinio eorū, sed secundū ueritatē est terra
sigillata, & sic dictū fuit mihi, q̄ fuerunt quidā faciētes præ-
dictā cōfectionē qui posuerunt aurū pigmentū rubeū, quod
non

nō cōuenit si bene cōsideres, uirtutē eius & ipsius operatio-
nē, Diof. ait. lēnias frigis terra est, & hæc est quā Aui. uocat
lutū sigillatū. i. terra sigillata. Simon Ian. dicit, lēnias quā fal-
so exposuerunt auripigmentum rubeū, & sic multi posuerunt
in confectiōe athanasie scriptę in antidotario uniuersali, sed lēni est terra sigil. & illa est quæ in dicta confectiōe
debet poni. & Quiel. loco lēnias habet auripigmētū, quod
non conuenit, ut dictum est supra.

A L C A N C H A L O N. i. nunciū bonū, nō est in usu,
sed simplicia quæ sunt declaranda declarabo.

Nymphaea. f. flos apud Diof. est nypha, & apud aliquos
est ueneris. i. papauer palustre, siue ut latini alga palustris, &
nenufar apud Serap. & Nepita secundum compositorem
est calamentum montanum, de quo dictum est supra in dia-
calamento descriptione Mes.

A N T A M A R O N. i. contra mortem, non est in usu,
declarabo, tamen simplicia, quæ declaranda sunt.

Aaron. i. pes uituli siue dragontea minor in ista cōfectiōe
ne ambe ingrediuntur. f. maior & minor. Pet. de crescē. dicit,
iarus q alio noie dicitur barba Aaron uel pes uituli, & sic ē.

Dragontea secundū Dio. est colubrina uel uiperina, sed se-
cū dū Mes. ē siue serpētaria maior, siue colū dragonū ambe
radices usui medicinę cōpetunt, & ambe in ortis nascuntur.

Nitru secundū cōpositorē est sal indus, sed secundū Serap.
in ca. de baurach nitru est affronitū siue spuma nitri. Dio. de
nitro cap. facit, & dicit eligendū est leue, & colorē rubeū ha-
bēs aut album, & cetera est baurac armenum. sicut dictū est.

Alexadrū. i. olixatru, siue apium macedonicum, siue syno-
nū, ut dicit Matth. sylua. in cap. de apio existimatur, q illud
cap. de smyrnon apud Diof. sit cap. de apio macedonico, si-
ue sit Alexandrum quod notum est.

Coccognidiū. i. semē camelea, ut dicit Diof. in ca. de ca-
melea. Alexā. cap. de hydropisi ait, camelea unde coccogni-
diū colligitur, & est lacticiū folli oliuæ hñs similitudinē,
& sic est secundū ueritatē, q coccognidiū folia habet sicut fo-
liū oliuæ & c. infra in hieralogo dion de ipso iterū ostendā.

A N T I D O T V M emagogon. r. affari, acori, amo-
mi seminis atriplicis maratri. i. fe. feniculi. añ. i. gra. 6. ani.
i. aristologia. lon. arthemi. casia fistula. añ. i. ii. & gra.
14. centaureæ minoris. i. ii. gra. vii. dauci cretici. i. seminis
pastinacæ hortensis. i. ii. ellobori nigri. i. i. foliorum lauri.
i. i. s. gra. iiii. liquiritiæ. i. i. lupini. i. ii. melaciū. i. ii. myr-
ra. i. ii. & gra. 14. macedonici. i. i. orobi. i. herbi. i. i. stipte-
ris. i. ii. piretri. i. ii. gra. 14. piperis nigri. i. i. ii. gra. vii. pu-
legii. i. ii. & gra. 14. peonia. i. i. gra. vii. cypri. i. i. seminis
ruthæ. i. ii. & gra. 14. spicæ. i. i. nardi. i. ii. & gra. 14. bethoni-
cæ. i. ii. squinanti. i. i. gra. 14. apii. fauinæ añ. i. i. xilobalfæ.
mi. i. ligni balsami. i. i. & gra. 14. zinziberis. i. ii. gra. 14. gra-
riofli. i. ii. radicū capparis, cimini añ. i. i. mellis qd sufficit.

Antidotū. i. cōtradatū emagogum. i. menstrualem sangui-
nē educens. Matth. syl. in litera emac inquit, emac interpreta-
tur sanguis. unde emagogū quasi sanguinē educēs ab emac
qd est sanguis & gois qd est fluxus, & ob hoc dicitur emog-
ragias uel emorofagia & c. hoc antidotū apud nos nō est in
usu, ualde tñ reperitur apud apothecarios. Papias dicit anti-
dotū græce dē ex cōtratio datū, cōtraria. n. cōtrariis curatur.

Affarus. i. affara bachara Diof. facit unū cap. de affaro scri-
pto solum cum una litera s, & est affara bachara, aliud cap.
facit de affaro scriptum cū duobus. & illud apud quosdam
est herba dicta prouinga à uulgo.

Atriplex. f. semen ipsius quod apud Diof. uocatur andra-
phasis. Aui. de ipso duo contraria, unū quod dicitur crisola-
canna, aliud quod dicitur cataf. secundū intentionē Diof. an-
draxaxis, olus est de genere duplici. f. hortiuū, & agreste eli-
za sic comeduntur sine dubio apud modernos cōputant ip-
sam de genere oleris. f. olus iamenū quod est blitis, nā hæc
planta in hortis reperitur, cuius longitudo est duorum bra-
chiorū aut plus, semen eius est ad modū pastinacæ & dum
est recens manducatur sicut alia olera. Hortulani papienses
atropicē uocat, & ab aliquibus dicitur bleta alba, & idē est.

Arthemisia secundū circa instans est mater herbarū, cu-
ius folia magis cōpetunt usui medicinæ q radix, quidā expe-

rimentatores dixerunt. Siquis interfaciens eā secū portau-
erit non sentiet itineris laborem, fugat etiam demonia in do-
mo posita, prohibent etiam mala medicamenta, & auertit
oculos malorum. Hæc est satis nota.

Cassia fistula. i. cassia lignea, ut dicit composita, scias q in
tempore antiquo uocabant cassiam ligneam, cassiam fistu-
lam, ut reperio apud Simonem Ianuen. & sic in ista confes-
tione pro cassia fistula, intelligitur cassia lignea.

Centaurea minor est quam alii, fel terræ uocant Isido. in
cap. de herbis aromaticis siue communibus inquit, centau-
ream græci uocant, quæ à chironē centauro fertur, & repe-
ritur ipsa in limosis, quia locis humidis nascitur, & ideo dici-
tur fel terræ propter amaritudinem eius.

Lupinus apud Aui. est granū cōpressę figuræ, amarifapo-
ris, percussum in medio, & est faba egyptiaca, hñc uero te-
xtus Aui. male traductus est. Nā Gal. in lib. de Haly. dicit q
faba egyptiaca nō est lupinus, ut putauerunt aliqui, & ibi fe-
cit aliud cap. de lupinis, faba egyptiaca accipitur aliquando
pro pondere, lupinus uero est semen notū oibus & saporis
amari, ut Virg. in georgicis. Tristesq; lupini. i. amari.

Melaciū. i. git, siue melachion. Diof. de melacio. ca. facit,
sed apud Serap. est nigella, & si legis cap. de melancia apud
Diof. cū cap. de nigella apud Serap. uidebis q idē sunt, spēs
uero nigellę secundum Modernos sunt due una habens se-
men citrinū cū odore iocundo, & ista est nota, altera habet
semen nigrum cum odore prioris, sed forma est ut est semē
porri, & ista est illa quæ debet poni in ista confectiōe.

Macedonicum secundum Nicolaum est semē alexandri,
siue apium macedonicum, siue olixatrum.

Stipteris. i. alumen, sed non dicit quale alumen sit species
uero aluminis secundū Diof. sunt multe, sed spēs sunt tres
quæ necessariae sunt in medicina, & sunt propria alumen ia-
menū. i. scissum, quod alumen de pluma à uulgo dicitur, &
est rotundum, quod zuccharinum uocatur, & est liquidum
quod dicitur alumen de rocha siue lipparium, neq; per id
cognoui quale sit illud quod intelligi debet, sed secundum
Matth. sylua. intelligitur de alumine scisso. i. iamenum.

Bethonica secundum Serap. est hastaran, & id quod plus-
rimum accipitur de ea sunt folia, infra in syrupo de bethoni-
ca melius ostendam.

B L A N C A dicta est, quia albos humores. f. stanticos
purgat nō est in usu, sed simplicia quæ sunt declaranda de-
clarabo.

Terbentina uero est resina terebinti arboris, quæ apud
arabes uocatur gluten albotin siue gluten alimbat. Auic. in
2. cañ. uocat semen eius granum uiride, & arbor dicitur nō
minari albotin. Hæc à multis dicitur largatum.

Antimonium secundum Aui. est substantia plumbi mor-
tui, & eius uirtus est similis uirtuti plumbi adusti, antimonii
uero est uena terræ similis plumbo, uerū est q antimonium
teritur & nō funditur, plumbum uero funditur & non teri-
tur, & habet in fracturis suis claritatē qñ frangitur, & illud
est melius qd in fracturis nō habet aliqd ex terra nec sordis.

Asfaltū scdm Diof. est bitumē iudaicū, aliud est aridum,
aliud liquidū Aui. uocat ipsum bitumē iudaicū, stercus de
monis napta, & bitumē iudaicum unius generis aiunt.

Paucedanum secundum Matth. sylua. est cauda porcina,
sed cauda porcina secundum Simonem uocatur à quibus-
dam milium folis Gal. in. 8. simpli. pharmacorū dicit, quod
administratur ex hac planta est radix.

Feniculus algul. secundū Matth. syl. est paucedanū, quidā
feniculū agreste uocant. Petrus de crescē. inquit pauceda-
num est herba, quæ alio nomine dicitur feniculus porcinus.

B E N E D I C T A simplex. r. turbith esu. zuccha. añ.
3. x. diagredii, hermodactyli, rosarū. añ. 3. v. gariofilo. spicæ,
zinziberis, crocei, saxifragiæ, macropiperis. i. piperis lon-
amomi, selini, spermatis, salis gemmæ, galange, macis, carui,
feniculi, sparagi, brusci, lithospermaton, polipodii, cardamo-
mi, masticis, ameos, lapis lycis. añ. 3. i. mellis, quod sufficit.

Benedicta dicitur quia ab omnibus à quibus sumitur be-
nedicitur. Gliber. de anglia in cap. de cura arteticę secundū
magistros habet unam aliam descriptionē quæ eadem est

SECTIO PRIMA

hæc apud nos est multum in usu, sed uere, ego uidi de hac multas descriptiones quæ differunt inter se, & hoc aduenit errore translatoris, sed hæc est optima de prædictis, & speciebus benedictæ simplicis sunt pillulæ quæ dicuntur de benedicta, de quibus infra in tractatu de pillulis.

Esula secundum circa instans cortex radices eius medicinarum cõpetit, apud Mes. uocatur alscebrâ, & dicitur quod est spes lasticiniorum, & est solutiuum rusticorum, reperitur alia herba quæ multum sibi assimiletur, sed non habet lac ut habet esula, & dicitur uersus Esula lacte scit sine lacte linaria crescit.

Diagredium secundum usum modernorum est scamonynea præparata in pomo citonio.

Hermodahtilus est dictus græce hermetis digitus Aui. in 2. ca. dicit digitus hermetis est flos hermodahtyli radice eius usui medicinarum cõpetit.

Selini spermatis secundum compositorem est semine apii, nam selinum græce est apium, & sic ponere debes.

Salgemma secundum Mel. in cap. de speciebus salis, est sal sicut crystallus scindibilis, sal cappadocius idem est.

Bruscus oibus est notus Matth. sylua. ex auctoritate Pauli. dicit quod folia eius sunt similia foliis myrti cum extremitatibus spinosis facientibus plures stipites cum fructu rubeo, sicut fructus cerasti, factum & radix ipsius usui medicinarum cõpetunt.

Lithospermation. i. milium solis, ut dicit Simon Ianuen. in cap. de lithospermation, græce est dicta lapideum semen, eo quod fit durum ut lapis. Gliber. de Anglia loco eius habet granum solis quod idem est. Aui. in 2. ca. dicit. calab. non est saxifragia, ut quidam dicunt. Error uero in hoc est quod reperitur in aliquibus descriptionibus istius confectionis in qua ingreditur saxifragia lithospermation & milium solis, quod non est credendum, quia lithospermation est milium solis. Bartholomeus montagnana in suis consiliis, in consilio de cura per medicinalia, inquit. aqua sublimationis lithospermationis est milium solis, & sic est.

Lapis lycis secundum Nicolaum est lapis qui fit de uirgine lupi ceruere. Sunt autem aliquæ descriptiones, in quibus ingreditur lapis lycis, & aliquæ in quibus non, quod forsitan ponit contingere errore scribentium.

CONFECTIO aliptæ muscatæ. & laudami purissimis. 3. iii. storacis, calamitæ optimæ. 3. i. s. storacis rubæ. 3. i. ligni aloes optimi. 3. ii. ambræ. 3. i. camphoræ. 3. s. musci. 3. s. aquæ rosæ quod sufficit, conficiantur sic, in diebus canicularibus ponatur storax calamita, & storax rubea, & laudamum in catino ad solē cooperto cum subtilissimo panno, ne puluis possit attingere, & cum mollificata fuerit ad solē pone in mortario eneo & concalescente, similiter cum pistello suo ferreo calefacto fortiter semel conterantur donec ad nigrum deueniant colore, & postea puluerē adde ligni aloes simul fortiter tere, & camphorā similiter, postea cõtere multum in tribus. 3. aquæ rosæ. & de hac aqua madefac aliquantulum marmor prius bene ablutum, & calefactum ad solē, & accipe. 3. i. cum tabula planissima de eadē aqua madefacta super marmore diu agitetur donec ad subtilitatem unici deueniat, hoc modo facias semper madefaciendo marmor & tabulā. & de eadem aqua supradicta, & cum reposueris superaspere de illa aqua, ualet. n. ut superius diximus, accipe tabulā planissimā similiter ablutā & desiccata ad solē, & humecta marmor & tabulā de aqua rosa in qua resolutus est muscus, & interpone supradicta tandiu agitando donec ad subtilitatem unici deueniant, ne semper adhæreant cum supradicta aqua marmor, & tabulam madefaciendo demum duos funiculos similiter torque, & prædictam aquam in uase mundissimo, & bene obturato usui referua.

Cõfectio aliptæ muscatæ. i. misturæ muscatæ dicitur, quia recipit muscum apud nos est in usu, tamen non multum.

Laudanum dictum est ab ea herba, unde colligitur quam in cypro ladam uocant, secundum Serap. ex auctoritate Dioscoridi. laudanum colligitur ex una specie cussi. i. ederæ, & fortius ex laudano est illud quod est boni odoris coloris uergentis ad uirorē sub molli tactu, & quando malaxatur adhæret manibus, & non est in eo sabulū, & non assimilatur resine pini, & fit in terris arabum. Aui. laudat illud quod est pingue ponderosum & cabrosi boni odoris, quod ad citrinitatē declinat.

Storax rubea secundum compositorem est cõfita rubea, & cõfita rubea apud eundem est cozumbrū siue thus iudeorum, & sic est. Cozumbrū uel storax rubea est timiama, & est sex storacis liquidæ non est storax calamitæ, ut dicunt quidam in hac possumus certificari quod idem non sunt, quia Nicolaus in prædicta confectione habet storacem calamitam, & storacem rubeam, & dicit Nicolaus quod storax liquida rubea, & calamitæ sunt gummæ cuiusdam arboris.

Dies caniculares sunt quadraginta, sicut ostensum fuit supra in confectione diacaridionis.

Eneum uas uel mortariū est uas uel mortariū factū de aramo uel ære Matth. syl. in cap. de ære inquit. faciunt ex ære uasa ad comedendū uel bibendū & nocet eis multum, & maxime illis qui assueuerunt hoc diu. nã parati sunt tales incurere elephantiam & canerū & dolorē epatis & splenis, & maxime comedentes in eis res acres & bibentes in illis uina dulcia, & quando comeditur cibus qui stetit in eis die una & nocte, & est peius multum, & quando ponitur uas eneū super pistes affatos calidos fit uenenum mortiferum &c.

CONFECTIO cuminatæ alexandrine. R. cinnamomi, cardamomi galangæ. añ. 3. ii. garioflorū folii. i. malabari. macis piperis lon. añ. 3. i. cimini. 3. iii. & aliquantulum spicæ, confice cum zucchero & fiat.

In partibus mediolani est multum in usu.

DIAMARGARITON. R. gariofi. cinnamomi. spicæ. galangæ. ligni aloes liquiritiæ troscif. diarodon troc. dia. ni. añ. 3. i. s. nucis musci. macis aliptæ muscatæ. & est confectione supraposita zedoariæ reubarbari storacis calamitæ. añ. 3. i. margaritarū perforatarū & integrarum, zinziberis ossis de corde cerui, rasuræ eboris, blactæ bizantiæ. añ. 3. s. musci, ambræ, cardamomi leuistici seminis basiliconis. i. ozimi gariofilati. añ. 3. i. minus gra. ii. camphoræ. gra. vi. mell. ro. q. s.

Diamargariton dicitur à duobus generibus margaritarū perforatarū & non perforatarū. Aui. in 3. ca. habet unā aliā descriptionē quæ eadē non sunt, uerū sunt qui faciunt secundum descriptionē Nicolai, & quidam faciunt secundum descriptionē A. sicut est intentio medicorum. descriptio Aui. apparebit inferius. Trosciforū diarodon. i. de rosis descriptio ipsius reperitur in antidotario Mes. sed ponere non debes in ista cõfessione, quia ipse Nico. describit unā aliā descriptionē quæ debet administrari in prædicta confectione, ut dicit ipse.

Trosciforum dian. i. de uiolis albis ut dicit Nico. infra apparebit descriptio sua.

Margarita. i. lapis thic. Nico. in ista cõfessione habet margaritarū perforatarū & integrarū. i. non perforatarū secundum Matth. syl. sunt artificiosæ & non perforatæ neque naturales. quod uero mercator dixit mihi quod margaritæ perforatæ sunt naturales & reperiuntur in ostris sic tam perforatæ quæ non usui medicinarum cõpetunt & sunt proprie albæ & claræ. Obscuræ uero non sunt ponendæ in medicina Stephanus autē scripsit iulua pro iula & est margarita.

Blactebizantiæ sunt coopertoria ostracorum marinorum similia lymaciis, & sunt similes unguis, & propter id uocantur ungula aromatica albæ odoriferæ sunt meliores. Dio. uocat purpurā marinā. & dicit. alii blactā bizantiā appellat eo quod in bizantio primū est inuenta, quæ ideo blacta appellatur eo quod quasi blacula sanguinis, quidam unguam aromaticam uocant.

DIACAMERON dicitur quia hominem de morte ad uitam non est in usu, sed simplicia quæ sunt declaranda declarabo.

Saliunca secundum compositorem est spica celtica, & sic reperitur apud Matth. syl. in litera saliunce, sed secundum Dioscorid. & Pli. aliud est saliunca. Dioscorid. dicit. saliunca genus herbæ est quæ radículas, & folia subruffa habet, flores similes uiolæ. spica celtica habet florē citrinū, qui non cõuenit cum colore uiolæ. uerum sicut dictum fuit loco Saliunce celtica ponatur.

Antophali. i. gariofli grossi.

Amifrutus secundum Nico. est semine iuniperi seu fructus. A. in 2. ca. dicit. Abel est fructus iuniperi similis zarur, hæc testis Aui. est corruptus. nã fructus iuniperi dicitur halharhar & Abel est fauina, sicut patet apud Serap. in cap. proprio de Guina.

cauina. nam Serap. maiorem auctoritatem habet in simplici bus q̄. Aul.

D I A N T H O S. flor. rorismarini. 3. i. rosa. uio-
rum liquiritia. añ. 3. vi. gariofoli. spica. i. spica nardi. nucis
muscata. galanga. cinnamomi. zinziberis. zedoaria. macis.
ligni aloes. cardamomi. anisi. i. seminis feniculi romani.
anheti. añ. 3. iii. mellis quantum sufficit.

Hoc antidotum apud nos est in usu. dicitur autem dian-
thos. quia fit ex floribus rorismarini qui libanotides nuncu-
patur. nam anthos apud grecos est flos. inde aloanthos. i.
salis flos. Papias inqt. Anthos graece flos. Gili. de anglia li.
6. in cap. dedisinteria epatis calidae siue frigidae & humidae.
inquit dianthos bezonis. sed non est idē. ibi idē iterū inquit.
dianthos usualis. sed non est idē nec in usu sunt. Anthos uero
est flos rorismarini qui alio nomine flos alchihil dicitur. un-
de zuz. alchihil. i. de floribus rorismarini. & haec apud Diof.
libanotides. quā romani uocant rorem marinū. & est planta
quā multi ponunt in fertis uel coronis. habet uirgas multas
nō grossas flexibiles humiditas super quas sunt folia multa in
densa subtilia longa quorū color interius est albus & exte-
rius uiridis habentia odorem fortem cum grauedine qua-
dam. Circa instans in cap. de rore marino ait. flores & folia
competunt usui medicinae. flos autē dicitur anthos unde fit
electuariū quod dicitur dianthos. cū autem reperitur. r. an-
thos uel rorismarini debent poni flores. unde folia & flores
collecta aliquantulum exiccata ad solem per annum serua-
tur. haec apud nos dicitur corona montis seu montana.

D I A S A T Y R I O N. r. testiculorū uiridiū. satyrion.
baucia. secacul. nucis indice. pistaciarum. pinearū. mundata
rū. añ. 3. xii. gariofoli. zinzi. anisi. linguae auis seminis eruce.
añ. 3. v. cinnamomi. caudarū stinctorū recentū. seminis bul-
bi. añ. 3. ii. s. musci gra. vii. cōfice sic. in tantū mellis dispuma-
ti quod sufficit ponantur satyrionis testiculi & baucia una-
quaque per se bene prius cōtrita. & cū spatula bene miscean-
tur & bulliant aliquantulū. deinde apponantur pineae. & pi-
staceae similiter bene trite. & cū aliquantulum bullierint ab
igne deponatur. & puluis supradictarū specierū ibi ponēdo
admisceatur. ad ultimū uero muscū cū aqua rosata appona-
tur & usui referuetur. Diasatyrion autē dicitur à satyrionis
testiculis satyriasis graece latine dicitur eretico uirge. Gilib.
de anglia in cap. de gomorraea habet unā alia descriptionē
& idē est. supra est posita cōfectio testiculorū uulpis siue sa-
tyrionis. & cōfectio alia testiculorū uulpis. & haec est diasaty-
rion quo nos utimur magis q̄ isto. uerū est. q̄ sunt ex homi-
nibus qui faciunt secundū illam supra positā. & quidā faciunt
secundum istam Nicolai. satyrion autem sunt testiculi uul-
pis. qui satis noti sunt. supra de ipsis melius ostendi.

Baucia. i. pastinaca maxime domestica. Gal. in 6. simpl. in
quit. lezar. i. pastinaca quae oritur in campis minus ista pasti-
naca comeditur q̄ illa quae seminatur in hortis. sed est for-
tior q̄ hortulana in omnibus rebus. sed hortulana comeditur
plus. sed est debilior q̄ syluestris. idē in octauo inquit. itafili-
nus. i. pastinaca domestica.

Secacul. i. sigillum sanctae Mariae. ut dictum fuit in confe-
ctioe diasatyrion descriptione Mes.

Pistacia. i. fistici secundum compositorem. isti fructus se-
runtur de damasco. Isido. pistachia dicuntur. quia habent
odorem nardi pistici.

Lingua auis. i. semen fraxini & nō est lingua passerina ut
quidam crediderunt. supra in alia descriptione de ipsa mes-
lius ostendi.

Eruca semē est herbae quae nota est Diof. de ipsa facit duo
capitula unū de domestica ubi inquit. eruca multū comesta
uentre stimulat. aliud de eruca agresti. semine multi pro ly-
napi utuntur Plin. ait. eruca in condiendis obsoniis. i. salza-
mentis in quibus carnes & pisces intinguntur tanta suauitas
est ut graeci heuzomon appellauerint. idē in uno alio loco
tertū erucae semen optimum aegyptium Athenienses napi
appellauerunt. alii taphium. alii saurion.

stinus est animal satis notum apud Aul. melius quod
est in ipso est il. ud quod in parte renum.

Bulbus secundum compositorem est cappe. Mes. loco

eius habet succi cappe humidae. i. bulbi recentis. uerū potest
dici q̄ omnis radix rotunda uocatur cappe. apud uerō Plin.
saepe omnis radix rotunda similis cappe uocatur bulbus. nec
per nomina scio quid sit proprie bulbus.

D I A P R V N I S. r. prunorum damascenorū uiridiū
numero centum ponantur in stannato in tantum aque q̄ be-
ne cooperiantur & bulliant donec dissolui uideantur. tunc
ab igne deponantur. cūq̄ aliquantulum tepefacta fuerint ab
aqua extrahantur. & cribro super cacumen posito tam diu
in ipso cribro manibus fricentur q̄ nihil praeter ossa. & cor-
tices ibi remaneat. in illa aqua in qua pruna decocta fuerint
ponatur. 3. s. uiolarum. & iterum bullire permittatur. & fiat
syrupus cum duabus lib. zucchari in quo syrupo lib. i. de pul-
pa prunorum ponatur. & ad spissitudinē decoquatur inci-
piente quidē inspissari addatur. 3. i. tamarindorū. & 3. i. me-
dullae castiae dissolutae & colatae cū supradicta decoctione
prunorum. memento tamen q̄ in aqua prunorū bulliat. 3. s.
uiolarum ut supra dictum est. cū aqua ad spissitudinē deco-
ctionis peruenerit cū spatula semper agitando harū sp̄rum
pulvere superasperge quod. r. sandali albi & rubei. spodiū.
reubarbari. cinnamomi. añ. 3. iii. rosarū uiolarū. seminis por-
tulacae. seminis scariolae. berberis. succi liquiritiae. dragagan-
ti. añ. 3. ii. seminis citruli. i. citruli. & est quaedā sp̄s cucume-
ris. melonis. & cucurbitae mundatae añ. 3. i. detur in hora diei
sine diagredio ad modum castaneae cum aqua frigida. & si
laxatiuum facere uolueris ponatur pro qualibet lib. i. 3. vii.
de diagredio prius q̄ ab igne deponatur.

Diaprunis autem uel diamasceon à prunis damascenis
dicitur & ipsum potes componere solutiuum & nō soluti-
uum. & utrūq̄ est in usu Gilib. de anglia in cap. de cura arte-
ticē secundum magistros inquit diaprunis. sed nō est idem.
pruna uero apud Diof. uocantur cicimella dicens q̄ est ar-
bor quā latini prunam uocant. nota est omnibus cuius fru-
ctus iocundus est & molliens uentrem. sed caecostomachus
est. uerū illius qui in siria damasco nascitur est aptior. Petrus
de crescen. prunus est arbor nota. & eius quidē diuersitates
sunt. quia quaedā est domestica. quaedam est syluestris. & do-
mestica quaedā faciunt pruna alba. quaedā nigra. quaedā rubea.

Scariola secundum compositorem est endiuiā uel lactu-
ca agrestis infra apparebit syrupus de cicoria. & ibi de gene-
re de crescen. prunus est arbor nota. & eius quidē diuersitates
sunt. quia quaedā est domestica. quaedam est syluestris. & do-
mestica quaedā faciunt pruna alba. quaedā nigra. quaedā rubea.

D I A P R A S S I A M. r. prasii mūdi uiridis. 3. v. s. dra-
gantū. pinearū mundatarū. amigdalorū pistaciarū. i. fisticorū.
carnū dactylorū. ficuum. i. caricarum. passularum. añ. 3. iii. s.
cinnamomi. gariofoliorū. nucis muscatae. macis. ligni aloes.
galanga. zedoaria. zinzi. spica. i. spica nardi. liquiritiae. reu-
ponti. Anacar. storacis calamitae. mastice. myrrae. galbani.
terbentinae. irei. i. ireos si diceret iari esset barba aaron. seu
dragontea minor. aristologiae rotundae. radiceis capparis. gē-
tiana. melano piperis. i. piperis nigri. anisi. feniculi. anheti.
apii. seminis macedonici. saxifragiae. añ. 3. ii. hermodactylo-
rū. origani. peucedani. squinanti. cardamomi. leucopiperis.
i. piperis albi. carui. leuistici. uincetostici. añ. 3. i. s. & gra. ii. s.
balsami. pulegii. diptami. costi. piretri. satiregiae basiliconis.
peoniae. macropiperis. i. piperis longi. amomi. petrosilini
agrestis. orobi. i. herbi. añ. 3. i. gra. ii. & tertiā partē alterius.
xiobalsami. castiae. coralli. rubei. rasurae eboris. carpo-balsa-
mi. dauci. cretici. añ. 3. s. musci. ambrae. ossis de corde cerui.
añ. gra. iii. mellis quod sufficit. cōficiantur sic. in lib. iii. mel-
lis dispumati pone prasium uiride aliquantulū cōtusum. &
quartā partē pineae recentis cū resina sua. & de uino uetustis-
simo optimo. 3. iii. & bulliant simul lento igne usq̄ ad con-
sumptionē caricarū. ficuū pinguiū bene purgatorū intus &
extra. & de dactylis eodē modo purgatis & passis sine gra-
nulis suis. i. passularum quae nominantur alchefines. sine aris-
tis. i. sine granis. & pineae. & amigdalae. & pistaciae. ista om-
nia bene mundata pistentur tantum unumquodq̄ per se. &
postea simul misceantur in mortario. & addatur tibi terben-
tina. & simul pistentur. & cum praedicto melle calido in eo

SECTIO PRIMA

dem mortario paulatim posito distemperentur, & postea addatur puluis supradictarum specierum & fiat.

Diaprasium autem secundum intentionem compositoris, dicitur à prasio uiridi quod ibi ponitur plus q̄ de aliis Gilib. de angia in cap. de strictura thoracis. i. pectoris, habet unam aliam descriptionem quæ eadem est.

Prasium uero uiride secundum compositorem est flos eris, seu uiride eris, non autem dicitur diaprasium à marubio albo, sed dicitur diaprasium à prasio uiridi quod est flos eris. Hoc antidotum non est ualde in usu.

Vincetoxicum. i. antipharmacum, & est quædam planta q̄ multū iuxta elleborū inuenitur, quare putatur sibi contraria, appellatur autē vincetoxicum, eo q̄ contra toxicum est, cuius radix usui medicinæ competit. Nico. florē. in lib. 7. in ca. de antrace, siue althoin inquit. & ex dictis est consolidida minor dicta à quibusdam vincetoxicum, & à nobis morella, & à quibusdam dicitur herba uenti uel herba sancti Laurentii, neq̄ per id Nicolus cognouit ipsum.

Diptamū. i. pullegiū indū apud Aul. in. 2. cañ. uocatur me seatre me scir. Serap. aut de ipso loquitur in cap. de origano. Antonius musa inquit herba diptami à græcis dicitur arthemideocreticon, alii bubulcos, alii efemeron, alii eleaectoros, alii dorcarion, alii ebulion. Itali tuffella rustica, siue emenipse, alii dipfacos, romani labrum ueneris, nascitur autem in insula crete, in monte ida, secundum intentionem Antonii labrum ueneris apud romanos est diptamū, sed apud Pli. labrum ueneris est cimbalaria seu umblicus ueneris.

Saturegia est herba quæ apud nos nascitur in hortis, cuius folia sunt similia thimo, & quando est recens manducatur. Plin. ait. timbra uero quæ sit cunila hæc apud nos habet uocabulum, & aliud à satiregia dicta in condimentario genere feritur mense februario &c.

Petroselinum agreste secundum compositorem est sinonum. circa instans inquit. petroselinum est duplex. s. domesticum & syluestre, & syluestre dicitur sinonum cuius semen usui medicinæ competit.

DI A O L I B A N V M. & castorei, opii, iusquiami. añ. 3. iiii. castæ fistulæ. 3. ii. & 3. ii. folii. i. malabatri ponitur masculis loco eius croci thuris masculi. añ. 3. i. s. reuontici amomi. añ. 3. i. 3. ii. myrrhæ. 3. i. spicæ. piretri, euforbii, leucopiperis. añ. 3. ii. s. peoniæ, storacis calamitæ macropiperis. añ. 3. i. mellis quod sufficit.

Diaolibanum autem dicitur ab olibano quod ibi ponitur hoc apud nos non est ualde in usu. Rasis in lib. diuisionum cap. de medicinis stomachi habet unam aliam descriptionem, sed non est eadem.

Olibanum autē est thus masculū Dios. inquit thus lachryma est arboris quod græce libanus dicitur. quod autem de arabia defertur candidū est, quod uero de India subruffum, sed utriq̄ masculū dicitur. & est tertiuū genus minutū ualde & ruffum de quo maxime fit. est ergo optimum thus quod masculū dicitur subalbidum & rotundum, & pingue natura liter leue & fragile, & quod ab igne cito accenditur odorē suauē copiose emittēs. Macer ait. incenso siue thure hoc satis est notum Gal. in. 7. simpl. ait. libanotus. i. thus.

DI A R O D O N abbatis. & sandali albi & rubei. añ. 3. ii. s. draganti gummi ara. spodiū añ. 3. ii. assari. i. assaræ bacharæ, spicæ masticeis, cardamomi, croci, xiloaloes, gariofli, gallicæ muscatæ, anisi, feniculi, cinnamomi, succi liquiritiæ, reubarbari, seminis basiliconis, berberis, scariolæ portulacæ, maluæ, lactuæ, papaueris albi, seminis citoniorum, citroli. i. citruli, melonis, cucumeris, & cucurbitæ añ. 3. i. margaritarum, ossis de corde cerui. añ. 3. s. zuchari candi. i. nabati rosarū añ. 3. i. & 3. iiii. camphoræ gra. vii. musci. gra. iiii. s. syrapi facti de aqua rosa quod sufficit.

Diarodon autem dicitur à rosis quæ recipiuntur ibi plus q̄ de aliis speciebus. abbatis dicitur ab abbate, quoniā abbas de curia eum composuit, supraposita fuit una alia descriptio quæ uocatur diarodon descriptione cōmuni, & ambæ sunt in usu, sed quando doctor simpliciter ordinat diarodon abbatis de hoc intelligitur.

Gallia muscata est quædam cōfectio quæ fit in trociscis,

& eius descriptiones sunt diuersæ secundum diuersos auctores, nam Mes. in tractatu de trociscis de gallia loquitur, & ibi ponit qualiter debet ipsa fieri, sed illa nō debet administrari in receptis Nicolai, immo debet poni in suis receptis. Nicolaus compositor idem describit, & hæc est illa quæ debet poni in suis receptis.

DI A P E N I D I O N. & penidiarum. 3. xvi. pinearum & amigdalarū mundatarū, seminis papaueris albi. añ. 3. iiii. s. & 3. i. cinnamomi, gario, zinz. succi liquiritiæ, draganti, gummi ara. amidi, seminis citrulli, melonis, cucumeris, & cucurbitæ purgatarū. añ. 3. i. s. camphoræ tertiam partē unius. 3. syrapi uiolati quod sufficit, conficitur sic in nna lib. aquæ bulliant 3. iiii. uiolarū donec aqua aliquantulū inficiatur. i. tin gatur, postea coletur & colaturæ addatur lib. i. zuchari & bulliant donec incipiat inspissari, tunc addantur pineæ, & amigdalæ. & semina unaquæq̄ per se bene contusa cū spatula semper mouendo addantur penidiæ subtiliter puluerizata, & cū liquefactæ fuerint illud quod supernatauerit grossum cū catia colado in mortario, iterū bene teratur, deinde camphora ammiscetur. ad ultimū puluis supradictarū specierū cū supradicto syrupo semper agitado in mortario moueatur donec incorporetur, & postea usui referuetur.

Diapenidion autē dicitur à penidiis quæ ibi intrant plus q̄ de aliis speciebus, hoc antidotum apud nos non est ualde in usu. scias ergo q̄ quando doctor ordinat diapenidion de hoc intelligitur, quando uero ordinat penidios intelligitur de illis quæ sunt ex zucharo dissoluto in aqua, aliquando sunt ex zucha. dissoluto in decoctione ordeī, & tunc illi penidii dicuntur penidii, sihari, & isti debent poni in cōfectione diafiniconis de quo supra.

DI A C I M I N V M. & cimini per diem in aceto infusi, & exicati. 3. viii. & 3. i. cinnamomi, gariofi. añ. 3. i. s. zinz. melanopiperis, galangæ, satiregiæ calamēti. añ. 3. i. 3. ii. ameos leuistici. añ. 3. i. gra. xvlii. macropiperis. 3. i. nardi. i. spicæ nardi, nucis muscatæ, anisi añ. 3. ii. s. mellis qd̄ sufficit.

Diaciminum autem dicitur, eo q̄ ibi plus ponitur de cimino q̄ de aliis speciebus. Gilib. de angia in cap. de strictura thoracis. i. pectoris habet tres descriptiones, quarum prima est eadem huic, altera dicitur diaciminum, sed non est idē. altera dicitur diaciminum præciosum, sed idem non est. Rasis in. 9. Alman. in cap. de his quæ confortant stomachum, & ciborū perficiunt digestionem, habet unam aliam descriptionem, sed non est eadem, in partibus uero nostris sunt ex hominibus qui faciunt hoc antidotum secundum Nicolaum, & sunt ex hominibus qui faciunt secundum descriptionem Mes. quod intitulatum est diaciminum bonum.

Saturegia herba est satis nota. Gilib. loco eius habet timbra quod idem est. nam satiregia apud græcos dicitur timbra. unde macer. Timbra solet græce dici satiregia latine & hæc apud lombardos segrezola uocatur.

DI A D R A G A N T V M fratrum. & draganti albi. 3. ii. gummi arab. albi. 3. i. 3. ii. amili. 3. iiii. liquiritiæ. 3. ii. seminis citrulli, melonis, cucume. & cucurbitæ añ. 3. ii. penidiarū. 3. iiii. camphoræ. 3. s. syrapi Gal. quod sufficit & fiat.

Diadragantum autē dicitur à draganto, quod recipit. hoc antidotū apud nos est multū in usu sub nomine diadraganti fratri ad differentiā descriptionis quæ uocatur diadragantū calidū, & hoc in Nicolao non reperitur, sed Gilib. de angia in cap. de strictura thoracis, habet diadragantum frigidum, quod idem est, idem habet diadragantum calidum, de quo infra erit sermo. Nico. & Gilib. habent draganti albi. 3. ii. lumen malelucens habet diadraganti gummi ara. añ. 3. ii. & 3. ii. quod falsum est, & non debet componi secundū ipsum idem errauit in dosi camphoræ.

Dragantum uero est gummi quod apud Dios. uocatur tragantum & melius. dragantum est album, & tenue limpidum, & lucidum, & leue, & mundum. Pli. tragantum est spinæ albæ, radice multum, planta apud medos, & causum nascitur. Gal. in. 8. simpl. ait. tragantum. i. dragantū. & hoc satis est notum apud nos fit antidotū in morsellis apud uenetos fit quasi in modum trocisci.

Syrupus albus. Gal. i. iulep. qui solum fit ex aqua & zucharo,

charo. Gilib. loco eius habet syrupi iulep quantum sufficit, quod idem est Ioan. Anglicus in cap. de passionibus stomachi in quodam antidoto ait fiat electuarium cum syrupo albo qui uocatur iulep.

DIACASTOREVM. R. castorei, mirabolanorū citrinorū. añ. ʒ. iii. minus gra. xv. aloes. f. aloes succotri. ʒ. i. s. folii antimonii, piretri, liquiritiæ, draganti, calami aromatici, nitri. i. affronitri, galbani, squinanti, spicæ troci, castiæ. i. castiæ lignæ, piperis albi nigri & longi, carpobalsami, xilobalsami, colloquintidæ, oppoponacis, reupontici, serapini, storacis calamitæ, zuzi, cinna. añ. ʒ. i. gario. assæ fetidæ, myrtæ, euforbii añ. ʒ. i. & gra. xvii. staslagriæ, dauici, maratri. i. fenii. apii, sileris. i. sileris monta, daupno costi sinoni. i. petroselinii agrestis petroselinii. i. feminis petroselinii domestici, storacis rubeæ petrolei, sanguis draconis, cardamomi maioris & minoris, thuris, agarici, masticiis, salis armoniaci, zedoariæ, anisi añ. ʒ. i. gra. ix. saturegiæ. i. timbræ hyssopi, camedrei. i. camedreos, pullegii, origani, balsamitæ. i. menthæ aquaticæ, ozimi. i. ozimi, gariofilati, brancæ ursing, diptami, ferulæ, aristologiæ longæ & rotundæ. aaron, mambathematicon, assari, saluæ ro. bdellii añ. gra. xvii. epithimi, polipodii, opobalsami añ. gra. xix. Alipiados, capparisi añ. gra. xi. anacardi, gentianæ, fauinæ, corticum mandra. añ. gra. xi. absinthii peucedani añ. gra. vii. ireos. gra. iii. & tertiâ partē unius grani, mellis quod sufficit.

Diacastoreum autē dicitur à castoreo quod recipit. hoc antidotum apud nos non est in usu. Gilib. de anglia in cap. de paralesti habet unam aliâ descriptionē quæ eadem est. castoreum est quoddam animal quod castor appellatur, & istud animal uiuit extra aquâ & in aquâ & nutritur ex piscibus & cancri. eligendi sunt autē ex his testiculi gemini pendentes ex una radice interius habentes sicut mel & ipsi sunt similes cere in colore sanguinis coagulati, & qui sunt in pelliculis suis grauis odoris pingues, & quādo separantur debēt mūdari ab ipsis pelliculis, & sic poni in medicinis Guliel. placētinus inquit, castoreum est testiculus animalis marini quæ uera appellatur, adulterantur cum opio.

Damphnococti secundum cōpositorem sunt bacca lauri. f. semē ipsius. circa inquit. lauri folia & semina usui medicinæ cōpetunt. Aui. in. 2. cañ. de ipso facit tria cap. unū quod incipit de melle. aliud de granis lauri aliud de lauro. i. gar. quod satis est notum.

Petroleum secundum modernorum sententiam est inter species bituminis iudaici seu asphalti. Aui. in. 2. cañ. inquit petroleum album notę speciei est & nigrum est calamantum picis babilonica & reliquarum. Bartholomeus montagnana in suis consiliis in consilio de medicinis habentibus commune iuuamentum ad nocumta stomachi uisus & auditus inquit. est autem oleum de napa oleum de petris factū. i. oleū petroleum. nos uero generaliter pro petroleo intellegimus oleum petroleum, quod satis est notum.

Aaron. i. barba aaron. Dios. de Aaron facit capitulum & inquit. Aaron quam siriaticam uocant folia habet dragonatæ similia, sed maiora & non uaria uirgam habens duorū palmorum & colorem purpureum atq; semen croci coloris habet radicem albam similem dragonatæ, quæ cruda & cocta manducari potest, quia nō est ualde uestica / folia eius cōposita in sale manducantur &c. hæc est quæ moderni serpetariâ minorē uocant seu dragunteâ minorē seu pedē uituli.

Mambathematicon secundum cōpositorem est succus cauliculi agrestis. quidam mambathematicon uocant quod idē est. circa inquit. struthium. i. cauliculus agrestis, sed hic textus est corruptus. nam struthium apud Dios. sunt radices rotundæ & oblongæ quibus lanarii utuntur ad fumigandū lanas, quod fumigium limpida lanam, secundum eundem cauliculus agrestis nascitur in locis maritimis & desertis albidior & longior domestico & amarior.

Oppobalsamū. i. lachrymum balsami cōponitur ab opos quod est succus & lachryma. Dios. in cap. de balsamo inquit. est. n. arbor tenera & asperior & oblonga stipitem habens si milē iunco. arbor dicitur balsamus. lignū xilobalsamū, semē carpobalsamū, succus oppobalsamū, balsamus, autem si pu-

rus fuerit tantam uim habet ut si sol incanduerit sustineri in manu nō possit. & hic succus apud nos nō inuenitur, sed infra apparebunt olea quæ loco eius possunt administrari.

Alipiados secundum cōpositorem est mezereon, & semē ipsius cocognidiū uocatur, & nō est laureola, ut quidam extima uerunt hæc planta apud Dio. uocatur camelea aut cocognidion. idem in cap. de oleo catholico inquit. tolle herbæ catholicæ. i. alipiados. nam sine dubio alipiados apud græcos est herba catholica seu camelea. uerum sapientes dixerunt, quando inuenitur in quodam antidoto, ubi ingrediatur alipiados, & cocognidium, debet intelligi laureola & semen mezereon. hæc apud herbatos dicitur herba oliuella, propter similitudinem foliorum eius.

DIACATHOLICON. R. folliculorū fenug. pulg. castiæ fistulæ, tamarindorū añ. ʒ. ii. reubarbari, uiolarū, polipodii añ. ʒ. i. liquiritiæ, rasæ penidorū, candi. quatuor seminum cōmuniū frigidorū mundatorū añ. ʒ. ii. zucchari lib. ii. fiat decoctio, cū. ʒ. vi. feminis feniculi. & ʒ. iii. s. polipodii recetis, distemperetur castia, & tamarindi coquantur lento igne ad spissitudinē, tūc recipe pulueres harū rerū, & fiat electuarium, cuius dosis est. ʒ. s. usq; ad. ʒ. i. cum aqua calida.

Istud electuarium apud nostros doctores est multū in usu. maxime secundum istā descriptionē. dicitur autē catholicon ab inēto. descriptio uero quæ scribit lumē malelucēs. nō debet fieri, quia hodierni doctores non laudat ipsam. Isido. in lib. i. inqt. catholicus. i. uniuersalis. græcū. n. nomē est. charus græcū nomē est sicut & charitas. unde & eucharistia sacrificiū. i. bona gratia. hoc potest accipi per diuersa nomina.

DIACOSTVM. R. anisi, apii, assari añ. ʒ. ii. ʒ. ii. squinanti, melanopiperis, myrtæ añ. ʒ. ii. s. reubarbari, croci, aristologiæ longæ, & rotundæ añ. ʒ. i. ʒ. ii. costi. ʒ. i. s. cinnamomi castiæ lignæ añ. ʒ. i. ʒ. i. mellis quod sufficit.

Diacostum autem dicitur à costo, quod recipit. supra posita fuit alia descriptio quæ est de mente Mes. quæ quasi eadem est, tamen differt, & sic sunt ex hominibus qui componunt ipsum secundum istam descriptionem, alii secundum illam. costum autem est radix amara quæ satis est nota.

DIARIS de melle. R. ireos. ʒ. i. pulegii, hyssopi, liquiritiæ añ. ʒ. vi. draganti, amigdalorū amararū, pinearū, cinnamomi, zinziberis, piperis añ. ʒ. iii. caricarū, carniū dactylorum, passularum enucleatarum añ. ʒ. iii. s. storacis rubeæ, storacis calamitæ añ. ʒ. ii. ʒ. i. mellis quod sufficit.

Diarris autē dicitur à radice illa quæ ireos appellatur. Gilib. de anglia in cap. de strictura thoracis habet unā aliâ descriptionē quæ eadē est. Itē Aui. in. 5. cañ. in trac. vi. de uentre inferiore, & debilitate stomachi inquit. medicamē quod dicitur diaireos, sed idē non est. descriptio uero luminis apothecariorū seu luminis malelucētis est falsa. nā quædam simplicia subtraxit. dicitur diarris de melle ad differētiâ descriptionis quæ fit de zuccharo, & eius modus est quod accipiatur zuccharū depuratū ac clarificatū & coctū ad debitā consistētiam, & quā infrigidatū fuerit addatur pul. radicū ireos quātitas debita, & fiat cōfectio in morfelli, & id uocatur diarris de zuccharo, quod magis in usu uenit quā diarris de melle.

Ireos uero secundum modernorum opinionem est radix liliæ celestis.

Caricę secundum cōpositorem sunt ficus pingues sicca, idē habet. Giliber. sed lumen malelucens detraxit caricæ carnes dactylorum passulas, & alia multa.

Storax rubea. i. cozumbrum apud modernos est thimiam seu fex storacis liquidæ, storax calamitæ est satis nota, inuenitur quæ dā descriptio ubi non ingreditur nisi storax rubea, & in aliquibus ingreditur storax rubea & calami tæ. in descriptione Gilberti nō habetur nisi storax rubea. i. cozumbrum, sed secundum quosdam ambæ debent poni.

DIACALAMENTVM. R. calamētū, pulegii, melanopiperis silei. i. sileris montani, petroselinii añ. ʒ. iii. ʒ. ii. leuistici. ʒ. i. ʒ. i. se. apii. ʒ. i. ameos, thimi, anheti añ. ʒ. i. cinnamomi, zinziber. añ. ʒ. ii. mellis quod sufficit.

Diacalamentum dicitur à calamento quod recipit. supra posita fuit una alia descriptio quæ est de mente Mes. & secundum illam descriptionem à multis fit, & apud quosdam fit

SECTIO PRIMÆ

secundum istam descriptionem, & hoc est secundum uoluntatem medicorum ac apothecariorum.

DIACODION. R. capita papa. nigrorum nō nimis siccorū nume. xiii. rosa. 3. ii. s. croci. a catia. liquiritiæ añ. 3. i. boliar. 3. s. cinnamo. simplici. hippoquistidos. balauſtiæ añ. 3. i. myrtillorū. 3. i. coralli albi & rubei sumac sanguinis draconis. lache. roris siriaci añ. 3. ii. se. portulacæ. 3. s. cōficiatur sic. capita papauerū ponuntur in tantū aquæ pluuialis q̄ bene cooperiantur, & per tres dies ibi dimittantur, & in ipsa aqua ad tertiam partem bulliant, & postea coentur, & in colatura lib. i. s. mellis myrtini addatur. in tali melle supradicta admisceatur. confectio mellis myrtini talis est, in duabus libris mellis dispumati, ponatur lib. i. s. succi myrtini & coquatur ad succi consumptionem, & postea coletur, & hoc erit mel myrtinum.

Diacodion dicitur à codia, quod papauer nigrum interpretatur, quod ibi intrat. hoc apud nos non est in usu. Illa uero descriptio qua nos utimur est de mente Mes. quam ipse uocat confectioem de secur, & ipse docet ipsum fieri diuersimode, nam quandoq̄ sit simplex, quandoq̄ compositum, quandoq̄ sit cum melle, quandoq̄ sit cum rob, quādoq̄ sit cū penidiis, & sic de singulis, & sic uide supra, quod ostendi ipsum cōponere separatim secundū diuersitates cōpositionū.

Simplicium. i. consolida maior seu anagalicum. de quo supra in confectioe dicta athanasia.

Rosiriacus secundū cōpositorē est flos orni. secundū uero Simo. Ia. rosiriacus est sumach, unde mirandum est q̄ Nic. in isto antidoto habet sumach & rorem siriacum. ergo idem nō sunt. ueritas autem est q̄ rosiriacus est sumach, sed iste textus est corruptus. debet. n. dicere herbæ siriacæ quæ est malua. Cōfectio mellis myrtini eius modus est sicut docet Nicolaus in isto antidoto.

DIAPAPAVER. R. succi liquiritiæ, draganti, gummi ar. penidiū añ. 3. x. amigdarū dulciū mundatarum. 3. v. amidi, seminis citoniorum, portulacæ añ. 3. ii. s. seminis citrulli, cucurbitæ, cucumeris, & melonis, lactuca malua añ. 3. i. s. fac puluerem, & tempera cum syrupo uiolato uel cū sapa. detur ante prandium uel post.

Diapapauer autē dicitur à papauere albo quod recipit Gilib. de anglia in cap. de causis tusis habet unā descriptionē q̄ eadē est. Mes. indistincte de loch inqt. loch de papauere & est diapapauer, sed apud apothecarios moderni aliud est loch de papauere aliud est diapapauer, & sic fit loch de papauere de mente Mes. & diapapauer de mente Nicolai.

Sapa. i. mustum coctum usq̄ ad cōsumptionem duarum partium. & propterea dicitur triplicatū seu dulcor aliquando carenum. Isido. in cap. de potu inquit. carenum dicitur eo q̄ seruendo parte careat tertia enim parte musti amissa quod remanserit carenum est, cui contraria sapa est quæ feruendo ad tertiam redacta descenderit.

DIASENE. R. senæ. 3. iii. cinnamomi. gariofi. folii cardamomi. galan. macis. ligni aloes. piperis longi. zinziberis. zedoariæ. spicæ. i. spicæ nardi. nucis musca. añ. 3. iii. boragi. & calamētum adde & cætera quæ melancholiam purgant, auellanarum assatarum numero. i. sete combustæ. 3. ii. lapidis armeni. i. lapidis lazuli. 3. iii. zuchari. 3. v. mellis dispumati quod sufficit.

Diasene dicitur à senæ quod ibi ponitur plus q̄ de aliis speciebus Gilib. de anglia in cap. de uitiis splenis habet eandem descriptionem. hoc antidotum apud nos est in usu. sed ego non certificor si ista descriptio sit illa qua utimur aut nō quia uidi fieri secundum istam descriptionem etiam aliquos componentes secundum aliam descriptionem de qua infra erit sermo, & credo quod utraq̄ sit de mente Nicolai.

Senæ uero secundū Mes. est folliculus plantæ quā uocat perles ahalzemer, & eius ortus est secundū semitā orobi, & inuenitur ex eo domesticū & syluestre. Electio. melior pars plantæ eius est folliculus, deinde folia, sed tamen in eis est uirtus debilis ualde, hic uero possumus certificari, q̄ intentio Mes. est q̄ senæ sit folliculus plantæ, & melior pars plantæ eius est folliculus, & in foliis eius est debilitas, & propter id dico, q̄ per senæ intelligitur folliculus, & non folia eius, ut

faciunt quidam. Borago est herba satis nota.

Compositor inquit. boraginem & calamentum addunt quidam & c. quæ melacholiam purgant. in hoc sapientes intellexerunt, q̄ hæc duo & cætera. addunt in hoc antidoto propter malitiā quæ inuenitur in lapide armeno & lazuli, quia in eo loti nō ponuntur, immo hodierni doctores laudant q̄ ambo debeant lauari, & eius lotionis modū ostendi supra.

DIASENE alia. R. senæ. 3. iii. auellanarū assatarū numero. i. serici combustæ. 3. ii. lapidis armeni. 3. i. lapidis lazuli. 3. iii. zuchari. 3. vi. cinnamomi. 3. i. gariofi. galangæ. piperis. spicæ ozimi. i. seminis asfegememisch, siue basilicon gariofilatum. zinziberis. folii cardamomi. croci. zedoariæ. floris rosamarinii. macropiperis añ. 3. ii. mellis quod sufficit, conficitur sic, cum melle auellane bene puluerizate dispumate mel ad ignem decoquitur, deinde puluis specierū admisceatur, & fiat electuarium in bona forma.

Diasene. ut dictum fuit dicitur à senæ, quia plus de senæ ponitur q̄ de aliis speciebus. hoc antidotum dupliciter conficitur. nam sunt ex hominibus qui faciunt ipsum secundum primā descriptionē, & sunt ex hoibus q̄ faciūt ipsum secundū istam descriptionem secundum diuersitates prouinciarum.

Senæ autem est folliculus plantæ, ut dictum fuit & melior folliculus est, cuius color trahit ad uiriditatem, & subnigredinem quandam, & in quo est de amaritudine res modica cum stipticitate, & qui est magis cōpletus, & in quo sunt semina ampla compressa. subalbidus autem non est bonus & incompletus similiter, & meliora folia sunt uel idia subalbidia, & tenuia non bona, & antiquatum ex eo est sine spiritu & stiptes eius sunt inutiles.

ESDRA. R. aliptæ muscata. myrræ. zuchari. foliorum ruthæ. seminis apii. camedreos. fenugraci. añ. 3. i. 3. i. & gr. i. limaturæ eboris. pigami. seminis lilifagi. balauſtiæ goleng. añ. 3. i. & gra. vii. s. cinnamo. gariofi. capparis. pulegii. xilo balsami. spicæ. zedoariæ. lacherosæ. abrotani. melanopiperis. petrosellini. ossium dactylorum. añ. 3. ii. s. & gra. iii. galangæ. zinzibe. croci. hortensis anacardi. lipiodemonis. mādra. acori. peoniæ. thimi. hyssopi. roris siriaci. basiliconis. dauci. feniculi. seminis alteæ. ossium dactylorū. uini uet. ris optimi añ. 3. s. & 3. s. & gra. i. balsami. croci orientalis. folii costæ. galliæ. castiæ fistula. mirab. omnium. nardi. celtice xilo. alo. calami aroma. draganti. coralli albi & ru. confite rubear. castorei. oppoponacis. bdellii. galbani. aspalti. terbentina. tyriacæ. masticis adriani. splenis pultri. uetris merguli. reuonitici. aristologiæ longæ. assari. hermodactylorum. meu. irei. piretri. peucedani. gentianæ. epithimi. uiolarum. arthemisiæ. chimoleæ. foliorum citri. laureolæ. menthæ. malabatri. quinque folii carpobalsa. anisi. amomi. cimini se. ozimi. platocimini. ruthæ. l. hortensis. baccarum lauri. sanguinis draconis. lapidis magnetis. lapis agapis. ossis de corde cerui. muscelli ni petrolii añ. 3. i. & tertiā partem alterius. camphoræ. ambræ. margaritarum perforatarum. blaetebizantia. sanibuci. storacis calamitæ. serapinis. sulphuris uiui. armoniaci. antimoni. acatiæ. bethonice. caballi marini. hippoquistidos macis. lycii. squinanti. herbæ siriacæ. floris oleandri. su. marubii sulphurate. ab sinthii. alexandrini. euforbii. cardamomi. cardami. anheii. seminis ameos. git. leuistici. seminis citri. leucopiperis nigellæ. uzifur. corticū nere. mabathematicon. aque uitis añ. 3. s. gra. ii. litargirii. amindi. opii. thebaici. radices iunici calamenti. iusquiami añ. gra. vii. mellis quod sufficit.

Esdra autē dicitur, quia Esdra propheta inuenit eā. ut dicitur in babylonia. Gilib. de anglia in cap. de uariolis & morbilis, habet unam aliam descriptionem quæ eadē est. hoc antidotum uideatur esse ad modum tyriacæ, & sine dubio potest ipsum dici tyriaca. nam Au. in. 5. c. 6. inquit tyriaca esdre in cuius descriptione ingrediuntur multa simplicia q̄ ingrediuntur hanc descriptionem uerum in hac multa ingrediuntur, hoc antidotum apud nos in usu nō est, uerum, quædam simplicia si deus uoluerit breuiter declarabo.

Alipta muscata uel mixtura. i. confectio, quæ in modum troscisci reducitur cuius descriptio supraposita fuit.

Limaturæ eboris. i. limatura ossis uel dentis elephantis. Isido. in cap. de bestiis inquit. elephantem græci magnitudine corporis

ne corporis uocati putant, q̄ formā montis preferat. gr̄ce .n. mons elepho dicitur. apud indos autē a uoce barro uocatur. vñ & uos eius batritus dī. & dētes eius ebur. inde ebur .i. dens elephātis. imaturē eboris. .i. rasiū dentis elephātis. Pigamū secundū cōpositū. est rutha agrion. .i. agrestis. Gal. in 8. simpl. inqt. pigamū. .i. rutha syluestris. Macer in cap. de rutha describit diaspigamū. .i. electuariū de rutha. & Dio. in eo dē cap. describit diaspoliticon. quod idem est. de quo infra.

Lilifagus. .i. salua.

Golena secundū circa instans est origanū q̄ exiccatis foliis cū floribus abiectis stipitibus in medicinis ponitur. Petr. de cretē. origanum alio nomine dicitur gollena. cuius duplex est maneries. .i. origanū agreste quod latiora habet folia & fortius operatur. & est domesticū quod in hortis reperitur. & minora habet folia. & operatur suauiter. q̄ in medicinis ponitur. colligitur autem in tempore productionis florum. in umbra suspenditur & siccat. folia cum floribus debent in medicinis poni abiectis stipitibus. per annum seruatur. hoc apud lombardos cornabolla uulgo dicitur.

Petrofelinū domesticū. q̄ notū est. Id. .i. ca. de oleribus. inqt. petrofelinū uocatur. q̄ sit simile apio. nascatur in petris montibus. q̄ praruptis. q̄ nos petrapiū dicere possumus.

Crocus hortensis. .i. hortulanus seu insectiuus eo quod de ipso tingitur sericum. & est flos cartami. cuius semen gineo dicitur gr̄cus. hoc apud Diosuocatur cinicum. & de eo dicitur supra.

Lithodemonis secundū cōposito. est lapis niger qui de India uenit. q̄ dā uocat ipsum lapidē demonis. & hic est lapis qui inuenitur prout asphaltum. & q̄ dā putauerunt esse idē. sed nō recte Nico. flore. in fermone. 7. in cap. de curatione hereniacae siue ramicis habet glutinis lithodemonum. & inquit lithodemonum. .i. cum quo lapides & urcei conglutinantur.

Ros siriacus secundū. compositorem est flos omni. de quo abunde supra diximus.

Nardus. .i. spica nardi seu aromatica. Apud Auicē. dicitur spica autum.

Celtica. .i. neridē. seu spica romana. & ambe dēnt hic poni.

Constita rubea secundū cōpositorē est storax rubea. secū dū quosdā est laudanum nō est autē storax calamitae ut qui dā dixerunt. nā infra iterū ponitur storax calamitae. moderi uero opinantur esse cozumbrum. .i. fecem storacis liquis dā. & est thus iudeorū quoniam iudei utuntur ad fumigium in sinagogis suis hanc thimiamam dicere possumus.

Tyriaca dicitur a tyro serpente quidam dicunt q̄ est tyriaca Gal. alii dicunt q̄ per tyriacam intelligitur uinū rubeum coctum cum castoreo.

Splen pultri nō determinatur ab auctoribus cuius cōplexionis sit splen pultri effectus eius manifestat q̄ sit de mafa sanguinea. alii dicunt q̄ est splen. sed nō recte. sed nostri doctores opinantur q̄ sit quaedā superfluitas cerebri. pulli æquini quae in tēpore suae natiuitatis per motū suū per nares emittitur. & nisi statim ab aliquo recipiatur mater pulli eā absorbet. soli exponitur & siccat. & reseruiatur. & quanto magis exiccatur tāto est melior. A. in tyriaca. esdrā loco eius habet episcopis almelichi q̄ reperio apud Cētilē esse epar pulli qui. idē in. 3. ca. in fen. xv. in cap. de curationib. splenis inquit. sumatur splen asini syluestris. & splen æqui. Simon Ianuē. in ca. de quebenomole. inquit. quebenomole. uel uel quebelecmelet. in decimo practice. alia in cōfectione esdrā quā azere uocat eo loco apud Aui. est almelichi. & in pantegni est epar pulli æqui. sed in Antidotario ilim splē pulli æqui habetur. Stephanus. & sic est quod epar almelichi & splen. pultri & epar pulli æqui idem sunt.

Mergulus secundū multos est auis q̄ uulgarī nomine uocatur murgonus in aquis habitat. & eius color uergit ad nigredinē. & omnibus satis est nota. Rasis in lib. afor. in lib. 4. in cap. de dietis medicinis & cibariis. inquit. Altriar. .i. merlus auis. nescio autem an sit idem. tu. considera.

Chimolea secundū cōpositū. est terra sarda siue hispāna. q̄ dā terrā argētariā uocat. Gili. ibidē ait. chimolea. .i. terra alba. Ioā. Serap. in cap. de mulieribus qualiter significetur q̄ ipse sint pragnates inquit. chimolea est matmox inuentū in luto

uiridi. Idē in suis simplicib⁹ in. c. de chimolea. inquit. quōd sunt eius duae spēs. una est alba solida. alia est purpurea uel lutunctuosa. q̄ q̄n tāgitur adheret digitis. & est melior albis. hęc apud Dio. uocatur gicimolia. cui⁹ alia est alba atq̄ dēsa alia purpurea. & q̄si pinguis. apud Aui. uocatur lutū chimolea. q̄ dā falso putauerūt esse terrā sigillatā. q̄ nō creditur.

Laureola secundū circa instans est cocognidiū semen eius. hic textus est falsus. nam laureola apud Sera. inter species lauri describitur & cocognidium apud Diosc. uocatur camelea quae alio nomine dicitur mezereon. unde per hoc dico quōd laureola. nō est semen cocognidiū. immo cocognidium est semen cameleae seu mamecon.

Platociminū secundū cōpositū. est siler. ergo est siler mōta. num. nā platociminū est dictū latū ciminū. quod est sileos. praterea Gili. ibidem. ait. Platocimini. .i. sileris montani.

Lapis magnes secundū Diosc. gignitur atq̄ inuenitur circa littus oceani. apud Ragodicas & in india ab inuatore sic uocatus. est autē colore ferrugineus. magnashis uirtutes. & uelut spiritū in attrahēdo ferrū. hūc lapidē quidā probandi cā amoris uirorū. Papias ait. magnes lapis indicus ab inuatore eiusdē nominis dicitur. cui tanta uis est ut ferrum ad se trahat q̄ si iuxta eum adamas positus fuerit mox remittit.

Lapis agapis secundū cōpositū. est lapis agarista. quidam falso putauerunt esse lapidē iudaicum. secundū Dio. est lapis potentias habens maximas. sed qui colorem habet sicut milēm pelli leonis ualet ad morsum scorpionis.

Muscelinū. .i. oleum muscelinum quod ex musco. & aliis speciebus fit. cuius descriptio infra apparebit. quidam falso oleum balaninum putauerunt. sed non recte. nam muscelinum dicitur à musco & balaninum. à granis been.

Petroleum. .i. oleum petroleū quod à modernis dicitur esse napa seu spēs. & ab aliquibus dicitur stercus demonia. Mes. in distinctione de oleis in cōfectione olei philosophorum inquit. est autē eius aliud quod sit à natura. & profert illud mīnera. aliud mare. & est locus manationis eius in insulis & scopulis maris. & uocatur napa. cuius tres modi sunt. est enim quoddam subalbidum. & quoddam subrubeū tēnue. & aliud grossum subnigrum. subalbidum uero est melius albis. subrubeum est post illud. aliud uero postea.

Caballi marini secundū cōpositū. sunt pisces habentes colorem & caput & rostrum ad modum equi. & caudā ad modum lacerte reuolutam super dorsum. & isti sunt pisces qui in mari inueniuntur dicti uulgarī nomine caballini. eo q̄ caput habent simile caballi capiti. & pedes simili modo.

Liciū secundū eundē est succ⁹ de florib⁹ caprifoli uel ocul⁹ lucidus. ergo est succus matris siluae. q̄ apud nos iuxta hortos inuenitur. infra in pillulis lucis minorib⁹ ostendā meli⁹.

Herba siriaca secundū eundē Matth. syl. est malua. Gili. ibidem ait. herbæ siriacæ. .i. malua. si uero diceret roris siriaci nō esset idē. nam ros siriacus est sumach. & herba siriaca est malua. & ambo recipiuntur in hac compositione.

Flos oleandri. .i. nerion seu rodedrendon. & est plāta uenenosa. cuius folia sunt similia amigdalae. sed maiora & pinguiora. & flores rodon. .i. rosae similes semen est patens sicut cornu ueluti lanā deintus hās similitē hyacinto. .i. herba est illi oblonga & angusta salsa. nascitur locis aquosis. & maxime in maritimis. hęc apud quosdā landrū uocatur Dio.

Sulphura secundū quosdā est herba quae odorem habet sulphuris. & dicitur q̄ est species trifolii. Simon Ia. ait. dens equinus à quibusdam uocatur sulphuracha planta iuxta fluuios nascens. secundū uero Matth. syl. dens caballinus uel dens equinus est casilago. siue iusquamus. nā sine dubio dens equinus dī. à multis iusquamus. & est plāta quae nascitur multū iuxta fluuios. & in sterquilinis locis. & est quae Papienses herbam pinulam uocant.

Cardamus. .i. nasturtium. & est nomen gr̄cū. Gili. ibidem ait. cardamū. .i. nasturtium. .i. eius semen. miror q̄ Gal. in. 7. simpl. dicat. cardamus. .i. crocus hortulanus. & est ex herbis spinosis. quod falsum est. nam cardamus est nasturtium. praterea idem in septimo dicit. cardamus id est nasturtium. credo tamen quod hoc acciderit errore scriptoris. nam debet dicere cardamus id est crocus. hortulanus. Dioscor.

Lumina.

D

SECTIO PRIMA

de cardamo duo facit. c. nam eius spes sunt multe. est enim cardamus domesticus dictum nasturtium, & est cardamus aquaticus dictus senacion seu crisonum, & sic de singulis.

Git. i. melantiū siue melachion, & apud modernos est nigella nigra, quæ apud Dios. uocatur melantium. multi falsi apothecarii loco git utuntur illo semine quod in bladis inuenitur, quod à multis gitono uulgariter dicitur. sed non recte. nam git quæ in medicina efficaciam habet est semen minimum simile semini porri, cui odore iocundo, hoc semine inuentum fuit ab hodiernis. & apud nos ultra padum in terra noiata pinaroli inuenitur. & uocatur rochetā, antiquo uero tpe utebatur nigella quæ colorē citrinū hēbat ac triangulatū cū odore priori. uñ sapiētes uolūt q̄ p̄ git intelligatur nigella nigra & p̄ nigellā intelligatur nigella citrina, quæ hodie ambę notę sūt.

Uxifur secundum GiliBERTū ibidem est miniū, sed puto falsum, nec sinopodia, ut quidam dicunt, immo uxifur uerū est cinabrium. SIMON Ia. inquit. uxifur siue uxifur quodcūq; dicas corruptum est. nam arabice zengibur dicunt, & est cinabrium. BULCASIM in tract. inquit. modus faciendi zenzi fur, & est cinaprium. ergo uxifur est cinaprium, & non miniū, nec est sanguis draconis, ut quidam crediderunt.

Cortex uerę secundū composi. est cortex cerasi agrestis, & eius semen à multis modernis machaleb dicitur. IOAN. ARCUANUS in. c. de signis lapidis senum inquit. nere. i. cerasorum syluestrium, sed platearius inquit, q̄ est arbor, in apulia inuenitur, producens fructum ad modū baccarū lauri, qua utuntur saraceni ad faciēdum tincturam, si sic est cerasa. agrestia non sunt nere, & pro certo idē non est. quia Matth. syl. in. c. de machaleb inquit. machaleb ē medulla fructus cerasi. domestici uel syluestris, & est in ueritate medulla cerasi syluestris cuiusdam, qua mulieres arabum utuntur in oleo quo unguunt capillos suos, & alio nomine uocatur nere, & est arbor cerasi syluestris, apud nos defertur machaleb ex ianua, cuius uagnitudo non est, ut dicit platearius.

Mabathematicon secundū composi. est succus caulium agrestium, & sic credo eē uerū. scdm̄ circa instans est struētū, quod non est. uide de ipso supra, quia melius ostēdum fuit.

ELECTVARIVM ducis. & anisi. ʒ. ii. gra. xv. liquiritiæ mastice. an. ʒ. ii. gra. v. camedreos. zinz. cinnamo. galang. maratri. i. feniculi carui. an. ʒ. i. gra. xv. calamētū. piperis albi & longi. cyperi. squinati. dauci. irei. i. ireos amomi. folii assari. an. ʒ. i. spicę. croci. gummi ara. dragatū. seminis anethi calami aromatici. cubebe. cardamomi. carpo. balsami. leuistici. alexādri. iuniperi. sileris montani. pentasilis. feminis spargii. reubarbari. urticę. reupōtici. nucis. misticę. ligni aloes. basiliconis. mili. solis. saxifragię. citri. seminis cytruli. ameos. radici spargi. melonis. cucumeris. & cucurbitę. scariolę. & petroselin. been albi & rubei. storacis calami. an. gra. xv. penidiōri. ʒ. v. & ʒ. ii. s. mellis quod sufficit.

Istud electuarium non est in usu. scdm̄ intentionem compositoris dicitur ducis ab abbate de curia, qui illud composuit ad opus Rogerii ducis filii Roberti guiscardii.

ELECTVARIVM pliris arcoticon. & cinnamo. gariofilorum. ligni aloes. galang. spicę. nucis mus. zinzibere. spodiū. squinanti. ciperi. rosarum rubearum. uolarū. an. ʒ. i. & gra. xv. folii liquiritiæ. mastice. storacis calami. sansuci. balsamitę. basiliconis. cardamomi. macropiperis. myrsitorum. corticum citri. an. ʒ. i. & gra. v. gemmarū. been albi & rubei. coralli albi & rubei. setę cōbuste. an. ʒ. i. gra. ii. s. musci gra. vii. s. camphorę gra. v. syrapi rosati quod sufficit.

Istud electuarium est in usu. dicitur autē pliris. i. complexa medicina arcoticon principium interpretatur, ualet tristibus melancholicis. GILIBERTUS de anglia in cap. de disintēria intestinali, uel epatica habet unam aliam descriptionem quæ eadem est huic.

Sanfucus secundum Dio. à sculis amaracus nominatur. Item apud eundem centaurea minor ab aliquibus amaracus uocatur, quod falsum est. nam amaracus si est sanfucus, non est centaurea. præterea secundum modernorum opinionem generaliter tenetur, q̄ amaracus sit alacoen siue uechuen. nam Aui. in. ʒ. cañ. in descriptione tertia tro. alinda racaroni ingrediētium in tyriaca magna. inquit. amaracus. i.

alacoen alba. ergo amaracus est matricaria, quæ apud Aui. in. ʒ. cañ. uocatur uechuen, & est herba quæ apud iombardos crispula uocatur, sed sanfucus est uera maiorana.

Balsamita secundum compositorē est mentha aquatilis quæ alio nomine sisimbrium uocatur. uerum sisimbrium apud Aui. in. ʒ. cañ. uocatur nemen, sed non recte, quia nemen est serpillium balsamita uero est mentha quæ odor rem parum balsami reddit, & est herba quæ apud nos iuxta aquas inuenitur.

Gemmae secundum nostrorum doctorum sententiā sunt lapides preciosi, quas Mes. in electuario de gemmis describit. nam electuariū de gemmis dicitur propter lapides preciosos qui in ipso ingrediuntur, & uocantur à multis fragmenta cordialia, & sunt proprie zaphyri, hyacinti, sardin, granatę, & smaragdi. & istos quinque lapides meo tempore uidi in ipso electuario ponere, quidā dicunt quod per gemmas intelliguntur extremitates been albi & rubei, sed prima opinio est melior. CONSTANTINUS in uatico in cap. de lachrymis oculorum inquit. gemmarum non perforatarum, ego existimo q̄ secundum ipsum debent esse margaritę siue perle, uerum est q̄ margaritę sunt laudatę in isto electuario, sed magis laudantur illi lapides preciosi.

Syrupus rosatus fit ex aqua infusionis rosarum & zuc h. ut docet compositor. idem docet Mes. oportet autē si hanc confectioem facere uolueris secundū intentionē compositoris, q̄ accipiatur infusio rosarum, de qua fit syrupus rosatus. hæc & infusio clarificetur & coquatur zuccharū secundum artem, & quādo cōctum fuerit adde species supradictarum rerum, & fiat electuarium in morsellis quod satis est notū.

ELECTVARIVM de succo rosarū. & zucchari. succi rosarum an. lib. i. & ʒ. iii. sandali albi nubi & citrini. i. mahazari an. ʒ. vi. spodiū. ʒ. iii. diagredii. i. scamoneę cōctę in citonio. ʒ. xii. camphorę. ʒ. i. tempera ad modum electuarii cum syrupo factio de prædicto zuccharo, & succo rosarum, & fiat electuarium.

Istud electuarium est in usu. dicitur autem electuarium de succo rosarum ab eodem succo, quod recipit GILIBERTUS de anglia in cap. de cura arthetica, secundum modernos habet unam aliam descriptionem quæ idem est. Pet. de crese. in cap. de rosaria, habet mel rosatum, electuarium de succo rosarū. syrapi rosati, & oleū rosati, quæ oia sunt ex auctoritate Nicolai, supra est positū electuariū rosati, quod et est in usu sub nomine electuarii rosati Mesue & istud est in usu sub nomine electuarii de succo rosarū quod satis est notū.

ELECTVARIVM diaphysopum. & hyssopi. ireos thimi. melanopiperis. i. piperis nigri an. ʒ. xx. gliconi, timbrę. pigani. cimini an. ʒ. xx. carniū dactilorū. caricarum pinguium. passularum enucleatarum maratri. i. feniculi an. ʒ. x. zinzib. anisi. carui. leuistici an. ʒ. v. mellis quod sufficit.

Istud electuarium non est multum in usu. GILIB. de anglia in cap. de causis tussis, habet unā aliā descriptionē quæ eadē est. hyssopus autem est herba satis nota, & hæc est hyssopus sicca, hyssopus uero humida est pinguedo seu sordicies lanarum ouium Aui. in. ʒ. cañ. de utraq; cap. facit. circa instans inquit. hyssopus herba est satis communis uirtutem habent folia & flores, non autem radix. in estate cum flores producit colligitur in umbroso loco non fumoso suspenditur & desiccatur, in medicinis folia & flores abiectis stipitibus ponuntur, per annum seruat, singulis annis renouatur.

Gliconium secundum compositorē est pulegium. GILIB. etiam in sua descriptione posuit gliconium quod secundum quosdam est menthastrum. alii dicunt q̄ est calamētū montanū, sed opinio modernorum est si intentio compositoris est q̄ ipsum sit pulegium nos possumus ipsum sequi.

Timbra. i. satoregia, secundū macrum, idē inuenitur apud Serap. in cap. de satoregia. & hæc est herba quæ in hortis inuenitur. circa instans ait. satoregia cum flores producit colligatur, & in umbra desiccetur.

Pigamum est rutha agrestis secundū Gal. in. 8. de simplicibus. Item inuenitur diapiagamum. i. electuarium de rutha, cuius descriptio infra apparet.

Electuarium

ELECTVARIVM ad restauratiōem humiditatis. & liquiritiæ, rosæ, zuechari añ. ʒ. ii. draganti, gummi ar. ʒ. i. sandali albi & citrini añ. ʒ. vi. papaue. albi. ʒ. i. s. succi liquiritiæ, amidi, portu. scariolæ añ. ʒ. s. spodi, garioflorum, fiorum uuarum agrestium añ. ʒ. iii. cinnamomi. ʒ. i. storacis, calamitæ, zinziberis añ. ʒ. ii. croci. ʒ. i. penidii. ʒ. ii. se. citroli. i. citruli, melonis, cucumeris, & curbitæ añ. ʒ. s. se. citoniorii. ʒ. iii. amigdalarum, pinearum, berberis, sebestæ, se. malagæ, uioolarum añ. ʒ. i. syrapi albi quod sufficit.

Istud electuarium non est in usu uua agrestis secundum compositorem est lambrusca. Diosc. in cap. de euanthio inquit. euanthium flos est uitis agrestis, quæ cum ceperit flores colligendi sunt flores ipsi & desiccandi, & in testa reponeudi, melius nascitur in stria & cicilia. Pli. euanthium flos est uitis agrestis, quæ lambrusca dicitur. Item alibi. oenantiū uitis lambruschæ, uua colligitur cum flore, & desiccatur in umbra & c. componitur autem ab inos quod est uinum græce, & anthos quod est flos.

ELECTVARIVM contra lumbricos. & herbæ de monte pessulano. s. santonici lib. i. cornu cerui. usti. ʒ. iii. se. canapis. ʒ. ii. cinnamomi. ʒ. ii. abrotani, absinth. origani, carui, baccarum lauri añ. ʒ. i. thimi, ziu zib. git. l. nigellæ nigræ, quæ malachion appellatur, lupinorum añ. ʒ. ii. cardamomi. ʒ. i. mellis decocti cum gramine quod sufficit.

Istud electuarium non est in usu. Rainaldus de uilla nota in lib. 2. in cap. de lumbricis, & ascaridibus ponit electuarium ad lumbricos necandos expertum, & illud electuarium uidetur in aliquibus rebus esse idem. uerū Nicolaus in sua descriptione plura simplicia habet.

Santonicum secundum compositorem, est herba quæ inuenitur in monte pessulano. Rainaldus loco eius habet centonice, quæ alio nomine herba babylonica appellatur. & uidetur esse species absinthii, quod apud Sera. s. chea uocatur quod secundum eundem est absinthium marinum, & sic est sine dubio. hoc apud modernos est absinthium marinum, & est illud quod hodie granella uocatur, aut herba marina, aut somenzina. defertur de ianua ad nos, & sunt qui uocant ipsam herbam zenuinam, & ab aliquibus dicitur semen sancti. Nico. florentinus in lib. 6. in cap. de uermibus uentris, & cura inquit. dixit iudeus quod semē bran. alias beatū datum in quātitate. ʒ. v. emitti facit nidum uermium qui appellantur cucurbitini penitus, & ego existimo quod sit semē sanctū quod uocatur semen uermium. Idē infra ibidē in uno electuario ait seminis uermium, quod dicitur sanctum à quibusdā dicitur semen santonici, quod idē est secundū modernorū sententiā.

Ceruus animal est satis notum, os qui inuenitur in corde ipsius & cornu eius adustum, & alię partes ipsius multa uiamenta habet in medicina, sicut est notum practicantibus, modus autem adustionis cornu eius est quod accipiatur cornu cerui, & incidatur minutim, & ponatur in olla in fornace, & ibi dimittatur die ac nocte, deinde extrahatur, si est album, si gnum est quod est combustum, sin autem facias iterum tantum, quod sit bene album, deinde reseruetur.

FILLOANTHROPOS. & folii. i. malabatri, squināti, cyperi, assari, euforbii, thimi, petrosili, macedonici, anhetis, lapidis lyncis añ. ʒ. iii. s. cinnamo. calami aromatici, polipodii, filalidos, melanopiperis. i. piperis nigri, ieuistici, se. petrosellini, se. urticæ, lithospermatis, bardanæ, gummi hederæ añ. ʒ. ii. galangæ, nardi. i. spicæ nardi zedoariæ, betonice, fr. i. ualerianæ, meu, sparagi, cardamomi, apii, maratri. i. feniculi, erucae, sinapis, orobi albi & rub. añ. ʒ. s. gario. zinziberis, costi, casia lignæ, piretri, celtice, mirabolia. chebulorū, corticū olibani, leucopiperis. i. piperis albi, carpobalsami, carui, cimini, baccarum lauri, sleris. i. sleris montani añ. ʒ. i. olei nardi. pulegii, sambucini. i. de sambuco, muscele. i. de musco. añ. gra. xv. mellis quod sufficit.

Filloanthropos amicus hominis uel misericors interpretatur. hoc antidotum apud nos est in usu. sed eius descriptio nes sunt diuersæ secundum diuersitatem locorum. nam sunt ex hominibus qui faciendo ipsum errant. sicut ostendam. Cilib. de anglia in cap. de signis diuersionis lapidis renum & uesicæ habet filloanthropon maius & minus, quæ ferè idē

sunt. licet quædam simplicia mutauerit quædam omiserit.

Filloanthropos etiam aliquādo inuenitur pro quadā herba quæ est species lappagi. unde Diosc. in cap. de aparine inquit. aparine quam græci filloanthropon uocāt latine purpurea, uel lappago dicitur herba eius, cuius formam ibi docet quæ apud nos circa hortos nascitur, & muros. Pli. inqt. aparinæ aliqui onfaco carpon, alii filloanthropon uocāt, ramosam hirsutā quinis tenisve in orbē ramorū foliis, per interualla semen rotundum durum & concuum subdulce, nascitur in frumentario agro, aut hortis pratisve asperitate uestium tenaci.

Folium. i. malabaturum sunt ex hominibus qui loco eius ponunt folia gariofi. sed hodierni doctores magis laudant spicam, aut macem quæ folia gario. & sic meo tempore in isto antidoto macem uidi ponere.

Assari. i. asfarabaccara, cuius radix usui medicinæ cōpedit. Vnde Gal. in 6. simpl. assaron. i. asfarabaccara. iuuamentum, quod est in hac planta sunt radices eius.

Petrosellinū macedonicū secundū cōposit. est Alexandrū uel olixantrū, cuius semen est nigrū, quod satis est notū. sunt ex hominibus qui cōponunt in isto antidoto semē petrosellini & macedonicū, sed errant. nā sapientes uolunt intelligi solū petrosellinū macedonicū, quod est Alexandrū, & hoc est uerum. nam paulo inferius in descriptione huius antidoti recipit semen petrosellini. i. petrosellini usualis.

Lapis lyncis secundū cōpositore. est lapis qui fit ex urina lupi ceruarii coagulata in montibus. Enax in suo lapidario. in capitulū de lapide lyncis, dixit quod fit de urina lupi ceruarii micta, & in montibus coagulata, quæ in domo seruata generat optimos fungos. Diosc. facit capitulum de lotio lyncis. i. urina lyncis, quem multi ligurum uocant.

Filalidos secundū cōpositorem est filipendula. dant mihi admirationē uerba Simo. Ianuē. qui dicit filalidos, uesichago, chechengi, cacabum. idē spēs est solatri. secundū. n. intē uonē suā filalidos est alchechengi, quod moderni non approbant. ipse etiā met supra. in cap. de filipendula. inquit. filipendula in antidotario Nicolai, in confectioe filloanthropos, sed manifestum est legentibus Nicolai in prædicto antidoto, nō expressisse filipendulam, nisi sub nomine filalidos, aut igitur textus eius est deprauatus, aut sub nomine filalidos intellexit filipendulam, & sic, sibi ipsi cōtradicit dum dicit quod est alchechengi. ueritas autē est quod filipendula ibi ponitur sub nomine filalidos. Mat. syl. in cap. de filipendula. inquit filipendula filalidos patriscria idē. Itē circa instans. filipendula filalidos alio nomine appellatur in maritimis partibus, & in apulia. & in montuosis locis reperitur radix eius præcipue medicinæ competit, per decem annos in multa efficacia seruatur. in fine autumnii colligitur. Idē in fine autumnii ualeat electuarium hoc quod fit ex ea. i. filloanthropos ad ea dē. apud nos etiā nascitur, cuius folia sunt similia petrosellini. sed plana & non expansa, cum capitulo simile antheo habente florem album, radicem habet factam ut peonia, sed minorem, hæc apud nos in pratis inuenitur.

Lithospermatis secundū cōpositore. est milium solis. sed Cilib. ibidē habet milium solis & lithospermatis, & dixit quod est saxifragia quod credo esse falsum, sicut apparet apud simonē Ianuē. in multis locis, ut in cap. de alib. & in ca. de lithospermatis, & sic meo tempore concordati fuerunt doctores ponere in isto antidoto pro lithospermate millium solis, sunt ex hominibus qui ponunt selinum spermatis pro lithospermate, sed non recte, quia ibi habet seminis apii.

Bardana. i. lappago maior. quidam personatiam uocauerunt, alii lappam uocant. quidam sapientes dixerunt quod bardana, siue lappa ingreditur in isto antidoto, quia filloanthropos pro herba idem est. unde Isidorus. lappa dicta quod habet caulem ingentem per terram dispositum, hæc à græcis filloanthropos uocatur, quod uestibus hominū in hæreat ob asperitatem sui.

Orobis albus. i. herbilia alba. orobis rubeus. i. herbilia rubea. de qua Diosc. in cap. de herbo dixit. herbum siue (ut alii) orobum nascitur in lenticula. feritur etiam, cuius aliud palidum, aliud subruffum, & aliud album. ab Aui. in 2. cañ.

Lumi. ma.

D ii

SECTIO PRIMA

eodem nomine uocatur: sed miror, quod ipse in synonymis quod sibi attribuuntur dicat herbam. i. orobum, & est amelictarda quae est aurum romanum, & achirosa, cuius gummi dicitur charabe, quod falsum est, nam herbum est orobum, sed non charabe, sunt qui ponunt uitiam pro orobo, sed errant, & miratus fui de quodam apothecario qui ponebat loco orobi uitiam. secundum autem Gulielmum placentinum herbam est robilia seu cicercula.

GALLIA muscata quae intrat in praeciosis medicinis & electuariis sic fit. R. mastice. 3. ii. gummi. Gummi ar. 3. i. camphora. 3. i. haec autem bene terantur & cribellentur, & trocisci informantur cum aqua rosata, & siccetur in umbra, & postquam fuerint desiccati terantur subtilissime, & misceantur cum. 3. iii. olei sambucini colati, etiam bulliti ad medietatem cum speciebus istis bene tritis. R. cinnamomi gariofilorum, nucis muscatae an. 3. v. ex omnibus istis bene manibus malaxatis fiant trocisci in medio coccaui, & cum sigillo sigillati ad pondus. 3. i. s. & postea ungantur aqua rosata mixta cum musco.

Gallia autem muscata secundum compositorem sunt trocisci facti cum musco & aliis speciebus. quidam dixerunt quod dicitur gallia, quia a primo in gallia puincia fuit repta. circa istas dixit gallia muscata quidam dicunt quod fructus est, sed falsum, sed est quaedam confectio ex speciebus aromaticis & musco. Mel. in distinctione de trociscis posuit aliam descriptionem, quae non concordat cum ista, & pro hoc uolunt medici quod quae inuenitur in receptis Nicolai gallia muscata, intelligamus de illa quae fit secundum hoc, idem intelligere debemus in receptis Mel. apud arabes sicut est gallia, infra apparebit descriptio Mel. in tractatu de trociscis.

Oleum sambucinum id est oleum quod fit ex floribus sambach, seu zambach, seu ut uulgo geseminum, cuius modus infra apparebit, hanc confectioem oportet conficere cum bona diligentia, & isti trocisci debent sigillari cum sigillo facto, ut docet albuchasim.

AQUA rosata mixta cum musco, sic debet fieri. R. aquae rosatae bone & electe lib. ii. musci boni odoris, non falsi facti aur. i. tere, & pone in boccia de uitro & distilla, cum lento igne paulatim, quousque tota distilletur, postea reponere eam in uase uitreo, & stringe os eius, & utere in istis trociscis, & ubi oportet.

IVSTINVM R. cinnamomi, folii costi, nardi id est spicae nardi, cassiae lignae, aristologiae rotundae, & longae eleuii, hyssopi, pulegii, arthemisiae pentaphilonis. i. quinque folii, leucopiperis. i. piperis albi, orobi. i. herbiliae, petrosellini, leuistici. i. cheilidii, macedonici, seminis urticae, seminis grani solis, citri, saxifragiae, juniperi, seminis sparagi, sileris. i. sileris montani, apii, anheti, pigami. i. ruthae, feniculi, anisi baccarum lauri an. 3. i. s. mellis quod sufficit.

Iustinum autem a Iustino imperatore compositum seu inuentum dicitur. Gilbertus de anglia in cap. de signis discretionis lapidis renum & uesciae habet unam aliam descriptionem quae conuenit cum ista, hoc antidotum est multum in usu.

Elenii. i. enule cuius radix usui medicinae competit, circa instans autem emulge duplex est maneries. i. hortulana & campestris, quae maioris est efficaciae radix eius in medicinis debet poni, non folia & colligitur radix in principio aestatis, & folia exsiccat, ne humiditate putrescat, per duos annos seruetur uel per tres.

Arthemisia. i. mater herbarum suae berengensis. Plin. inquit de arthemisia mulieres hanc gloriam affectauerunt, in quibus arthemisia uxor mauesoli regis adoptita herba hoc nomine uocatur quae ante partenem uocabatur, sunt qui ab arthemide quae est diana arthemisiam cognominatam putant, quoniam priuatim medicatur foeminarum malis.

CHATARTICVM imperiale. R. diagredii, mirabol. citrinorum, hermodactylorum, zucchari. an. 3. iii. s. cinnamomi nardi, saxifragiae, polipodi an. 3. ii. cardamomi, zinziberis, celticae, melanopiperis. i. nigri, macropiperis. i. longi, gariofilorum an. 3. i. s. mellis quod sufficit.

Chatarticum autem imperiale. i. laxatiuum pro imperatoribus uel pro aliis delicatis hominibus interpretatur. Gilbertus de anglia in cap. de signis discretionis lapidis renum

& uesciae habet hanc eandem descriptionem.

LITONTRIPON R. nardi, zinzib. xilobal. i. ligni balsami, acori, cinnamomi, paucedani meu, melanopiperis, leucopiperis, & macropiperis, saxifragiae an. 3. ii. s. carpobalsami, gario. costi, reupon, liquiri, dragan. alexandri. i. macedon. camedrei, apii, seminis sparagi, basiliconis, seminis urticae, seminis citri an. 3. i. & gra. xv. folii, croci, squinanti, castig. lignae, bdellii, mastice, irei. i. ireos, amomi, leuistici, seminis grani solis, petrosellini, seminis synony. cardamomi, anheti, euforbii, lapis lycis, olei nardini & muscellini an. 3. i. m. nus gra. iii. mellis quod sufficit.

Litontripon. i. conterens & frangens lapidem interpretatur. Gilbertus de anglia in ca. de signis discretionis lapidis renum & uesciae ponit hanc eandem descriptionem.

Nardi. i. spicae nardi. Aui. in libello de uiribus cordis enumerans simplicia cordialia promittit se dicitur de cypero & mace in ca. de spica nardi, & tamen de ea ibi nullum reperitur fecisse se ca. quod ex defectu translatoris accidisse suspicandum est.

Paucedanum secundum compositorem est feniculus porcinus, & apud Serap. in proprio capitulo est herbatum. circa instans autem paucedanum herba est quae alio nomine feniculus porcinus dicitur. cum autem inuenitur in receptis medicinae radix potius debet, quia plus habet efficaciae radix collecta per duos annos seruetur, sed melius est ut singulis annis renouetur.

Melanopiper. i. piper nigrum, leucopiper. i. album, macropiper. i. longum, & haec tria inueniuntur aliquando in receptis sub nomine trium piperum, quod idem sunt ex herbis quae non ponuntur in isto antidoto nisi piper nigrum & album, sed secundum plures tria debent ingredi.

Carpobalsami. i. seminis balsami, sunt ex hominibus qui dicuntur quod debet dicere oppobal. & est succus emanans ab arbore balsami, deus scit.

Reuponticum est radix similis reubarbaro, & dicitur a reu quod est radix, & ponticum, quia inuenitur in insula ponti. uel dicitur ponticum a sapore, circa instans inquit reuponticum per x. annos potest seruari, est autem simile reubarbaro & eligendum est quod grauius est in suo genere, & amari saporis, continuum, habens uenulas sicut reubarbarum distinctas, non tingit sicut id, aliquantum est amarum, & ponticum habet saporem.

Basilicon. i. ozimum gariofilatum, ut dictum fuit. Aui. in libello de uiribus costis testatus est, quod ozimum est basilicon.

METRIDATVM magnum. R. storacis calamitae, gariofilorum nardi, i. spicae nardi, xilobalsami. i. ligni balsami, orobi, lentisci, iaceae, draganti, mastice, galbani, gummi iuni peri, alpalti castorei, offei, bdellii, terra sigillata, melliloti, laudami, oppoponaci, armoniaci, opii sulphuris uiui, liquiritiae, nitri, hypoquintidos, acacie, rosae, camedreos, ipericio, abrotani, peoniae, hyssopi, organi, elenii. i. enule, ramis cedri daphnidos, aristologiae longae, cyperi paucedani, toris marini radicem iringi balauitiae, cimaru myrti, psidiae, seminis romi, squillae, carpobalsami. i. seminis balsami, anisi, git, iusquiamini, cinini, feniculi, cardamomi, sileris montani, thesapii, seminis ruthae, synony. i. petrosellini, agrestis, seminis miconis, leuistici, apii, seminis dauci. i. pastinacae, agrestis, seminis rapae, macropiperis. i. longi piperis, seminis urticae, amomi. an. 3. ii. acori, illapheos, cassiae, cathariae, zucchariae. an. 3. ii. balsami, cinnamomi, croci, costi, squinanti, zinzib. malaba. tri myrrae, terbenting, olibani, i. thuris, cassiae lignae, agarici, spicae celticae, reupontici, ireos, diptami, prassii. i. marubii albi, colloquintidae, sticados arabici, artemi, calamenti, scorodion. i. alei, agrestis, camepitheos, piperis albi, piperis nigri, seminis petrosellini, ozimi, anagodani, folii aquatici, carthami. i. seminis croci hortulani, pentastilonis an. 3. i. baccarum lauri. 3. v. uini uetustissimi. 3. i. mellis quantum sufficit.

Metridatum autem secundum intentionem compositoris est mater omnium antidotorum. Gilbertus de anglia in ca. de disinteria intestinali uel epatici dicit metridatum. i. mater omnium antidotorum uel a metridato rege dictum sine dubio metridatum est confectio magna, sicut tyriaca a metridato rege ponti inuentore dicta, nam cum metridates rex ponti in bosphoro urbe a Pompeio ac romanis obsessus esset, iam de seipso desperans uenenum uxori bus pellicibus ac filiis

ac filiis potandum dedit: quod cum & ipse nouissimo sum-
pisset beneficio medicaminum, quibus uitalia sua primum
niuerat, nequaquam mori poterat, proinde tandem gallo cuius-
dam militi, qui iam muro defosso intrauerat urbem iugulū
præbuit: sicque finiuit uitam. Aui. in .5. cañ. habet unam aliam
descriptionem, quam dicit esse descriptionē eōdem, sed non
est eadem, uerū est quod sunt ex hominibus qui faciunt ipsum
metridatū scdm Nico. & sunt ex hominibus qui faciunt ip-
sum scdm Aui. & pp id ambas descriptiones annotabo.

Orobis lentici secundum compositi. est lacca, sed secun-
dum sapientes ille textus est falsus: quia debet dicere oro-
bi & leuistici, & sic credo esse uerum, quia Glibertus ibidē
dixit orobi leuistici ex quo patet quod per orobū intelligitur
herbum, & per leuistici intelligitur leuisticum, quod alio no-
mine choisim appellatur, & sic meo tempore concordati
fuerunt doctores Papienses esse tenendum.

Gummi iuniperi secundum Matthe. syl. est uernix ut ap-
paret in cap. de uernice, ubi sic ait ex auctoritate Pauli uer-
nix est gummi cuiusdam arboris quæ in christianorū parti-
bus nascitur: quæ arbor iuniperus uocatur. ergo pro gum-
mi iuniperi intelligitur sandaraca, seu uernix, uerum aliqui
in ista descriptione loco gummi iuniperi ponunt gummi ce-
dri ut Glibertus. Si autē gummi cedri ponere uolueris in-
fra in litera de ramis cedri dicam quid sit.

Offei scdm compositi. est gummi hederæ. Idem exponit
Glibertus ibidem: & hoc est gummi satis notum uocatur
ab aliquibus opocifi. nam ciffos apud Diosc. est hederæ.

Nitrum apud Aui. in .ii. cañ. est baurach armenū. Io. Se-
ra. in suo breuiario. in .c. de ægritudinibus quæ generatur
in auribus. dixit, quod nitrum est baurach rubeum. Idē Serap.
in lib. de simplicibus. in .c. de baurach ait. achronitrum &
baurach. i. nitrum & spuma nitri spēs baurach, & mineræ ip-
sius sunt sicut mineræ salis. nam ex eo est ad modum aquæ
fluens: deinde petrificatur: & ex eo est quod est in minera
sua sicut lapis: & ex eo est rubeum: & ex eo est album: &
puluerulentum: & multorum colorum: & nitrum. quantum
sit ex speciebus baurach. habet tamen operationes alias à
baurach: & ibi Serap. de eo multū loquitur in hoc antido-
to: sunt ex hominibus: qui ponunt pro eo sal panis: sunt et
qui ponunt sal nitrum: quo utuntur bombardarij: & sunt qui
ponunt sal rubeum ut eis placet.

Rami cedri scdm compositi. sunt rami iuniperi sed igno-
raturum est quod unum pro alio potest poni: rami autē scdm
Isid. in .c. de arboribus dicit quod sunt, qui de trunco manant
sicut à ramusculis cætera. sed cædrus nō est iuniperus: uerū
est eius spēs. Diosc. de utraq; capitulū facit, & inquit cedrus
est arbor, unde sit pix cedria quæ est parua atque spinosa, & sunt
ei duæ spēs una earū quæ gerit fructū similem cupresso, sed est
minor eo multū, & alia gerit fructū sicut granum myrti, &
hæc est arbor quæ apud Aui. in .ii. cañ. uocatur serbin. & ipse
cōputat eā arborē inter genera arboris pini. ei lignū nomi-
natur lignū mortuorū, quia cōseruat corpora mortua à pu-
trefactione, & custodit corpora mortuorū, & destruit quod
est in eis de humiditate. Postquā dixi de arbore ipsius, nūc uo-
lo narrare de gūmi ipsi, quia inuenitur aliquā in isto antido-
to loco gūmi iuniperi scribi gūmi cedri, sicut supra promisi.
Dico ergo quod gūmi cedri, quæ Aui. in .2. cañ. uocat chitrā,
& dixit quod est arbor quæ nominatur alserbin, & uirtus fumi
eius est sicut uirtus fumi picis, & sit ex eo oleum, cuius sepa-
ratio est cū lana, sicut separatur ex pice. idem in .c. de pice
de ipsa loquitur, idem in .c. de serbin ait. Serbin est arbor al-
chitrā, nos quidem iam locuti fuimus de alchitrā. Serap. in
ca. de chitrā dixit, est oleum quod egreditur ex serbin, &
serbin sunt duæ spēs, de quibus idem narrat, quod narrat
et Dio. de cedro, melius autem alchitrā est illud quod est
spissum clarū, & habet fortē odorem cum horribilitate, &
quā intingitur digitus in eo nō cito fluit ex digito, pp suam
spissitudinē, & quā stilla eius cadit in loco remanet collecta
& nō expanditur, hæc à multis dicitur pix liquida, & ab aliquibus
uocatur picula, & ab aliis gummi cedri, quod idem est.

Daphnidis secundum compositi. est laurus. s. folia ipsius
arboris, & non semen ut quidam crediderunt, quia infra ite-

rū habet baccarū lauri quæ sunt fructus eius arboris. Gal. in
6. simpl. inquit. gar. i. laurus folia huius arboris, & fructus
eius sunt bacca lauri, est alia spēs lauri nominata nomine
lauri, & est planta parua quæ nominatur laurus alexadrina.

Iringus secundum Dio. est nux agrestis & est herba spinosa,
cuius folia in initio comeduntur, & in sale cōponuntur,
& hæc apud Serap. est spēs cuiusdam herbae uocatæ centū ca-
pita alba, quæ apud nos dicitur à multis cardo panis, & eius
ortus est in pratis, & in locis sabulosis, nō est autē secacul ut
quidā crediderunt. Auer. in .5. col. dixit elgarzaria, quæ hy spa-
ni uocant panicald, & in arabico alchartama, & alii secacul,
& in latino iringi dicuntur. Bartholomeus montagnana in
suis consilijs, in cōsilio de sterilitate dixit, quod iringus est secacul,
quod est falsum, quia Sera. de utraq; separata facit ca. &
hoc satis est notum apud sapientes quod iringus nō est secacul.

Pfidia. i. cortex mali granati secundum compositorem.
si autem reperitur pfigia intelligitur storax liquida.

Romey secundum eundē est semē raffani. Idē Glib. dixit ro-
mey. i. raffani, & sic meo tempore uidi semen raffani ponere.

Git. i. melaciū. Aui. in sua descriptione habet melachion,
& est opiū, quod falsum est. nā infra in eadē cōfectione habet
opiū, quod nō est cōsonū, de quo infra. git autē secundū circa in-
stans herba est. quæ inter frumētū nascitur, & semē habet nigrū
triangulatū, cū in medicina reperitur semē, nō herba debet
poni, aliquatūla habet amaritudinē, per hæc uerba uidetur
hic auctor denotare illud quod inuenitur in bladis, & comedi-
tur cū frumēto, sed nō recte, quia illud in medicina nullam
aut paucā habet efficaciam, sed git quod debemus intelligere est
semē nigrū simile semini porri, cū odore iocundo, & est nig-
gella nigra, cuius capitulū inuenies apud Diosc. sub nomine
melanciu. Itē Ply. git est græcis melancium, alii melansper-
mon uocant, ille qui de nouo scripsit intitulatus lumen ma-
lelucens dicit napheos. i. semen git. i. lappa, quod falsum est,
nam infra habet ilapheos, quod est bardana.

Cardamus secundum Gal. in .7. simpl. est nasturtiū. Idē dixit
Glib. in eodē loco. secundum uero illud lumen. quod uoco
malelucens est cardamomum, quod falsum, aliud enim est
cardamus, & aliud est cardamomum, sicut est notum sapien-
tibus, telapit secundum cōpositorem est semen sinapis usua-
lis, & non semen sinapis albæ, ut dicit lumen malelucens.

Micon secundum cōpositorem est semen papaueris albi
secundum lumen malelucens est semen papaueris nigri, quod
falsum est, nam micon est papauer, & quando inuenitur pa-
pauer, simpliciter de papauere albo intelligitur.

Leuisticum apud Aui. in .2. cañ. uocatur cheisim, & secun-
dum quosdam est quæ Diosc. ligusticum uocat supra in isto
antidoto dictum fuit quod inueniuntur multæ descriptiones in
quibus nō ingreditur leuisticum, sed in loco ubi dixit orobi
lentici debet dicere orobi & leuistici, quod melius est.

Illapheos id est bardana, siue lapago maioris seu præfona-
tia quod idem est.

Cassamus secundum compositorem est panis porcinus.
Glib. dicit. ciclamini. i. cassami, & sic est. nam cassamus pa-
nis porcini & ciclamē idem sunt, hoc à Mes. uocatur Arta-
nita, & ab aliquibus uocatur malum terre, & ab aliis buthor
mariem apud romanos dicitur tuber terræ eius radix usui
medicinæ competit.

Cathariacæ est rasura cornu cerui secundum cōpositorem.
Glib. dicit cathariacæ. i. el canarhi. i. cornu cerui. zuchoza-
ria secundum præfatos auctores est flos agni casti: circa in-
stans ait. agnus castus frutex est siue arbor: cuius folia com-
petunt usui medicinæ: & eius flores non autem radices: flos
autem appellatur agnus castus: à uulgaribus autem quibus-
dam salices marinae uocantur. herba etiam uocatur agnus
castus, & ubi cū in receptis simpliciter agnum castum in-
uenies intelligas flores: agnus castus in omni tempore repe-
ritur in aquis locis: flores in uere: & in autumnō colligun-
tur: per annum & non plus in multa efficacia seruantur: uiri-
dis agnus castus maioris efficacie est quæ exiccatus.

Balsamus est liquor emanans ab arbore balsami secundum
Aui. in .2. cañ. balsamus est arbor quæ nascitur in ægypto, in
loco ubi dicitur oculus solis. scdm autē Dio. nascitur solū in

Lumi.ma,

D iii

SECTIO PRIMA

Iudea in curtibz uel in locis humidis / & sunt ex hominibz qui sophisticant ipsam / sed potest probari multis exemplis / primo ex eo q̄ uidemus adharere labiis uulneru eius ligni à quo emanauit balsamus / etià in aqua dissoluitur . Et propterea dicunt auctores q̄ facile de panno eo infecto lauatur . Dios. autē dicit in aqua infectum . primo petit fundū postmodū dissoluitur / & totā aquā albam facit / & propterea uocat ipsam lachrymū / & græce dicitur oppobalsamū . nā opos est lachrymus uelut lac . & similiter opofici uocatur lac ficulneæ ab ipso / sed quia in partibus nostris uerū balsamū nō inuenitur . Cōposuerunt auctores quædam olea quæ possunt administrari in omnibus locis ubiq̄ ingrediatur balsamus / de quibus infra in tractatu de oleis dicitur .

Malabatrū . i . foliū indum / & nō sunt folia gariofi . ut qdā credunt . Gal. autē in . 7 . simpl. inquit . malabatrū foliū . i . folium indianum / spicæ simile est secundū uirtutē . Dios. autē de ipso duo capitula facit . unū quod incipit folium uel folia sunt herbæ quæ in India nascuntur locis humidis & paludosis / colliguntur autē hæc folia in aqua supernatantia / est autem optimū foliū quod est leue / & albidum uiscidū / & suauiter oliens in modū spicæ / gustum nardi referēs . Et aliud capitulū facit de malabatro / & ibi dicit . malabatrū putauerunt multū esse nardi indici foliū / sed falluntur &c . circa instans ait . malabatrū . i . foliū paradisi / uel foliū album multū est carū / sed illo caremus / cuius loco ponimus folia gariofilii / uel spicam nardi . Auicē . in . 2 . cañ . in cap . de folio in fine dixit / loco eius ponitur pondus de mace / aut etiam de spica / & sic hodierni loco folii indi ponunt spicam nardi aut macem .

Anagodam secundū cōpositorē est sumach / idē exponit Gilib. ibidē / sumach autē apud aliquos rosflaricus uocatur / foliū aquaticū apud auctores nō reperio cap. sub illo nomine / uerū secundū quosdā foliū aquaticū est foliū agreste / & si sic est Dios. de ipso facit cap. sub nomine folii agrestis / cuius duo sunt genera / masculus & foemina / quæ saxosis nascitur locis sicut brion . i . herba epatica uel alia herba nascens super lapides / sed uiridiora folia habet sicut oliuæ / & uirgā teneram / & breuem / & radicem tenuem / & florem album / & minutum sicut miconii . i . papauer / & ego uidī in partibus nostris folium aquaticum natans super aquam / cuius folia sunt maiora foliis oliuæ / quod est notum .

M V S A ænea . & . piperis albi . gra . xvii . thuris masculi / myrræ gentianæ / usquiam . añ . 3 . vi . opii . 3 . iiii . croci . 3 . iiii . minis gra . vii . euforbii / aristologiæ longæ & rotundæ / man dragoræ . añ . 3 . i . & . 3 . i . mellis quod sufficit .

Musa ænea autē dicitur à peritissimo philosopho / musa inuenta proprie datur quartanariis / ante horam accessionis in modum auellanæ cum uino calido . Gilib. de anglia in ca. de cura arthetica secundū magistros habet hanc descriptionē / hoc antidotū apud nos est in usu / maxime secundū istam descriptionē / quia Nico. habet unā aliā descriptionem quæ uocatur musa magna quæ in usu non est reperitur etiā quidam fructus uocatus musa / & iste est fructus in quo peccauit primus parens .

M I C L E A T A . & . mirabolanorū indorū / chebulorū / mundatorū / & affatorū . añ . 3 . ii . s . belliricorū / emblicorū / affatorum . añ . 3 . ii . nasturtii . 3 . ii . s . timini / anisi / maratri . i . feniculi / ameos / carui . añ . 3 . i . s . infusa in aceto die & nocte dimittantur / & affata puluerizentur / tunc adde spodiū / balaustrā / masticeis / sumach / gummi arab . añ . 3 . i . & gra . xv . fricentur omnia cum oleo rosato / & temperentur cum succo myrtino .

Micleata autem dicitur experta . proprie ualet ad hemorrhoidas / & ad uentris tortionem / & alia multa . Giliber. de anglia in cap. de diaria habet unam aliam descriptionem / quæ similis est huic . Idem Aui. in . 5 . cañ . habet unam aliam / sed nō est similis / nec in usum uenit .

Mirabolani indi . i . nigri qui sine ossibus inueniuntur chebuli ac alia species sunt notæ / & modū affationis docet liber / qui dicitur bulchafim in lib . 2 . de præparatione medicinarum / qui modus iste est / oportet q̄ imbibas mirabolanos indos / uel chebulos / uel citrinos / uel bellericos / uel emblicos / in aqua citoniorū . i . in succo citoniorū / aut granatorum acetosorum / aut in succo uuæ acerbæ / deinde sicca eos / bene

& madefac in oleo rosato / uel in oleo de lentisco / aut oleo masticino / uel butyro / uel oleo oliuæ / deinde affa super patellam ferream / uel textā calefactam primo / & caue ne adurantur / ita ut destruat uirtus eorum .

R O S A T A nouella . & . rosarū / zuechari / liquiritiæ . añ . 3 . i . 3 . i . 3 . ii . s . cinnamomi . 3 . ii . & . 3 . ii . & gra . ii . garioflorū / nardi . i . spicæ nardi / zinziber . galangæ / nucis muscatæ / zedoariæ / storacis / calamitæ / cardamomi / apii . añ . 3 . i . & gra . ix . al . viii . mellis quod sufficit .

Rosata autē secundū cōpositorē dicitur à rosis / & nouella la respectu ueteris quæ recipiebat tabar . i . sulphur uiuū / tamē miror quia in ea sulphur uiuū nō ingreditur . Gulie i . placētus in suo antidotario habet hanc eandē descriptionē .

Apium herba est satis nota / secundū circa instans / quādo simpliciter ponitur in receptis semē debet poni . Columella in suo lib. de cultu hortorū inquit . Nūc apio uiridi crispetur florida tellus . Nunc capitis porri longo resoluta capillo .

R V B E A trociscata . & . liquiritiæ / cinnamomi / papaue / ris albi . añ . 3 . iii . & . 3 . ii . & gra . v . croci / rosæ / usquiam / seminis apii . añ . 3 . iii . & gra . xv . nardi / uolarum . añ . 3 . i . & gra . vii . s . garioflorum / storacis / opii thebaici . i . illius prouinciæ . añ . 3 . s . tro . croci / magnetis / & troisci / hydiocri / myrræ / anisi . añ . gra . xv . mellis quod sufficit .

Rubea autē dicitur ab ipso colore trociscata / quia in ea trocisci ingreditur . Gilib. de anglia in cap. de cura arthetica secundū magistros habet hanc descriptionem / idem habet Guliel. placētus in suo antidotario .

Viola apud Dios. uocatur hyon / & est flos herbæ quæ satis est nota . Columella in lib. de cultu hortorum inquit . Pōnatur uiola & nimium rosa plena pudoris .

T Y R I A C A magna Gal. & . troc . squilliti . 3 . ii . & . 3 . ii . piperis longi . 3 . ii . troc . tyri . troc . diacoralli . añ . 3 . i . & . 3 . i . xi . lobalsa . i . ligni balsami . 3 . ii . & gra . vii . opii . iris . i . ireos / agarici / rosæ / scordeon . i . alei agrestis / seminis rape syluestris / cinnamomi / oppobalsami . añ . 3 . i . & gra . xiiii . reubarbari / croci / spicæ / costi / squinanti / zimzi . casia lignæ / storacis / calamitæ / myrræ / terbentine / thuris masculi / calamenti / diptami / sticados / polii / radicū pentafilon / petrosellini / piperis / apii . añ . 3 . i . & gra . vii . folii . i . malabatri / gummi ar . acori / calcātū usti / serapini / terræ sigillatæ / rubeæ / hypoquistidos / celticæ . i . spicæ romanæ / camedreos / gentianæ / metu / carobalsami . i . fructus balsami / amomi / apii / maratri . i . seminis feniculi / carui syluestris / fistleos . i . sileris montani / anheti / hipericon . i . herbæ sancti Ioan . añ . 3 . i . mumia / castorei / oppoponacis / aspalti / galbani / centaureæ minoris / aristologiæ longæ & rotundæ / dauci syluatici . añ . 3 . i . mellis quod sufficit / quæ terēda sunt teræ / & gummas in uino liquefactas cū puluere & melle cōmiscē sufficiēti uel cū speciebus teras / da in modū auellane .

Tyriaca autē magna Gal. secundū intentionē Nicolai dicitur tyriaca esse domina medicinarū / quæ cōposita fuit à Gal. & sic est q̄ Gal. cōposuit unam descriptionem / sicut apparet apud ipsum in tractatu suo tyriacaliū / sed nō uidetur esse ea dē cū ista / sed sit quomodo cūq̄ ab hodiernis practicantibus magis est laudata descriptio Andromaci quā Aui. in . 5 . cañ . ex auctoritate Andromaci scripsit / q̄ hæc Gal. Andromacus fuit primus inuentor tyriacæ aliarum rerum quæ iuuatiue sunt super omnia uenena . nam sicut narrat Aui. in . 5 . cañ . in cōfessione metridati / dicit q̄ metridates erat rex ponti / & nominauit eā suo nomine / & composuit ipsam / & infra ait / fuit ergo tyriaca magna in multitudine iuuamenti / deinde postquā accidit andromaco illud quod expertus fuit ipsum super iuuamentū carniū serpentū / & aliorum addidit in eo trociscos de niperis / & alteratū est parū per additionē & diminutionē &c . Si autē queratur quare dicitur tyriaca / dico q̄ tyriaca maxime illa quæ sit secundū istam descriptionē dicitur à tyro serpente . Dico autem q̄ tyriaca potest primo modo dici quasi tyriacæ caro / quoniā in ipso ponitur caro tyriacæ . i . serpentis foeminae taliter nominati / quæ etiā uiperæ & echidna ab auctoribus nuncupatur / propter quā præcipue carnem tyriaca ponitur ualere cōtra uenena / præsertim animalium uenenosorū . modo potest dici tyriaca à tyros græce latine fortis / est nāq̄ fortis / & ualidissima medicina / præsertim

praesertim contra uenena, Haly. aut. 1. o. practice. ca. de tyriace utilitatibus, & probatione eius in attrahendo ait. trahit etenim tyriaca ad se uenena, alia aut tyriace in quibus non ingreditur caro tyri dicuntur esse medicina quae ualet contra uenena, ut lapis bezaard qui est medicina liberatiua a ueneno. Aui. aut. in. 2. ca. cap. 4. de operationibus medicinarum singularium inquit. Albezaard aut & tyriaca sunt omnes medicinae, quarum proprietates est ut conseruet sanitatem & uirtutem in spiritu, ut ex eis expellat nocumetum ueneni a se, & quasi nomine tyriace artificialibus dignius conuenit, & nomen albezaard singularis cadentibus secundum naturam dignius, & uidetur quod uegetabilia & mineralia ex artificialibus dignius nomen tyriace sumant, mineralia nomine albezaard, & uidetur etiam quod non sit inter ea magna differentia. Postquam dixi de bezaard ex auctoritate Nicolai florētini, ut ait in lib. 4. in cap. de medicinis bezaardibus a ueneni liberantibus in generali, quasi in fine cap. inquit. & quia iste est alquando bezaard siue tyriaca tripliciter possunt sumi, ut inquit Serap. in simplicibus cap. de lapide bezaard. uno modo largissime pro omni medicina principaliter, uel secundario faciente ad liberationem a ueneni. alio modo large pro medicinis bezaardibus supradictis, & tertio modo stricte. v. g. tyriaca pro tyriaca ipsa quae est una compositio dicta tyriaca magna, uel liberans, & dicitur tyriaca Gal. & est illa in qua ingreditur caro tyri, & non propterea ut multi credunt uocata est tyriaca, immo propter siue uirtutis tyriacalis excellentiam nomine generis sortita est, & suo nomine meruit appellari, & est de qua intelligitur cum absolute profertur, & similiter bezaard stricte sumptum, dicitur de quodam lapide, qui per excellentiam siue bezaardis uirtutis nomine generis consimiliter est uocatus, de quo lapide hic afferat quae de ipso scripserunt sapientes dixit Serap. bezaard est nomen persicum, & eius expositio est contra uenenum uel expellens uenenum &c. de lapide bezaard multum loquitur, sed non notificat in quo loco generetur iste lapis, sed infra in alia descriptione tyriace ostendam, si deus uoluerit. Si etiam quaeratur quomodo faciebant antiqui medicum dicari illis qui a moribus uenenatis fuerant contaminati, antequam habuissent notitiam tyriace, declarat Pet. de ebano seu Conciliator in tractatu suo de ueneni, qui sic inquit. septem sunt herbae habentes proprietatem liberandi a ueneni cibis, & potibus, & conferentibus moribus, & uulneribus uenentis. Quorum prima est ipericon dicta herba sancti Ioan. quae alio nomine dicitur perforata, quam Achilles oraculo apollinis in exercitu troianorum dicitur inuenisse. Secunda est uincetoxicum. Tertia est enula. Quarta rasanus. Quinta diptamus. Sexta aristologia longa & rotunda. Septima lactu cella. quarum unaquaeque dicitur aequipollere tyriace, ita ut uulneribus ueneni succus alicuius praedictarum datus in potu uulnera ueneni infecta purget & saluet, & per istum modum omnes antiqui talia curabant uulnera antequam tyriace haberent notitiam. Item quaelibet praedictarum curat morsus ueneni locis tyriace superposita.

Trociscus squilliticus. i. de squilla, idem habet Aui. squilla autem uocatur caepe muris, eo quod mures interficit, eius uero descriptio infra apparebit. trociscus tyri. i. de tyro serpente. Aui. habet trociscos uiperarum, quod idem est de quo infra, tyrus autem est serpens dictus a multis scurioni. Serap. in cap. de lapide smaragdi, ait ex auctoritate Rasii, & dixit in lib. de proprietatibus, si cadat aspectus tyri super lapidem smaragdi dissoluuntur oculi tyri, & liquefiunt.

Trociscus diacoralli. i. de corallo. Aui. loco eorum habet trociscos alindaracon, qui sunt trocisci Andromaci de quo infra.

Rapa syluestris secundum Nico. est rapistrum uel napus syluestris Aui. loco eius habet seminis napi syluestris rotundi, quod apud multos idem est, & si sic est quod rapa syluestris sit napus syluestris. ergo est rapistrum quod a romanis aromachia uocatur, tamen quia non est aliqua auctoritas firma, hic describam formam rape syluestris ex auctoritate. Serap. qui sic inquit. de mente Dio. rapa agrestis est planta habens multos ramulos, quorum longitudo est unius brachii, nascitur in locis ficcis, & habet summitates leues, & folia mollia quorum

latitudo est unius pollicis aut amplius parum, & habet semen in uaginis, & est semine nigrum paruum, quod cum frangitur est album interius, & haec a multis rapilla uocatur.

Terbentina est rasina, seu lachryma terebinti arboris, quae a uulgo largatum solet uocari. Aui. loco eius habet gummi albotum quod idem est.

Diptamum secundum Pet. de crescen. dicitur alio nomine frasinella, quia frondes habet ad modum frasinum. Serap. de ipso loquitur in cap. de origano. Aui. loco eius habet pulgium indum, quod idem est.

Acorus secundum Dios. est herba ueneria, uel aphrodisia, uel piper apum, quod satis est notum. Serap. in cap. de acoro inquit, hueg. i. acorus, & nominatur spatella. Idem infra ait. succus radices eius abstergit obscuritatem uisus, & radix quidem acori ingreditur in confectionibus tyriacarum, & aliorum antidotorum.

Meu apud Aui. in. 2. ca. uocatur mu. & id quod de ipsa planta administratur in medicina est radix, ille qui de nouo scripsit quem in pluribus locis uocauit lumen malelucens, in eadem compositio loco meu habet sistrum. i. ualerianam, quod falsum est, quia si Nico. uult quod ponamus meu. quare illud lumen malelucens uult ponere ualerianam, quae idem non est.

Amomum semine est minutum, quod ab oriente defertur. Papias inquit. amomum dicitur, quod cinnamomi odorem habeat. fructus botruosum, semine redolens sibi conexum, flore albo, hominum somnos suauificat. Serap. in cap. de amomo inquit. amome. i. pes columbi, & est amomum. idem infra ait auctoritate Humayn filii Isaac. in tyriaca, amomum est ex rebus quae inebriant est enim in proprietate eius quod inebriat, & faciat dormire.

Carui syluestris. i. semine ipsius. Aui. loco eius habet cordumeni, quod idem est, & per carui agreste non intelligitur cimicifera, ut quidam crediderunt, immo intelligitur filer creticum, siue cheisim campestris, quod alio nomine leuisticum hortulanum uocatur, sed lumen malelucens intellexit per carui syluestre carui usuale, quia non cognouit differentiam quae est inter carui syluestre, & inter carui domesticum. Si autem quaeratur qualiter ipsa tyriaca debeat compositi infra ostendam in alia descriptione, & ibi dabo modum ipsam regulariter componendi.

Mel. i. mel apum. Gal. autem habet mellis attici. i. mellis atheniensis. nam uide quod Dios. in cap. de melle ait, quod eius genera sunt duo, unum quod cupilliones apes colligunt, quae sunt oblongae, aliud quod sub terra inuenitur, & atticum dicitur, idem infra ait. mel autem atticum, quod elimaticum appellatur, & illud quod appellatur hypoleon bonum est & dulce, & odoratum & rufum. Item Plin. mellis attici summa laus toto orbe existimatur, sed thimum magis laudatur, quare in aliquibus antiquis antidotis mel atticum mel thimum exponitur sine dubio mel atticum, ut dictum fuit mihi, dicitur ab attica. i. atheniensi regione ubi optimum mel colligitur. nam regio attica est regio in qua abundant ipse apes. Notandum est quod mel ponendum in compositio tyriace non debet decoqui, sed tantum ad ignem ponit quousque eleuauerit spumam, & tunc illico sine mora colari, aliter etenim compositio tyriaca non posset cum quantitate sola mellis in ipsius descriptione posita. Andromachus loco eius habet mellis alhalse, de quo infra.

Uinum. i. uinum odoriferum usuale. Gal. autem habet uinum falernum. i. illius regionis. unde Papias. neapolis oppidum, prope falernum ubi optima uina nascuntur. Dios. inquit uinum italicum quod falernum dicitur, utilius est maxime uetus, idem infra, uinum albanum fortius falerno, & gustu subdulce &c. & sic per uinum falernum intelligitur uinum quod fit in illa regione, & uocatur uinum falernum, quia de eis est copia in regione falerni.

TRIPHERA magna. & opii. 3. ii. & gra. xv. cinnamomi, gariofilo, galanga, spica. i. spica nard, zedoaria, zinziber, costi storacis calamita, calami aromatici, cyperi, ireos peucedani, acori, mandragora, celtica. i. spica celtica, rosae, piperis, anisi, apii, petroselinii, feniculi, macedonici. i. apii montani, dauci. i. seminis pastinacae agrestis, iusquiami, ozimum. i. semen ozimi, gariofilati. an. 3. i. mellis, quod sufficit.

Triphera autem magna dicitur, quia fructum magnam confert mulieribus, & proprie matricis earum dando quando dolore matricis patiuntur cum uino decoctionis altitiae. i. matris heros

SECTIO PRIMA

barū, quæ alio nomine arthemissa uocatur Gilib. de anglia in primo lib. habet unā descriptionē, quæ idē nō est, uerum idē in cap. de retēione mēstruorū habet unā aliā quæ est si milis huic, hoc autē antidotū pōt confici per duos modos uidelicet q̄ ipsum pōt cōponi cū opio, & sine opio, & illa i qua ponitur opiu appellatur triphera magna cū opio, & q̄ nō ponitur opiu, tūc appellatur triphera sine opio, & q̄n fit sine opio nō subtrahatur, nisi solū opiu, & illa i qua ponitur opiu nō administratur si nō trāsuerint sex mēses, ut ē notū.

Peucedanū secundū Serap. est herba turū, & apud herbatīs cos dicitur feniculus porcīnus, cuius radix ac semē usui medicinæ competunt, uerū quando simpliciter inuenitur peucedanū radix debet intelligi, & quando inuenitur in una res cepta cheisim, & cordumēni intelligitur per cheisim leuisti cum, & per cordumēni intelligitur semen cheisim montani, quod est semē peucedani, & hoc apud sapiētes est ex secretis simpliciu mandragora apud Aui. in. 2. cañ. uocatur Ias brol. cuius radix (ut dicit) habet formā hominis, quod non creditur. Columella in lib. de cultu hortorum, inquit. Man/ dragoræ pariat flores mœstamq; cicutam.

TRIOPHILON. R. piperis albi. ʒ. s. piperis nigri. ʒ. ii. cimini asii. ʒ. s. zinziberis, niri. i. afroniri piretri. añ. ʒ. ii. piperis longi. ʒ. s. petrosellini ameoꝝ, dauci, anisi, elemni. i. radici enulæ. spicæ cyperi, apii, fislei. i. fiseris montani, costi. añ. ʒ. s. gariofli. ʒ. i. & gra. vii. s. dactylorum numero. xii. florū ruthæ uiridis. ʒ. i. s. mellis quod sufficit.

Triophilon autem secundum compositorē dicitur à uiridibus foliis ruthæ quæ in ea ponuntur.

Rutha autē est herba satis nota. Columella in lib. de cultu hortorum ait. Rutha q; palladiæ baccæ uictura sapore.

TRIASANDALI. R. sandali albi rubei, & citrini, rosarum, zuchari añ. solidos duos, reubarbari, spodii, succi liquoritæ, feminis portulacæ añ. solidū. i. s. amidi, gummi arab. draganti, feminis melonis, citrulli, & est species cucumeris, cucumeris. i. usualis. & cucurbitæ feminis scariolæ. añ. solidus. i. camphoræ. ʒ. i. s. alii quadruplicant pondus rosarū, syrui rosati quod sufficit.

Triasandali autē dicuntur à tribus generibus sandalorū quæ ibi intrant, & sunt proprie albi dicti, leuci, rubei, rosacei citrini, dicti mahazari, & oēs sunt noti, hoc antidotū est multū in usu. Solidus secundū compositorē in tractatu de ponderibus est exagium, & exagium apud eum est dragma una cū dimidia, & sic moderni pro solido. ʒ. i. s. ponere solent.

THEODORICON Anacardinū. R. aloes epatici. ʒ. i. s. irei. i. ireos, castiæ. i. castiæ lignæ. añ. ʒ. vii. minus gra. xvi. zinziberis, anacardi, carpobalsami. añ. ʒ. liii. s. folii, spicæ corticū mirabolanorum. s. omniū, meu, epithimi. añ. ʒ. liii. & ʒ. i. gariofli, reupontici, mastici, squinanti. añ. ʒ. liii. & gra. iiii. s. mellis quod sufficit, cōficitur sic. Accipe corticū radici feniculi bene abluti cōtriti lib. i. & pone in duabus libris acetū, & stet ibi per septem dies, & postea tere ipsas radices, & in eodē aceto coque usq; ad tertiā partē, & cū omni diligētia cola per pannū, & pone in duabus libris mellis dispumati, & bulliat usq; ad acetū consumptionem, cum tali melle cōfice supradictę radices colligantur in madio uel iusto, quia ante hoc tempus humidę sunt, & post hoc sicca.

Theodoricon autē anacardinū dicitur ab anacardis q̄ ibi recipiuntur. Aui. in. 5. cañ. habet theodoricon magnum & multa alia, sed nō sunt idē, anacardus autē secundū compositorē est fructus cuiusdā arboris, q̄ pediculus elephantis uocatur, idē dicit Simon Ianuē. sed scdm̄ circa instās hoc est falsum.

Feniculus est herba satis nota, eius semē apud gręcos maritruū uocatur. Nico. autē inquit. accipe corticū radici feniculi bene abluti. i. loti, & sic generaliter apothecarij debent scire q̄ oēs radices, cortices, folia, & rami nō debēt poni in medicinis, nec debent deficari si ablutę non sint à terra, & fordibus eorū, & desiccantur in loco ubi non sit humiditas.

VOMITVS ualens tertianariis & quartanariis, sed maxime competit quotidianariis. R. tapfiæ. ʒ. iiii. assari. i. assaræ baccaræ. ʒ. i. cinnamomi, menthæ, uincetoxici. i. antipharmaci, croci hortulani. i. cartami, feminis atripliçi añ. ʒ. i. mellis quod sufficit.

Tapfia est herba de qua Raynaldus de uilla noua in lib. 2. in cap. de scabiæ & pruritu ait. Et scias q̄ tapfia q̄ in hoc unguento intrat est facta in modū lasulata, siue menthæ romana, & uocatur piperia, & loco piperis ponitur in falsa, & in foro iulii & in campo ferici tātum iuxta murū reperitur, & habet acuitatem sicut piper, & est facta ad modū lapaciū acuti, siue lasulata. alia uero de tapfia uide ibi. de tapfia etiā uide supra in confectioe anacardina.

Atriplex apud Dios. uocatur andrafasis. Auicē. in. 2. cañ. duo capitula facit de eo. unū sub nomine cataf. aliud de crisolocanna, & ibi ait q̄ est triplex quæ plurimum inuenitur in seni. Columella in lib. de cultu hortorum inquit. Et grauis atripliçi consurgit longa faselus, & hæc est herba quæ apud hortulanos papienses bleta aiba uocatur, cuius semen usui medicinæ competit.

HIERAPIGRA magna. R. cinnamomi spicæ. i. spicæ nardi, croci squinanti. i. paleæ camellorū assari, xilocalfiæ. i. castiæ lignæ, xilobal. i. ligni balsami carpo. i. fructus balsami, uiolarū absinthii, epithimi, agarici, loco eius ponitur agaricum trociscatum, rosarum. s. rubearum, turbiti, colloquentidæ, sed loco eius ponuntur trocisci, alandahal, mastici añ. ʒ. ii. aloes ad pondus omnium specierum mellis collati dispumati, quod sufficit.

Hiera autem. i. sacra pigra. i. amara, inde Hierapigra. i. sacra amara. uocatur autem hiera pigra magna ad differentiā alterius quæ dicitur simplex, magna dicitur, quia in ea plura & fortiora simplicia ingrediuntur, & utraq; possunt confici. nam primo ex speciebus hieræ magnæ fit confectio cū melle quæ appellatur hierapigra pro clysteriis. Item de prædictis speciebus cum melle rosato conficiuntur pillulæ quæ dicuntur de hiera magna, seu de hiera maiori, quod satis est notum, de speciebus autem hieræ simplicis fit hiera pigra cum melle quæ uocatur hiera Gal. & hæc comeditur. Item de prædictis speciebus sunt cum melle rosato pillulę quæ dicuntur de hiera simplici, aut de hiera Gal. ut dictum fuit.

HIERALOGODION mestum. R. colloquintidæ intetioris polipodii. añ. ʒ. ii. euforbii pollii, cocognidii. añ. ʒ. i. s. & gra. vi. absinthii, myrræ. añ. ʒ. i. & gra. xii. centaureæ, agarici, armoniaci, thimiamatis, folii spicæ, squillæ, diagraidii añ. ʒ. i. aloes, thimicomarini, castiæ camedrei, bdellii, prasi añ. ʒ. i. gra. xiiii. cinnamomi, oppoponacis, castorei, aristologiæ longæ, trium piperum, croci, serapini, petrosellini. añ. ʒ. s. ellebori albi & nigri. añ. gra. vi. mellis qd̄ sufficit.

Hiera autem. i. sacra, logos. i. sermo, mestum. i. impeditū. Gilib. de anglia, in cap. de digerenda materia & euacuanda habet hanc descriptionem. Ioannes concoregius in cap. de epilepsia inquit. electuarium solutium, quod dicitur hiera logodion, cuius descriptio ponitur à Nicolao, & sic apud omnes hæc est illa quæ debet fieri.

Pollium. i. pollium montanum. circa instans pollii diuersa sunt genera quæ nota sunt ex parte, sed præcipue pollium montanum competit usui medicinæ. unde cum simpliciter inuenitur pollium montanum, debet intelligi & poni cū floribus, per annum seruatur.

Cocognidium. i. semē mezereon. circa instans in cap. de laureola, dicit laureola frutex est cuius semen uel fructus usui medicinæ competit, & appellatur cocognidium. hic textus est falsus nam cocognidium non est semen laureolę, si cut apparet apud Dios. in proprio cap. inquit enim camelea aut cocognidium. ergo est mezereon. nam camelea est mezereon, seu herba dicta apud herbatīcos oliuella propter similitudinem foliorum.

Thimiamatis secundum compositorē est thus iudeorum. Gilib. ibi dicit thimiamatis. i. cozumbrī. ergo est fex storacis liquidæ quæ alio nomine à multis modernis storax rubea appellatur. Isido. in cap. de odoribus & unguentis, inquit odor uocatus ab æere thimiamata, lingua græca uocatur q̄ sit odorabile. nam thimus dicitur flos, qui odorem refert, de quo Virg. Redolentq; thimo fragrantia mella. Itē Papias. thimiamata græce dicitur q̄ sit odorabile. nam thimus dicitur flos, quoniam odorem refert thimiamata incensum. i. confectio odoris aromatum.

Thimicomarinum

Thimicomarinū. i. cima thimi, sed sunt ex hominibus qui dicunt q̄ thimicomarinū nō debet in isto electuario ingredi, sed nō recte, quia Gilib. idē habet. Præterea Matth. syl. in litera t, inquit. thimicomarinum. i. cima thimi, ut in antidotario in confectioe hieralogodion.

De electuariis ac confectioibus super antidotarium Ioan. Serap.



CONFECTIO electuarii de lacuna liberans ex uenenis perniciosis. R. luti de lacuna arciatidos & est granū iuniperi. añ. aur. ii. coaguli gazel aur. viii. coaguli leporis aur. iiii. gentianæ bacca rii lauri aristologiæ rotundæ & seminis ruthæ syluestris, myrræ. añ. aur. unū terātur & cribellentur & cōficiātur cū melle

le dispumato & detur in potu cuius sit quantitas ut faba. Istud electuariū nō est in usu secundū uero intentionem Ioan. Serap. est optimū cōtra uenenū dicitur autē electuariū de lacuna à luto de lacuna quod est terra sigillata. unde electuariū de lacuna. i. electuarium de terra sigillata. Gal. in suis experimentis in cap. de medicinis Zenonis habet electuariū luti, quod est lutū sigillatū, sed nō est idē. Circa instans dixit terra sigillata terra argentea saracenicā idē est. Ego credo q̄ textus sit falsus quia terra argentea est cimolea & nō est terra sigillata nam terra sigillata est rubei coloris, cimolea uero est alba & quæ purpurea uerum est q̄ secundum quosdam terra sigillata alba est cimolea.

Arciatidos secundum compositorem est granum iuniperi granum autem iuniperi apud Au. in. 2. cañ. uocatur abel sed male nam abel nō est fructus iuniperi immo est braſeos seu sauina.

Gazel est animal quod in nostris partibus non inuenitur. Au. in. 2. cañ. in cap. de musco inquit muscus est folliculus animalis sicut gazel & habet duos dentes albos flexos ad interiora sicut duo cornua. Serap. in lib. de simplicib. in cap. de musco inquit. ex uerbo almascadi in lib. auri & minerarū & margaritarum terræ in quibus sunt gazelæ musci & sunt regiones tumbaci & seni sunt terræ confines uerum muscus regionis tumbaci est melior musco seni quia gazelæ de tumbaci comedunt spicam nardi & alias species odoriferas, gazelæ uero de seni comedunt alias herbas &c. O quāta diuersitas inuenitur in isto animal. nā Au. uult q̄ sit sicut animal quod facit muscum, ideo discordant sed uere sicut dictum fuit mihi gazel non est animal quod facit muscum uerum habet similitudinem sed idem non est.

ELECTVARIUM altalisafar conferens ad frigiditatem stomachi & uentositates accidentes in epate & in stomacho. R. talisafar. 3. v. zinziberis. 3. xx. macropiperis. i. piperis longi. 3. xii. heil. i. cardamomi maioris cinnamomi gariofilorum omnium añ. 3. vii. zuchari quantum est pondus omnium medicinarum terantur & cribellentur & confice cum melle & detur.

Istud electuarium non est in usu sed ego solum scripsi ut innotescat nunquid talisafar sit macis ut quædam synonyma dicunt. Au. in. 5. cañ. habet unam aliam descriptionem quæ eadem est.

Altalisafar & talisafar apud Au. in. 2. cañ. sunt cortices in di. in qbus est stipticitas & acuitas, & odoris boni parū &c. Matth. syl. in litera t, dicit talisafar. i. nux muscata uel arbor. Postea inquit talisafar idē est, quod falsum, sicut ostendam. Serap. in cap. de mace de talisafar loquitur & credo q̄ secundum suam opinionē talisafar sit macis uel ei proximū in uirtute, sed idē nō sunt & ob hoc possumus dignoscere q̄ talisafar nō sit macis, ut dicit Matth. syl. & alii. Nā Ioā. Serap. in suo antidotario ponit electuariū de talisafar & electuarium de mace, quod nō faceret si idem essent. Franciscus de pedemontium in cap. de fluxu uentris omnium modorum & curis eius ait. q̄ talisafar est cortex citri, quod non creditur.

ELECTVARIUM de mace quod confert ad frigiditatem stomachi & uentositates ex malitia digestionis. R. macis gariofilorū cinam. heil. cinnamomi, zinziberis, assari. i. assaræ baccaræ, omnium añ. 3. i. cardamomi. 3. v. piperis

albi. 3. ii. zuchari. 3. xl. terantur & fiat electuarium.

Istud electuariū nō est in usu, sed in ipso reperitur differētia, maxime in mace. nā macis apud Au. in. 2. cañ. ex auctoritate filii Mesangue est cortex nucis muscata. secundū uero circa instans. macis nō est cortex nucis musca. Au. in. 5. col. inquit. besbese. i. macis dicitur q̄ sit cortex cuiusdā fructus qui portatur de India. Guliel. placentinus inquit. macis est cortex nucis muscata declinās ad rubedinē & citrinitatem. Dios. uocat eā machir & dicit q̄ est coriū ligni uenientis de barbarico, coloris ruffi, cū rubore solido &c. Simon Ianuē. non negat nec affirmat, an macis sit cortex nucis muscata, aut non. Multi mercatores tenēt q̄ macis sit cortex uel flos nucis muscata, sed sit quomodo cūq̄ macis nota est.

Heil. i. cardamomum maius, & secundum Battholomeū montagnanam est melegeta, & sic hodie tenetur.

Cinami. i. cinnamomi grossi, nō est ergo ciminū, ut dicit quidā nec est cinnamomū finū, quia ipse Serap. in prædicto electuario inferius habet cinnamomi. i. fini. Nico. in suis synonymis dicit. cinamū. i. cinnamomū subtile & optimū, sed apud Serap. est cōtrarium ut apparet apud ipsum in cap. de cinnamomo, ubi dicit, inuenitur alia species cinnamomi, q̄ dicitur uasot & cinamū, & est grossæ plantæ nō habens forem odorem, & est debilis uirtutis, & hoc est darseni. i. cinnamomum grossum dictum scauzon.

ELECTVARIUM de heil ad frigiditatem stomachi bonum est. R. heil cardamomi, neremisch, cinnamomi, macropiperis. i. longi piperis. añ. 3. v. zinziberis. 3. x. cinnamomi. i. cinnamomi grossi. 3. iiii. zuchari. lib. i. mellis quantum necesse est.

Istud electuarium in usu non est, & est electuarium de cardamomo maiore, quod hodie granum paradisi uocamus.

Neremisch secundū Mat. syl. est rosa afini. infra in confectioe ne electuarii letificantis R. alis. ostendam quid sit neremisch.

CONFECTIO de usneæ. R. cinami. i. i. cinnamomi grossi, usneæ, calami aromatici, spicæ romanæ. i. celticæ, mastice, casie ligneæ, omnium añ. 3. i. florum squinanti, costi croci, myrræ, omnium añ. 3. iiii. heil. nucis muscate, mastice, xiloioloes. i. ligni aloes, musci, omnium añ. 3. s. terantur medicina sicca, & infundantur myrra & crocus cum aliquo potu cōuenientiū, & cōficiantur cum melle, & administrētur.

Hęc confectio nō est in usu apud nos, tamē pro declaratione usneæ. Aduerte q̄ usneæ est muscus quereus, & dicitur canianus. Serap. ex auctoritate Dios. dicit usneæ, est res quæ reperitur nascēs super arbore serbin. i. cedri, & nucis, & glandiū, & melius ex eo est quod reperitur super serbin montana, & post illud quod reperitur super arborem nucis, & melius horū est quod magis odoriferum, & alboris coloris, nigrū uero est malū. Serap. aliud cap. facit de usneæ, q̄ est herba kali nascens in mari similis uermiculari, & est illa de qua fit sal alchali. Leonardus de præda palea. in cap. de cura uindimæ inquit. usneæ est quædam superfluitas oriens in truncis arborum, sed alii dicunt q̄ sunt flores auellanarum, & dicitur uulgarī sermone gazelli.

CONFECTIO tyriacæ cōtra scorpionū morsus. R. calamanti fluuialis. i. aquatici, quod alio nomine menthastrū appellatur calamēti montani. i. nepete. añ. 3. vii. gentianæ. 3. viii. piperis oppoponacis. añ. 3. v. cōfice cū melle quantum necesse est, & detur. 3. i. cum uino pontico. i. forti.

Hęc confectio nō est in usu, sed secundū intētionē Ioā. Serap. ualet cōtra morsum scorpionū mirabiliter. dicitur autē ista confectio tyriaca, nō q̄ ipsam ingrediatur tyrus, sed solū modo dicitur tyriaca à tyron quod est contra uenenum.

Scorpiones sicut inquit Au. in. 4. cañ. in fen. 6. in tractatu 5. in cap. de punctura paruorum uenenosorum & morfu eorum loquens de speciebus scorpionis syluestris.

Dixerunt quidam q̄ scorpio fœmina maior est masculo, masculus. n. extenuatus est, & minutus, & fœmina pinguis magna & aculeus fœminæ est subtilis, & masculi aculeus est grossus, & inferius ait. estimauerunt quidam q̄ scorpiones sunt nouem colorum. s. albi citrini rubei, & cineritii ferrandi & uirides & de eis sunt aurei habentes nigras caudas & extremitates caudatum, & de eis sunt uinofi coloris in quorū

SECTIO PRIMAE

percussione sentitur punctura acus & dolor nocivus, & de eis sunt fumosi, & accidunt de morfu eorum risus, & permixtio rationis &c.

De proprietate quae reperitur in radice colloquintidae contra morfum scorpionis ait Serap. in cap. de colloquintida ex auctoritate Rasis dicens: dixit mihi quidam quod radix colloquintidae est melior medicina quae esse possit puncturae scorpionis, & arabes habent ipsam pro communi & manifesta medicina ad hoc, & dixit mihi arabs quod scorpio pugnauerat filium suum in quatuor locis corporis, & dedit sibi in potu, 3. ii. de radice colloquintidae, & sedata sunt statim omnia quae patiebatur, etiam Aui. in cap. de cura scorpionum supradictorum similiter ait.

De electuariis ac confectionibus secundum Rasis in quinto Almanforis.



LELECTVARIUM ad scabiem & prurimum ualens in tractatu. 5. Almanforis in ca. de pturitu & scabiæ, & magnis pustulis. & mirabolanorum, citrinorum, parte unam. sena sumiterra. añ. partem mediam succi absinthii quantum ad eorum sufficit conspergionem, aliquotiens autem additur huic medicinae absinthii quantum quarta pars mirabolanorum, & conficiantur omnia cum melle, & sumatur ex ea quotidie quantum est auellanae magnitudo.

Istud electuarium non est in usu, sed generaliter loco huius electuarii utimur unguento quodam pro scabiæ cuius compositio nota est aromatiariis.

Auellana aliquando sumitur pro fructu aliquando pro pondere, ut apud Aui. in distinctione de ponderibus, & est pondus aurei unius, ergo est 3. i. & seminis anius dragma, ut dicit Simon Ianuen.

Auellana uero pro fructu secundum Isido. dicitur ab auellano campaniae oppido ubi abundant, haec a graecis pontice appellatur, eo quod circa ponticum mare abundant. Rasis dicit quod de predicto electuario datur quantum est auellanae magnitudo, magnitudo auellanae apud Aui. est sicut granum lauri, ut dicitur in suo cap.

ELLECTVARIUM de nucleis fructuum in tractatu. 5. Almanforis in cap. de his quae augent sperma, & quae ualent ad erectionem uirga. & Amigdalariu auellanaru, nucis in dice, pinearu enucleataru, granoru chilchil, granoru zeilem grani uiridis, omniu ana partes aequales, zinziberis, piperis longi, seminis peoniae. añ. tertiam partem, penich ex zucharo tantum quod temperari possint, sumatur ex eo in mane quotidie ad ovi magnitudinem, & in sero tantundem.

Istud electuarium non est in usu, ipse enim Rasis appellauit istud electuarium de nucleis fructuum, sed secundum intentionem meam uidetur esse idem cum illo quod reperitur apud Aui. in 3. cañ. quod nominatur confectio de medullis, & sine dubio idem sunt, sed differunt solum in re una, & hoc est quod Rasis habet auellanarum. Aui. loco eius habet fisti corum, & ut certior reddaris infra ponam descriptionem do. Aui. & uidebis in quo cap. ipse describit eam. Simplicia uero quae sunt declaranda declarabo.

Nux indica secundum Serap. est neregil, & sic credo esse bene expositum. nam Aui. in cap. de nuce indica. in 2. cañ. dicit, quod nux indica est neregil. Præterea Aui. in eadem confectione habet neregil, quod idem est sicut infra ostendam.

Grana alchichil, uel chilchil sunt semina granati syluestris ut reperio apud Io. in Sera. in cap. de fluxu menstruorum, qui inquit, sumantur grana syluestria, & sunt grana alchichil. Etiam uide apud eundem in cap. de aegritudinibus gingiuarum quod similiter dicit. Item Aui. in 2. cañ. in cap. de grano alchichil sic ait. granum alchichil est sicut piper album maius cartamo, non pure rotundum, & frangitur a medulla unctiuosa boni saporis &c. postea statim ibi dicit, quidam autem dixerunt quod est semen granati syluestris, & dixerunt isti, eius radix est almugat & sic est quod granum chilchil est semen granati syluestris.

Granum alzeile secundum Aui. est piper nigrum, & sic dicit Mat. syl. sed ambo erant, salua ipsorum reuerentia. nam Serap. de grano azelè capitulum facit dices, quod est granum pingue in magnitudine piperis citrinum, & habet bonum saporè. defertur ex ter

ris barbaria, & nominatur piper nigrorum, post statim ait. uerum secundum ueritatem piper nigrorum est aliud, & sic est secundum opinionem Simonis Ianuen. Bartholomeus montagnana in suis consiliis in consilio de sterilitate ait granum alzeilem sunt radice parue contorte, nodose, subcitrine, in sapore notabiliter dulces, substantia uiscosa, quas incolae Veronenses futrafium uocant, loco eius ponuntur testiculi uulpis.

Granum uiride apud Aui. est fructus arboris terbentinae, & arbor ipsius apud arabes dicitur botin. Serap. cap. de terbentino dicit, quod sunt duarum specierum. scilicet domestica, & syluestris, domestica uero est botin secundum ueritatem, & fructus eius est granum uiride, & syluestris est lentiscus, & ambae habent gummi, secundum Isido. gummi lentisci est mastix.

Peonia scilicet semen & satis est notum. Aui. loco peoniae habet neremisch, quod idem est. Antonius musa inquit. nomen herbae peoniae a graecis dicitur penth orobon, alii hielode nam, alii aglaofotis. Itali peoniam uocant.

Penith ex zucharo sunt penidig. Aui. loco penith habet penidiorum. nam idem est.

ELLECTVARIUM de seminibus in 5. Almanforis in cap. de his quae augent sperma, & quae ualent ad erectionem uirga. & seminis bauca, i. pastinacae, seminis naporu, cepearum ac rassani, & sparagi, atque seminis alphafasa, & eruce, seminis pinearum, medullae interioris granoru chilchil, i. granati syluestris, granoru zeilem, tuderu, linguae auis, i. seminis fraxini, secacul, i. sigilli sanctae Mariae, been albi & rubei, satyrionis, i. testiculorum uulpis, costi dulcis, zinziberis, mascropiperis, i. piperis lon. nasturtii, omnium añ. terantur, & cum melle conficiantur.

Istud electuarium apud nos non est in usu. Mes. in suo antidotario habet unam aliam descriptionem, sed non est similis huic secundum uero Nicolaum florentinum. Electuarium de seminibus est diaspermaton, sicut ostensum fuit. simplicia quae sunt declaranda declarabo.

Alfafasa secundum Serap. est chahodab, sed secundum Aui. est cot. & ibi dicit quod est aluiscat, & nominant alfafasat. Aliud cap. facit de ipso in litera, quod dicitur ratuba. haec in hispania nascitur, & est species tripholii, ut apparet apud Simonem Ianuen. in cap. de ratha. Dios. uocat ipsam medicam. Isido. uero medicam inter legumina scripsit.

Tuderu sic est nominatum apud Auicē. in 2. cañ. sed apud Dios. est orminon, de quo supra in triphera Galeni.

CONFECTIO tyriaca de terra sigillata in 8. Almanforis in cap. de uenenis & uenenosorum moribus, & eorum curatione & cautela. & terra sigillata, baccarum lauri, utriusque partes aequales terantur, & cum butyro uaccino iungantur & cum melle conficiantur, & recondantur, est enim nobile.

Descriptio istius tyriacae apud nos non est ualde in usu, tamen reperitur apud apothecarios, maxime Mediolanenses. Guiliel. placentinus in suo antidotario describit unam descriptionem, quae eadem est, & illa descriptio est ex auctoritate Rasis Aui. in sen. 6. quarti cañ. in cap. de canone curationis eius qui in potu sumpsit uenenum. habet unam aliam descriptionem, sed non est similis huic, tamē differunt parum inter se. Nam Aui. in sua descriptione habet ireos. Rasis uero non. Aui. et dicit, conficitur cum oleo. Rasis uero dicit cum melle. In reliquis uero non differunt, tamen illa Rasis est nobilior quam illa Aui.

Terra sigillata est terra rubea quae oibus nota est, apud Aui. uocatur lutum sigillatum. Serap. ex auctoritate Dios. inquit terra sigillata est sigillum marinum, & est sigillum laeae, & est una ex terris almatrim, & multi ex luti assemblantur illi & sigillatur, & color eius est similis colori magrae, i. sinopodiae.

CONFECTIO tyriacae ad morfum rutellae utilis, & fuit approbata in 8. Almanforis in cap. de moribus rutellae & sibth & aranei. & nigella. 3. x. dauci. cimini. añ. 3. s. seminis habel, gallarum cypressi. añ. 3. iii. spicae indigae baccarum lauri, aristologiae longae, carpobalsami, i. seminis balsami, cinnamomi, gentiane, seminis andachochae, seminis apii añ. 3. ii. confice cum melle, & detur ex eis ad nucis magnitudinem cum uino ueteri.

Haec confectio apud nos non est in usu, sed quia Rasis dicit quod est utilis & approbata scripsi illam. Nico. florentinus in lib. 4.

lib. 4. in cap. de punctura aranei & rutellæ describit unã de-
scriptionem quæ est ex auctoritate Rasis, & est eadem huic.

Rutella aut secundũ Rasm est animal paruo araneo asis
milatũ quod uocatur phibit, muscas uenari solitũ. Aui. in. 4.
cañ. in fen. 6. in cap. de spẽ aranearũ, & alsceiben, & rutella
rum dicit rutella est animal simile araneæ quæ nominatur
alfehed & est uenatrix muscarũ, & spẽs eius sunt plures, &
secundum quã dixit Gal. sunt duodecim spẽs & c. ibi Aui. de
omnibus speciebus loquitur, & describit formas ipsarum.

Abel secundũ Serap. est sauina, & sic exponit Simon ia-
nuensis, sed apud Auice. est fructus iuniperi, quod credo sit
errore translatoris Nicol. uero florentinus in prædicta con-
fectione loco habet seminis iuniperi, quod nõ est be-
ne expositum. nam certum est quod Serap. & Simon ianuensis
habent maiorem auctoritatem in simplicibus quã Auice.
ac Nicolaus scias autem quod expositio falsa Nicol. est ex
auctoritate Auicen.

Galla cupressi. i. nux cupressi. Auic. in secundo dicit cup-
pressus nominatur in siria arbor altem, & romane cupressi
sus. hæc arbor satis est nota.

Hãdacocho scdm Aui. alia est syluestris, & alia est dome-
stica, & alia ægyptiaca, & sit ex femine eius panis, est autem
trifoliũ uel spẽs eius sicut apparet apud Serap. in. c. de anda-
cocha. nam ipse Serap. sine dubio uult quod handacocho sit tri-
folium, & sic est. Etiam Nicol. in prædicta confectione lo-
co andacoche hæbet seminis trifolii, quod idem est.

CONFECTIO electuarii leuificantis in nono Al-
manforis. in. c. de melancholia. & mellis. i. ozimi citrati, corti-
cum citri garioflorum, galliæ muscatæ, mastici, croci oriẽ-
talis, cinnamo. nucis muscatæ, cardamomi, neremisch, been
albi & rubei, zedoariæ, doronici, seminis ozimi maioris, ses-
minis ozimi garioflorum, omnium. añ. partes æquales musci
quantum est decima pars unius. deinde sumantur chebuli.
xx. & emblici. xx. terantur, in tribus lib. aquæ decoquantur
donec ad unã redeant & colentur, colatura uero mittatur
mellis lib. i. deinde bulliant donec aqua consumpta sit, post
hoc ex melle conficiantur prædictæ species, quod tamen in
põdere sit triplum ad species, de quo cum necesse fuerit ad
magnitudinem auellane sumendum est.

Istud electuarium est illud quo nos utimur. Mes. in suo
antidotario habet unam descriptionẽ quæ nominatur ele-
ctuarium sarborteng, sed non est similis huic, sed una alia de-
scriptio quæ reperitur apud eundẽ in. c. de mania & melan-
cholia sanguinea uidetur quasi esse eadem cũ ista. Bartho-
lomeus montagna. in suo antidotario habet unam aliã de-
scriptionem, & est ex auctoritate Rasis, sed nobilior omnium
est ista. Scias et quod Rasis in libro diuisionum in loco ubi ait,
melancholia & timor. habet unam aliam descriptionẽ, sed
non est eadem, nec sit secundum illam descriptionem.

Crocus oriẽtalis. i. crocus cõis seu usualis, alter uero cro-
cus dicitur hortulanus, & insectiuus, eo quod ex ipso sericum
tingitur, & est flos chartami cuius sem en appellatur ginco,
& Dio. uocat ipsum cinicum.

Neremisch, apud Aui. in. 2. cañ. est flos, & cortex, & capi-
ta simulantur maci, sed est minus tubeus ad citrinitatem de-
clinans, & est aromaticus & c. neque per id cognoui quid sit.
Simon ianuen. inquit neremisch, sed in arabico neremisch
est, ut Aui. describit, sed nec Simon uidetur cognouisse quod
esset. Matth. syl. dicit, quod neremisch est semen rosæ asini uel
flos ipsius Aui. in suis simplicibus in fine antidotarii ait. ne-
remisch. i. musaha, & est flos peoniæ uel peonia, & sic cre-
do esse bene expositum. nam sicut dictũ est Matth. syl. dicit,
quod neremisch est flos rosæ asini. Auer. uero in. 5. coll. dicit
peonia. i. rosa asinorum. præterea uide apud Ioã. arculanũ
in. c. de melancholia quæ describit prædictum electuarium
ex auctoritate Rasis, & ibi inquit. neremisch. i. semen peo-
niæ Bartho. montagna. habet loco neremisch peoniã, quæ
idem est. Gentilis uero super. 5. cañ. Aui. ignorauit quod esset
neremisch. Dicit enim ibi quod Conciliator dicit falsum in ca-
de cholica dum dicit quod neremisch est semen peoniæ, &
sic ego reperi apud Conciliatorẽ differentia ducentesimo
nona quæ est penultima omnium suarum differentiarũ. di-

cit enim ibi neremisch. i. peonia, & sic ex meo iudicio Con-
ciliator & alii bene dixerunt, sed Gentilis nõ bene dicit, si-
cut ostendi supra per supra dictos auctores. quod uerũ nere-
misch est flos peoniæ uel semen ipsius. Præterea uide et quod
Rasis in electuario de nucleis fructuũ habet semis peoniæ,
& Aui. in eadẽ pfectione habet neremisch, quod idem est.

Ozimũ maius de ipso nescio quid dicam, quia de ipso
inter doctores reperio uarias opiniones, scdm Gentilẽ dẽ
ozimũ maius, quia maiora folia habet aliis speciebus ozi-
mi, quod non creditur. Mes. in sua practica in. c. de mania
& melancholia sanguinea, in quodã antidoto inquit. sceffa-
bram. i. ozimi maioris. Serap. uero de ipso spãle capitulum
facit sub nomine ozimi carmeni, & ibi dicit sceffabrã. i. ozi-
mum carmenũ. Etiam Aui. in. 2. cañ. de ipso capitulum facit
sub nomine hoalmara, & dicit quod est sceffabram. Neque per
id cognoui quid sit. Matth. uero syl. in. c. de senatione dicit,
quod sceffabram. i. nasturtium aquaticum siue crisonum, & sic
credo esse bene expositũ, & qui mihi non credit uideat pri-
mo, quod Mesuæ uult quod sceffabram sit ozimũ maius. Et apud
Serap. est ozimũ carmenũ, & apud Aui. est hoalmaram, &
apud Matth. syl. est senacion. si uero legis. c. de ozimo car-
meno. i. maiore apud Serap. cum. c. de hoalmaram. Apud
Aui. & cum capitulo de senatione apud Matth. syl. uidebis
quod in rei ueritate ueræ idem sunt. Quidam putabant quod
esset sceffabram. i. esula, sed non est cõsonum, quia Aui. in. 3.
cañ. in. c. de medicinis cordialibus habet alceshebram, &
semen eius & tñ ibi esula non conueniret. Postquã ostendi de
ozimo maiori, scdm auctores supradictos, & feci uidere quod
uolũt quod sit senacion, sed scdm cõpositorẽ aliud est ut reperi-
tur apud ipsum Rasm in lib. 2. affor. de experimẽtis & cõ-
fidentis in quodã emplastro inquit. seminis basiliconis ga-
riofiliati, seminis basiliconis maioris quod uocatur burugi.
i. cubebe, secundum Matth. syl. tu uero considera.

Ozimum garioflatũ, apud Serap. est beregemisch eo quod
odorẽ habet simile garioflis. Rasis in electuario tres spẽs
ozimi ponit. i. melissam. i. ozimũ citratum, ozimũ maius &
garioflatũ, duæ aliæ spẽs ozimi reperiuntur, & sunt pprie
amechin, & bedarog. i. ozimum non garioflatum.

Emblici uero sunt mirabolani emblici Rasis inquit. sumã
tur chebuli, & emblici, & terantur, & in tribus libris aquæ de
coquantur donec ad unam redeant & colentur in colatura
uero mittatur mellis lib. i. deinde bulliãt donec aqua cõ-
sumpta sit, & hoc mel apud modernos appellatur mel em-
blicorũ, & sic apud oēs est certũ quod Rasis uult quod iste sit
modus faciendi mel emblicorũ, de quo uide Ioã. Mattheũ
grad. in. c. de uermibus qui in uentre nascuntur. qui sic ait.
quod intelligere debeamus per mel emblicorum, quod re-
peritur in fine capituli electuarii, quod uocatur leuificas, ibi
enim ipse Rasis docet cõficere mel emblicorũ hoc mō. &
mirabolanorum emblicorum recentium nu. xx. terantur, &
in tribus libris aquæ coquantur donec ad unam libram re-
deant, deinde fortiter exprimantur, & in illa colatura adda-
tur mellis dispumati libra una, & simul coquantur donec
aqua cõsumpta fuerit, tunc deponatur ab igne, & illud erit
mel emblicorũ, quod ingreditur in electuario de gẽmis, &
in triphera de epithimo, & in aliis cõfectionibus, si aut mel
chebulorũ facere uolueris facias sicut mel emblicorũ, ap-
ponendo chebulos loco emblicorum.

ELECTVARIUM quod omni epilepsia speciei reme-
dium affert in nono Almanforis in. c. proprio de epilepsia.
& piretri, sibileos sicados, omnium. añ. 3. x. agarici. 3. v. cordu-
meni. i. carui agrestis recentis & acuti, assæ optimæ. i. assæ fe-
tidæ, aristologia rotundæ omnium. añ. 3. i. s. deinde extraha-
tur succus ex squilla, & mixtus cũ pari quãtitate mellis cõ-
quatur, & cõficiantur ex eo spẽs, & fiat electuarium, ex quo
patiẽs quotidie sumat, & caueat sibi à grossis cibis.

Istud electuarium apud nos non est ualde in usu, sed me-
diolanenses eo magis utuntur, & maxime secundũ istã de-
scriptionem supra in tracta. Mes. scripsi unam aliam, sed nõ
est similis huic sicut ostendi. Rasis uero in libro diuisionum
in eodem cap. scribit unam aliam, sed non est eadẽ, sed illa
uidetur magis concordare cum illa Mesuæ quã ista.

SECTIO PRIMA

Epilepsia uel epilepsia .i. morbus caducus, eo quod cadat patiens cum ea capitur. pedicon à pueris quibus facilius & sepius accidit. nam pedia græce puer Rasis ibi ait, cum aliqis cadit in terram torquetur & comouetur & intellectum amittit dicimus ipsum epilepticum esse, quod si spuma exit per os, aut se commingit, aut sperma regreditur, aut ægestio, passio tunc est prauior & uehementior.

Experimentum mirabile ad epilepsiam, quod allegat Serap. in cap. de lapide smaragdo dicens, & qui defert in anulo smaragdum præseruat illum ab epilepsia, quando induit eum in suo digito antequam superueniat ei epilepsia, & propter hanc causam docentur reges quod suspendant smaragdos ad colla suorum filiorum statim quando nascuntur, ne superueniat eis epilepsia.

Sisileos, isileris montani. Miror quod ipse Rasis in lib. diuisionum in prædicta cōfectione dicit, quod sisileos est anudem romanum, etiā Aui. in 2. can. ait. sisileos est alaniudem romanum, sed hi uiri non bene senserunt, aut quod eorum litera est corrupta, non. n. sisileos est anidē, ut isti dixerunt, quia alaniudē apud Serap. in proprio cap. dicitur quod est folium arboris asse fetidæ. Præterea uide apud eundem in cap. de agarico qui inquit. ex auctoritate Dioscorici esse similem radici anidē. i. arboris asse. i. asse fetidæ, & sic est. Itē Stephanus scripsit hardelum pro anidē, quod est silphium, infra apparebit electuarium de anidē, & ibi melius ostendam si deus uoluerit.

Asse optima. i. asse fetidæ, in descriptione Mes. reperitur aliquando scriptum hæc quod est thimus, sed debet dicere asse uel asse. i. asse fetida.

ELECTUARIVM diamuscum præciosum in 3. Almanforis in cap. de tremore cordis. & mastice, cinnamomi, seminis ozimi maioris, de quo dictum est. seminis ozimi gariofoliati. i. basiliconis, seminis mellissæ. i. ozimi citrati uel citrariæ, seminis sisimbrii, seminis sancti, macropiperis, omnium añ. partes æquales, ex quibus omnibus pulverizatis. 3. x. sumantur. margaritarum, minutarum, coralli rubei carabæ fetæ crudæ, been albi & rubei, folii omnium añ. 3. x. musci tubaci corconii puri. 3. s. Confiçantur cum melle de mirabolanis chebulis. Hoc enim electuarium ad frigiditatem stomachi & digestiue ægritudinem optimum exiit.

Istud electuarium diamusci præciosi apud nos non est in usu, sed illa descriptio qua nos utimur est ex auctoritate Mes. & secundum illam potest fieri dulce & amarum, sicut apparet supra. in isto uero Rasis ingrediuntur quedam simplicia quæ declarabo.

Sisimbrium. i. menta aquatica siue balsamita, ut dictum est supra in cōfectione de xiloaloe.

Sanfucus. i. maiorana, siue persia quæ satis est nota. Musci tubaci. i. illius regionis. nam reperitur apud Serap. in proprio cap. de musco. Muscus regionis tubaci est melior musco seni duabus causis. una est quia gazellæ tubaci comedunt spicam nardi, & alias species odoriferas. Gazelle uero de seni comedunt alias herbas ab istis quas diximus odoriferas.

CŌNFECTIO de scoria ferri in 3. Almanfo. in cap. de hemorrhoidibus & fistulis & nagadiis quæ in ano fiunt. & mirabolani nigri. i. indi, ut reperitur apud Serap. & Mes. bellirici, emblicorum, omnium añ. 3. s. spicæ, squinanti, cypri. zinzib. piperis, ameos, olibani. i. thuris boni omnium añ. 3. ii. scoriæ infuse in aceto per hebdomadam unam, & postea torrefactæ. 3. i. s. conficiantur omnia cum melle dispumato quod fuerit coctum cum apozimate emblicorum, sicut in cap. de melancholia nominauimus. de quo quotidie ad nucis magnitudinem sumatur.

Hæc cōfectio apud nos est in usu, & maxime secundum istam descriptionem. Ipse uero Rasis in 3. Almanfo. in cap. de his quæ cōfortant stomachum, & ciborum perficient digestionem habet unam aliam descriptionem, sed non est eadem, nec fit. Itē apud eundem in lib. diuisionum cap. de medicinis stomachi habentur tres descriptiones. quarum una ualet ad debilitatem stomachi, & hæc cōficitur cum melle, alia cum lacte acetoso, alia cum uino, sed non sunt in usu Mes. in cap. de ulceribus aurium, habet cōfectionem de scoria ferri, sed illa adoperatur cum lycinio quod non fit.

Scoria ferri de ipsa dictum est, & similiter de præparatione & de torrefactione. Rasis uero inquit. quod ista cōfectio debet confici cum melle dispumato, quod fuit coctum cum apozimate emblicorum, sicut in cap. de melancholia nominamus, ibi uero non reperitur apozima emblicorum, uerum est quod ipse in cap. nominato de melancholia, habet decoctionem de epithimo, & si facere uolueris prædictam cōfectionem, oportet facias prædictam decoctionem, sicut infra ostendam, ut ipse Rasis describit.

ELECTUARIVM de baccis lauri in 3. Almanfo. in cap. de cholica. & foliorum ruthæ siccorum. 3. x. ameos, cimini, nigellæ, cheisin. i. leuistici, origani, carui alexandrini, amigdalarum amararum, melanopiperis. i. piperis nigri, macropiperis, menthausti, dauci, acori, baccarum lauri, castorei omnium añ. 3. ii. serapini. 3. iii. oppopanacis. 3. iii. confice cum melle dispumato eiusdem ponderis.

Istud electuarium apud nos est multum in usu. idē Rasis in lib. diuisionum. cap. de medicinis cholice, habet unam aliam descriptionem, sed non est eadem, nec fit secundum illam. Etiam Guliel. placentinus in suo trac. de cōfectionibus habet unam aliam descriptionem quæ est eadem, & est ex auctoritate Rasis qui fuit primus inuentor.

Alexandrinum. i. semen eius quod à modernis macedonicum uocatur siue petroselinum macedonicum, & est quod dam semen nigrum, quod apud omnes satis est notum. Ille uero qui scripsit librum intitulum lumen apothecariorum, sed est lumen malelucens in prædicta cōfectione non posuit semen alexandrinum, cum in ea rationabiliter debeat poni. Nico. fioren. in tracta. 7. quinti libri in cap. de præseruatione à generatione lapidis. inquit. maceronis. i. alexandrini, in aliis habet macedonicum. i. alexandrinum.

Opopanax est gummi satis notum, arabes uocant iansur uel iansur, de quo dixerunt mihi quidam sapientes quod illud uocabulum, quod reperitur apud Aui. in 3. can. in fen. xxi. in cap. de cura præfocationis matricis. ubi ait. alfosit uero cum eo in potu sumitur, est in eo sanitas, est corruptum, nam debet dicere iansur. i. opopanax. & sic uide quod ipse in 2. in cap. de opopanaco quod mirabiliter laudat illum in illa materia, quidam existimauit quod esset zedoaria, sed ignoro, quia ipse Aui. in cap. de zedoaria de ipsa non loquitur in illa materia, sicut facit de opopanace.

CŌNFECTIO de enula in lib. diuisionum in cap. de medicinis epatis. & aristologia. s. rotundæ. zinz. enula sicca, istirgar, erucæ, seminis, apii, feniculi, anisi, ameos. añ. partes æquales terantur & aggregentur cum melle, & fiat.

Hæc cōfectio apud nos non est in usu, tamen simplicia quæ sunt declaranda declarabo.

Enula apud Dioscoricum uocatur elenium. Macer dicit. Enula quam uulgus elnam uocat, elenium quæ dicitur, à medicis est forma cognita cunctis. Isido. in cap. de oleribus dicit. innula quam rustici alan uocant. Pet. de cret. dicit enula non fertur, quia semen non habet, sed plantatur. Corona eius tota uel maior pars eius in terra pingui, & alte fossa, radix eius secundum circa instans competit usui medicinæ. Papias ait alan herba radice aromaticæ & est inula. Plin. inquit. inula quæ à ieiunis commanducata dentes confirmat si ut erutha est terram non attingit condita tusim emundat.

Istirgar secundum Matth. sylua. est salsa quæ fit ex aniudem. hæc apud Aui. in 2. uocatur astirgar, & dicitur quod est propinqua aniudem. i. plantæ, cuius gummi est asse fetida, sed non affirmo quod istirgar sit aniudem, sed loco eius ponitur gummi ipsius quod est asse fetida.

CŌNFECTIO ad crepatos in lib. diuisionum. cap. de medicinis urine. non est in usu, simplicia uero quæ sunt declaranda declarabo.

Cypressus apud Aui. nominatur in siria arbor alten, & romana cypressus. Rasis dicit. cypressi nucis, sed ego puto quod uult dicere nucis cypressi, quæ sunt notæ.

Sanfuci. i. maioranæ sicut dictum est supra.

Mugath. i. radix granati syluestris. Aui. in 2. de ipso speciale capitulum facit, sed ignorauit quid esset. & redarguit dicentes, quod esset radix granati syluestris. ipse etiam in cap. de grano

de grano alchilchil. i. granati syluestris dixit. & dixerunt isti eius radix est almugath. uide etiam de mugath apud Simonem Ianuensem.

Gluten pisciu. i. colla pisciu que fit ex intestinis pisciu. hec apud grecos ichiocolla dicitur. Nico. florenti. in lib. 7. in cap. de curatione hernie sue ramis ait. Glutinis scriptis. al. pistatorum. i. colla de piscibus &c.

Finita sunt electuaria & confectiones Rasus. nunc uero incipio ab Auic. seu abhoali super suo antidota. f. 5. cañ.



THERIACA prima Auic. & est descriptio Andromaci. & trociscorum. f. 5. cañ. trociscorum uiperæ. 3. xliiii. trociscorum alindaracaron. piperis nigri. opii. añ. 3. xliiii. cinnamo. 3. xii. rolaru. 3. xii. seminis napi syluestris scordeon. radice lili cœlestis. agarici succi liquiritia. olei balsami. añ. 3. xii. myrræ electæ

croci. zinziberis. reubarbari. pentaphilonis. calamenti montani. prashii. seminis macedonici. sticados. costi amari. piperis albi. macropiperis. pulegii indi. olibani. i. thuris. squinantij. gummi albotin. castia lignea nigra. spica. i. nardi. spoli mōtani. omniū. añ. 3. vi. storacis liqui. seminis apii. siseleos. i. sileis montani. ameos. came dros. camepitheos. succi. hippoquif. spica. celtica. schea montana. folii gentianæ. seminis feniculi. terra sigil. rubra. cholchotar adusti amomi. acori. nasturtii al. carpobalsami. hipericon. fu. gummi. i. gummi ara. cordumeni. anisi. acatiæ. dauci. bdelli. añ. 3. iii. hezard aspal. ti. oppoponacis. centaureæ mino. aristolo. rotun. omnium. añ. 3. ii. castorei. serapini añ. 3. iii. mellis dispumati lib. x. uis ni anti qui odoriferi lib. iii. liquefiant quæ de eis liquecunt & infundantur quæ infunduntur. & terantur sicca. & cribellentur. & conficiantur cum melle. & ponantur in uase uitreo. aut plūbeo. aut argenteo. & non impleatur uas. immo sit in eo superfluitas ut respiret medicina. & omnes medicina præter mel & uinum sunt. lxxiii. medicina.

A tyro serpente dicitur tyriaca. & maxime secunda istam descriptionem. quia reperuntur multæ aliæ tyriacæ quæ non dicitur a tyro. ut est tyriaca diateseron. i. de quatuor reb. sicut dictum fuit. & est tyriaca rusticorum. quod est aliud agreste. & est tyriaca de fusio. i. troc. alchaochion. & est tyriaca de terra sigillata. & multæ aliæ tyriacæ reperuntur. quarum descriptiones non ingreditur tyrus. unde per hoc moderni distinguunt quæ tyriacæ dicitur medicina quæ ualet contra uenenum. ut bezahar. quæ apud arabes significat omnem medicinam liberantem a ueneno. uide Auic. in. 2. cañ. 1. cap. de areolis uenentorum. qui inquit. tyriaca bezahar interficit uenensosa & expellit uenenum. Serap. dicit lapis bezahar. i. lapis liberans a uenenis. nam tyriaca albezahar est nomen persicum. & est expellens nocuentum. & hoc nomen cadit super duo. unum est quod cadit super oem medicinam conuenientem alicui ueneno. eo quod resistit uirtuti eius. & expellit nocuentum ab eo per proprietatem quæ est in ea. & secundum est quod cadit super lapidem nomen quod conuenit omnibus uenenis. ipse Sera. ibi non loquitur in quo iste lapis inueniatur. uerum ipse docet discernere ab aliis lapidibus ei similibus. in fine uero ait. ab dala anarach uidi lapidem bezahar filius almirama murri. cuius conditionis legis dei. & est uerum quod ipse emit lapidem istum. & dedit pro precio lapidis bezahar palatium corduba in principio belli. Et iste lapis (ut dicit enax in suo lapidario) est quidam lapis multum charus legibus qui generatur in oculis ceruorum. in orientem qui cum serpentes comedunt deponentes senium ut fortiores fiant intrant flumem ubi morantur immeri usque ad caput tandiu quousque sentiant uirtutem ueneni separatam. interea lachrimam emittunt quæ coagulata in oculis interdum usque ad magnitudinem nucis de siccatur donec cadat cum de flumine exierint. & sic inuenitur. & hæc dicitur uenentorum tyriaca.

Hæc descriptio istius tyriacæ reperitur in multis aliis locis. nam Rasus in. 8. Alman. in. c. de moribus uiperarum habet unam descriptionem. Gulielmus placentinus in suo antidotario habet unam aliam. Io. Serap. in suo antidotario habet unam aliam. Haly abas in decimo prædicæ habet ean-

dem. Nicolaus etiam in suo antidotario habet unam aliam. sed illa est ex auctoritate Gal. sicut dixit. & dicitur quod est de mina medicinarum. & Galenus ipsam composuit. sed in ueritate sicut inquit. Auic. Haly abas & alii auctores dicunt quod descriptio radicalis est andromaci & est melior aliis descriptionibus. sed uerum est quod fuerunt plures medicorum. sicut Gal. Democritus. & alii qui uoluerunt in ea addere uel minuere de pondere. sed necessitas non erat. quia Andromacus prædictam descriptionem composuit cum tanta diligentia. quod non erat necessitas quod aliquis in ipsa adderet nec minueret aliquid. in tempore uero antiquo utebantur metridato loco tyriacæ. ut dicit Auic. sed postquam accidit Andromaco illud quod expertum fuit super iuuamentum carniū serpentum & aliorum. addidit in eo trociscos de uiperis. i. de tyro. in reliquis uero non diminuitur metridatum a tyriacæ nisi in re una. quod est uenenum serpentum. & sic ista descriptio domini Auic. est descriptio radicalis andromaci. ipse Auic. habet tres descriptiones. sed prima est nobilior aliis. & sic hodie nostri medici uolunt quod ista descriptio sit illa qua uti debemus. sed in nostris partibus reperuntur rari apothecarii facientes ipsam. sed emunt a mercatoribus Ianuensibus. quæ non habet tantam uirtutem quantam dixerunt auctores eam habere. & hoc est (ut credo) quia non faciunt ipsam secundum intentionem Andromaci. & scias pro certo quod allocutus fui illos qui faciunt ipsam. & scio quod decipiuntur in multis simplicibus & non cognoscunt certitudinem rerum. sed quomodo debeat experiri & probari bonitas tyriacæ ita declarabo.

Experientia tyriacæ. si erit bona aut mala. ut docet Andromacus Auic. lo. Serap. Gulielmus placentinus. & Haly abas est talis. Dicunt. accipiatur gallus syluestris uel domesticus. sed syluestris est melior. & existimant quod sit fastianus. quia ipse est ficioris complexionis quam domesticus. & mittatur super ipsum animal uenensosum. uel ponatur de aliquo ueneno in uulnere paruo facto super alam sinistram prope coxam. & post hoc detur in potu cum uino de tyriaca. & ponatur de ea etiam in uulnere post uenenum specialiter cum animal incipit debilitari. tunc si animal uixerit erit tyriaca bona & bonæ ætatis. si moritur erit praua. Alia probatio. si detur tyriaca illi qui sumpsit opium uel iusquamum nigrum. uel corticem mandragoræ. & si tyriaca destruxerit uirtutem alicuius istorum uenentorum erit bona. Alia probatio est. ut si homo sumet chatarticum & consideretur. tunc si soluerit eum sumat in potu tyriacam. tunc si retinet eum est recens & bona. & si non est mala. Vide ergo si cognoscere uolueris tyriacam bonam a mala. Postquam ostendi de probatione ipsius. nunc uolo ostendere quomodo tempore debet permanere ipsa tyriaca antequam dispensetur.

Sciendum est igitur quod secundum Andromacum & Auic. debet stare per sex menses antequam bandiatur ad minus. unde quando est infans. ante sex menses stupefacit. de qua Gentilis ait. dicunt quidam sapientes quod tyriaca noua stupefacit per opium. quod natura separata ab aliis. & mandat illud per partem dolentem.

Si queratur quot res ingredientur in ista tyriaca dicatur quod computatis simplicibus & compositis ipsam ingredientibus sunt ad numerum. lxxiii. duobus liquoribus. s. melle & uino exceptis.

Si etiam queratur in quo uase tyriaca. melius conseruetur in hoc est regula. quia communiter conseruant ipsam in uasis plumbeis. sed male. quia plumbum attrahit ad se uenensositatem. nec debet esse de ferro. quoniam pars uasis quæ uacua remaneret posset fieri eruginosa. & illa erugo propter permixtionem tyriacæ opportunam. & ipsius tyriacæ ebullitionem communicare posset ipsi tyriacæ aliquid de uenensosa natura sua. nec debet esse de auricalco. quoniam ipsum principaliter fit ex ære. nec debet esse de cupro. quoniam ipsum fit ex parte eris. nec debet esse de petro quoniam ipsum componitur ex parte plumbi. immo conseruetur aureo uel aurato. argenteo uel argentaro. stanneo uel stannato. uitreo uel uitreato. uel marmoreo. seu de alabaastro bene polito &c.

Lumi. ma.

E

SECTIO PRIM A

Si etiam queratur quot annis durat tyriaca dicatur quod Auic. ibi de ipsa loquitur dicens, & tyriacæ quidem adsunt infantia & pubertas, & adolescentia, & senectus, & mors. & fit infans post sex menses. deinde incipit in pubertate & augmento usque ad tempus in quo stat per decem annos in regionibus calidis, & xx. annos in regionibus frigidis. deinde de stat aut. x. annis, aut. xx. deinde declinat, aut post. xx. annos, deinde post. xl. annos deinde expoliatur uirtute tyriacæ aut post. xl. annos, aut post. lx. & fit una confectionum de clinata a gustu tyriacæ, & oportet ut detur in potu morso de illa quæ est recens & fortis, & reliquis quibus in potu datur de illa quæ est debiliior, & fortasse est necesse ut in potu detur morso recenti ex medio aureo usq; ad aur. i. & ex eis quibus distinguitur inter illam quæ est recens & fortis, & inter antiquam & debilem & malam dictum est paulo superius, ubi diximus de eius experientia. Communiter autem tenetur quod tyriaca duret in bonitate annis. xxx. aut. xl. post illud est debilis.

Notandum est quod melius tempus construendi tyriacam est tempus ueris & tempus æstatis, quia tyriaca iuxta auctororum sententiam sex mensibus permanet ante quã perfectissime commisceatur, quod equi idem albucahis quarta particula azarauu, post descriptionem tyriacæ, & omnium trocisc. ipsam ingredientium expresse innuit dicens, quod post sex menses completur temperamentum tyriacæ, & fermentatio, & ad minus post sex menses administrari potest, ut dictum fuit.

Postquam dixi de probatione ipsius, & alia, nunc uolo ostendere de modo cõficiendi ipsam, ut docent Andromacus & Rasis dicentes, necessitas est ut sumamus opium, & myrr. m. hippoquiltidos, & serapinum, succu liquiritiæ, & storacem liquidam, & acatiam & oppoponacum, & omnia hæc in mortario posita cū paucis melle dispumato moueantur donec mollescant, deinde ex uino infundantur, & per tres dies in uase uitreato manere permittantur, postea spica, & cinnamomū & zinziber, & cassia lignea, & nasturtium atque castoreum, & folium, & terra sigillata, & cholestotiar, & asfaltum, ac amomum. nam hæc tria in mortario commisceantur, & ex uino aspergatur donec uniantur, deinde mel, & gummi arabicum, & terbentina, & galbanum, & balsamum, sumantur & in cazola posita donec mixta sint aggregentur quæ taliter preparata aliis medicinis quæ in mortario sunt adiungantur, & cum omnia simul fuerint testantur & agitentur donec bene sint mixta, deinde quod ex eis fit in piside argentea aut in uase plumbi quæ medicamẽ hoc in duabus partibus sui capere possit reponatur, uas autem in quo ponatur non oportet quod sit plenum cufus os cum corio optime ligetur quotidie tamen discooperiatur ac per unam horam manere permittatur, ex hac quoque etiã medicina non nisi post sex menses aliquid fumatur, & illo modo fiat, & scias quod in primo mense omni die bis, ualeat, mane & sero per mediam horam uel circa tyriaca ipsa est fortiter agitanda & cõmiscenda, & semper postea suo cooperitorio obturanda sic sigillanda. Secundo autem mense omni capite quatuor dierum semel tyriaca ipsa est per mediam horam similiter bene agitanda & cõmiscenda. In tertio uero mense omni capite septem dierum semel ipsa est cõmiscenda. Quarto autem mense omni capite decem dierum semel similiter per mediam horam est permiscenda. Quinto uero mense similiter quindecim dierum capite est cõmiscenda. In capite aut sexti mensis similiter per mediam horam est permiscenda. Postmodum uero tanquam perfectæ commixta dimittenda est optime obturata, aliquantulum tamen in tps processu cum opportunum uideretur, præcipue propter ebullitionem ipsius tẽpore caumatis factã non conuenit ipsam aliquantulum permiscere. Postquam ostendi cõficere ipsam, nunc uero intentio mea est declarare illa similia quæ magis difficilia sunt, & primo incipio à trocisc. squilla, quorum descriptio infra apparebit. Halyabas habet trocisc. haufali, quod idem est, nam haufal est squilla.

Troc. de uiperis. i. de tyro scilicet de fœmina est certum quod tyriaca dicitur à tyro serpente. Halyabas habet trocisc.

icos tyriacæ, & idem est, infra in sua descriptione melius ostendam si deus uoluerit.

Troc. alindaracaron. i. andromaci. Gal. loco troc. alindaracaron habet troc. diacoralli, de quibus infra.

Napus syluestris est rapistrum siue rapistrum, ille uero qui de nouo scripsit lumen male lucens habet semen synapis, quod nequaquam bene factum est, sicut ostendam. Gentilis autem ignorauit quid esset, sed ego aggregaui auctores qui scripserunt prædictam descriptionem, & uidi intentionem omnium nam uidi quod Andromacus habet rapistrum. Auic. habet napi syluestris, etiam Gulielmus placentinus habet napi syluestris, & ibi dicit, quod est rapistrum. Democritus uero habet rapistrum quod idem est. Halyabas autem habet seminis rapæ syluestris, quod secundum quosdam est idem. Ergo si napus syluestris est rapistrum, ego dico quod est rasanus agrestis & hoc fit uerum uide Simonẽ Ia. qui dicit, quod rapistrum habet romorachia, & rasanus agrestis idem est. Similiter ait Matth. syl. Rasis in suis synonymis in fine dicit, napi syluestris. i. rapistrum. Synonyma Nicolai aiunt, napi syluestris. i. rapistrum. postea in litera r, ait rapa syluestris. i. rapistrum uel napi syluestris. & sic si bene consideretur uidebis quod napus syluestris & rapistrum est rasanus agrestis quæ alio nomine à romanis aromorachia dicitur. Et sic meo tempore uidi ponere semen aromoracii.

Postquam dixi de napo syluestri, nunc uero mea intentio est narrare unam aliam speciem napi quæ à multis uulgaribus nomine uocatur rampunculus, & nomẽ suũ secundum plurimum medicorum modernorum opinionem est illud quod ab Auic. in. 2. uocatur melha sed non recte, nam si legis bene illud cap. 10. uocatur melha, uidebis quod rampunculus non conuenit, nam ipse Auic. ait quod sit rãnus, ramnus uero apud Serap. est haufegi. & haufegi apud Auic. est rubus qui rampunculus non est, sed sit quomodo docet rampunculus est. spēs napi, de quo Nico. florentinus in lib. 4. in trac. 4. in cap. de præuisione cautelis, & custodia à uenenis, & eorum uocamentis in generali ait. semen napi parui, & existimant quidam quod sit rampunculus qui comeditur communiter. Bartholomeus montagnana in suis consiliis in consilio rerum præseruantium ab oppilationibus & à tensione magna in stomacho inquit sic. melius tamen salaticum esset locuste. i. ramponzeoli suo tempore reperitur autem quoddam animal nominatum locusta, & istud est grillus uiridis, ut dicit Nicolaus.

Scordeon secundum Auic. & circa instans, & Gulielmũ lombardum est aleu agreste. & secundum circa instans solus flos competit usui medicinæ. Petr. de crescen. dicit scordeon. i. aleum agreste. solus flos eius competit medicinæ, & est tyriaca rusticorum secundum Gal. Macer inquit. Scordeon argiue sunt alea dicta latine. Lilium cœleste apud Auic. est ireos cuius radix usui medicinæ competit.

Oleum balsami est quod ex ligno balsami manat. Andromacus habet olei balsami, sed Rasis & Gulielm. habent balsami puri Halyabas uero habet olei balsami optimi. i. idem habet Ioan. Serap. sed pro certo auctores qui de ea loquuntur non intelligunt oleum balsamum factum artificialiter ex multis uerum est quia balsamum apud nos raro reperitur, auctores moderni scripserunt olea, & alia quæ possunt administrari in omni loco ubi ingrediatur balsamum prout infra apparebit.

Pentaphilon. i. quinque folium. Isido. in cap. de herbis aromaticis siue comunibus dicit. pentaphilon à numero foliorum dicta, unde & ea latini quinque folium uocant reperitur una alia planta quæ multum sibi assimilatur, sed habet septem folia, & hæc uocatur eptaphilon ambæ in pratis reperiuntur. Io. Serap. inquit albetaphilon & est quinque folium.

Prasium. i. marubium, ut dictum fuit. Halyabas ibidem dicit. prasium. i. porrus montanum.

Macedonicum. i. apium montanum siue Alexandrũ Rasis loco eius habet olixatri. Ioan. Serap. habet apium montanum, quod idem est, secundum Matth. sylvia.

Pulegiũ indũ. i. pulegiũ ceruinũ. nam Rasis & Gulielm. habent pulegiũ ceruinũ. & Io. Sera. habet alchatamũ, & dicitur quod est pulegiũ ceruinũ. In tertia uero descriptione Auic. ait. tuftaminis

tuamini & est pulegium, & ipsum diptamum sine dubio est spes pulegii, ut patet apud Sera. in .i. de origano, ubi de diptamo loquitur, sine dubio ex meo iudicio credo quod uerum pulegium ceruinum sit diptamum, nam Isid. in .c. de herbis aromaticis siue coib' ait. diptamum herba nomen accepit pro quia apud Verg. cerua uulnerata saltus. & ite Halyabas loco pulegii indi habet diptamum quod idem est. Papias dicit. pulegium martis diptamum est, sed lumen malelucens putat quod pulegium indum sit pulegium usuale, sed non cognouit quid esset, meo uero tpe pro pulegio indo diptamum uidi ponere.

Gummi albotin. i. terbentina, nam si consideretur bene gummi albotin est terbentina dictum largatum. Rasis loco eius habet terbentinam. Auic. in secunda descriptione habet glutinis alimbac, quod idem est. Halyabas habet gumme botani quod idem est fructus ipsius uocantur grana uiridia & arbor botin.

Storax liquid. i. signa. Io. Serap. in praedicta descriptione dicit. storacis liquidum & est mel alubne, & in confectione chesfete inquit. storacis humidum. & est mel storacis calamite.

Hypoquistidos est succus cuiusdam rei quae assimilatur fungo quae nascitur in radice rosae canine, seu barbe hircinae. Auic. in .c. de barba hircina dicit, quod radix eius est fortioris stipticitatis, & ponitur in tyriaca, & sic est. Francisc. de pedemontium in .c. de fluxu uentris omnium modorum & curis eius ait. barba hircina & flos eius, & succus qui est hypoquistidos.

Schea montana non inuenitur sic apud alios uerum est quod Halyabas habet sichi montani, quod idem est. tamen si intentio andromaci est quod ponamus scheam debemus eam ponere pro schea intelligitur sandonicum, ut reperitur apud Serap. in proprio capitulo de schea, & dicit quod est absinthium marinum, & sic est, & est illud quod hodie herbam sauinam dicimus aut lomenzinam aut semen sanctum. defertur de ianua ad nos, & mirabiliter ualet ad uermes interficiendos.

Cholchotar uero apud Auic. in .i. ca. .c. de atramento. est uitriolum citrinum. Io. Serap. habet calcadis. Gulielmus Lombardus dicit, quod uitriolum adustum de quo fit encaulstrum uocatur cholchotar. Halyabas uero habet uitri affati quodam modo non ad perfectionem, ego credo quod ista sententia sit falsa, quia non est consonum dicere uitri affati, immo debet dicere uitrioli affati. & sic hodie loco cholchotar ponitur uitriolum uiride adustum. Andromachus dicit, quod adultio ipsius non sit ultimata, sed aduratur secundum medietatem ad hoc ut possit cocteri, oportet ergo accipere uitriolum, & ponere ipsum in patella ad ignem donec igniatur, & continue uitriolum noluatur. & tandem hoc facias quod eius color mutetur, & tunc deponatur & usui referuetur, et Io. Serap. dicit, quod calcadis debet esse usum secundum medietatem suae adustionis.

Nasturtium album, de ipso nescio quid dicam, quia sapientes dixerunt quod nasturtium album est nasturtium babilonicum, quod non consonat, quia Rasis & Gulielmus ambo habent in praedicta tyriaca. i. nasturtium album & nasturtium babilonicum, ergo non sunt idem. Auic. in secunda descriptione tyriacae dicit. alme & alseis, & est nasturtium album. Io. Serap. in eodem loco habet seminis azuferre, neque per id cognouit quid sit. Matthe. Sylua. in litera aleis inquit. aleis. i. nasturtium babilonicum, & est nasturtium orientale. Serap. uero in ca. de nasturtio. formam nasturtii orientalis describit ex auctoritate Dio. sed apud Dio. non reperitur sub nomine nasturtii orientalis, sed meo iudicio credo quod illud capitulum de brion herba apud Dio. sit idem cum nasturtio orientali apud Serap. & sic sine dubio si legis cap. de brion apud Dio. cum .c. de nasturtio orientali apud Serap. uidebis quod idem sunt. sunt etiam qui loco eius ponunt nasturtium aquaticum, quidam nasturtium usuale. Halyabas autem loco nasturtii albi, habet cardamum, quod est nasturtium usuale.

Gummi scilicet gummi arabici, & hoc reperitur super arborem, ex qua fit acatia sicut reperitur alia gumma, ut dicit Serap. Halyabas in multis locis dicit gumma zabara, id est arabica.

Cordumeni. i. carui agreste, ut dicit Ioan. Serap. in praedicta confectione, similiter ait Gulielmus, & secundum Mattheum syluaticum est cordijon seu filer creticum, & secundum

democritum est cheissim campestre. ergo est leuisticum. uide supra in confectione athanasiae magna ubi melius ostensum fuit.

Rezaad. i. galbanum, quia alii auctores loco eius habent galbanum. Praeterea Serap. in .c. de galbano dicit, quod bezaad est galbanum, similiter dicit in descriptione tyriacae et uide quod Auic. in tertia descriptione in fine ait. ad literam bezaar, & est galbanum, & sic est. Alia uero simplicia satis declarata sunt. Liber qui dicitur bulchafis in tractatu secundo docet formam extrahendi succum galbani, & inquit. Recipe bauciam syluestrem fetentem cum suis summitatibus, & incise uide ibi.

Mel. i. mel apum, quod est notum. Auic. Rasis Gulielmus habent mel. i. usuale. Andromachus autem habet melis alhafeae & dicit quod est mel quod sugunt apes ex herba quae dicitur alhafeae. ergo debet esse mel quod apes colligunt ab alhafeae quod est thimus. Io. in Serap. ibi dicit. melis syluestris mundi quod colligunt apes ex alhafeae. Halyabas dicit. mellis quod apes ex plantis colligunt. Gal. in sua descriptione habet mel atticum de quo supra. Notandum quod regula multorum modernorum est quod in ipsa tyriacae confectione ponunt multo plus mellis quam debeat poni, sed si uis quod tyriaca sit laudabilis ponatur pro qualibet lib. mellis. 3. vii. specierum ad minus, & hoc fuit approbatum meo tpe, & in aliis confectionibus non ingreditur tantum specierum.

Vinum antiquum odoriferum & optimum hoc est satis notum Auic. Andromachus. Rasis, Gulielmus, & Ioan. Serap. ponunt in suis descriptionibus unum odoriferum, & non exponunt si debet esse coctum, aut non, sed secundum opinionem meam debet esse coctum. & istud uinum debet fieri ex uuis electis albis factum & coctum usque ad consumptionem unius tertiae partis eius uel plus quousque habeat praefati mellis colati consistentiam, & debet esse trium annorum, uel circa, quod equidem uult expresse albuchafis quarta particula azarauli cap. primo inquit debere sumi carenum uetus de tribus annis. & Halyabas decimo praefati ca. .c. de tyriaca dicit. seme carenum. i. uinum dulce coctum, quod appellatur mustum uetus de tribus annis. Galen. loco eius habet uinum salernum, de quo supra.

CONFECTIO metridati, ex descriptione communium omnium. & myrrae, croci, agarici, zinziberis, cinnamomi, draganti, omnium an. 3. x. spicae olibani Alseis. & est nasturtium babilonicum, squinanti, xilobalsami, sicados, silileos costi, camepitheos galbani, nebeset, macropiperis, & succi barbae hircinae castorei, melachion, & est opium folii indi. i. malabatri, storacis, opponacis an. 3. viii. opii. 3. v. castorei leucopiperis, melanopiperis, hermodactilorum, polii, scordeon, dauci, melliloti, gentianae, olei balsami, carpobalsami. i. seminis balsami, troc. cochion, bdellii, omnium an. 3. vii. rithae. 3. ii. amoniaci, spicae romanae, i. celticae, masticeis, gummi arabici, petrosellini, cordumeni. i. carui agresti, seminis feniculi, omnium an. 3. v. anisi, acori, meu, serapini, asfari an. 3. iiii. rosarum rubearum pulegii, omnium an. 3. v. u. acatig & umbilici, itine seminis hiperici, omnia an. 3. xlv. uini odoriferi antiqui in quo infundantur ea quae oportet infundi. mellis dispumati, quod sufficit. misceatur & referuetur & admixtoretur post sex menses. & sit dosis sicut auellana cum eo quod est conueniens de potionibus.

Hae confectione metridati, sicut inquit Auic. est confectione quam fecit metridates rex ponti, & nominauit suo nomine. & composuit ipsam, & est ex medicinis expertis super uenena proprie & super egrotudines alias, ut esset aggregatiuum iuuamenti uenenorum diuersorum & aegritudinum diuersarum. Fuit ergo ipsum tyriaca in illo tpe, deinde postquam accidit Andromaco illud quod expertus fuit ipsum super iuuamentum carni serpentum, & aliorum addidit in eo trociscos de uiperis, & alteratum est parum per additionem & diminutionem. Fuit ergo tyriaca magna in multitudine iuuamenti uerum tamen tyriaca magna est magis iuuatiua ipso in re una & est uenenum serpentum, in reliquis uero non diminuitur metridati a tyriaca. Et propter id ego dico quod tyriaca magna dicitur a tyro serpente, ut dictum est. Rasis in primo

SECTIO PRIMA

trac. octau. Almanforis de uenenis & uenenosorum morbis, & eorum curatione & cautela habet unam descriptionem quæ est eadem. Gulielmus placentinus in suo tract. de confectionibus habet unam aliam quæ eadem est. Halyabas in. 1. o. præctice habet eandem. etiam uide supra ubi posui unam aliam descriptionem quæ est ex auctoritate Nicolai. Et dicitur quod est mater omnium antidotorum, sed non est eadem. generaliter autem conficitur secundum descriptionem Aui. istam, & maxime apud Mediolanenses. Simplicia quæ declaranda sunt declarabo si deus uoluerit.

Alleis secundum intentionem Aui. est nasturtium babilonicum, & secundum Matth. sylua. est nasturtium orientale, ipsemet in cap. de cardamo. i. nasturtio inquit. sed nasturtium commune notum est melius illud quod defertur à babilonia. Hic intelligendum est quod nasturtium babilonicum est commune, sed babilonicum est nobilius nostro. Dios. in cap. de cardamo. i. nasturtio ait. cardamus utilis esse dicitur babilonicus omnibus. nos uero ponimus de nostro quo utimur, & sunt qui ponunt de aquatico.

Nebescet uel tebescet. i. glutem alimbat & est terbenina nam Rasis, Gulielmus, & Ioan. Serap. in eodem loco habet terbeninam, & idem est. Halyabas autem loco eius habet, ratinegi. ergo est colophonia, ut uidetur apud Aui. in secundo can. sed in isto antidoto terbenina intelligitur.

Barba hircina est planta secundum Aui. ex qua fit hypoquistidos. & sic credo, quia Halyabas ibi dicit. halaphi. i. succi hypoquistidos idem est consonum propter alios auctores, & nos uocamus ipsam rosam caninam, in cuius radice distante à stipite plantæ eius nascitur quedam res ad similitudinem fungi cuius forma est ac si plures balustias infingeres unam in aliam, & dicitur taratich. qui fungus tonsus & expressus succum emittit, deinde ad spissitudinem coctus & siccatu hypoquistidos emittit.

Melachion secundum Aui. est opium, sed ex textu corruptus. nam ipse in prædicto myridato inferus habet opium ergo melachion non est opium. Nicolaus in sua descriptione loco melachion habet git. ergo est nigella quæ uocatur melantium. Nam uide Plin. qui ait git ex græcis, alii melantium, alii melanspermon uocant, & non est illud git, quod reperitur in nostris partibus in bladis, sed git est melachion, & est nigella nigra, cuius semen est odoriferum cum odore iocundo, & eius semen habet similitudinem seminis porri, hanc ultra padum rustici uocant rochetam.

Opium apud ipsum est succus papaueris nigri, quod egyptii seminant. uide ergo si est consonum quod melachion sit opium. nam supra est positum melachion. i. nigella, sed ipse dicit quod est opium, quod credendum non est. inferius uero iterum habet opium.

Oleum balsami, quod ex ligno balsami emanat. descriptio. ipsius reperitur apud Mes. sed non potest fieri apud nos tamen infra apparebit oleum quod in omnibus locis potest administrari sicut balsamus.

Trociscus cochion est tyriaca quæ uocatur de fusio. nam postquam aggregauimus istos trociscos apud Aui. cum tyriaca de fusio apud Rasis & Gulielmum uidi, quod idem sunt. Halyabas habet trociscos metrinoferson, quod idem est. pulegium. i. pulegium indum, ut habetur apud alios auctores, sicut est Rasis & Gulielmus, & est pulegium martis sue cerminum. i. diptamum, sicut dictum est in tyriaca. Præterea Ioan. Serap. loco eius habet mescatramescir, quod est uerum diptamum, ut patet apud Gal. in. 6. simplicium.

Fu. i. ualeriana cuius radix usui medicinæ competit. Rasis uero in sua descriptione non habet fu, sed loco eius ponit faufel. i. auellanam indicam.

Vmblici stinci. id est sumen siue uenter stinci, ut dicit Gentilis Rasis loco eius ponit inguina stinci, id est guaril. Ioan. Serap. habet pinguedinis stinci. Halyabas autem habet caudaram stinci.

Hipericon apud ipsum in. 2. can. est uua demonis. Auer. in. 5. col. ait. heufericon. i. hypericon nelsfricon, & quidam appellant hanc herbam cordialem, eo quia assimilatur cordi, eius semen apud Plin. uocatur caros, & est herba sancti

Ioan. dicta fuga demonum siue perforata, quæ satis est nota.

CONFECTIO philonii romani, tarsensis. R. leucopiperis, seminis iusquiami albi. an. 5. xx. opii. 3. x. croci. 5. v. euforbii. spicæ. piretri an. 3. i. castorei zedoariæ. daronici margaritarum non perforatarum sel. an. 5. s. mellis dispumati quantum sufficit.

Hæc confectio in Papiæ non est ualde in usu. sed in Mediolano magis. Aui. narrat philonium dicens. inquit Gal. in lib. decem tractatum in quo narrauit narrationem philonis. inquit enim Gal. in persona philonii. ego sum de expositione philonis medici tarsensis, & meum quidem iuuentum ad eum cui dimissa est mors est iuuentum maximum, & restitico dolores antecedentes in agridudinibus pluribus & c. Ioan. Serap. in suo antidotario habet unam aliam descriptionem. sed non est eadem, tamen ibi Ioan. Sera. ait. philonium tarsense, & dicitur philonium romanum. Ioan. concoregius in cap. de uigilia & sahara. inquit, de uirtute istius philonii romani, & dicit quod fuit inuentum à philone medico romano, propter quod appellatum est philonium romanum, ualet autem ad somnum inducendum.

Sel apud Aui. in. 2. est medicina inda similis zinziberi, quod autem sit communiter ignoratur. sed Serap. de ipso etiam loquitur, & in uno cap. confunditur sermo de bel sel & phel, & dicit quod sunt medicina inde, & dicitur quod sel est citonium indum. Matth. syl. de citonio indo cap. facit & ibi dicit. bel uel sel est citonium indum. & sic quidam sapientes dixerunt quod bel uel sel in uirtute sunt conuenientes, & existimant quidam esse idem. Serap. uero in cap. de darsifahan. i. arbore granati syluestris ait. quod fructus ipsius arboris est bel. ergo bel uel sel est arbor granati syluestris, & dixit Gentilis quod bel est herba de qua fit lycium. & sic est quod moderni faciunt lycium de arbore mali granati. i. amiberberis, quædam falsa synonyma exponunt quod sel est sambucus, quod non est credendum.

CONFECTIO philonii persici. R. piperis albi, seminis iusquiami albi. an. 3. xx. opii. terræ sigillatæ an. 5. x. croci. 5. v. euforbii. spicæ. piretri an. 3. ii. castorei. 3. i. zedoariæ. daronici margaritarum non perforatarum, musci an. 3. s. camphoræ sextæ & seminis. 3. i. mellis dispumati colati. quantum sufficit.

Hæc confectio apud nos non est in usu. sed in Mediolano magis. supra posita fuit una alia descriptio quæ ualet ad fluxum sanguinis narium & ad multa alia. & istud ualet ad fluxum menstruorum & hemorroidarum & ad alia. uerum generaliter secundum descriptionem superius positam est in usu. Ioan. Serap. in suo antidotario habet unam aliam descriptionem, sed non est eadem, simplicia ingredientia declarata sunt.

CONFECTIO de hyacinto Aui. R. fracturam hyacinti & proprie rubeæ granatæ, & ei similia aur. i. quæ ponatur in instrumento terendi, & incipiatur eius contitio cum facilitate subtiliter ut alterentur, deinde ponatur in tabula & præparetur super ea ad terendum, & sumatur lapidis aluminis. 3. i. halachic. alias alachia. 3. i. & auri liquefacti in crucibulo suo linito cum lytargirio donec aurum fiat sicut uitrum & teratur pondus tertie. 3. i. & argenti uitreati cum odore stanni pondus sextæ. 3. i. & fiat cum unoquoque eorum de contritione & puluizatione illud quod fit in hyacinto, & deinde desumatur summa eorum & proiciatur in tabulam uitreâ tam & inuoluatur in uino odorifero & teratur donec exiccetur. & teratur donec fiat puluis subtilissimus, deinde sumatur & reponatur. sit ergo summa pars. i. deinde sumatur agarici, epithimi, piperis. i. nigri, zinziberis, gariofilorum, sancti. i. maioranæ, omnium an. par. s. & sumatur lapidis armeni, lapidis azuli, salis naptici, zedoariæ, daronice, been albi & rubei, linguæ bouis, omnium an. tertie partis. i. deinde de sumatur spicæ celticæ, & est neridem, amomi, acori, folli. i. malabatri, cinnamomi, origani, halse, hyllopi, cimini, omnium an. quarta partis. i. deinde sumatur pulegii, petrosellini, lapidis iudæici, seminis apii, myrræ, olibani, croci, piperis albi, omnium an. sexta partis. i. & sumatur osium elephantis tertie partis. i. tere ergo omnes has medicinas, & proice super has calcem lapidum & tere & confice cum melle emblicorum, quod sit pondus dupli eorum, & fiat.

Hæc

Hæc confectio apud nos non est in usu, tamen in Mesoliano utuntur, & sic simplicia quæ declaranda sunt declarabo.

Hyacinthus lapis est cuius secundum Serap. species sunt tres, quarum una est coloris rubei, 2. est coloris citrini, 3. est coloris chahali, & coloris antimonii, & melior eorum est rubeus, sicut dictum est, virtus autem hyacinti est multum uulgata & honorata inter homines. reperitur etiam quædam herba quæ uocatur hyacinthus quæ florem purpureum habet, & radicem similem bulbo, unde Isido. in cap. de herbis aromaticis siue communibus inquit. Hyacinthus herba est habens florem purpureum, traxit autem nomen à puero quodam nobili qui in saltibus inter purpureos flores reperiendus est interfectus, deditque nomen herbe puerilis funeris casus. est autem in radice & flore uiolæ similis pueros à pubertate retinens. Etiam Diosc. de ipsa loquitur, uide Ouidium in libro metamorphoseos.

Lapidis aluminis est alumen scissum, ut inquit Gentilis, & est illud quod uulgo depluma uocatur. Alexander in cap. de colliriis ad cicatrices in collirio dicto diatici ait Isthosion. i. lapis aluminis, & credo quia sifon apud græcos est alumen.

Halachic uel salachil est lapis sicut reperitur apud Serap. dictus lapis corneolus. species eius sunt multe. defertur enim ex terris iamenti, & ex maritimis romanorum, & melior ex eo est ille qui magis uergit ad rubedinem, etiam Simon Iasnuensis dicit halachil. i. lapis corneolis.

Aurum liquefactum cuius liquefaciendi modus alchymistis notus est. dicit Aui. donec aurum fiat sicut uitrum uis delictet taliter quod possit teri ut uitrum.

Argenti uitreati, secundum Gentilem. i. exiccati indurati taliter quod possit teri ut uitrum, & sic cum odore stanni secundum quod alchymistæ docent.

Lapis armenus secundum Aui. in 2. est in ipso aliquantum uiridius azuli coloris, non tamè est in colore azuli, & nec in eius soliditate, sed in eo arenositas quædam, & quandoque utuntur eo tinctores & pictores loco azuli, & est lenis tactus, non possum dicere diuersitates quas uidi de hoc lapide, ita quod non certificor de esse ipsius pictores sine dubio pingunt cum eo loco azuli.

Sal napticus secundum Mes. in cap. de speciebus salis est niger habens odorem napte. Aui. in cap. de sale inquit. sal napticus est niger, cuius nigredo est ex parte napticitatis quæ est in ipso, qui cum tãdiu suffumigatur donec ab eo napticitatis remoueat remanet sicut sal gemma.

Lingua bouis. i. buglossa. Papias dicit arnoglossa lingua bouina herba est, iste textus est corruptus, nam arnoglossa apud Diosc. est plantago siue lingua arietis, ut apud Aui. & apud omnes habetur.

Haſce. i. thimus, sicut patet apud Sera. in cap. de thimo. Lapis iudaicus secundum Isido. est lapis albus, ad modum glandis in quantitate scripturis quibusdam insertus, quas græci grammas uocant, dicitur autem iudaicus, quia inuenitur in terris iudeorum & in India.

Osfum elephantis. i. rasuræ eboris, ut inquit Gentilis, qui eam uocant ebur, & est dens elephantis, & hæc medicina est apta in medicinis magni odoriferis.

Mel emblicorum de modo ipsius uide supra in tractatu Rasis in fine electuarii letificantis.

ELECTUARIUM de granis uiridibus. & grano rum uiridium, mellis, anacardi, sifami excorticati añ. sextaria vi. zuchari taberzet. i. albi sextaria. xxiiii. mirab. chebu. bellicorum, embli. ablati nucleis, zinzibe. macropiperis, burungi, folii indi, capsicæ añ. 3. iiii. piperis, sansuci. i. maioranæ añ. 3. ii. confice has medicinas cum melle dispumato, & butyro uaccino, & utere post. vi. menses.

Istud electuarium non est in usu, sed simplicia quæ sunt declaranda declarabo.

Granum uiride apud Aui. in 2. cañ. est fructus arboris terebinthi. unde terebentina colligitur, ut patet in suo cap. & arbor ipsius uocatur botin. Serap. ca. de terebinto dicit. botin. i. arbor granum uiridis, & sic est.

Melanacardinum qualiter fiat uide supra in tractatu Mes. in confectioe anacardina. sextarium uero est pondus secundum Gentilem. 3. vi. Aui. in fine quinti cañ. in descriptione de ponderibus dicit. sextarium est. 3. vi. & dauic. ii. aut aur. quatuor. Similiter ait Ioan. Serap. moderni uero dixerunt quod sextarium medicinae est pondus duarum librarum cum dimidia, & sic quando reperitur in receptis sextarium uini, uel aquæ, uel olei, uel aceti intelligitur duarum librarum cum dimidia, sed quando reperitur sextarium cinnamomi, gario filorū, & sic de singulis intelligitur. 3. vi. tu uero considera.

Berungi. i. burungi, & dicit Gentilis quod est granum in magnitudine piperis, & sunt qui uocant myrtum album, & secundum intentionem Matthei sylvatici est cubebe, & sic est opinio multorum sapientum de ipso. uide in confectioe anacardina.

Capsicæ. i. seiteragi & est planta quam Diosc. lepidū uocat, & est capsia secundum Gentilem. ipse Aui. in isto canone in confectioe electuarii. Alſagius habet capsicæ ind. Ioan. Serap. in suo antidotario in eodē loco habet seiteragi, quod idē est, & est agriscardamum agreſte siue nasturtium aquaticum ut dictum est. in triphera saracenta.

ELECTUARIUM Aniuudē. & seminis apii, piperis añ. 3. xii. Aniuudē nigri. 3. xiiii. petrosellini, celidonia, calamenti, haſce. i. thimi, sifileos añ. 3. viii. cheſim. i. leuistici. 3. xiiii. aggrega has medicinas tritas & cicotrigonizatas, & confice cum melle dispumato, & repone in uase, & utere cum neceſse fuerit.

Istud electuarium in usu non est, sed scripti solum ut certificeris quod aniuudē non est sifileos, ut ipse Aui. dicit. Aniuudē apud Aui. in 2. est planta cuius gummi est alſa, tamen in ca. de sifileos dicit. quod sifileos est alaniudē romanum. similiter in tertio in fen. xiiii. in cap. de cura ascitis dicit. sifileos & est aniuudē romanum. etiam Rasis in lib. diuisionum in confectioe ad epilepsiam dicit. sifileos quod est aniuudē romanū, sed quod hi tanti uiri, salua tamen eorum pace, non bene senserint præſentis electuarii descriptio nobis manifestat, in quo aniuudē & sifileos ingrediuntur, quod fieri in his quæ idem impoſtant non cõtingit, præterea uide quod Rasis in lib. diuisionum in cap. medicinarum stomachi in confectioe de scoria ferri cum uino inquit. aniuudē. i. radix herbe de qua fit alſa fetida. Item Serap. de aniuudē & alſa simul capitulum facit. & inquit. aniuudē. i. folium arboris alſæ. postea iterum in cap. de agarico dicit est simile radici aniuudē. i. arboris alſæ. Diosc. dicit. est simile silfo. i. lachrymo lasar, & est alſa fetida secundum ueritatem. uide Franciscum de pedemontium in cap. de dolore humeri & spatulæ, & medicinis eius in speciali qui inquit. radix alligat. i. herbarum de qua fit alſa, & est aniuudē. Gulielmus placentin. in suo tractatu de simplicibus dicit. aniuudē est de qua fit alſa.

Sifileos. i. siferis montani. uide ergo si possibile est quod aniuudē sit sifileos, ut dicunt Aui. & Rasis in aliquibus locis.

ELECTUARIUM de camphora. & camphoræ, croci, xilaloes. i. ligni aloes, cardamomi. & girboe, cubebe, cheſim, cinami, id est darſeni, garioſi, uſneæ, spicæ masticis, sandali albi, macropiperis, cinnamomi, capsicæ, seitaragi, neremisch, id est rosæ asini, secacul, id est sigilli sanctæ Mariæ, galangæ, nucis muscatæ, zinziberis, cyperi, sulfumine, omnium partes æquales zuchari quantum est pondus medicinarum omnium.

Istud electuarium non est in usu. Aui. habet tres descriptiones. & differunt una ab altera, sed in usu non sunt.

Camphora secundum Serap. & Aui. est gummi arboris, nescio medicinam, in qua plura sint miracula. nam cum in tertio gradu frigida iudicetur nihil odoratus est, ignique amabilius, cito enim inflammatur & præclaram flammam perfecte emittit, quæ nisi psilio obruatur euaneſcit. natura sublimata, saporis acuti cum amaritudine, & hoc est notum.

Girboe. i. elbue. ut inquit Gentilis. Aui. in 2. de elbue capitulum facit & dicit. quod est uizbue, & est subtilior quam chacula. i. cardamomum uſuale uel cardamomi species. nos loco eius ponimus grana paradisi. i. melegetam.

Sulfumine apud ipsum in secundo est radix piperis. Serap. Lumi. ma.

SECTIO PRIMA

rap. de radice piperis cap. facit, & dicit fulsumine. i. radix piperis, & sic est.

ELECTVARIVM de stinco. & se. sparagi, se. ceap. se. alrotab, se. porri, se. bautia, se. eruca, se. urtica granorum uiridium. i. granorum arboris albotin, huius gummi est terebentina, lingua uis. i. seminis fraxini, sislami excorticati seminis raffani, tuderu utriusq. amigdaru. s. amara, pi nearu. granoru nasturtii an. 3. iii. zinziberis, secacul, galange, macropiperis an. 3. v. cinnamomi, nucis muscata, been utriusq. s. albi & rubei an. 3. ii. stinci. 3. v. squillae asfatae. 3. iii. p. nidiorum quantum pondus harum omnium medicinarum, tere & cribella, & confice cum melle dispumato.

Istud electuarium apud nos non est in usu.

Alrotab siue rotab, idem est secundum Simoné Ia. sunt dactyli qui tamar uocantur. Similiter ait Matth. syl. de Ras sis in. 3. Almanforis in cap. de uirtutibus fructuum & pomorum inquit. rotab minus calidi sunt q. dactyli. ergo rotab non est dactylus. Serap. in cap. de dactylis dicit rotab. i. dactyli. sic generaliter habetur opinio.

Stincus est animal de quo Aui. duo capitula facit. unum de guaril. Aliud de stinco, quod idem est. & melius quod est in ipso est illud quod est in parte renum. Dios. ait. stincus est quoddam animal quod in India inuenitur quadruplex & si mile lacerte sed multo maius & longius & uentrosius hoc est satis notu. etiā de ipso dictum fuit supra in diasatyrionis.

TRIPHERA MAIOR. & mirabolanoru nigroru, belliricoru, emblicoru, macropiperis. i. longi piperis nigri an. 3. iii. zinziberis, buzeidem, sireblengi, capsiae indae. i. agricardami agrestis, & in descriptione alia macis, omnium an. 3. i. tuderu albi & rubei, lingua uis, seminis granati syluestris, & est asfa hedenege, & granorum alchichil & est persica, darisfaham, sislami excorticati, zuechari tabarzew omniu an. 3. ii. been albi & rubei an. 3. s. tere & sicca per se, & sislami per se, & inuolue cum butyro, & confice cum melle dispumato & fiat.

Triphera graece est delicata. hic apud nos non est in usu, nec credo apud alios, sed ille descriptiones quibus nos utimur sunt ex auctoritate Mes. ac Nicolai, ut apparet in suis locis, sed solum istam descriptionem scripsi propter quaedam simplicia.

Buzeidem secundum Gal. in lib. secretoru in medicaminis ad sciaticam exponit, q. est satyrion, & sic meo iudicio est, q. buzeidem est satyrion uel spes eius. na cap. suu reperies in Serap. & ibi inquit. buzeidem est spes satyrionis, & sunt radices durae albae similes been, & si sic est ueru, ego existimo q. planta sit illa quae a modernis palma christi uocatur. nam sine dubio palma christi est species satyrionis.

Sireblengi secundum Mes. sunt emblici infusi in lacte. nam ipse Mes. in cap. proprio de emblicis dicit. modus faciendi seremblaec infunde emblicos in lacte dulci, & mutetur super eos lac mane & sero. & hoc per triduum & exiccetur in uento & in umbra & recondantur. Serap. in cap. de emblicis quasi in fine ait. quidam medici nominant emblicos sirembllicos. & hoc ideo q. quando infunduntur in lacte in terra in qua nascuntur nominantur sirembllici, & ipsi ponunt in lacte.

Semen granati syluestris secundum intentionem Aui. est ashedenege, sed textus est corruptus. nam se sehedenege est semen canapis, & granata syluestria sunt grana alchichil, postea ipse Aui. sequitur & dicit granorum alchichil & est persica darisfaham, uide q. possibile non est q. semen granati syluestris sit ashedenege, quia semina granati syluestris & granorum alchichil idem sunt. praeterea uide in septimo Ioan. Serap. in eadem confectione qui inquit bundach, & est semen granorum syluestrium, & sunt grana alchichil, & sic reperitur in multis aliis locis apud eundem.

Grana alchichil sicut dictum est sunt granata syluestria. ut patet apud Ioan. Serap. in cap. de aegritudinibus gingiuarum. & in cap. de fluxu mestrurorum. & in cap. de sputo sanguinis. qui inquit. fumantur grana syluestria, & sunt grana alchichil. Aui. in secundo de grano alchichil cap. facit & redarguit dicentes q. sit semen granati syluestris. uide ergo q. textus hic Aui. est corruptus. nam ipse uult q. semina granati

atoru syluestrium sint ashedenege. i. semen canapis, quod non est credendum, sicut ostendi supra.

Explicunt confectiones, & electuaria super antidotarium Aui. tam usualia q. non nunc uero mea intentio est ostendere quaedam alia quae reperiuntur in. 3. ca. ac in quarto.

ELECTVARIVM de passulis in fen. xliii. tertii. in cap. de cura debilitatis epatis. & passularum enucleatarum aur. xxv. croci aur. i. calami aromatici aur. ii. bdellii iudaici aur. ii. s. cinnamomi aur. i. casiae medietatem aur. spicae aromati. aur. iii. squinanti aur. ii. s. myrrae. aur. iiii. gummi albo tin aur. iiii. darisfahan aur. ii. mellis au. xvi. uinum quantum sufficit & fiat.

Istud electuarium apud nostros medicos est multum in usu, & secundum intentionem Aui. est ex medicinis laudabilibus praelatis aliis in fine descriptionis istius electuarii ait. & existimat Gal. q. hoc medicamen compositum est ex medicinis conuenientibus cum suis proprietatibus epati, & sic credo q. ualet ad ea quae dicit Aui. ex auctoritate Gal. quia praedictum electuarium reperitur apud Galle. in. 8. de meis mir. de quo infra. sed ipse Galle. uocat ipsum confectionem chifodea, & si legis illam descriptionem de chifodea apud Gal. cu electuario de passulis uel de uino apud Aui. uidebis q. idem est, sicut in suo tractatu ostendam.

Darisfaham secundum Serap. est arbor granati syluestris quae apud Dios. uocatur aspalium uide Gal. q. loco darisfaham habet. simaturam aspalei, quod idem est. infra melius declarabo. uinum notum est hic uero oportet q. apothecarius in coquendo sit perfectus, quia praedictum electuarium oportet facere coquere ipsum cum lento igne sine fumo, aliter nihil faceret propter uinum & passulas quae ibi ingrediuntur, & uocatur electuarium de passulis, uel de uino.

ELECTVARIVM de cineribus in fen. xviii. in ca. de medicinis conuenientibus lapidi. & cineris uitri, cineris scorpionum, & cineris radicum caulium nabati, & cineris leporis, & lapidis spongiae, sanguinis hirci exiccati, contriti, & cineris corticum ouorum de quo puluis egressus est, lapidis iudaici, gummi nucis, acori, an. partes aequales, petroselinum, dauci, pulegii, gummi arabici, seminis alteth, piperis an. partem. i. s. conficiatur cum melle & fiat, cuius dosis sit usq. ad aur. li. & supra cum aqua tribulorum decoctorum cum cineribus nigris.

Istud electuarium apud nos est in usu, & mirabiliter ualet ad ea quae dicit aboali, & oportet facere ipsum cum magna diligentia, & multi sunt qui faciunt, sed nihil faciunt praedicta descriptio reperitur etiam apud Franciscum de pede montium in cap. de oppilatione renum & uesicae ex lapide & medicinis eius, sed est ex auctoritate Aui. siue aboali, ut dicit Franciscus. Michael sauonarola in cap. de lapide renu habet eandem, scias q. de praedictis cineribus sunt troscisci de cineribus, sicut infra ostendam.

Cinis uitri fit cum magna diligentia sicut ostendam, sed primo uolo narrare de uitro dicens, q. uitrum secundum Auicem. inter lapides est sicut stultus inter homines. Serap. cap. de uitro dicit, q. est ex eo lapidosum, & ex eo arenosum. uita autem sunt multi coloris. nam ex eis est album fortiter, simile crystallo, & ex eo est rubeum & est citrinum, & uiride, & azulinum. & uitrum est lapis magnus stultius aliis lapidibus, & est inter lapides, sicut homo stultus inter homines. crystalus etiam est species uitri, sed melius uitru est album. similiter ait Aui. in isto cap. de modo uero conuertendi uitrum in cinerem reperitur apud Bulcasim, sed non potest fieri. secundum illum modum etiam lumen maelucens ponit modum comburendi qui possibilis non est, & sic multi credunt ipsum comburere secundum illum modum, sed nihil faciunt. comburatur autem uitrum ut docet Bartholomeus montagnana in suis consiliis, in consilio de instrumentis lapidis, & arenarum, & trunborum comminutius. inquit. modus uero adustionis uitri est talis. & uitri albi & clari, igniatur usque quo rubescat in fornace accensa. inde submergatur in picem, & totiens sit hoc. quotiens erit facilis ipsum & in cinere conuerti. Alius modus nobilior, ut docet Auenzoar in capitulo de lapide uesicae. ubi

ez. ubi sic ait. vitrum aut adustum, quod superius dixi multum medicorum sic id credunt adurere ponunt. n. ipsum ad ignem donec rubicundum efficitur, & extingunt in aqua frigida, & hæc pluries sic faciunt, & cum credunt aliqua faces re nihil faciunt, comburitur aut isto modo. Accipe vitrum & unge ipsum cum alchitram. i. oleo quod egreditur ex serphim. i. cedro, & est pix liquida, quæ nostro idiomate pecula vocatur subtili, & pone in ignem donec rubeum fiat, & postea cum tenaculis recipias eum, & extingue in aqua, & ablue eum ibi, & iterum inunge ex alchitram & reponere in ignem, & extingue in aqua, & ablue eum postea in aqua, & sic septies facies & erit combustum.

Cineris scorpionis. spēs aut scorpionis multæ sunt, ut dictum est, sed illæ quæ nobis usui veniunt sunt illæ quæ note sunt omnibus. de modo conuertendi ipsos in cinerem sunt difficiles. ipse Aui. in proprio cap. docet de modo ipsius. Et in. 5. cañ. in tract. 6. de ventre inferiore debilitas stomachi. habet et liber qui dicitur Albucaſim, docet et. modus iste est. Accipiantur scorpiones uiui in quantitate quæ uolueris, & pone ipsos in olla noua munda, & liniatur olla ex massa tritici, siue cum pasta, siue cum luto sapientia. deinde ponatur olla in furno panis calido, & dimittatur ibi die ac nocte, deinde extrahatur, & cinerem ipsorum habebis.

Cineris radicum cauli nabatii. i. de illa regione. ubi caules nabatii sunt caules orientales quæ iacent inter iudeam & arabiam. & sic Aui. ault quod per caulem nabatii intelligamus de illis qui nascuntur in illis regionibus. unde Io. Serap. in suo breuiario. in. c. de distillatione urinae & lapide inquit. in quodam medicamine ut istud, & ibi habet caules nabatii uel armenii, & sic est quod per caules nabatii uel armenii intelligendum est de illis regionibus, sed lumen malelucens putat quod sint caules non transplantati, quod non est credendum. Scias pro certo quod in tpe antiquo prædicti caules non reperiuntur in nostris partibus, sed moderni detulerunt ipsos ad nos, & sic hodie in partibus nostris reperiuntur. fortiores sunt in illa materia quæ nostri, & forma ipsius est quod habet stipitem longum duorum brachiorum. aliqui autem minorem secundum diuersa loca in quibus nascuntur, in stipite ipsius nascitur quodam res ad similitudinem rapæ hortulanæ, nostri seminant & recolligunt, modus conuertendi ipsas radices in cinere est, quod accipias radices ipsius, & munda ipsas à terra & sordibus earum deinde incidantur minutim & ponantur in olla, & cooperiatur olla cooperitorio perforato, ita ut fumus possit exire, & ponatur olla in furno panis calido, & dimittatur per diem. sero uero remoueat, & reperies quod dictæ radices fient ad similitudinem carbonum, post hoc prædictos carbones tere bene, & in alia olla parua reponere & cooperi ipsam totam & iterum pone in furno & dimitte tantum quod prædicti carbones in cinerem album efficiantur, & de illa cinere pone in prædicto electuario.

Cineris leporis. i. leporis quod manducatur. seruator in tract. 3. inquit. forma comburendi leporis pro illo qui habet lapidem. & ergo leporem & decolla, & pone in olla noua cum suo corio & aliis, & combure donec fiat cinis, deinde tere cinerem & utere ubi oportet. Ioan. anglicus in. c. de lapide renium inquit. ite lepus unus integer ponatur in olla in furno calido quousque affertur intantum quod possit puluerizari, & tunc de isto detur. 3. i. & c.

Lapis spongiæ adherens. non omnis qui in cauernis spongiæ inuenitur, sed proprie cui naturaliter adhebat in saxo dum uiueret & est asper & durus ualde. Serap. ca. de spongiæ inquit. & lapis inuentus in spongiæ habet uirtutem quæ desiccet, & contingit ex uirtute eius quod frangit lapidem generatum in uescica, sicut dixerunt. Aui. de ipsa cap. facit. dicit. quod est lapis inuentus in corpore spongiæ.

Sanguinis hirci exiccati & est præparati, ut ostendam. hircus uero secundum Isido. in. c. de pecoribus & iumentis inquit. hircus lasciuum animal est petulcum & feruens semper ad coitum, cuius oculi ob libidinem in transuersum respiciunt. unde & nomen traxit. nam hirci sunt oculorum anguli secundum Sueton. ut Vergil. in bucco. Transuersa tuentibus hircis. cuius natura adeo calidissima est ut adamat lapidem, quem

nec ignis nec ferri domare ualet in ateria, solus huius cruor dissoluat. maiores hirci cinisi dicuntur. A fluuio. cinise in lybia ubi grandes nascuntur, o quantum est magnificata uirtus sanguinis hirci in prædicta ægritudine, est tam magnificata & in tanta nobilitate, quod apud Aui. nominatur manus dei, propter suam nobilitatem & est medicamen thesaurizatum de regimine ipsius potu cum præparandi ipsum sanguinem & exiccandi. ipse uero Aui. in prædicto. c. docet modum exiccandi ipsum, sed de modo cibandi non loquitur. Raynal. de uilla noua in lib. ii. in. c. de uitio lapidis in renibus & uescica clare loquitur dicens. sanguis hirci nutrici per. xv. dies uel. xxx. ex frondibus hederæ uel saxifragiæ in diebus canicularibus interfecti & exiccatus & puluerizatus: postea iterum inquit. sanguis hirci in diebus canicularibus interfecti prius per. xxx. dies, cum frondibus hederæ uel saxifragiæ nutriti, & sic faciunt quidam. Alio modo ut reperitur apud Gordonium dictum liliu medicinæ in. c. de dolore renium periodali, propter eorum oppilationem ubi ait. usus tro. sanguinis hirci per se curat. & igitur hircum antiquum, & nutriatur ordeo feniculo, petrosellino, pimpinella, saxifragia, milio solis, berbera, filipendula, & similibus diureticis & post longum tempus huius acceptionis decolletur, & primus sanguis & ultimus abiciatur, & medius referuetur, & fiant troscisci, & deficcetur in umbra in loco sicco non uentoso, & ungatur cum balsamo. Io. Arcul. in. c. de lapide renium. inquit. sanguis hirci præparatus secundum artem est fortis, & modus præparationis est ut eligatur hircus quatuor annorum, aut circa. rubeus, & nutriatur pro medio sem ex herbis & graminibus propriis in hoc. c. & sunt hæc betonica, pêtaphilon, capillus ueneris, grana solis, saxifragia, scolopendria: hederæ et ualet petrosellinum, apium, feniculum & similia in potu dabis uinum album bonum odoriferum clarum & subtile, & post iuguletur de mense augusti, & extrahatur sanguis cuius primus abiciatur & postremus. medius uero referuetur, & fiat ei præparatio bona. Nico. flor. in lib. 5. in ca. de cura lapidis per potionem inquit. hircus quidem melior est qui sumitur in hora in qua coloratur uua. i. de mense Augusti, quia tunc sanguis est acutior, quare ergo ollam lapideam, quia est melior, & hircus sit quatuor annorum, modum uero exiccandi quare ab aliis.

Cineris corticum ouorum, de quo pullus egressus est, hoc est quando filii sui nascuntur. modus conuertendi ipsos in cinerem est difficilis. oportet. n. quod accipiatur cortex ouorum, à quo pullus egressus fuerit & teratur bene, deinde ponatur in olla noua, & obturetur os eius & ponatur in furno, & dimittatur per diem unum si sint cineræ bene bonum est, si autem ponatur iterum in furno, & ibi dimittatur usque quod sint bene incineratæ, & quæ fuerint ad suum terminum, quod color eorum sit albus extrahantur, & utere ubi oportet.

Lapis iudaicus dicitur, quia in terris iudeorum inuenitur. Aui. in. 2. cañ. dicit. quod est lapis sicut nux parua ad longitudinem paucâ declinans proximus figuræ amigdalæ, aut datyli & c. O quanta uirtus est in isto lapide contra lapidem renium, extrahit enim ipsum.

Gummi uero nucis secundum quosdam est fungus, qui reperitur super arbores diuersas. huius color est ad similitudinem spongiæ, sed non recte sentiunt, quia illa res uocatur narcotica nucis. gummi uero nucis secundum ueritatem est gummi, quod reperitur super arbores ferentes nubes, sed in partibus nostris non reperiuntur. Ego autem uidi prædictum gummi quod in colorem est similis colori myrræ grossæ, sed odorem non habet, defertur de apulia ad nos, & in illis partibus inuenitur. Aui. dicit quod dosis istius electuarii sit usque ad aur. ii. i. 3. iiii. & supra cum aqua tribulorum decoctionum. i. tribulorum marinorum quos ipse in secundo uocat hasech, & sunt qui nominant ipsos uulgo castaneolos lacus.

ELECTVARIUM de margaritis in. 21. tertii. in. c. de regimine uniuersali pugnantis. & margaritarum non perforata periret. añ. 3. i. zinziber. mastice añ. 3. iiii. zedoariæ, doronici, seminis apii, taspæ, cardamomi, nucis musca. macis, cinnami añ. 3. ii. been albi & rubei, piperis, & macropiperis añ. 3. iiii. cinnamo. 3. v. zuechari sulimani quantum omnia, & fiat electuarium, cuius dosis sit coclearium unum.

SECTIO PRIMA

istud electuarium apud nos est in usu & ualet mirabiliter ad ea quae dicit Aui. supra in tracta. Nicolai. Est alia descriptio quae dicitur à duobus generibus margaritarum. scilicet perforatarum & non perforatarum, tamen Aui. in sua descriptione non habet nisi non perforatarum, & sunt qui faciunt secundum descriptionem Nicolai, & sunt qui faciunt secundum descriptionem Aui. secundum uoluntatem medicorum, & ambae descriptiones apud diuites apothecarios reperiuntur. Io. Sera. in suo breuiario in. c. de mulieribus qualiter significetur quod ipse sint praegnantem, habet unam aliam descriptionem, quae quasi eadem est.

Margarita lapis est. Isid. in. c. de lap. preciosis candidis dicit. margarita prima candidarum gemarum quam inde margaritam aiunt uocatam, quae in oculis marinis hoc genus lapidum inueniatur. inest. n. in carne cochleae calculus natus, sicut in carne ostreae preciosissima margarita reperiri dicitur, uel sicut in cerebro piscis lapillus gignitur, & meliores sunt candidae & albae.

Tapfia quam arabes corrupte dicunt tessifia, ut dictum fuit in confectioe anacardina quae confert egritudinibus neruorum.

Cinnami. i. cinnamomi grossi, & alio nomine darfani uocatur ut dictum est, tamen propter ignorantiam aliquam apothecarii aliqui ponunt in isto electuario loco cinnami ciminum, sed non recte quia species cinnamomi sunt multae, ut patet per Dio. & Sera. nam Sera. ait. inuenitur alia species cinnamomi quae dicitur ualoth, & est cinnamum, & est grossa plantae non habens fortem odorem, & est debilis uirtutis. Et Pim. inquit. cinnamomum & cinuamum nascitur in aethiopia, & consideretur bene quod cinnamum & cinnamomum idem sunt. Rasis est in. 3. Alma foris in fine cap. 7. inquit. cinnamum cinnamomum uicinum existit, licet eo sit debilius. ignorantia uero apothecariorum est, quia in isto electuario ingreditur cinnamum & cinnamomum, ex quo uidetur diuersificari, uerum per primum intelligimus cinnamomum grossum, & per. 2. cinnamomum finum.

Zuccharum sulimenum. i. illius regionis, ut dicit Gēttilis nos loco eius ponimus zuccharum tabarzet. i. album. Io. Sera. loco eius habet zuccharum mundum.

C O N F E C T I O de medullis in. 20. tertii. in cap. de medicinis singularibus ad coitum. & amigdarum excorticatarum, fistulicorum, neregil excorticatorum contritorum, & amigdarum pini, & granorum alcheichil, & sunt granata syluestria, & granorum azelem, & granorum uiridium. i. seminum arboris botim, cuius gummi est terebentina partes quales. neremisch, piperis longi, zinziberis, omnium annis. partes. x. & plus partium, terantur omnia & conficiantur cum penidiis, de quo sumatur omni die quantum est ouum unum.

Ista confectio non est in usu, sed ideo eam descripsi, ut ostenderem quod confectio de medullis, apud Aui. est eadem cum electuario de nucleis fructuum, apud Rasis, ut dictum est, nec differunt, nisi quia Aui. loco auellanarum posuit fisticos.

Neregil. i. nuc indica, ut dicit Aui. in. c. de nuc indica, & sic esse credo, quia Rasis loco eius habet nucem indicam.

Grana azelem, secundum ipsum in secundo dicitur piper nigrum, sed non intelligimus de uero pipere nigro, sed de alia re simili, de qua superius ostensum fuit clare quid sit.

Neremisch. i. rosa asinorum siue peonia. Rasis loco eius habet semen peoniae, quod idem est. uide supra, quia diffusum declaratum est.

M E D I C A M E N de marchasita in quarto cap. in fen. 3. in cap. de cura eruptionis exiturarum. & lapidis marchasitae. 3. ii. armoniaci tantundem farinae fabarum. 3. vi. miscantur cum rasina humida & liniatur super cutem & ponatur super sanie donec cadat per se, & oportet ut administretur statim.

Istud medicamen reperitur, et apud Franc. de pedemonte. in. c. de appropriatis apparatus secundum diuersitatem membrorum, in quibus sunt, sed est ex auctoritate Aui. quia idem sunt. Lapis marchasita aqua Dios. uocatur pirrites ex quo eramen fit, eligendus est colore eraminis huius. & ibi Dios. tradit modum comburendi ipsum. Aui. ait. uocatur marchasita, & dicitur quod sunt plurimum specierum. alia. n. est aurea, & alia argentea, & alia ferea, & alia ferrea, & sunt qui nominant eam lapidem luminis propter iuuamentum quod uisui affert, pirrites uero dicitur a pir quod est ignis, quia percussus ferro ignem emittit. Mes. de ipsa loquitur in. c. de lapide stellato.

De tribus generibus confectioum secundum

Anto. guainerium Papiensem.



C O N F E C T I O mixturae cordialis in ca. 6. de signis tam pronosticis quam demonstratiuis febris pestilentialis & eius cura. & conferua rosarum buglossati boraginis & uiolati ann. 3. v. conferua. florum nenufaris. 3. ii. manuscripti cum perlis libr. v. fragmentorum omnium preciosorum. 3. ii. margaritarum subtiliter tritarum. 3. v.

foliorum auri name. xvi. fiat mixtura deaurata. de qua saepe comedat & de ea bibat cum aqua zucchari si libuerit.

Hae confectio apud nos non est in usu, secundum illam descriptionem. illa uero qua generaliter utimur est magis stralis, & non est eadem, sed pro nobilibus, ista est nobilior illa, sicut infra apparebit.

Conferua rosata. i. ex rosis, & uocatur zuccharum rosatum & fit ex tribus partibus zucchari, & una rosarum.

Buglossatum siue diabuglossatum. i. conferua quae fit ex floribus linguae bouinae, & modus eius est sicut rosarum.

Boraginatam siue diaboraginatam. i. conferua quae fit ex floribus boraginis, & modus ipsius fit sicut rosarum.

Violatum siue zuccharum uiolatum. i. conferua uiolarum quod ex floribus fit, & modus eius est sicut rosarum.

Conferua florum nenufaris. i. ex floribus nenufaris, & uocatur zuccharum nenufarinum, & modus eius est sicut rosarum.

Fragmentorum omnium preciosorum secundum generale regulam sciendum est quod per fragmenta preciosa intelliguntur quinque genera lapidum preciosorum, & sunt proprie illa quae Mes. in electuario de gemis nominat, & sunt zaphyri, hyacinti fardinis granata feruzegi. i. smaragdi, & de oibus istis ostensum fuit supra.

C O N F E C T I O manuscripti cum perlis in. c. quarto de cura quartanae a melancholia sanguinea prouidentis. & margaritarum splendidarum tritarum subtilissime. 3. v. zucchari in aqua rosata dissoluti libr. v. & fiat decoctio in plata, & usui referetur.

Hae descriptio istius confectiois quae uocatur manuscripti cum perlis est descriptio pro nobilibus, quia consuetudo apothecariorum est facere manuscripti sine perlis, sed loco eius ponunt puluerem cordialis, aliqui fragmenta secundum necessitatem, & possunt fieri cum aqua rosae. tunc uocatur manuscripti rosata, sunt et cum aqua uiolarum, tunc uocantur manuscripti uiolate, sunt et cum aqua buglossae, tunc uocantur manuscripti buglossata, aliqui sunt cum aqua capillorum ueneris secundum diuersas infirmitates, & eius forma est ad modum rotulae, & id est satis notum.

C O N F E C T I O diacoralli. in. c. 8. de signis & cura caufonidis. & corallorum rubeorum. 3. iii. zucchari libr. v. dissolutum in aqua rosae in qua in infusione steterit. 3. i. sandalorum machazari. i. citrini, & gra. iii. camphorae, & istorum forti facta expressione in illa aqua zuccharum dissolutum, & fiat confectio in mortellis.

Hae confectio apud nos non est in usu. Nicolaus in suo antidotario describit troc. diacoralli qui ingrediuntur in tryriaca Gal. sed non sunt idem, de quo infra.

Corallus rubeus est nobilior albo, & albus nigro, rubeus autem confert omnibus aegritudinibus stomachi si suspendatur super ipsum directus unde Gal. inquit. ego expertus fui ipsum, & suspensi ipsum in collo eius quae habet dolorem stomachi, ita ut esset corallus super os stomachi, & remotus fuit dolor, cum ergo accipi ipsum rediit, sicut expertus fui lignum crucis in habete epilepsiam, & qui insperderit in collo suo in diebus saenitatis suae corallum rubeum securus erit a dolore stomachi, & per hoc mulieres appendunt eum in collis puerorum. Rufadum autem scripsit Stephanus pro bassed, quod est corallus.

De electuariis ac confectioibus secundum Ioannem anglicum, quae alio nomine rosanglica nominatur.



L E C T V A R I V M de caulibus in. c. de cura lepra. & succi caulium libr. i. bulliat & exprimitur, croci. 3. iii. panis zucchari, & mellis ann. libr. v. fiat electuarium cum leui decoctione.

Istud

Istud electuarium apud nos non est ualde in usu, tamen reperitur apud aliquos apothecarios.

Caulis secundum Auic. alius est domesticus, & alius siluestris, & alius marinus, & alius caulis aquæ. Caulis uero apud Djo. uocatur brassica. unde Macer.

Caulis romana græcorum brassica lingua.

Agrestis apud quosdam putatur conditi, sed non est, canabit et est spes caulis, & est caulis dictus capucius uel caulis capitatus, uel imperialis. Pet. de crescentiis dicit. gambusii sunt de natura caulium, & habent formam caulium donec clausi fuerint, sed postquam clausi sunt folia ipsorum sunt quasi alba & grossa, sicut tunice cepari & crispa & c. et Serap. in ca. de caule de canabit loquitur. Simon Ia. dicit, quod Auic. de anabit singulare facit. c. quod non reperitur. uerum est quod Auic. in. c. de caule de canabit loquitur. Io. arculanus. in ca. de epilepsia dicit. canabit quæ est caulis imperialis. s. capucii carnebû scripsit Stephanus pro corno, quod est caulis.

ELECTUARIUM diagarici optimi. in. c. de ueruca in oculis & cura à nobis. R. agarici boni. al. leuis & pulueriz. bilis. ʒ. s. turbith. zinz. añ. ʒ. ii. nucis musca. auellanarū. ʒ. iii. misce & cum zuccharo lib. s. fiat confectio.

Hæc confectio apud nos non est in usu, sed uirtus agarici est magnificata apud nostros auctores.

Agaricus scdm Mes. est ex medicinis magni iuuamenti, cuius ortus est secus arbores magnas quibus iam accidit corrosio & putrefactio, & eius generatio est sicut generatio fungorum, & pp id uocatur à multis fungus abietis. Gal. in lib. bro ad parthenianum inquit. agaricus ab arboribus excrescit prout tubera. i. fungus dicitur teratur apud lombardos.

ELECTUARIUM diacubebe. in. c. de hydropis cura generali. R. sanda. omnium. salbi ru. & ci. añ. ʒ. ii. spora. eboris añ. ʒ. i. s. ozimi. s. gariofilati cubearum. añ. ʒ. s. uel. ʒ. iii. si sit caliditas multa. quatuor seminum frigidorum mundatorum añ. ʒ. ii. seminis endiuæ portulacæ añ. ʒ. i. ligni aloes. nucis muscæ añ. ʒ. s. zucchari lib. i. & dissoluantur cum decoctione endiuæ, uel cum aqua endiuæ & utantur mane, & est expertum.

Istud electuarium in Papiæ non est in usu, sed in Mediola non utuntur ipso, sed non faciunt ipsum scdm descriptionem Ioan. anglici, sed illa descriptio qua utuntur reperitur apud thesaurum pauperum, sicut infra apparebit, tamen inter ipsas est parua differentia.

Cubebe siue cubebe, & non cubeze, quia cubeze apud Auic. est malua uel spes eius. Serap. in. c. de cubebe ait. ego postquam aggregaui Dio. & Gal. sup oem herbam inueni quod Galenus non memorauit myrti agrestem, & Dio. non memorauit cubebas, & uidi quod descriptio Dio. super mirtu agrestem, & descriptio Gal. super cubebas idem sunt.

Cubebe Dio. myrta agria & est myrta siluestris, siue myrtus alba, ut dicunt moderni, & secundum Matth. syl. est aborongi. Stephanus uocat ipsum carpifison.

CONFECTIO alia diacubebe scdm thesaurum pauperum in. c. de hydropis de frigida causa. R. omnium mundatorum. añ. ʒ. ii. spodi. rasura. eboris. añ. ʒ. i. cubebe. ʒ. iii. seminum communium frigidorum. añ. ʒ. i. s. seminis endiuæ & portulacæ. añ. ʒ. i. zucchari lib. i. fiat cum decoctione endiuæ, & fiat electuarium.

Ista descriptio thesauri est illa qua utuntur Mediolanenses, tñ (ut dictum est) inter ipsas est parua differentia. Gliber. de anglia. in. c. de cura specierum. habet unam aliam descriptionem & ualet ad ea quæ dialaca, sed non est eadem.

DIANASTURTIUM scdm Io. angli. in. c. de sterilitate. R. consolide maioris & minoris. añ. M. i. coralli albi & rubei. sandalorum aiborum & ru. añ. ʒ. i. rosarū. ʒ. iii. spodi. gariofilorum, margaritarū integrarū añ. ʒ. i. charabæ. ʒ. ii. seminis nasturtii agrestis. ʒ. s. radicū sanguinarie pimpinelle. parietarie. añ. ʒ. i. zuccharini alexadrini lib. ii. fiat electuarium, quia tñ illud foret magnum de consolida ponatur. ʒ. s. & de aliis proportionaliter diminuatur, ita quod ad ʒ. i. pulueris ponatur lib. i. zucchari uel mellis, & uoco illud dianasturtium quod ualet in omni fluxu sanguinis menstruorum & hemorrhoidarum & uentris, & est mihi ualde speciale.

Istud antidotum apud nos non est in usu, secundum autem compositorem ualet mirabiliter in illa materia.

Nasturtium autem herba est satis nota maxime domesticum. Hic Ioannes anglicus seu compositor habet nasturtium agreste, quod nasturtium domesticum non est, immo secundum quosdam est nasturtium aquaticum, quod alio nomine senation uocatur, & hoc apud multos est certum, uide autem de eo apud Matth. sylua. in cap. de cardamo. i. nasturtio usuali, qui sic ait.

Cardamus agrestis quem multi senation uel crisum uocant, uel nasturtium aquaticum & c. Hoc apud Auic. in. 2. cañ. uocatur pupilla oculi. & apud Dios. eius semen uocatur lepidum, & herba apud eundem senation, etiam apud Serap. seitaragi, & apud arabes dicitur scescebram, & ab aliis quibus dicitur saxabram, de qua nunquam inueni ullum habere certitudinem quid sit scescebram, quidam credunt, sed non recte quod esset esula, quod non est, quia Auic. in. 3. cañ. in cap. de medicinis cordialibus, habet in quodam antidoto scescebram, & semen eius. ergo esula ibi non conuenit. id est in. 4. cañ. in sen. secunda. in cap. de cura ethice scescebram laudat, & secundum quosdam medicorum est granatum syluestre, quod non credo, nec Gentilis super illum passum cognouit certitudinem. Scias quod in hoc sunt diuersæ opiniones, sed hic si deus uoluerit declarabo de ipso opinionem doctorum multorum. Et primo dico quod postquam ego uidi in practica. do. Mes. cap. de cura manie & melancholie in guineæ. in quodam antidoto, quod incipit. filius Zachariæ modus confectionis conferentis melancholie & c. ibi habet ad literam. scescebram. i. ozimi maioris. Ozimum autem maius apud Serap. uocatur ozimum carmenum, & ab Auic. in. 2. cañ. uocatur ohalmaram, & apud Matth. sylua. est senation, & qui mihi non credit uideat Mes. in cap. allegato ait. quod scescebram est ozimum maius, & ozimum maius apud Serap. est ozimum carmenum, & apud Matth. syl. est senation, siue nasturtium aquaticum, & sic lege illud cap. de ozimo carmeno apud Serap. & capitulum de ohalmara, apud Auic. cum cap. de harochalchai. apud Matth. sylua. & uidebis quod idem sunt.

Notandum est quod hæc herba plura nomina habet. nam senation est lepidum, seitaragi indum, hibe deridos, agricardamum agreste, capsia scripta cum cap. nasturtium aquaticum ozimum maius, ozimum carmenum, pupilla oculi, scescebram, eius radix medetur, doloribus dentium. Etiam de ipso dictum fuit in electuarium, quod dicitur letificans Almaforis & c. & hoc apud me fuit secretum.

Sanguinarie autem apud moder. est bursa pastoris quæ mirabiliter ualet contra fluxum sanguinis, uerum est quod inuenitur alia sanguinaria quæ uocatur corrigiola, seu uirga pastoris, sed hic Ioannes anglicus per sanguinariam intelligit burfam pastoris, & quod sit uerum, uide apud eundem in libro primo. in cap. de accidentibus febris. qui sic ait. modo de empiricis uideamus. uade ad locum ubi crescit sanguinaria. i. bursa pastoris, & genibus flexis dicas ter pater noster & uerba maria, & istum uersiculum. Te quæsumus domine famulus tuis subueni quos precioso sanguine redemisti, & sic dicendo collige unam herbam uel duas. Sed si multas colligas oportet orationes iterare, & tunc suspende herbam circa colum patientis à quo fuit sanguis uel circa membrum à quo fuit, & ibi dimitte, & stringet certissime, si uis ne homines cognoscant herbam tuam irica eam inter manus tuas, & post suspende eam in aliquo panno, uel syndone, uel in aliquo tali. Item Nicolaus dicit, bursa pastoris. i. sanguinaria, uel capsella, aut scindiuulua. sine dubio est consonum quod bursa pastoris sit capsella, quia eius semen fert in capsellis & propter id apud lombardos dicitur herba gugarella. ipsa enim in uitis ac ciuitatibus inuenitur, & comeditur cum est recens, sicut alia olera.

De quatuor generibus confectionum secundum Petrum de tusignana super nono Almanforis.

CONFECTIO diarob cum reubarbaro in tracta. 2. in cap. de solutiuis. R. turbith albi gummosi canulosi. ʒ. i. zinzib. ʒ. s. reubarbari. ʒ. i. spicæ. ʒ. s.



SECTIO PRIMA

cinnamomi, gariofi. añ. 3. ii. galangæ, piperis lon. macis. añ. 3. i. diagredii. 3. iii. zucchari albi. 3. x. vi. cum uino citonioru, fiat confectio, dosis añ. 3. ii. ad. vi.

Hæc confectio diarob cum reubarbaro est in usu, & fit aliquando cum reubarbaro, aliquando sine, tamen cū reubarbaro est nobilior. de hac reperiuntur uarię descriptiones, ego meo tempore uidi fieri diarob cum reubarba. i. confectio nem delectabilem secundum Bartholomeum montagnana, quam ipse uocat confectio nem diaturbith cum reubarbaro, de quo infra.

CONFECTIO diarob cum turbith ibidem. R. turbith albi gummosi & cannulos. 3. i. zinziberis. 3. s. cinnamomi, gariofi. añ. 3. ii. galangæ, piperis long. macis. añ. 3. i. diagredii. 3. iii. zucchari lib. i. fiat confectio cum uino citoniorum & aqua communi, dosis ut præcedens.

Ego uidi multotiens aliquos non facientes differentiam inter diarob cum turbith, & inter diarob cum reubarbaro, sed errant. nam aliud est diarob cum turbith, aliud est diarob cum reubarbaro.

Hæc confectio solutua reperitur, etiam apud Ioannem concoregium in cap. de paralesi & iectigatione, tamen differt notabiliter ab ista, sed una descriptio quæ inuenitur apud Leonardum de præda palea in cap. de cura scrophularum est huic similis.

CONFECTIO diarob cum agarico ibidem. R. agarici. 3. i. salis gemmæ. 3. iii. spicæ nardi. 3. iii. s. cinnamomi, gariofi, macis galangæ. añ. 3. ii. diagredii. 3. iii. polipodii. 3. i. s. zucchari albi lib. s. cum uino citoniorum, & aqua communi fiat confectio, dosis ut præcedentis.

Hæc confectio non est in usu. Leonard. de præda palea in cap. de cura scrophularum, habet etiam hanc descriptionem. Ioan. concoregius in cap. de paralesi, & iectigatione habet unam aliam descriptionem, sed non est eadem.

CONFECTIO diarob cum senæ in cap. de paralesi tremore tortura & spasmo de repletionem. R. senæ mundæ. 3. i. cinnamomi, gariofi, macis, masticis. añ. 3. s. diagredii. 3. s. & cum zuccharo fiat confectio cum uino granatorum, dosis eius ab. 3. s. ad. 3. vii.

Hæc confectio non est in usu.

Senæ uero quod de arabia defertur magis laudatur q̄ illud de mecha. Miror q̄ Au. in. 2. can. ubi de simplicibus tractat q̄ de senæ non fecerit cap. cum ipse in multis locis eouutat. Mesue laudat folliculos senæ, & dicit q̄ est melior pars ipsius plantæ.

De confectioibus ac electuariis, super antidotarium Bartholomei montagnana.



CONFECTIO de fisticis. R. fisticorum mundatorum, & tritorum. 3. iii. zucchari albi lib. i. incorporentur simul in mortario cum aqua rosata quantum sufficit, & coquantur super ignem, & fiat confectio cum speciebus triasandalorum aliquando, & aliquando cum cinnamomo ponendo de quolibet istorum. 3. i. s. pro tota ista recepta. Potest etiam fieri solutua ut scis, ualet enim in confortando epar frigidum quando sit cum cinnamomo & epar calidum quando sit cum speciebus triasandalorum, & ipsius oppilationes semper aperit.

Hæc confectio apud nos non est in usu, sed credo q̄ in partibus uenietiarum utantur illa.

Fistici secundum Dios. sunt pistachia quæ in siria nascuntur similia strobilibus. i. pineis. Rasis autem in lib. aforismorum. in cap. de fructibus ait. & comedere cinnamomum cū oleo alsalforat illud remouet. alsforat. i. fisticus est arbor cypresso similis.

Pistachia secundum Nico. sunt fructus quæ ueniunt de Damasco qui satis sunt noti. Plin. pistachia eosdem usus & effectus habent quos pinei nuclej præterquam ad serpentū ictus siue edantur, siue bibantur.

Triasandali dicuntur à tribus generibus sandalorum quæ ibi intrant, descriptio ipsorum est posita supra, & est ex auctoritate Nicolai.

CONFECTIO diamusci matricialis. R. Specierum diamusci dulcis. 3. i. diambra. 3. ii. linguæ auis. i. seminis fraxini, rasturæ eboris nepitæ. añ. 3. s. zuccha albi. 3. v. fiat confectio solida cum aqua matricarię in rotulis.

Hæc confectio diamusci matricialis apud nos non est in usu, illa uero descriptio qua nos utimur est diui Mes. qui docet facere diamuscum dulce & amarum, sicut ostensum fuit species uero diamusci dulcis, quæ ibi ingredientur sunt species diamusci Mes. & similiter species diambre.

Nepita est herba dicta neuida, siue gataria, & secundum Macrum est calamentum.

Matricaria est apud Au. in. 2. can. uocata uchuen, & est species arthemisig, & est illa quæ à lombardis crispula uocatur. Sapietes dixerunt q̄ ista descriptio diamusci dicitur matricialis propter aquam matrigarię quæ ingreditur. Bartholomeus inquit. q̄ prædicta confectio debet fieri in rotulis sicut sunt manuscripti.

CONFECTIO pro uermibus communis apostolorum. R. feminis alexandri. 3. ii. cornu cerui ussi, corticum granatoru. añ. 3. i. diptami gariofilo. reubarbari. añ. 3. s. centonici. 3. i. s. cinnamomi. 3. iii. croci. 3. s. zucchari lib. i. s. fiat confectio solida cum aqua absinthii uel graminis.

Hæc confectio apud nos non est in usu, sed ualet mirabiliter pro uermibus. simplicia quæ sunt declaranda declarabo, ipse Bartholomeus habet unam aliam descriptionem, sed ista est nobilior illa.

Alexandrum apud modernos est semen macedonicum, & non est semen sanctum, ut quidam dicunt, quod in ista confectioe possumus uidere, quia hic Bartholomeus ambo in ista confectioe ponit.

Centonicum siue sandonicum idem est, & est species absinthii, sicut patet apud Serap. in cap. de absinthio. Præterea ipse Serap. in cap. de scecha inquit. scecha. i. sandonicum, ut in cap. de absinthio, & dicitur ex auctoritate Dios. sandonicum est planta, & est absinthium marinum, & sic mea opinio est q̄ scecha siue sandonicum sit absinthium marinum, quod alio nomine herba marina appellatur. & sic reperitur apud Michaelem saouarolam in cap. de uermibus qui inquit. Quisdam dant semen sanctum, siue semencinam, quod idem est Ioan. Mattheus gradi in cap. de uermibus qui in uentre nascuntur dicit. feminis sancti uel herbe ianung, uel soch, quod idem est sed uult dicere scecha. Infra habet quoddam empirastrum. & dicit feminis alexandri, quod communiter appellant herbam ianuinam sed falsum est. nam semen alexandrinum non est herba sanuina, pro hoc uide q̄ in ista confectioe ingrediuntur semen alexandrinum, i. macedonicum, & centonicum. i. semen sanctum, quod non fit in his quæ idem sunt, tu uero uide q̄ semen sanctum est uerum sandonicum, siue scecha, siue semencina, siue granella, & hæc est approbata q̄ mirabiliter ualet ad interficiendum uermes, defertur de ianua ad nos.

CONFECTIO diaturbith cum reubarbaro. R. sandalorum alborum & rubeorum, uioiarum, zinziberis. añ. 3. i. s. anisi, cinnamomi, croci, masticis. añ. 3. s. turbith, hermodactyloru. añ. 3. i. reubarbari electi. 3. x. diagredii. 3. iii. zucchari albi lib. i. fiat confectio solida.

Hæc est confectio diaturbith cum reubarbaro, & sunt ex hominibus qui uocant ipsam diarob cum reubarbaro, alii confectioe delectabile, ut dictum est supra, & sunt ex hominibus qui faciunt ipsam cū reubarbaro, & quadoq̄ sine reubarbaro secundū diuersitates descriptionū quæ reperiuntur.

ELECTVARIVM de ouis. R. albuminis ouorum lib. ii. mellis cocti dispumati lib. i. misceantur simul, & diu agentur cum spatula agitando usquequo inspissentur. deinde addantur hæc species. R. zedoaria. 3. s. cinnamomi, gariofi, spicæ liquiritiæ, zinzib. piperis, galangæ, rosarum, sandalorum rubeorum. añ. 3. i. misce & fiat electuarium.

Istud electuarium non est in usu apud nos.

Oua secundum Au. meliora sunt oua gallinarum recentia, & melius quod est in eis est uitellus, & melius eorum artificium est ut non cum alio congelentur. post autem oua gallinarum sunt oua auium quæ cursu eius procedunt sicut ant enderam,

antenderam, & adoram, & alcubugi. i. perdicum, & à teenu gi. oua uero anatis, & similia sunt mali humoris. Serap. di cit ex auctoritate Gal. illa quæ eligimus sunt oua gallinarum, non ergo oportet quod narremus naturam aliorum, fiat confectio solida cum aqua matricarie in rotulis. Ouorum quia natura eorum est eadem cum natura istorum &c. Rasis autem in tertio Almanforis. in cap. de ouis ait. oua plus aliis omnibus conuenientia gallinæ sunt, & perdicis &c.

ELECTVARIVM de lepore combusto. R. lapis iudaici & spongiæ. an. ʒ. i. pulueris ieris combusti secundum artem. ʒ. ii. specierum electuarii litoripon, descriptio ne Nicolai. ʒ. ii. zucchari secundum decoctionis. ʒ. iiii. cum aqua faxifragiæ, fiat confectio in rotulis. in forma manufcripti.

Istud electuarium non est in usu.

De lepore Aui. in. 2. can. duo capitula facit. unum de lepore syluestri, aliud de lepore marino, quem quidam existit mant esse cuniculum, quem dixit Aui. esse animal ostracum lutosum, declinans ad rubedinem aliquid tantulum, inter partes cuius sunt quedam similia foliis alufnem. i. herbae chili. illum uero quem hic intelligimus, est ille qui omnibus est notus. de modo comburendi, uide supra in electuario de cineribus.

Litoripon. i. coterens & frangens lapide interpretatur. descriptio ipsius posita fuit supra ex intentione Nicolai.

ELECTVARIVM de sebekten. R. sebekten recentis. ʒ. v. infundantur in lib. i. aquæ uiolarum, & bulliant, dein de coferatur, & prædictæ colaturæ addatur aqua iris. i. iereos & anguria. an. ʒ. vi. tamarindorum prunorum siccorum cotusorum. an. ʒ. v. uiolarum, seminum communium frigidorum. an. ʒ. i. succi mercurialis. ʒ. iiii. coquantur simul usque ad consumptionem medietatis, & fortiter exprimantur & colentur colaturæ addatur penidiorum. ʒ. viii. diaprunis non solutiui lib. i. s. pul. diagredii. ʒ. iii. misce & fiat electuarium.

Istud electuarium apud nos non est in usu, sed in Medio Iano utuntur ipso. Scias quod ego uidi prædictum electuarium scriptum, sed non apud auctorem authenticum, & ibi ingreditur quedam herba quæ nominatur chachila, quam Bartholomæus in sua descriptione non habet, tamen si esset alius quis qui uellet eam ponere declarabo quid sit. chachila est quedam herba quæ reperitur in partibus romæ in loco qui dicitur cornetum, folia habet similia umbilico ueneris, & hæc à modernis soldanella uocatur, & est alia species chachilæ habens folia similia uermiculari, & nascitur in sterquilinis locis. ista uero non est ita nota ut altera.

Sebekten. i. mammilla canis. Serap. cap. de sebekten, narrat arborem ipsorum, & de fructu ipsius dicens, quod mochaita est rech in arabia, & est arbutum altum super terram habens corticem, cuius color uergit ad albedinem, & fructus ipsius est sicut granum oliuæ. iste fructus colligitur & exsiccatu nec corrugetur, & est illud quo utuntur in medicina.

Aqua uiolarum intelligitur esse illa quæ fit ex floribus uiolarum per sublimationem in alembico.

Anguria est melon magnus uiridis qui apud Auicē. in. 2. can. uocatur bateca in tempore antiquo in partibus nostris non reperiebatur, sed hodie deferuntur ex uenetis.

Mercurialis est herba satis nota. hæc apud Dioscoridum uocatur linozotis. Gal. etiam in. 7. simpl. dicit. linozostida. i. mercurialis. Plin. linozostis siue partenius à mercurio inuentus est, ideo apud græcos hermiporona dicitur. nam multi ex nostris uocant mercurialem.

Diaprunis uel diamasceon à prunis Damascenus dicitur descriptio ipsius est posita superius auctoritate Nicolai, & ibi uidebis quod fit sine diagredio, & cum diagre. illud uero quod fit sine diagredio appellatur non solutiuum, quando fit cum diagredio appellatur solutiuum.

ELECTVARIVM de polipodio ad melancholiam. R. anisi liquiritiæ, dauci, seminis leuistici, ameos, florum eupatorii. an. ʒ. i. s. acori, zinziberis, cinnamomi, croci. an. ʒ. ii. seminis anheti, petroselli, apii. an. ʒ. i. hermodactylorum. ʒ. i. s. turbith. ʒ. vi. diagredii. ʒ. iii. polipodii quercini. ʒ. ix. thimi epithimi. an. ʒ. v. lapidis lazuli, ematites præparatorum. an. ʒ. vi. penidiorum. ʒ. iii. zucchari lib. iiii. coquantur zuc-

charum & penidii cum aqua sublimationis hireos usque ad decoctionem zucchari, & fiat confectio solida, poteris etiam facere in forma liquida ad modum electuarii, deinde zuccharo liquefacto addantur pulueres.

Istud electuarium non est in usu.

Polipodium autem dictum est à similitudine flagellorum pollipiscis in eminentis quæ sunt in ipsis flagellis sui pedibus, sed pedes dici possunt, nam rapicibus polipodii sunt similes eminentiæ. unde polipodium quasi polipes. Dioscoridus dicit, quod polipodium nascitur in parietibus humidis, & in rupibus, & circa radices arborum uetustarum, & in quercibus, & propter id dicitur polipodium quercinum hoc quidam herbatici liquiritiam syluestrem uocant.

Ematites. i. lapis qui dicitur ematites, siue sanguinaris hoc lapide pictores utuntur.

De confectioibus ac electuariis secundum

Nicolaum florentinum.



CONFECTIO diacarthami sermo ne secundo in ca. de cura emittitei. ualet in euacuatione cholere & slegmatis. R. specierum diadraganti frigidæ. ʒ. i. caronium citoniorum. ʒ. ii. zinziberis albi. ʒ. i. medulle carthami. ʒ. s. turbith electi. ʒ. ii. diagredii. ʒ. v. mannae granatæ, mellis rosati ad solem purificati. an. ʒ. iiii. zucchari albi. ʒ. xv. fiat confectio in bolis quorum unusquisque sit. ʒ. iiii.

Hæc confectio apud nos non est in usu. Petrus argillata in cap. de podagra, siue gutta calida habet unam aliam descriptionem quæ eadem est. Lumen malelucens describens hanc confectioem, dixit eam esse magistralem cum non sit, ut eius descriptionem sibi uendicaret, & quidam indigne.

Carthamus est crocus hortulanus, cuius flore tingitur sericum, eius semen inter laxatiua ponitur. hoc gingus uocat græcus. Dioscoridus uero cinicum. Auerrucius in. 5. col. dicit elcratis al cartamum. i. semen papaga. ego credo quod uult dicere, quia illud animal quod uocatur papaga. comedit ipsum libenter. Mesue de ipso loquitur dicens. melius est illud quod est album & planum grossum, & plenum, cuius medulla est unguosa pinguis &c.

ELECTVARIVM sublime conseruans sanitatem oculorum, & confortans spiritum uisibilem in claritate sua in lib. 3. in cap. de custodia sanitatis oculorum, & de iuuantibus & nocentibus oculis. R. herbae adhil. ʒ. ii. seminis feniculi. ʒ. s. macis, cubebe, cinnamomi, piperis longi, gariofilorum. an. ʒ. i. pistentur & cribellentur, & accipe mellis dispensati lib. i. succi feniculi cocti & dispumati. ʒ. i. succi celidoniae similiter cocti. ʒ. s. coquantur succi cum melle quousque mel habeat spissitudinem & conficiantur cum eo species, & referuntur in uase uitreato.

Istud electuarium non est in usu, sed Nicolaus ipsum laudat mirabiliter.

Herba adhil secundum Nico. in lib. 8. cap. prædictis est herba de qua quidam dicunt quod est herba quam comedunt aquilæ, & confricant oculos suos, & dicitur quod est eufragia, postea iterum ait. uerum alii dicunt quod est quedam species herbae albæ, cuius folia quando rumpuntur in loco rupture faciunt siliam quasi ad modum bombacis, & est amari saporis. ab Aui. uocata bombacum, à quibusdam casilago, à quibusdam dicitur herba uerula, & postea dicit. uerula est auis &c. neque per id Nico. cognouit quid esset herba adhil, ipse dicit quod ab Aui. uocata est bombacum, de quo non reperitur ullum fecisse capitulum in. 2. can. ubi de simplicibus tractat, & dicit quod à quibusdam casilago dicitur, quod non credo, quia casilago est iusquia mus, sed sit quocumque prima expositio est melior, hoc est quod herba adhil est eufragia, quia in hoc multum ualet. Præterea. Matth. syl. in cap. de eufragia inquit sic. eufragia latine. arabice herba adhil. Mesue in cap. de ægritudinibus oculorum laudat ipsam, sed contradicit Ioan. concoregius in cap. de debilitate uisus, qui inquit. herba adhil. i. iua muscata, sed secundum aliquos eufragia, quod non creditur, sed mea opinio est quod adhil sit eufragia.

SECTIO SECUNDA

Celidonia secundum Ifido. Ideo dicitur uel quod aduentum hyrundinum uidetur erumpere, uel quod pullis hyrundinum si oculi auferantur matres eorum illis ex hac herba mederi dicuntur. Liber qui dicitur Bulchafim in trac. 2. in cap. de modo colligendi lac celidoniae, & extrahendi succum eius inquit. principium ortus celidoniae est quando hyrundines incipiunt apparere, & quando desinunt apparere desiccatur & non apparet, & propter hoc appellatur herba hyrundinum &c.

DIABUTYRVM expertum in lib. 4. in cap. de tusi. g. mellis dispumati, & butyri. an. 3. iiii. cimini anisi. an. 3. s. liquiritia. 3. i. confice in forma loch.

Istud electuarium non est in usu, & sicut reperi apud Orbasium in cap. de tusi, est ex auctoritate ipsius.

De butyro. Aui. in 2. ca. duo capitula facit. unum de butyro simpliciter. aliud de butyro non recenti. Serap. de butyro lacte & caseo in uno cap. loquitur, & sic inquit. lib. 2. lac. ius bon. i. caseus. zebd. i. butyrum. serum. i. mantega. Papias dicit butyrum pinguedo quae ex lacte colligitur, est tamen pinguis, & solidius oleum ex butyro fit.

DIAPIGAMVM in lib. 5. in cap. de inflatione & tensione stomachi. g. nitri. piperis cimini infusi in aceto, & postea torrefacti. an. 3. iiii. foliorum ruthae siccorum ad pondus omnium. Confice cum melle & fiat.

Hac confectio apud nos est multum in usu, sed non sub hoc nomine diapiagamum, immo sub nomine diaspoliticon, quod idem est. Ipsi Nico. in eodem lib. inquit. diapiagama. i. electuarium de rutha. postea in cap. de debilitate digestio nis ponit electuarium de rutha, quod idem est cum diapiagama, & sic dico quod electuarium de rutha secundum Nicolai diapiagamum & diaspoliticon idem sunt, de quo infra in diaspoliticon, Diof. in cap. de rutha ponit descriptionem diapiagami quae eadem est. Macer in cap. de rutha describit diapiagamum in uersiculis incipiendo.

Ex hac antidotum non paucis utile causis. Conficitur. medici dicunt diapiagamon illud. Pigamon in graeca nostra, quia rutha uocatur. Illius antidoti confectio talis habetur. Pondere iunge pari nitrum piper atque ciminum. De tribus his tantum de rutha ponito quantum. Sed prius ex acro uino macerare ciminum. Conuenit, & ferro post assari calefacto.

Omnia deinde simul bene trita ex melle ligabis &c.

Nitrum. i. affronitrum, in ista confectioe laudatur sal nitru qua utuntur bombardarii, quia est fortius quam sal panis.

ELECTVARIVM de ficibus in eodem lib. in ca. de cura cholice ex fece, & est utile senibus. g. croci hortensis, zinziberis albi mundi. an. 3. ii. terantur & crebellentur, sic cum albarum pinguium nume. xxx. terantur in uno mortario ligneo in modum quod non appareant grana, & si non possunt teri bene feruent modicum, & ponatur cum eis de bausrach. i. affronitro & fece argenti. an. 3. s. & pillentur omnia simul & incorporentur cum melle dispumato in quo misceatur de qua in qua decoctae fuerint & fiat.

Istud electuarium non est in usu, sed secundum intentionem Nicolai est utile senibus.

Crocus hortensis est crocus africanus siue hortulanus, cuius semen gincus seu cartamus dicitur.

Ficus. i. carica. Ifido. inquit. ficus a fecunditate uocatur, est enim arboribus ceteris fecundior. nam terque quaterque per singulos annos generat fructum, atque altero maturefcente, alter abortitur, hinc a carice a copia nominata &c. est alia ficus dicta pharaonis siue ficus fatua, siue sicomorus, & est nomen compositum a ficos graece, quod est ficus & moro latine &c. Inde sicophanta. i. comestor ficuum, ut apud Teretium.

Fex argenti secundum Nico. est scoria argenti, ego puto quod sit merdasengi, quod alio nomine lytargiriu appellatur.

ELECTVARIVM de cicadis in eodem lib. in cap. de cura lapidis. g. cicadarum abiectionis capitibus, alis, & pedibus, granorum solis, seminis saxifragiae. an. 3. i. piperis galanogae, cinnamomi. an. 3. ii. ligni aloes. 3. s. mellis quod sufficit.

Istud electuarium non est in usu. Ifido. in cap. de minutis uolatilibus inquit. Cicadae ex cuculorum nascuntur sputo, haec

in Italia apud reginos multae sunt, nec usquam alibi. Ortus medicinae ait. cicadae sunt uermes ad similitudinem locustae, & habitant in locis calidis, quidam uero sapientes dixerunt quod cicada est animal partuum uergens ad nigredinem quae in capite ipsius habet duo cornua minuta, & in tempore aestatis maioris caliditatis apparet, & uolat super arbores, & suscipit cacumina domorum uel aliarum rerum, & ibi stat & garrit quousque sol amittat suam caliditatem, & praedictum animal a multis uulgarium nomine sic est uocatum.

Grana solis. i. milium solis siue lithospermon. Serap. in cap. de milio solis inquit ex auctoritate Gal. in translatione batarieliscos, quod est semen quod assimilatur lapidi, & est chulb. i. milium solis, & est semen herbae quae dicitur stroncos, quod si bibitur frangit lapidem & prouocat urinam. Serap. iterum ait ex auctoritate abe mesuai calbafari, quod achulb de fertur ab india, & assimilatur semini lini, nisi quia est maius. Miror tamen quod Serap. dicat quod milium solis habet semen si mile semini lini, & tamen illud quo nos utimur non assimilatur semini lini. haec herba in nostris hortis nascitur & abundat plurimum, quauis dicat Serap. quod defertur ab india.

MEDICAMEN de fiseleos in lib. 5. in cap. de sterilitate. g. fiseleos, limaturae eboris, radicum & granorum peoniae, darisafaham. an. 3. i. s. cinnamomi. cyperi, calami aromatici, squinantia, arthemisia. an. 3. i. nardi. spicae, gariofi. folii mastice, olibani. an. 3. s. ambrae purissime. 3. ii. melle his quantum sufficit.

Istud medicamentum de fiseleos. i. sleris montani non est in usu.

Darisafaham est cortex radicis buzie, siue cortex radicis mali granati agrestis, apud Diof. uocatur aspalium, de quo dictum fuit in electuario de uino.

Arthemisia. i. mater herbarum.

Mastix est gummi laticis uel species eius. Dio. in cap. de thure ait. thus lachryma est arboris quae graece libanus dicitur.

ELECTVARIVM de iua in lib. 7. in cap. de praeseruatione a doloribus iuncturarum. g. iug recentis subtilis siue incise, & conficiatur cum melle, & fiat secundum artem.

Istud electuarium apud nos est in usu. ipse enim Nico. laus non ponit dosim iug, sed proportio mellis ad iua apothecariis est nota.

Iua secundum Simonem ianensem est iua, ut dicit supra in camepites, ipse uero in cap. de camepites ait. quasi in fine uide quod nulla istarum specierum sit illa qua moderni utuntur pro camepites. Arbitratus fui quod prima istarum sit planta illa, quae iua moderni uocant propter similitudinem huius descriptionis cum ea, & propter experientiam quae inuenitur in ipsa in sciatica qua ipsa laudatur. postea uero intellexi quod apud graecos ficulos, maxime ipsam iuam camepites uocant, & sic ex meo iudicio credo quod uera iua sit camepites, & qui non credit consideret formam camepites, quod apud Diof. uocatur camepitis, & ponit species tres, quarum una est spansa super terra, & gibberosa habens folia, aizo minori. i. semper uoluitur minori siue uermiculari similia, sed tenera & pinguiora & aspera & spissa circa uirgas odore redolentia pini ramulos mittit oblongos & curuos in similitudine ancuse. i. lactucae asni & frondiculum tenuem, uel semen cum tenui coma, flores minuto & melanos profert, & semen nigrum, odorem picuinum. i. rasiuae pini, uide ergo illam iuam qua utimur, & aggrega ipsam cum illo in cap. de camepites & uidebis quod in odore & in omnibus iua est camepites, & oes species habet odore pini, sed nobilior est quae magis odorere pini refert, illud uero camepites quo utuntur moderni, non habet formam camepites, ut describunt nostri auctores, sicut est notum eruditis apothecariis. Mes. in cap. de argritu dinibus laudat ipsam sub nomine ziziniam, & est iua.

ELECTVARIVM de anagalico syue estri in lib. 7. in cap. de cura eminentiae umblici, & est multum utile. g. radicum eius bene decoctarum in uino austero, & postea oportime cotritarum, & mellis dispumati. an. lib. ii. & coquantur lento igne usque ad perfectionem, & tunc supponatur puuis qui sic fit, sanguinis draconis. 3. s. mastice, & pillorum leporis incisorum. an. 3. ii. gummi arabici. 3. ii. lapidis ematit. 3. i. nucis cypressi. 3. ii. garioflorum, macis, cinnamomi, nucis masticatae.

DE SIRVPIIS ET ROBBV B.

muscatæ. añ. 3. iii. piperis, zinziberis, croci. añ. 3. i. & bene incorporentur, & fiat electuarium.

Istud electuarium non est in usu, sed secundum intentionem Nic. est utile.

Anagali scdm Dio. sunt duæ spēs, una est q̄ florē hiacintinū profert, sed apud Sera. habet florē coelestem, altera est cuius flos dactyli colorē habet, sed apud Serap. habet florē rubeū, & est plantula habens folia subtilia parua, & ramos quadrangulatos & ambæ hñt semen rotundū simile semini coriandri, apud nos in pratis ac uis reperitur. Quidā exposuerūt q̄ esset cicorea, qđ nō est, aliū q̄ sit maiorana, qđ non est, aliū auricula muris dicunt, qđ non est. Aui. in. 2. añ. capitulū unū facit de auricula muris, aliud de anagalo, in. c. de anagalo inquit. est duobus modis. unus eorū est cuius flos est citrinus. & alius cuius flos est coelestis, hic textus. Aui. uidetur corruptus dum non dicit, q̄ prima spēs anagali habet florē rubeū, ut dicit Sera. Gal. in. 6. simpli cū inquit. anagalis. i. morsus gallinæ, & dñ q̄ una habet florem coelestis coloris, & alia rubei, & sic est scdm ueritatem, & est quā nostro idiomate morgelinam, aut morsum gallinæ uocamus, & aliqñ ipiam. Matthe. syl. dicit morsus gallinæ uocatur à quibusdam anagalis qui ipia uocatur, quidam morgelinā uocant & c. Nicolaus dicit. electuarium de anagalice sylue stri. i. de illo qui florem rubeum gerit & c.

CONFECTIO boli armeni in lib. 4. in. c. de prauis sione cautelis, & custodia à uenenis & eorū nocuentis in generali. & boli armeni, terræ sigillatæ. añ. 3. i. granorū iuni peri. 3. s. Consciantur cū melle dosis est. 3. ii. cum uino.

Hæc confectio apud nos non est in usu, bolus armenus est quædam uena terræ, q̄ reperitur præcipue in armenia, & eligendū est subrubeū, apud Aui. uocatur lutū armenum.

ELECTVARIVM de moris secundum Michaelem sauonarolam in. c. de disinteria intestinali. & carniū immaturi. 3. iii. zuehari. lib. i. coque cū facilitate, deinde proice stiptica calida, aut frigida, ut exigit dispositio, & fiat electuarium, quod apud nos in usu non est.

CONFECTIO chifodea scdm Gal. in tractatu. 8. in meimir. in. c. de cura passionū epatis. & carniū passularū. 3. xxy. croci. 3. i. calami aromatici. 3. ii. bdelii iudaei. 3. ii. s. cinnamomi. 3. i. castiæ. f. lignæ. 3. s. spicæ. f. nardi. 3. iii. squinanti. 3. ii. s. mirræ. iii. & in alto. 3. iii. terbertinæ. 3. iii. limaturæ aspaltri. 3. ii. mellis. 3. xvi. uini quod sufficit & c.

Istud electuarium apud nos est in usu, sed nō utimur sub nomine chifodea, immo uimur sub nomine electuarii de uino, ipse Gal. describit ibi duas descriptiones, quarū prima est nobilior, & dicit q̄ chifodea nominatur. etenim in odore, & in gustu similis est uocato ab ægyptiis chisi, qui in primo cōposuerunt hoc & utuntur eo. Idē in partibus nostris facimus. Et sic postq̄ ego aggregaui istud electuariū de chifodea apud Gal. cū uino electuariū qđ habetur ab Aui. in. 3. quē nos facimus sub noie electuarii de passulis seu de uino, uidi q̄ idem sunt, & sic ut melius & apertius rem dignoscas lege illā descriptionē quā superius posui sub noie electuarii de passulis cū ista, & uidebis q̄ eadem est, Franciscus de pedemon. in. c. de debilitate epatis habet eandem. Michael sauonarola in. c. de debilitate epatis habet eandem.

Limatura aspaltri seu aspalei. i. rasuræ aspaleos, & hæc est arbor sicut narrat Dio. quæ nascitur in asia, & rhodo, cuius spēs duplex est. Est enim una spinosa fruticē & tirsium grauem habens & depositū cum cortice purpureo uel rubro, & depresso odoris summi & amari, altera est alba, lignosa, & imbecillis & c. quid aut sit fere ab omnibus ignoratur secundū aliquos modernorū medicorū opinionē tenetur q̄ sit aspaltri. i. bitumē iudaeicū, sed non recte, nam si Gal. habet aspaltri fuit errore scriptoris, q̄a debet dicere limaturæ aspaltri, & est quædam arbor quæ apud Sera. & Aui. uocatur darislaham, & sic est scdm ueritatē, nam ibidē Aui. loco ei⁹ habet darislahā, qđ idē est. Michael sauona. loco aspalei habet radicē spinæ, inde & ibi ait, loco eius pōt poni xilocaracta, ut uult Simon. Ia. uerū Aui. loco eius ponit fructus asiem buchi. i. xilocaractæ, & hoc aduenit, quia ipse ignorauit quid esset uerū, loco eius xilocaracta pōt poni, tñ idē non est, sed

31

Serap. uere agnouit ipsum dicens q̄ est arbor granati sylue stris, & sic est secundum ueritatē, nam si legis capitulum de aspaleos apud Dio. cum. c. de arbore granati syluestris, seu darislahā uid. bis q̄ idem est. Præterea Ioan. Arculanus in. c. de debilitate epatis inquit. darislahā. i. arbor granati sylue stris, secundum uero modernorū sententiam granati sylue stris duæ sunt spēs. Quarum unum est darislahā, seu arbor dicta amiberberis, cuius fructus dñ abel, & de hoc à multis locum efficitur, unde Rasis in synonymis suis dicit. liciū loch de aqua in qua cortices berberis coquuntur, & sic approbatur fuit q̄ arbor berberis in debilitate epatis, ac in fluxo epatico multum ualet. Aliud est xilocaracta, siue siliqua, siue ue charubix quæ sunt idem & sic à modernis unū pro alio ponitur, sed debent ponere corticem buziæ. i. corticem radicis mali granati, seu berberis, & est arbor dicta apud herbatricos crispinus, hæc duo apud sapientes sunt ex secretis aliorum.

Vinum satis notum est. Sera. de ipso loquitur in. c. de uite & eius speciebus, & quæ ex eis sunt. Isidor. ait. uinum dictum est, eo q̄ eius potus uenas sanguine cito repleat, hoc alii q̄ nos curis soluat lieum appellant, alii lineum à liniendo, ueteres uinum uenenum uocabant, sed postq̄ inuentum est uirtus letiferi succi, hoc uinum uocatum est illud uenenū, unde & Hierony. in libro quem de uirginitate conseruata scripsit. adolescentulas dixit, ita uinum bibere debere fugere ut uenenum, ne pro atatis calore feruenti bibant & pereant. Inde est q̄ apud ueteres romanos fœminæ non utebantur uino, nisi sacrorum causa certis diebus, hodie uero inueniuntur homines multi, qui si non biberent uinum deficerent omnino. Ioan. anglicus in. c. de passionibus stomachi recitat hos uersus.

Dat uinum purum tria nobis comoda primum.

Confortat stomachum, cerebrum, cor dat tibi letum.

Vires multiplicat, & uiscera plena relaxat.

Efficit audacem, sudorem prouocat aptat.

Ingenium tali lusur congaudet amico.

Sit mensura comes ne uioletur opus.

Nam sine mensura deperit omne quod est.

Dicitur autem electuarium de uino quod ingreditur, & debet coqui cum magna diligentia.

CONFECTIO diaspoliticon scdm eundem in tractatu. 4. de regi. sani. & cimini, piperis lon. foliorum ruthæ, nitri, añ. 3. iii. terantur grosso modo, & cum melle bene distumpato quantum sufficit fiat confectio.

Hæc confectio est in usu, ipse uero Gal. in. 6. de regi. sanita. ipsam describit, & solet confici dupliciter. Quidam enim componunt ipsam ex 3. iii. ruthæ uiridis, & aliorum æquali pondere, sed secundum modernos ex omnibus componentibus sumitur æquale pondus & conficitur, & sunt ex hominibus qui uocant istam confectionem siue istud antidotum electuariū de rutha, uerum ipse Gal. in. c. de medicinis Zenonis in suis experimentis habet electuarium de rutha, quod idē non est, forsan illo tpe non erāt idē, sed apud multos modernos idē sunt. nā Petrus argillata in. c. de diuinitie splenis inquit. confectio diarutha, & ibi habet eius descriptionē sicut habet hic Gal. in fine eius descriptionis dicit. & Gal. appellat hoc diaspoliticū. Nico. floren. in lib. 5. in. c. de inflatione & tensione stomachi ait. diaspoliticon. i. electuarium de cimino. nam apud medicos uocatur hoc electuarium de cimino cū speciebus grossis. Aui. in. 5. cañ. habet diaciminū Galeni, qđ idem est. Dio. in. c. de rutha habet idem. Macer in eodē. c. habet idem sub nomine diapigami. unde per hoc possumus dicere diaspoliticon confectio de diarutha, diapigamum, & electuarium cum speciebus grossis esse idem. uide supra diapigamon.

Cimimum. f. ciminum usuale. hic Gal. non dicit si ciminū debet poni infusum in aceto, & torrefactum, aut non. uerū nostrī doctores magis laudant ipsum debere poni infusum in aceto & torrefactum quā non infusum, nam Pet. argillata. Nicolaus. Dio. Macer & Auisen. habent omnes ciminum infusum. & idem uolunt facere hodierni, & modus est quod accipiatur ciminum, & mundetur à sordibus eius, &

Lumi. ma.

F

SECTIO SECVNDA

superponatur acetum quātūtatē sufficiētis, & ibi dimittatur per diem & noctem, deinde extrahatur & deficcetur, & eius torrefactio est q̄ ponatur super patellam ferream latam, & calefiat ipsa sine ciminō deinde, auferatur ab igne, & statim cito superponatur ciminū, & ipsum misceatur & uoluatur semper cū aliquo, & hoc fiat bis uel ter quousq̄ eius torrefactio sit cōpleta & utere ubi oportet. idē potest fieri, de aliis feminibus. spēs piperis notā sunt, ac eorū nomina & gr̄ca & latina, per piper uero absolute piper nigrum intelligimur, aut quia nobilius, aut quia fortius est aliis, aliquādo tamē secundū diuersas intentiones in aliquibus electuariis ac confectiōibus magis conuenit piper album aut longum q̄ nigrum, sicut in confectiōe proxime descripta, in qua licet aliqui dicant debere poni nigrum, plurimi tamē ac ferē omnes laudant apponendum esse piper longum ab aliquibus uero magis laudatur piper album.

Rutha est herba satis nota. Dios. autē laudat illā quā nascitur circa cucumeres. Aui. uero laudat illā quā nascitur circa arbores ficus. hic Gal. non dicit si rutha debeat esse sicca, aut uiridis. uerum moderni doctores laudant mediam inter uiriditatem & siccitatem. Dios. in eodem antidoto dicit ruthā uiridis. Petrus argill. dicit. & uult q̄ rutha non sit sicca nec uiridis, & sic debent facere apothecarii.

Nitrū. i. affronitrū. Aui. loco eius habet baurach. i. sal rubē. idē inquit. baurach est fortius sale & est de genere uirtutis eius. idē in cap. de nitro ait, nitrum est baurach armenū, in loco eius sunt ex hominibus qui ponunt sal panis, & sunt ex hominibus qui ponunt sal nitrum quo utuntur bombaridarii, & hoc est fortioris uirtutis in hac materia.

DIACAPPARIS secundū Gilib. de anglia in cap. de uitis splenis. & capparis. 3. iiii. squilla. i. cape muris allari, centaurea, piretri, piperis. i. nigri, thimi apii, seminis git, agrimonie radice. an. 3. i. mellis quod sumit.

Istud electuariū nō est in usu apud nos capparis seu kaparis cū k, est planta uel frutex spinosa spana super terram spinis uncis plena sicut rubus, folia similia citionio, fructu similem oliuæ qui si aperiatur emittit florē album. si uero ceciderit de planta sua apparet longus ut balanus, & tunc si aperiatur inueniuntur in eo grana minuta, & hoc in Alexandria maiori reperitur, & in magna copia Halyabas in. 2. practice cap. de radicibus uocat ipsum bubugi.

Git. i. semen nigellæ nigrae quā uocatur melachion de qua supra dictum fuit.

DIACERASEOS ibidem. & succi cerasorū lib. iiii. mellis lib. iiii. diagraedi. 3. xxviii. cinnamomi, mastice. an. 3. i. conficiantur sic succus cum melle lento igne ad spissitudinem decoquetur, & in eo pulueres terendos temperabis cū 3. iiii. manna, & ieiunet usq̄ ad sero.

Diacerateos autē dicitur à succo cerasorum quē recipit plus q̄ de aliis rebus, cerasa secundū Serap. sunt grana parua similia pinis, & sunt in oriente & est granū regum, & est illud quod apud nos est intelligendū est iuxta auctoritatē Serap. granū regum duo significare. etenim secundū ipsum significare uidetur cerasa. secundū uero illustres medicorū sicut Aui. in. 2. cañ. cap. de mehembethene. & Mes. ca. de albemefuch est cherua siue cataputia maior. Isido. in cap. de propriis nominibus arborū inquit. cerasus à ceraso urbe ponti uocata. nā lucullus cū cerasum ciuitatem ponti delessset hoc genus pomi inde adinuenit, & à ciuitate cerasum appellauit. arbor enim cerasus pomum cerasum dicitur.

DIADRAGANTVM capitulū secundū eundē in ca. de stricthura thoracis. i. pectoris. & draganti triduo in aqua infusi temperati. 3. iiii. & hyssopi. 3. i. & 3. ii. cinnamomi. 3. s. zinziberis. 3. i. liquiritiæ & succi eius. an. 3. i. & gra. xv. cōfice cū calamento draganto cū sufficienti melle, & lento igne ad spissitudinem decoquas, post ab igne deposito, & puluerem specierū adde, & usui reserua, da in modum castaneæ.

Diadragantum autē dicitur à draganto quod recipit, dicitur calidū ad differētiā alterius descriptionis quā dicitur diadragantū frigidū quā superius posita fuit, & dixerūt quidā q̄ ambæ descriptiones sunt de mētē Nicolai, possunt et esse ambæ de mente Giliberti. nā Gilib. in cap. allegato am-

bas descriptiones cōposuit, ille uero quem uoco lumen malucens ambas posuit descriptiones de mētē ut asserit Nicolai, & tamē ambæ à uera descriptione declināt. nec secundū eius descriptiones debent contrui dicte confectiōes.

DIAPENTE secundū eundē in cap. de causis tussts. & storacis optimæ, myrræ, draganti, galbani, croci opii. an. 3. xvi. balsami, aut olei nardini, mellis quod sumit.

Istud electuariū in usu nō est. Nico. floren. in lib. 5. in ca. de tussti habet electuariū diapente quod quasi idem est, uerum Nico. ponit iusquamum album. Gilib. loco eius habet opium. Nico. habet ciminum torrefactum. Gilib. habet crocum. in reliquis idem sunt.

DIACASSIA fistula secundū Ioā. cōcoregiū in cap. de paralesi & iectigatione. & prunorū damascenorū uolatorū. an. lib. s. bulliāt in libris. v. aquæ usq̄ ad cōsumptionē tertie partis, & colaturæ addatur manne casia pinguis & munda. an. lib. s. tamarindorum. 3. v. bulliant lento igne & clario usq̄ ad spissitudinem, deinde addatur candi puluerizati. i. zucchari candi. 3. iiii. penidiū. 3. ii. zuccha. rubei lib. i. syrapi uiolati. 3. x. fiat electuariū, & est pro delicatis & eius dosis est 3. i. uel 3. i. s.

Diacasia autē dicitur à dia quod est confectio, casia dicitur, q̄ in ipsa casia ingreditur, supra posita fuit una alia descriptio q̄ est ex auctoritate Francisci de pedemontii, quā apud nos nō est in usu, uerū nostri doctores magis laudant istā descriptionē, quia est confectio leuis, & fit pro delicatis.

ELECTVARIVM lenitiuū. & passularū. 3. ii. capillorū uene. uiofarū, ordeī. an. M. s. iuiubarū sebestē. an. nu. xx. liquiritiæ. 3. s. prunorū, tamarindorū. an. 3. vi. folliculorū senæ, polipodii. an. 3. ii. misce & fiat decoctio ad consumptionē tertie partis, deinde addatur mercurialis. M. s. bulliant bullitione una, & coletur & dissoluatur, pulpæ casia, tamarindorū, prunorū, zucchari fini, zucchari uiolati. an. 3. vi. coquendo lento igne semper mouendo cum spatula in fine, adde pro qualibet libra electuarii. 3. i. 3. iiii. folliculorū senæ. & fiat electuariū secundum artem.

Istud electuariū apud auctores non inueni, nec apud nostros doctores est in usu, sed utuntur ipso in partibus Venetiarum, & utuntur ipso in illis partibus sicut nos utuntur diapruni non solutiuo.

Mercurialis est herba q̄ in nostris partibus in ciuitatibus inuenitur iuxta muros, & dicitur uulgo marcocela. hęc apud Dios. uocatur linozostis, & sic eā uocat Gal. in. 7. simpli. Pli. ait. linozostis siue partenius à mercurio inuentus est. ideo apud græcos hermiporona dicitur. nā multi uocant mercuriale.

ELECTVARIVM de farfara. & radice farfarae li. i. lauētur bene in aqua, & decoquātur optime, deinde pistentur cū 3. iiii. passularū & 3. iiii. pinearū in mortario lapideo post hoc. & zuccha. albi lib. ii. & dissoluatur in prædicta decoctione farfarae, & coquatur ad formam electuarii, deinde addantur pulueres infra scripti. & draganti albi. 3. ii. cinnamomi, macis, croci. an. 3. i. succi liqui. 3. i. s. nucis musc. 3. i. misce, & fiat electuariū.

Istud electuariū apud medicos Papienses nō est multū in usu, sed apud medicos Mediolanenses magis.

Farfara uero à modernis dicitur ungula caballina, quidā mali herbatice crediderunt q̄ hæc in uineis inueniatur, sed falso. nā apud nos eius spēs sunt duæ, quarū una habet florem album, & hæc dicitur nenufar, & est illud quod magis usui medicinae cōpetit, altera habet florē rubeū, & est apta in medicina sed nō tātū, & utraq̄ in aquis inuenitur, apud sapientes notæ sunt apud Aui. in. 2. cañ. uocatur nenufar, & dicit q̄ Gal. uocat ipsum caulē aquæ, & noiat granū eius granū sponsi, hęc apud Dios. uocatur nympha siue ut alii caebus ueneris. i. papauer palustræ, siue ut latini alga palustris. Antonius musce. inq̄t nomē herbae nymphae à græcis dicitur prothea, alii cacabos, alii litometra, alii androcinos, alii idrogotos, alii heracles, alii armenō. itali nymphae uocat.

ELECTVARIVM cōtra pestē secundū dñm Bene dictū de Nursia physicum illustrem. & boli arme. diptami albi, myrræ, pimpinellæ, zedoariae. an. 3. i. tyriacæ. i. tyriacæ an dromaci, distemperatę cum aqua uitæ optimi uini, & distilla

te in

ta in balneo marie. s. s. croci. s. i. camphoræ margaritarū non perforatarum. smaragdi. an. s. iii. tormentillæ. sigilli marini. an. s. ii. seminis citri. s. i. s. omnia puluerizentur & incorporentur cum syrupo de acetositate citri. & ex eis fiat electuarium de quo datur. s. s. cum aqua mellis. i. e. iano sto macho certe tollit fetorem pestilentie, & extinguit omne uenenum in corde, & toto corpore.

Istud electuarium in tempore pestilentiali ualet mirabiliter ad ea quæ diximus, & est optimum in illo casu.

Diptamum album credo quod sit usuale. nam illud diptamum quo utimur hodie est album, secundum Dio. diptamum multi dicunt pulegium agreste, & describit tres uel quatuor species, quarum prima species dicitur quod nec florem, nec semine habet, sed illud diptamum quo utimur hodie habet florem purpureum ac semen nigrum quod apud omnes est bonum. Serap. de ipso loquitur in cap. de origano. Simon. Ianuen. in cap. de alidhami inquit. quod Serap. in cap. de calameto de diptamo loquitur, quod non est uerum diptamum. apud Aui. in secundo uocatur mescatramescir. Aqua uitæ est aqua distillata facta ex uino optimo, & quanto uinum est bonum tanto melior erit aqua, & eius modus est notus. Raynaldus de uilla noua in lib. i. in cap. de passionibus auri. & primo de surditate tinnitu & sonitu inquit. dixit mihi quidam prædicator in urbe quod imposuit de aqua quæ dicitur aqua uitæ quæ ponit Arist. i. lib. xii. de aqua & uere, sed si hoc sit uerum, non uidi.

Hic huius distinctionis calcem attigimus annuente altissimo. Pientissimaque eius genitrice, quæ cuiuslibet generis conditiones ac electuaria uidelicet solutua & non solutua dulcia, amara, opiata & non oplata rationabiliter complectitur, quamuis diuis Mel. in tres distinctiones seuerit. Initium uero nunc dabimus subsequenti sectioni quæ est de conditis si opifex ille rerum conditorque, uniuersi cunctorumque; initium mentem nostram suo lumine illustrauerit ut tandem omnia in illius decus atque laudem sicut par est sint euasura accedamus iam igitur ad propositum negotium.

De decem generibus conditorum secundum

Mesue tam usualium quam non.



SECCVL conditum. s. radices eius albas grossas & teneras, & radatur cortex eius cineritius, & elixentur, & mundentur a uenis interioribus & inciduntur in frusta sicut est mensura pollicis, & ponatur in eius uacuitatibus harundinis frustum zinziberis humectati sicut dicitur in cap. de zinzibere condito & garofilus unum humectatus, & accipiat ad omne pondus eorum mellis pondera. i. & alii ponunt mellis pondera duo, & zuchari pondera. i. & postquam fuerit coctum cum facilitate proiciatur super illud specierum elefanginarum partes conuenientes, & fiat.

Secacul sicut dictum fuit est sigillum sanctæ Mariæ. Mat. autem sylvia. non cognouit eum, quia ipse in litera s. inquit. sigillum sanctæ Mariæ. i. secacul. Idem ait. secacul. i. iringus, idem sentit in cap. de astaraticon, sed si legis capitulum de astaraticon apud ipsum & capitulum de astaraticon apud Serap. uidebis quod iringus non est secacul nec species eius, si quis recte consideret capitulum de grano culcul apud Matth. s. l. deprehendere poterit ea quæ dicit de grano culcul conuenire cum cap. de secacul apud Serap. & quod idem sunt, licet ipse non uideatur cognouisse, est. n. granum culcul fructus ipsius secacul, & propter uerba Matthæ sylvia. sunt quidam apothecarii qui falso opinantur iringum esse secacul, quod non est, quia Serap. reponit iringum inter medicinas frigidas, secacul uero inter calidas. Item uide apud Manfredum de monte imperiali, qui de formis utriusque scripsit, & ibi comprehenditur iringum esse speciem spinæ, sed secacul est radix quem modernum zenogello uulgo dicunt &c. Aui. in s. cañ. in cap. de conditis habet etiam de modo condiendi, & dicit quod secacul est uena sicut zinziber & affertur ex india. Hodie in nostris partibus reperitur in multa quantitate, & est multum in usu apud nos.

Conditum autem. i. præparatum, & sunt multiplicia. nam

quædam sunt ex radicibus, quædam ex floribus, quædam ex fructibus. nam ex radicibus sunt sicut zinziber, secacul, iringus & similia, de floribus sunt sicut uiola rosæ, de fructibus sicut pira, citronia, emblici, chebuli & similia. Matth. s. l. in cap. de rapa inquit. ex auctoritate Gal. rapa multiformiter autem & hanc homines præparant usque ad hoc quod componunt eam cum garro. i. almuri, quod uulgariter nuncupatur salmuria & aceto ut habeant pro usu per totum annum, credo quod hoc sit illud quod communiter comeditur in quadragesima. Isido. ait conditum uocatum quod non sit simplex, sed commixtione pigmentorum compositum. Plin. in cap. de uinis scitilis, sunt inquit alia uina & nunc ex pipere & melle & aliis speciebus, de quibus supra dixit quæ inquit alii condita, alii piperata uocant. Mes. inquit. quod super secacul proiciantur species elefanginæ. i. de aromatis, & sunt illæ species quæ ingrediuntur in melle uenarum. i. conditum de citonius, sicut infra apparebit.

Z I N Z I B E R conditum. s. zinziberis recentis si haberi potest uel saltem humectati per artem partem unam melis partes tres, & zuchari partem unam, coquatur sicut secacul, & quidam accipiunt sicut secacul, & zinziberis humectati. an. partem. s. & sit delicatius, & quidam super condunt cum speciebus elefanginis, & quidam faciunt aliter. Modus autem humectationis eius est ut infundatur in aqua. deinde sepeliat in arena, & sit zinziber album, & mundum & recens humectatur zinziber, ut docet ipse de chebulis.

Zinziber siue zengibel secundum Dio. arbor est nascens in Arabia plurimum, cuius coma frequenter utuntur incolæ sicut nos rutha in bibendo & manducando, sunt uero ei radices minutæ sicut cyperi subalbido colore habentes sicut peris gustum, eligendæ sunt non perforatæ sed grauæ, has multum comedunt uel condunt. i. ne putrescant, & mittunt in uas cui addant mel coctum, & sic reponunt. Gal. inquit. radix huius plantæ deferretur ad nos ab india, & est id in quo est iuuamentum. Papias ait. zinziber qui & arthemisa genera habet tria menogiolla tangentes & leptophilos, miror ob talia uerba, infra uero dicit. zinziber genus pigmenti est quod in india nascitur, lingua eorum ita dicitur.

Conditum. i. præparatum, ut dictum est. Aui. in s. cañ. etiam docet modum condiendi zinziber. & dicit quod zinziber est uena de uentre terræ, sicut ueng tinctorum. Nico. in fine sui antidotarii etiam docet modum condiendi zinziber, & inquit. s. iringorum qui habent folia ad modum cretani marini, quod faraceni secacul uocant. uerba hæc inferunt mihi admirationem, quia iringus non est secacul, nec folia habet sicut cretanus marinus, sicut patet per Serap. cap. de iringo, & per cretanum marinum apud Dio. quem ipse uocat cithimon, tamen hic declarare uolo quod cretanus marinus est quædam herba quæ in tempore antiquo nascebatur in maritimis locis, sed hodie declarata est ad nos, & nascitur in nostris partibus & est illa quæ nostro idiomate baxigia uulgariter uocatur, mirabiliter ualet doloribus renum ac lapidis existimat quidam quod hæc apud Aui. in s. cañ. uocatur alblage. Mes. dicit quod zinziber conditur cum melle & zucharo. Aui. uero dicit apud nos affertur conditum cum melle, aut cum aqua rizi. Serap. in proprio cap. de zinzibere inquit. sunt quidam condientes zinziber cum melle, quidam cum rob. i. sapa, moderni uero generaliter condunt solum cum zucharo, & est nobilior modus deferretur de Damasco ad nos, & quanto albius tanto melius.

B A V C I Æ conditæ ualent sicut secacul, & eius modus est sicut secacul. i. sigilli sanctæ Mariæ.

Bauciæ. i. pastinacæ, conditæ apud arabes nominatur algigibel. Aui. in s. cañ. docet modum condiendi, & dicit. sumantur de duris clari coloris munda pastinacam autem secundum Isido. in cap. de oleribus dicit sic uocatæ, quia radix eius precipuus pastus sit hominis, unde macer sic ait. Quia pastum tribuat est pastinaca uocata, est. n. odoratu iocunda, cibo delectabilis, reperitur alia species quæ dicitur syluestris, quæ uocatur Daucus apud Aui. in s. cañ. quidam crediderunt quod bauciæ esset chariota, quod non credo. nam Gal. in lib. 2. de alimendis facit unum capitulum de pastinaca & dauco, & chariota, quod non faceret si essent idem, sed sit quomodo cūq; hic uolo declarare, quod chariota est, species pastinacæ, cuius

SECTIO TERTIA

ius radix est citrina bona ad manducandum, & est illa qua lombardi uulgariter gniffo uocant. Plin. ait alterum genus est staphilinios quam pastinacam erraticam uocant.

A C O R V S conditus ualet aegritudinibus cerebri & neruorum & eius modus est sicut secacul conditi. Addatur tamen ad omnem partem eius secacul boni partes duæ.

Acorus. i. piper apum uel aphrodifia, ut dicit Dio. conditum. i. præparatum. hoc apud nos est multum in usu, reperitur etiam una confectio conditi ad aegritudines neruorum frigidas mirabilis, quam ipse describit in summa quarta de aegritudinibus neruorum, & est confectio diacori, qua etiam in usu est, ut dictum fuit.

Z V C C H A R V M rosatum. s. foliorum rosarum albarum, aut rubearum quantitate qua uolueris, & expandatur super tabulas in umbra usque dum superfluum humiditatis ipsarum resoluitur, & sint rosae habentes medietate inter complementum & acerbicatem, & terantur in uase lapideo, deinde proiciatur super eas zucharu tabarzet. i. album triplu ponderis earum, & reponantur in uase uitreato, & obturetur os eius cum pergamento, & apponatur soli mensibus tribus omni die saepe agitando illud, deinde remoueat a sole & seruetur, & quidam faciunt illud cum rosis non habentibus a liquid de complemento & inuenitur magis stipticum, & sunt qui non terunt rosas, sed incidunt cum forficibus & fricat manibus fricatione ultima rosas & zucharu, deinde exponunt soli.

Zucharum rosatum, siue conditum rosatum, siue confectio rosarum idem est. Nico. in suo antidotario ait. rodozarcha. i. zucharum rosatum, sed non fit sicut dicit Mes. Pet. de crescen. in cap. de rosaria. i. rosa habet unam aliam descriptionem, sed non est eadem. moderni uero generaliter faciunt, ut doctus Mesue.

Z V C C H A R V M uiolatum eius modus est sicut zuchari rosacei, indigent tamen uiolae expansione longiori & expositione prolixiori soli.

Zucharum uiolatum. i. conditum uiolatum, siue confectio uiolarum, quod satis est notum.

Z V C C H A R V M buglossatum eius modus est sicut zuchari rosacei.

Zucharu buglossatum siue diabuglossatum dicitur a floribus linguae bouis, qua alio nomine buglossa uocatur. Aui. in. 2. cañ. de lingua bouis capitulu facit, sed uere credo quod illa qua utuntur moderni non sit illa de qua loquitur Aui. ipse autem Aui. ponit quod sit genus almaru. i. marmacor, ut dicit in cap. de maru. Mes. non ponit modum consuetudinis zucharum boraginatam quod sit ex floribus boraginis qua est species buglossa, tamen si diaboraginatam facere uolueris facies illo modo sicut buglossatum. Christophorus de honestis putauit, sed non recte quod zucharum alchilil sit zucharum de floribus boraginis, quod non est. apparebit infra conditum de buglossa quod est confectio uel diabuglossatum.

Z V C C H A R V M alchilil stomachum cerebrum, & cor confortat uentositates fugat, & eius operatio est sicut zuchari rosati.

Zucharum alchilil. i. zucharu quod sit ex floribus rosamarinis qui alio nomine corona montis uocatur. Christophorus de honestis dicit. zucharum alchilil. i. zucharu factum ex floribus boraginis, sed non est uera expositio, ut patet apud Matth. sylua. in litera kilkil. ubi sic ait. chinchil. i. rosamarinus. illud uocabulum ponitur in antidotario damasceni. i. Mes. septimo qua incipit zucharum alchilil, & post sex qui incipit zucharum buglossatum. & sic est quod alchilil uel alchilchil, flos est rorismarini, sed grana alchilil sunt grana syluestria.

CONDITVM de citro. s. corticum citri. 3. vi. buglossa. 3. i. s. marmacor. i. mellissa. 3. s. garioflorum aur. i. ligni aloes aur. s. terantur & proiciantur super ea uini boni lib. iiii. & dimittatur diebus tribus, deinde proiciatur super ea zuchari tabarzet. i. albi lib. ii. & aromatizetur cum gallia bong aur. s. troci. 3. i. quarta mastice. 3. i. musci. 3. i. sexta.

Conditum. i. præparatum. Mes. in distinctione de conditis ponit citra condita & in distinctione de syrups habet duas descriptiones conditi de citro, sed ille duæ descriptiones non

sunt in usu. ego uero scripsi secundam descriptionem ut declararem quid sit marmacor, marmacor secundum intentionem Mesue est mellissa, & sic credo esse bene expositum, quia Serap. in cap. de mellissa inquit. benerangia. i. turongen, & dicitur marmacor. i. mellissa. Aui. in. 2. cañ. in cap. de maru. de marmacor loquitur, & ibi distinguit in plures species, & ponit linguam bouis. i. buglossam inter species eorum. Stephanus iudeus affirmabat quod est marubium quod ignoro. uerum sapientes dixerunt quod marmacor est mellissa. & marmacor est marubium. Gulielmus placentinus dicit marmacora. i. marubium siue prassum, quod idem est.

M O D V S conditi de buglossa boni. s. buglossa mentha sicca foliorum rosarum, corticum citri, aut foliorum eius. an. 3. iiii. alfengelimesch. i. seminis ozimi garioflati. 3. i. trium generum citoniorum, trium generum pomor. m. an. 3. i. s. setae crudae incisa. nucis muscata. zedoaria. galanga, been. utriusque. salbi & rubei. sandali citrini. croci. an. 3. i. s. ligni aloes. 3. i. uini & aquae. an. 3. vi. mellis lib. viii. aromatizetur cum musci. 3. i. tertia. & gallia. 3. ii.

Conditum. i. præparatum de buglossa. i. linguae bouis, conditum autem de buglossa non est zucharum buglossatum, quod fit ex zucharo & floribus buglossae, ut quidam crediderunt.

Trium generum citoniorum uel trium specierum citoniorum. graeci uero ponunt ipsas in numero malorum, & genera ipsorum sunt multa quorum quaedam sunt dulcia, quaedam acris. quaedam muza, & sic de singulis, sed hic solum intelligimus tria genera qua sunt dulcia acetosa & muza, id est quod sapor ipsius sit compositus ex dulcedine & acetositate.

Trium generum pomorum similiter intelligitur de tribus generibus pomor. & sunt proprie dulcia acetosa & muza.

Setae crudae & non coctae, ut dictum fuit. Papias inquit. bombices dicuntur apud seres frondium uermes qui feruicium creant, ex cuius tinctura bombicinus fit.

Hic sectio de conditis complementum suscipit secundum do. Mes. nunc uero aggrediamur sectione de speciebus loch secundum eundem. Nobis igitur adit dator auxiliis deus terrarum, celiq; sator, rerumq; omnium opifex & conditor.

LOCH de Pino. s. granorum pini. 3. xxx. amigdalorum dulcium, auellanarum assatarum, dragaganti, gummi arabici, liquiritiae & succi eius, amili. capillorum ueneris, radicum lili caelestis. i. ieros. an. 3. illi. carniu dalylorum chairon. i. illius regionis. 3. xxxv. amigdalorum amararum. 3. iiii. mellis passularum zuchari tabarzet. i. albi butyri recentis. an. 3. iiii. mellis tabarzet quantum sufficit sumatur ex eo quasi lambendo.

Loch autem est medicina liquida in modum syrups, sed est inspissata ualde, aliquantulum uiscosa apta ut lambatur desglutiendo ipsam paulatim. contra dispositionem pectoris ac pulmonis ualet. Lafrancus chirurgicus in cap. de gibbositate impartiri habet unum medicamen. & inquit. fiat loch id est medicina spissa sicut mel liquidum seu crudum mitis gans tusum. apud nos istud loch est multum in usu. Aui. in. 5. cañ. in trac. 3. de auris dolore habet unam aliam descriptionem, sed non est eadem. Ioan. Serap. in suo antidotario habet unam aliam descriptionem qua uocatur loch de granis pini, & ibi inquit. astroculibe & sunt grana pini.

Pinus arbor secundum Isidorum in cap. de propriis nominibus arborum ubi inquit. pinus arbor picea ab acuminibus foliorum uocata. pinum enim antiqui acutum nominabant. pinum autem aliam pitim, aliam graeci paucem uocant, quam nos piceam dicimus, eo quod desudet picem. nam in specie sibi differunt. in germania autem insulis huius arboris lachryma electrum gignit. hic textus Isidori non accipitur. nam electrum non est lachryma pini, sed potius agros, & est gummi dictum charabe, ut patet apud Simon. Ianuen. Auicen. in. 2. cañ. facit unum cap. de grano pini, & aliud de geloum, & ibi dicit quod est granum pini maioris. certe illud nomen de geloum apud arabes est de auellana maiore,

DE SIRYPIIS ET ROBVB.

maiore, quā nos nucellā dicimus. hoc granū fati est notū.

Auellanā notā sunt. Ioan. Sera. in suo antidotario in cōfessione alchechengi inquit. abusa & sunt auellanā assata Pet. de crescē. ait auellanā ex eis quādā sunt syluestres quæ in memoribus & sapibus nascuntur. quādā domesticæ. syluestres sunt paruæ, saporosæ, grossā testam habentes. Domesticæ uero quādā sunt rotundæ grossæ, & quādā longæ ex quibus longæ saporosiores sunt, & citius maturantur, & assantur auellanā, ut dictum fuit de cimino.

Liquiritia est radix dulcis fati nota. Albuchasis in trac. 2. docet modum faciendi succum ipsius, & dicit qd fit de mense Iulij, quia tunc planta eius est plena succo. casius felix ca. de glioritia inquit. glioritia græce ex eo dicta qd dulcem radicem habet. gliem enim græce dulce dicitur. Gal. ait. maius iuuamentum quod est in liquiritia, est in succo radicis eius, quidam prave sophisticant succum ipsius ex puluere ipsius & melle.

Amilum. i. amidum. Serap. in cap. de frumento docet duos modos faciendi amilum siue amidum. Gal. in lib. ad partienianum dicit. amilum omnibus notum. est enim quasi medulla frumenti.

De melle passulato seu passularum ingrediente compositionem huius loch. contrarietas existit aliquando inter apothecarios nō parua. Aliqui. n. male accipientes uerba Mes. apponunt mel & passulas pro loch conficiendo, quod minime facere cōuenit, quia hæc uō est intentio do. Mes. nā hæc ipse, nec alij post mel uix unquam medicinas aliquas in suis compositionibus subiungunt, sed per mel passularum intellegere debemus cū passulis cōfectum, sicut etiā cōficuntur cū emblicis & anacar. & aliis rebus. Et modus ipsius est qd accipiuntur passularum mundatarum à fordibus eorum. 3. iiiii. aquæ communis lib. i. coquantur simul usq; ad consumptionem aquæ. deinde fiat fortis expressio, cui addatur mellis duplum ponderis, hoc est pro qualibet lib. i. carniū passularum addatur lib. ii. mellis bene dispumati, & iterum simul coquantur usq; ad necessitatem, deinde deponatur ab igne, & ului reserua in uase uitreato, & erit mel passulatum, si etiā mel myrtinum facere uolueris de modo ipsius docet Nicolaus in sine diacodion ut ostensum fuit.

LOCH DE PAPAUERE & est diapapauer. & papaueris albi. 3. xxv. amigdalarum dulcium excorticatarum granorum pini, gummi arabici, dragaganti, succi liquiritiæ an. 3. x. amili. 3. iiii. seminis portulacæ. seminis lactucæ, seminis citoniorum. an. 3. iiii. croci. 3. i. penidiorum alborum. 3. iiii. sypuripi de papauere quantum sufficit, etiam sit proprie sypurus ex capitibus papaueris albi & nigri, & semine lactucæ & uiolis.

Loch de papauer secundum intentionem Mes. est diapapauer, sed secundum intentionem apothecariorum, aliud est loch de papauere aliud est diapapauer, tamē unum pro alio potest dari. Ipse in sua practica describit multas descriptiones diapapaueris, ut in cap. de tusfi. & in cap. de fluxu sanguinis ab aure, sed non sunt in usu. Alia uero descriptio quam nos habemus in usu est ex auctoritate Nico. de quo supra Aui. in. 5. cañ. habet unam descriptionem loch de papuere, sed non sunt idem, ista uero est nobilior illa.

LOCH DE SQUILLA. & squillæ, mellis dispumati partes conuenientes decoquantur in substantia loch, & accipiatur sic iambendo.

Istud loch apud nos est multum in usu, idem Mesue describit aliam descriptionem in cap. de tusfi humida, sed eadem est Aui. in. 5. can. habet unam aliam descriptionē quæ eadem est.

Squilla apud Aui. in. 2. can. est eppē muris eo qd interficit mures. circa instans. Squilla alio nomine cæpa marina dicitur. illa quæ sola reperitur nisi sit plantata mortifera est. Sucus autem squillæ isto modo fit, oportet ut mundetur squilla cum cultello ligneo ex corticibus superioribus, & postea inuoluatur illa recte in pasta facta ex farina frumētū uel cherfene. i. sigillinis secundum Albuchasim, & ponantur in furno panis temperato non nimis calido, nec nimis frigido, & ibi dimittatur usq; pasta erit cocta, deinde extrahatur &

accipiantur laminæ squillæ ita calidæ, & habeas paratum mortarium lapideum calidum cum pistello ligneo & bene contundantur. postea cum pecia lini subtilis exprimantur fortiter & succus extrahatur.

LOCH de alfecera ualet sicut loch de squilla, & eius modus est sicut in illo, & est medicamen expertum.

Istud loch de alfecera non est in usu, ideo non est necessesse ut ipsum describam. fecera uero secundum Mesue est uitis alba quæ alio nomine brionia uocatur. hæc apud Diosc. uocatur ampelos leuca, & apud herbatricos cucurbita syluestris dicitur.

LOCH SANVM & expertum. & cinnamo. hyssopi sicca, liquiritiæ an. 3. s. iuuibe sebesten an. nume. xxx. passularum excorticatarum, ficuum siccarum, & dactylorum pinguium an. 3. ii. fenugraci. 3. v. capillorum ueneris. M. i. anisi feniculi, ireos, calamiti, seminis lini. an. 3. iiii. hæc omnia coquantur in lib. iiii. aquæ usq; dum remaneant lib. ii. & proficiantur super ea penidiorum lib. ii. & coquantur & impinguentur usq; ad spissitudinem mellis, deinde proficiantur super eum pinearum mundatarum. 3. v. amigdalarum mundatarum, liquiritiæ, dragaganti gummi ara. amili. an. 3. iiii. ireos. 3. ii. misceantur omnia & agitentur usq; dum medicamen maceretur & album fiat & reserua.

Istud loch apud nos est multum in usu, & est sanū & expertum ad tusim & ad raucedinem uocis.

LOCH AD caliditatem & asperitatem pectoris, & ad tusim calidam, sed non est in usu.

Chemes sunt passulæ sine ossibus, & meliores ex eis sunt illæ quæ ueniunt de oriente, quæ fati sunt notæ.

LOCH ALIUD ex intentione nostra, hoc non est in usu, simplicia tamen quæ declaranda sunt declarabo.

Per tria grana secundum quosdam intelliguntur tria semina ex seminibus quatuor maioribus frigidis, scilicet semina melonis citruli & cucumeris, & quando reperitur quatuor granorum ut est in triphera persica quatuor semina. communia maiora frigida intelliguntur. scilicet melonis citruli cucumeris & cucurbitæ.

LOCH BONVM conferens ethicis & consumptis & ptificis. & papa. albi, spodij, seminis lini torrefacti, croci, amigdalarum dulcium. an. 3. iiii. amili dragaganti, gummi arabici, seminis citoniorum, seminis citruli, quod est species cucumeris an. 3. vi. granorum nasturtij coctorum, amigdalarum amararum, fabarum. an. 3. i. s. penidiorum. 3. lx. dissoluantur penidiæ in aqua fontium & coquantur & conficiantur cum eis cætera.

Istud loch in urbe Ticinensi non est ualde in usu, sed in urbe Mediolani magis. ipse Mes. in cap. de ptifi quasi in sine habet unam descriptionem ex auctoritate labor quod dicitur loch conferens ptificis & consumptis, sed non sunt eadem, nec fit secundum illam descriptionem.

Grana nasturtii. cōtrarium euenit ei quod aduenit ligno aloes. nam istud per decoctionem debilitatur, immo extinguitur, illa uero sunt uirtuosiora. nasturtiū uero apud Diosc. uocatur cardamus. Gal. in. 6. simpl. inquit. cardamus. i. crocus hortulanus & est ex herbis spinosis. hic textus Gal. non uidetur bene sonare, sed credo qd fuit error scriptoris. nam ipsemet in. 7. inquit. cardamus. i. nasturtium. & sic est secundum ueritatem, sed sicut dicit cardamus, debet dicere cardatum. i. crocum hortulanum. Mes. inquit. granorū nasturtii coctorum non intelligitur qd debeant coqui in aqua, sed intelligitur qd sint bene cocta. i. matura ad solem.

LOCH AD asma bonum. & squillæ assata. 3. iiii. radices lilij celestis. 3. ii. hyssopi, prasij. i. marubii. an. 3. i. myrræ, croci. an. 3. s. confice cum melle, & fiat.

Istud loch apud nos est multum in usu. idem in cap. de asmate habet unam aliam descriptionem ex auctoritate Ioan. Serap. quæ eadem est. De modo assandi squillam uide supra ubi ostensum fuit.

LOCH de amigdalibus. & amigdalarum dulcium & amararum, seminis lini torrefacti, granorū pini, anisi, dragaganti, gummi arabici, succi liquiritiæ, & radicis eius. an. 3. i. s. zucchari penidiorum. an. 3. iiii. conficiantur cū melle, & sicut

SECTIO QVARTA

ci feniculi, & succi apii prius bullitorū quantitate sufficienti.

Istud loch apud nos est in usu. Amigdala secundum Isid. apud græcos idem sonat quod latine nux longa, hanc alii nuclicam uocant, quasi minorem nucem, amigdala etiā pro morbo aliquando accipitur, & sunt duæ eminentiæ iuxta radicem linguæ in faucibus similes capitibus mamillarum, & dicuntur branci.

Secundum eundem in sua practica,

L O C H de aleis in cap. de tussu humida. & aleoru mundatorum lib. s. & elixa ea in aqua decoctionis cicerum, & hyssopi sicca usq; dum sint bene discocta, deinde colentur & tertantur alea sicut medulla, & proiice super ea mellis & butyri añ. ʒ. vi. & decoquantur lento igne usq; ad terminum loch, & utere bonum est.

Istud loch apud nos nō est in usu. Aleū secundū Isido. in cap. de oleribus dicit. aleū dicitur q̄ oleat ulpicū appellatū, quod alei odorē habeat. Papias inquit, aleū dicitur q̄ oleat, cuius odorē uenenata ferre nō sustinent, leo quoq; & pardus fugiunt, corporibus tamē humanis salubre est. nā sui calore deducit & interioribus medicatur doloribus, oculis uero in cibo crebrius sumptum caliginem inducit. Aui. in. ʒ. cañ. habet unam aliam descriptionem quæ eadem est.

L O C H de caulibus in eodē cap. & succi caulū lib. v. lento igne coque auferendo spumam eius usq; dum redeat ad lib. ii. deinde coquatur cum rob. i. multo cocto, siue sapa, & mellis lib. i. usq; dum ingrossetur & bonum est.

Istud loch apud nos est multum in usu. Ioan. Sera. in suo breuiario in cap. de ptisi absq; febre habet unam aliam descriptionem, & est ferē eadem.

Caulis à græco caulos quod est hasta hastile & uirga uirilis. Lucretiū unde caulis est tirsus cuiuslibet plantæ. Isido. inquit caulis est generaliter herbarum & olerū medius frutex qui uulgo tirsus dicitur quod à terra sursum conscendat. est autē generale nomen. omnis. n. frutex caulis dicitur. caulium autē genera quinq; cum anū. s. pompeianū arcinū salselicum brucium. Apud Diosc. caulis uocatur bratica.

L O C H de pulmone uulpis in cap. de ptisi. & pulmōnis uulpis, sicci, succi liquiritiæ, capsillorum ueneris, seminis feniculi. añ. ʒ. iiii. confice cum zuccharo decocto cum aqua quantum sufficit, & quandoq; conficitur cū rob. myrtino, & est confortatiuum amplius.

Istud loch apud nos est multum in usu. secundū intentionē Mef. & est medicamen Gal. Aui. decima terti. in cap. de cura ulcerum pectoris, & cura ptisis habet unā aliam descriptionē quæ est eadē, sed lumen malelucens inquit. loch de pulmone uulpis magistrale uidelicet quod nō reperitur ab auctoribus, sed falsa est opinio sua. nā uide q̄ sua descriptio est eadē cū ista. praterea Nico. Floren. in lib. ʒ. in cap. de castarro & coriza ponit ad literā loch de pulmone uulpis, & ibi nec additur uel minuitur aliquid, imo est eadem descriptio. Pulmonē uulpis antequā administretur in medicinis oportet primo preparari. Et modus eius est q̄ accipias pulmonem uulpis & mundenur optime & incidatur per uenas postea abluatur cum uino albo odorifero parum calido. hoc fiat tantum q̄ pulmo uulpis efficiatur sine putredine. postea ponatur in olla & exiccetur in fumo leuiter calido, & post ipsius exiccationem reseruetur, sed prius inuoluatur cū absinthio & utere ubi oportet. ait pulmo uulpis. cum uino nigro asmaticis subuenit.

Vulpes est animal satis notū. Isid. dicit uulpes dicta quæ si uolupes, est. n. uolubilis pedibus, & nunquā rectis itineribus, sed tortuosis anfractibus currit, fraudulētum animal in fidisq; deinceps manum dum non habuerit escam fingit mortem, sicq; descendente quasi ad cadauer uolucres rapit & deuorat. hoc apud arabes uocatur thaleb. Serap. in cap. de amigdalīs inquit. & quando uulpes comedit amigdalām amarā cū aliquo cibo moritur. Mef. ac Aui. uolunt q̄ prædictum loch conficiatur cum zuccharo. sed hodie generaliter conficitur cum melle, etiam Nico. uult q̄ conficiatur cum zuccharo. Mef. inquit. etiam si conficitur cum rob. myrtino est confortatiuum optimum.

L O C H de semine lini ad illum qui tussit in antidota

rio Ioan. Serap. & seminis lini, torrefacti. ʒ. iiii. confice cum melle, & fiat loch.

Istud loch est multū in usu. tamē ego uidi ipsum fieri ex farina se. lini nō torrefacti, & melle & est mirabile ad tussim puerorū Aui. in. ʒ. cañ. in trac. ʒ. de allohocat ad spiritualia habet loch ad tussim siccam, & est idem cum descriptione Serap. Lini. f. semen medicina aptum est ad multa. Isido. in cap. de lino inquit limum ex terra specie mittenti oritur, defluxumq; nomen eius ex græco est. nam limum græci lōnarin dicunt siue q̄ sit molle & leue. Petrus de crescentiis in cap. de canapis dicit, quod est de natura lini, torrefit autem semen lini, sicut alia femina.

L O C H Albotin secundū Aui. in. ʒ. cañ. & seminis lini torrefacti, passularū mundatarū añ. lib. i. amigdalarū pini, & amigdalarū dulcium, & amigdalarū amararū mundatarū. añ. ʒ. vi. auellanarū torrefactarū, glutinis albotin, radicū lili cœlestis. i. i. eos. añ. ʒ. i. myrræ, croci thuris masculi. añ. ʒ. s. tere & cribellantur & inuoluantur cum lacte asinino, & conficiatur cum eo, & fiant troisci & exiccantur in umbra, deinde terantur & conficiantur cum melle.

Istud loch apud nos non est in usu.

Albotin uero est terebintina quæ alio nomine largatū dicitur, & granum ipsius secundū Aui. in. ʒ. cañ. uocatur granū uiride, secundū circa instans terebentina melior est alba uel citrina & clara sine putredine, per centum annos seruat. Serap. in cap. de terebentino dicit, quod sunt duæ spēs. f. domestica & syluestris. domestica est botin secundū ueritatē, & fructus eius est granum uiride. & syluestris est lentiscus & ambæ habent gummi. Gal. in suis secretis in cap. de dolore capitis & splenis & multorum aliorum inquit. cerge elchalimbac, i. terebentina uel albotin.

Amigdalę pini sunt grana ipsius uel femina quæ alio nomine nuclei pinearū dicuntur, græci uero dicunt strobilia.

L O C H de farsara magistrale. & radicū farsarę. ʒ. vi. auentur bene à sordibus earum, deinde bulliant bene donec sint bene coctę, deinde bene pistentur, prius cum dicta aqua dissoluantur zucchari lib. i. s. coquantur usq; ad formam electuarii, deinde addatur pinearum mundatarum. ʒ. i. s. passularum. ʒ. ii. pistentur in mortario lapideo, & misce cum syrupo superscripto, deinde adde croci gariosilorū. añ. ʒ. s. succi liquiritiæ. ʒ. i. gra. xv. cinnamomi, macis, añ. ʒ. i. misce, & fiat loch in forma bona.

Hoc medicamen in Papiā nō est in usu. Immo magis, est in usu in partibus Mediolanensibus, sed descriptio ipsius ab auctoribus nō reperitur, farsara uero secundū modernos est ungula caballina, siue ut alii dardanā uocant. spēs ipsius duæ sunt, una est iā proxime dicta, altera uocata nenufar utraq; in aquis nascitur, una cum flore albo, altera cum flore rubeo ut dictum fuit supra in electuario de farsara.

¶ Perfecimus fauore domino hanc sectionē de loch. prosequatur nunc circa sectionem syruporum iulep. præfret igitur altissimus nobis gratiam, & sub umbra alarū suarū protegat nos. De Iulep. syrupis ac rob. secundum do. Mef. & alios doctores per ordinē, si deus uoluerit describam quæ sunt in usu, & quæ non.



O D V S operationis iulep conferentis adustioni febrium. & aquæ infusio nis rosarum lib. v. zuccha. lib. iiii. coquantur cum facilitate, & administratur cum aqua frigida.

Iulep uel iulep arabicæ est syrupus simplex est sola aqua & zuccharo uel adhibita aliqua parte aquæ rosacæ. ut inquit Ioan. Serap. in. ʒ. Gentilis super. ʒ. cañ. Aui. dicit iulep arabicæ iubel græce est syrupus ex sola aqua rosata uel cōmuni & zuccharo. Istud iulep apud nos est multum in usu, sed nō utimur sub nomine iulep, uerū est q̄ facimus & face re debemus & utimur sub nomine syrupi rosati ex infusione rosarū, & prædictā infusionē ipse docet inferius, quando uero medicus ordinat iulep non intelligitur de ista descriptio ne, sed illud iulep quæ utimur apparebit infra sub nomine iulep aliud rosarū. Nico. ponit syrupum rosatum cuius infusio

gestis sint idem, sed non est, quia berengefif, apud Gal. ac Siomnem est arthemisia, & non est abrotanum, ut dicit Ioan. Serap. ac Auicem.

S Y R V P V S cordialis. & mellissæ, linguæ bouinæ. i. buglossæ, boraginis, endiuæ, lactucæ an. M. ii. seminū comū munium frigidorum maiorum, sandalorum, rubeorum acetosæ an. ʒ. i. fiat decoctio cum aqua rosata, aqua mellissæ, aqua buglossæ, aqua endiuæ, aqua boraginis, uini granatorum, uini berberorum, agrestis, succi ranciorum an. ʒ. vi. zuchari albi lib. vi. misce, & fiat syrupus secundum artem.

Itte syrupus in Papiæ non est ualde in usu, sed in Mediolano magis, & sine dubio est cordialis, quia confortat cor & custodit pericula quæ accidunt in corde.

S Y R V P V S de acoro, secundum intentionem domini magistri Hieronymi de Casali physici clarissimi. & radicū acori. ʒ. iii. hyssopi, calamenti, origani sicæ, mellissæ buglossæ an. M. s. sicados, arabi, polipodii, piretri boni an. ʒ. vii. peris longi & nigri an. ʒ. iii. cinnamo. fini, zinziber. fini, senæ bonæ an. ʒ. s. mirab. chebulorum, indorum, emblicorū an. ʒ. i. s. sanfuci. i. maioranæ, ruthæ, bethonicæ, pulegii, saluæ an. ʒ. vi. hafce, epithimi an. ʒ. i. zuchari lib. iiii. fiat syrupus secundum artem.

Itte syrupus à modernis practicantibus non est ualde in usu, sed tempore domini magistri Hieronymi magis erat in usu & ipse laudat eum ad egritudines neruorum, & ad multa alia. Acorus secundum Dioscoridum est herba uenerea uel aphrodisia uel piper apum. Pli. super hoc ait. qd' semper in aquo sis nascitur. Serap. dicit hueg. i. acorus & nominatur spatelja, quidam uocant ipsam geliam. & ab aliis gladiolus palustris dicitur. arabice uero nominatur huegi uel ogi, radix eius usui medicinæ competit.

Hafce. i. thymus. Ioan. Serap. in cap. de retentione menstruorum dicit, alfohura. i. hafce, quod idem est.

S Y R V P V S de scabiosa. & succi scabiosæ depurati lib. i. aqua decoctionis ordeï, capillorum ueneris an. quantum sufficit, zuchari lib. ii. dissoluti in prædicto succo, & decoctione, cui addantur corallorum rubeorum tritorum. ʒ. iii. ligaturum in pecia rara, & ex eis fiat syrupus.

Itte syrupus in partibus nostris non est ualde in usu.

Scabiosa uero est herba satis nota, sed miror quod nostri auctores de ipsa non loquuntur, tamen secundum intentionem Matth. sylua. dicit scabiosa latine, græce stibes uel stibeos. & ibi loquitur de scabiosa ex auctoritate Dioscoridi, sub litera scabiosa, quod non reperitur, uerum est quod Dioscoridus cap. unum facit de stibeos, sed ignoro quod illud sit de scabiosa, sed secundum intentionem Matthei idem est. Concoregius in cap. de tussi in fine capituli inquit sic. sed quia scabiosa confert in hac passione, & parum de ea dicitur ab auctoribus. ideo hos uersus nota.

Urbanus per se nescit præcium scabiosæ.
Nam purgat pectus quod comprimit egra senectus.
Purgat pulmonem laterisq; simul regionem.
Rumpit apostemata lenit uirtute probata.
Emplastrata foris necat antracem tribus horis.
Intus potatur, & sic unus euacuatur.

S Y R V P V S de bethonica. & bethonicæ. M. i. ruthæ, celidoniæ, fragariæ, eufragiæ, leuistici, pulegii, camedreos, rorismarini, origani, foliorum lauri, saluæ, hyssopi, liquiritiæ, rubeæ. i. rubeæ tinctorum, gariofilatæ. i. sanamundæ an. M. s. feminis anisi, anheti, ameos, petrosilii, lactucæ an. ʒ. i. s. rosarum florum boraginis an. ʒ. i. fiat ex ipsis decoctio, & cum zucharo albo fiat syrupus.

Itte syrupus apud nos non est in usu. Sed in Mediolano utuntur ipso.

Bethonica uero est herba satis nota Dioscorido. uocat ipsam bethonicam. Serap. in cap. de bethonica dicit, plurimū quod ex ea administratur sunt folia. Gal. in. 7. simpl. dicit cestrum latine dictum bethonica. Macer ait.

Bethonicam soliti sunt cestron dicere græci. Pli. uetones in Hispania eam quæ bethonica dicitur in galia. in Italia autem farratula à græcis cestron dicitur. Auer. in. 5. coll. ait. alchifon quæ in latino dicitur bethonica, & in

perfica lingua berahuem.

Fragaria herba est ferens fragra. & granum ipsum secundum Matth. sylua. est granum acetosum, eius planta similis pentafioni est, quapropter Pli. in cap. de quinque folio dicit, quinque folium fragra gignere, non quod illud sit quinque folium quo nos utimur in medicinis, sed ad eius similitudinem. f. à numeto foliorum quinque folium appellauit apud nos uero fragra sunt fructus, qui quando maturefcunt rubicundi efficiuntur, & satis noti sunt.

Eufragia est herba quæ in pratis ac alibi inuenitur. & secundum Matth. sylua. est herba adhil. & laudat ipsam, quia medetur egritudinibus oculorum.

S Y R V P V S de lupulis. & succi lupulorum lib. ii. succi fumiteræ lib. i. purificantur succi, & cum lib. iii. zuchari fiat syrupus.

Itte syrupus apud nos non est in usu. Lupulus uero secundum Mes. est species uolubilis, & est habens folia similia citrulo, cuius flos est sicut ampullæ adharètes, ipsa uero planta dum est recens in principio ortus sui comeditur cima ipsius. Pet. de crescen. dicit, humilis. i. leuertigo flos eius. propter siccationem maximam suam seruatur per longissimū tempus in uirtute sua, ita quod uulgaris opinio est quod nunquam putrescat, & est acuti odoris, & fortis hæc apud nos in hortis reperitur.

S Y R V P V S de buglossa. & succi buglossæ, succi boraginis an. lib. ii. succi pomorum dulcium lib. i. s. folliculorum fenæ. ʒ. iii. croci. ʒ. ii. folliculi senæ. & crocus ponantur in infusione per diem & noctem in parum aquæ, & cum illa infusione fiat decoctio, & cum succo & lib. iii. zuchari fiat syrupus secundum artem.

Itte syrupus in usu non est apud nos. buglossa uero herba est satis nota. Gal. in. 6. simpl. dicit lisen althaur. i. lingua bouis. Irido. ait. buglossa à græcis dicta eo quod folia asperissima ad modum linguæ bouis habeat. Aui. in. 2. can. de ea loquitur in tribus locis uidelicet in cap. de chenzauguen, & in cap. de lingua bouis, & in cap. de maru. & secundum quosdam habetur opinio, quod ipse. Auicem. non cognouerit ueram buglossam.

S Y R V P V S de succo endiuæ. & succi endiuæ depurati lib. vii. zuchari tabarzet lib. v. s. fiat syrupus secundum artem.

Itte syrupus apud omnes generaliter est in usu, & miror quod descriptio sua ab auctoribus authenticis non reperitur, unde quando doctor ordinat syrupum de endiuia simpliciter de isto semper intelligitur, & est syrupus de endiuia simplex, uel syrupus de succo endiuæ, suprapositæ fuerunt duæ descriptiones, sed sunt descriptiones syrapi de endiuia compositi.

S Y R V P V S rosatus ex infusione rosarum siccarum. & infusionis rosarum siccarum. zuchari an. lib. ii. coquatur & coletur, & fiat syrupus secundum artem.

Modus autem faciendi infusionem rosarum siccarum est sicut fit ex rosis uiridibus, cuius descriptionem ipsius supra posui. Et scias quod etiam ista descriptione aliquando utimur, tamen raro si esset aliquis qui uellet facere syrupum rosatum solutium uideat descriptionem suam apud Aui. in. 3. can. in fen. xxii. in cap. de solutiuis, sed non est in usu.

ROB DE Ribes. & succi ribes lib. x. decoquatur cum facilitate usque dum consumatur tertia ipsius, deinde coletur & dimittatur residere usque dum clarescat, deinde coquatur cum multa facilitate, in uase uitreo usque dum habeat spissitudinem aut exponatur soli usque dum pinguescat & conseruetur.

Rob uero apud arabes est succus cuiusdam fructus coctus ad spissitudinem ut seruari possit. Aui. in. 5. can. in. 6. trac. ponit differentiam quæ est inter syrupum & rob, & ait quod syrapi sunt decoctiones, & succi inspissati cum dulcedine, & rob sunt succi inspissati per se ipsos. Gal. in lib. secretorum in cap. de frenesi & tussi sicca, & febræ conclusa ait. coagulatum & est rob, tamen scias quando simpliciter reperitur rob intelligitur mustum coctum.

Ribes secundum Serap. est planta habens capreolos recentes rubeos ad uiriditatem tendentes. in fine cap. ait. &

infusio eadē est cū illa Mes. tamen in dosi nō concordant.

Infusio rosarum est illa quam docet idē sub nomine. ope ratio infusionis rosarum aut uolarum.

OPERATIO infusionis rosarū aut uolarū. & foliorum rosarum aut uolarum recentium lib. vi. ponantur in uase uitreato terreo stricti orificii, & fundatur super ea aqua calida lib. xv. & stringatur orificium uasis & dimittatur per horas octo, tunc denuo coletur, & in uase iterum tantundem foliorum rosarum recentium aut uolarum imitantur, & denuo eadem aqua calefacta super ea mittatur, & stringatur orificium similiter per octo horas, deinde coletur, & si conseruare uolueris ponatur in uase uitreato stricti orificii, & distilletur oleum in orificio eius, & stringatur caput eius, & exponatur soli diebus. xl. & dicitur illud nucharus rosarum aut uiola. Hęc operatio infusionis rosarum aut uolarum est illa de qua fit syrupus rosatus ex infusione rosarum etiam illo modo fit infusio uolarum pro faciendo syrupum uiolatum ex infusione uolarum ut dictum fuit supra, & quando prædicta infusio est completa potest conseruari in uase uitreato & non in uase terreo, quia putrescit, & in hac infusione zuccharo dissoluto & cocto secundam artē possunt fieri confectiones, & alia est ut diarodon descriptione communi & ita de aliis.

MODVS iulep uiolati conferens ad febrem & inflammationem & asperitatem pectoris & tussim & pleuresim, & eius operatio est sicut iulep rosati.

Iulep ut dictum fuit est syrupus simplex ex sola aqua & zuccharo. Et propter id dominus Mesue dicit iulep uiolatum quod fit ex infusione uolarum, & nos facimus & nominamus syrupum uiolatum simplicem siue syrupum uiolatum ex infusione uolarum. Et eius modus est sicut modus syrupi rosati, hoc est quod pro lib. v. infusionis uolarum addantur lib. iiii. zucchari, & fiat syrupus uiolatus ex infusione, & est ille de quo intelligitur quando medicus ordinat iulep uiolatum simpliciter. Infra apparebit una alia descriptio quæ uocatur syrupus uiolatus compositus quietiā in usu est, etiam apparebit aliud iulep rosatum uel uiolatum & fit uterque ex aquis distillatis & non per infusionem.

IVLEP aliud rosarum. & aquæ rosarum lib. iiii. zucchari lib. ii. & fiat iulep.

Istud iulep quod fit ex aqua rosata distillata ab elemenco ille quo utimur pro iulep rosato, & est ille de quo intelligitur quando absolute ponitur, duæ descriptiones iulep post se fuerunt quæ sunt ex infusione florum siue rosarum siue uolarum & nominantur suo nomine Aui. in. 5. cañ. etiā docet facere iulep cum aqua rosata.

IVLEP uiolatum. & aquæ uolarum lib. iiii. zucchari lib. ii. coquantur, & fiat ut supra.

Simili modo iste iulep debet fieri ex aqua uolarum distillata sicut fit iulep rosatum, quod etiam in usu est, in fundo uasis iulep uiolati uel rosati aliquando inuenitur zuccharum induratum in fundo uasis, quod uocant moderni candum uiolatum uel rosatum.

IVLEP alchermes secundum eundem in sua practica. cap. sermo in aqua cicerum &c. & alchermes & decoquantur in aqua decoctione sufficienti, & recipe huius aquæ partem. i. penidiorum partem. s. decoquantur usque dum sufficit, secundum eundem modum fiat iulep quod in usu nō est.

Alchermes uel chermes scriptum ut hic cum litera f, sunt passulæ sine arillis, sed chermes scriptum cum r, est grana cum qua tinguntur panni, & apud Diosco. uocatur coccus.

SIRVVIS de pomis. & succi pomorum dulcium & acetosorum añ. lib. v. coquatur succus usque ad consumptionem medietatis ipsius & dimittatur per dies. ii. usque dum clarescat, deinde coletur & cum lib. iiii. zucchari fiat syrupus, & sunt qui submergunt in succo setam tinctam ex chermes. i. granis cum quibus tinguntur panni ante succi deputationem usque dum tibeat & recipiat uirtutem tincturæ, & est excellentior.

Iste syrupus apud nos est multum in usu, & maxime secundum istam descriptionem qua dicitur syrupus de succo

pomorum uel syrupus de pomis simplex ad differentiam alterius descriptionis quæ uocatur de pomis compositus, de qua infra.

Succus scdm Isid. in. c. de potu didus est quod succo exprimitur ut ptisanæ. Plin. in. c. de generibus succorum & de odore ait. interim quæ sunt cōia ex pomis omnibus succis saporum genera tres decem reperiuntur dulcis, suauis, pinguis, amarus, austerus, acer, acutus, acerbus, falsus &c.

Mesue inquit quod sunt aliqui qui submergunt setam tinctam ex chermes in isto syrupo & est excellentior, sed raro apud apothecarios fit per illum modum.

SIRVVIS de piris modus eius est sicut syrupi de pomis, sed non est in usu.

Aui. in. 5. cañ. habet unam aliam descriptionem quæ eadē est, idem in. 4. cañ. in fen prima. in. c. de cura morbili laudat ipsum sub nomine syrupi de altelea. nam altelea ut exponitur in suis synonymis sunt pira, & syrupus de altelea. i. de piris, ut exponit et Io. arculanus super illo passu.

Pirus uocata uidetur quod in ignis ipem formata. nam hoc genus pomi ab amplo incipit & in angustū finit sicut ignis. pirus autem arbor, fructus eius pira sunt.

SIRVVIS de citoniis ualet sicut syrupus de piris & est idē modus utriusque, hoc est pro qualibet lib. i. succi citoniorum purificati adde lib. v. s. zucchari. & fiat secundum artem & uocetur syrupus de succo citoniorum.

Citoniū uero est fructus satis notus. Mes. habet hoc syrupum de citoniis qui apud quosdam est miua citoniorum simplex, tñ idem iterū ponit descriptionem miue citoniorum, quæ pot fieri cum speciebus & sine speciebus. Aui. in. 5. in distinctione de syrapsis habet syrupum de citoniis, & dicit quod est miua, quidam sapientes dixerunt quod si necessitas fuerit in operando loco syrupi de succo citoniorum potest dari miua citoniorum sine speciebus, tamen differunt inter se.

SIRVVIS de succo acetosæ. & succi acetosæ purificati lib. iiii. zuc. lib. ii. fiat syrupus secundum artem.

Iste syrupus est multum in usu, acetosa uero est herba satis nota, cuius ortus est in pratis, folia ipsius dum sunt uiridia manducantur. apud Dio. & Serap. uocatur lapacium, sicut patet si legatur utriusque. c. de lapacio cū acetosis apud Aui. Guliel. placen. inquit. ribes. i. acetosa uel acetosella. hic textus Guliel. est falsus. nā ribes non est acetosa, sicut patet per Sera. ac Aui. qui de utraque. c. faciunt. uerum ad necessitatem unum pro alio potest poni, tamen idem non sunt.

SIRVVIS de succo cucurbitæ. & cucurbitam magis & inuoluitur pasta & decoquatur in furno, & c. & expressio eius est lib. v. zucchari albi lib. iiii. misce, & fiat syrupus.

Iste syrupus non est ualde in usu. Cucurbita uero communiter satis est nota, reperitur alia cucurbita dicta syluestris apud herbarios. & hæc apud Dio. uocatur ampelos leuca. i. brionia.

SIRVVIS de granatis acetosis ualet contra febres cholericas. & succi granatorum acetosorum purificatorum lib. v. zucch. albi lib. iiii. fiat syrupus secundum artem.

Iste syrupus scdm plurimum est ille qui nobis est in usu, tamen quia idem describit unam aliam de granatis dulcibus ambas describam.

Granatum malum. i. pomum granatū Serap. c. de granatis ex auctoritate Gal. inquit. quod sunt ex eis acetosa & dulcia, & uirtus cuiusque eorum est secundum suum saporum, & sapor totius granati & granorum ipsius est plus stipticus quæ sapor succi eius & plurius desiccationis. reperitur aliud granatum, cuius sapor est muzus. i. cuius sapor est mixtus ex dulcedine & acetositate.

SIRVVIS de granatis dulcibus. & succi granatorum dulcium purificatorum lib. v. zucch. lib. iiii. & fiat ut supra. sed sunt qui emergunt in succo setam tinctam ex chermes. i. grana cum aqua tinguntur panni, & est excellentior inter has duas descriptiones syrupi de granatis, sed secundum plures prima est nobilior.

Petrus de crescentiis inquit. mala punica sunt mala granata, quæ nota sunt, ex quibus quædam sunt dulcia, quædam acida siue acetosa, quædam mediocriis saporis inter

SECTIO QUARTA

dulce & acrum composita.

S Y R V P V S de corticibus citri. & corticū pomorum citri recentium lib. i. decoque cum lib. v. aquæ fontium usque ad consumptionē duarum partium, & cū lib. i. zuechari fiat syrupus & cōdiatur. i. aromatizetur cū gra. iiii. musci, & sunt q̄ in iulep proiciunt ex corticibus citrorū partes conuenientes, & proprie q̄n uicinatur cōplexioni, cocturę ei⁹ est delectabilis, & q̄n submergitur in aqua decoctionis citri seta tineta ex chermes. i. granis tinctorum tunc est excellentior.

Ille syrupus apud nos est in usu, citrū uero apud arabes uocatur hateogi. Serap. in. c. de citro ait. ex auctoritate Galien. fructus huius arboris nominatur in græco pomū aque. Idem in septimo inquit. mille medica. i. citrus hui⁹ fructus nondū pomum medicū, sed citrū ab omnibus nominatum.

S Y R V P V S de acetositate citri. & succi acetositatis citri lib. xii. decoque in uase uitreato super prunas cū facilitate usq̄ dum consumetur tertia pars ipsius, deinde coletur & dimittatur donec clarificetur. Et accipe ex eo q̄d est clarum lib. vii. & funde super ipsum ex iulep claro & depurato lib. v. & coquatur donec inspissetur, si aut̄ æstas fuerit dimittatur in sole donec eius acetositas consumatur.

Ille syrupus de acetositate citri est multum in usu, & debet fieri cum magna diligentia, apud nos generaliter faciūt ipsum in hyemali tempore apud festum natiuitatis dñi nostri Iesu Christi, quia illo tempore citri deferuntur ex ianua ad nos, tunc faciunt syrupum.

S Y R V P V S de agresta modus operationis eius est sicut syrupi de acetositate citri, & quidā cōdiūt cū gariofilis.

Ille syrupus est in usu. Auic. in. s. cañ. habet unā aliam descriptionem, & est fere eadem. Etiā Franciscus de pedemō. in. c. de cura male complexionis stomachi cū materia simplicis & composita habet unam aliam descriptionem quæ eadem est cum illa. d. Auic.

Mesue dicit q̄ modus operationis eius est sicut syrupi de acetositate citri. & sic est q̄ accipiatur lib. xii. succi uuæ acerbæ decoquantur lento igne uel ponantur ad solem usq̄ ad consumptionem tertię partis, deinde coletur & dimittatur donec clarescat, tunc accipe ex eo. i. succo q̄n erit clarus lib. vii. zuechara. clarificati sicut iulep. lib. v. & coquantur simul usq̄ ad perfectam cocturam & referuentur.

Vuæ plura sunt genera, sed hic intelliguntur ille quæ in colore sunt citrinæ & ruffæ, & dicunt sapientes q̄ prædictæ uuæ debent esse ex illis ex quibus fit agresta. Albucaasim in tracta. 2. docet modum extrahendi succum uuæ acerbæ. Petrus de crescētis inquit. agrestum fit duplex liquidū & sic cum, agrestum liquidū fit hoc modo, cum uuæ sunt acerbæ usq̄ ad debitum uel quasi peruenerint ad augmentū colliguntur & pistantur, & in mastellum uel tinam uel aliud uas ponuntur ad solem, & in eis aliquid de sale ponatur. postquā duos dies uel tres ad solem steterint accipitur succus & respositus usui referuatur, & quidam sal non ponunt, sed cum eo melius referuatur & c. ibi et̄ docet facere agrestū siccū.

S Y R V P V S de granis myrti. & succi granorū myrti purificati lib. vii. zuech. albi lib. v. fiat syrupus scdm̄ artem.

Ille syrupus apud nos est in usu. myrtus est arbor, semen uero ipsius dī myrtillus. spēs eius duæ sunt. i. alba & nigra, idē posses dicere domestica & agrestis. domestica uero est myrtus quæ semen nigrum habet. agrestis est cubebe, quæ alio nomine myrtus alba appellatur, & ambę sunt notæ.

S Y R V P V S de albelac. & albelac & enucleatur & conterantur & coquantur usq̄ ad cōsumptionem duarum partium, & fiat syrupus cum zuecharo secundum artem.

Ille syrupus apud nos non est in usu. Io. Sera. in suo antidotario habet unam aliam descriptionem albelac uel belac secundum opinionem plurium doctorum sunt dactyli immaturi. alii dicunt q̄ sunt anacardi, quod ignoro. Matth. syl. inquit. abelac est species dactylorum, & sunt dactyli immaturi. i. acetosi. Nico. florentinus in libr. 4. in cap. de squinantia dicit albelac. i. aldella. i. dactyli immaturi, & hæc communis est opinio.

S Y R V P V S de papauere. & papaueris albi & nigri, & proprie capitum eorū. añ. 3. lx. & decoquantur in lib. iiii.

aquæ pluuiialis usq̄ dum redeat ad lib. i. s. & cum zuechari albi, & penidiorum. añ. 3. iiii. & fiat syrupus.

Ille syrupus scdm̄ intētionem doctorum non est ille quo utimur, sed ille quo utimur est syrupus de papauere compositus, cuius descriptionem idem describit, de quo infra. Nicolaus habet unā descriptionem, sed non est in usu Auic. habet duas in. s. cañ. sed non cōcordant cum ista nec in usu sunt. Miror q̄ illud lumen uel uerius tenebra apothecariorum posuerit descriptionem syrupi de papauere ex auctoritate Mes. sed non concordat descriptio sua cū illa dñi Mes. Rafis in libro diuisionum. in. c. medicinarum tusis asmatis & saniei habet unā aliam descriptionē, sed non est eadem.

Papauer quando simpliciter reperitur de semine papaueris albi intelligitur. Macer inquit. Dicunt uim gelidā siccamq̄; papaueris esse. Tres illi tribuunt species. hos unius albus. Alterius roseus rubeus pauensq̄; minoris. Flos est hanc uulgo dicunt agreste papauer. Nobilior cunctis est semen quæ gerit album. & florem. hoc est notum.

S Y R V P V S dinarii, & eius interpretatio est syrupus de bizantiis. & succi endiuia, succi apii. añ. lib. ii. succi lupuli, succi boraginis, aut buglossæ. añ. lib. i. bulliant ebullitione una & dispumetur & depurentur. & eorū depuratorum lib. iiii. zuechari tabarzet. i. albi lib. ii. s. & coquatur cum facilitate donec fiat syrupus, & quandoq̄ ad omnem partem succi depurati ponitur aceti boni albi & clari pars. s. & quā doq̄ bulliant in succis foliorū rosarum. 3. ii. liquiritiæ. 3. iii. spicæ, id est nardi. 3. ii. anisi feniculi, seminis apii, añ. 3. iii. & est mirabilis.

Ille syrupus est in usu. sub nomine syrupi de bizantiis, nō autem dī syrupus de bizantiis, quod in ipso blaetā bizantiæ ingrediuntur, sed pōt dici de bizantiis à loco quodam nominato bizantium in confinio macedoniæ, ut dicit Genti. super. 5. cañ. A. Dio. autem in. c. de purpura marina. i. blaetā bizantia ait. q̄ bizantium est quidam locus in quo primum inuenta fuit blaetā bizantia. & ideo bizantia à quodam loco potest appellari. Papias et̄ dicit. bizantium est urbs thraciæ à paufania rege sparhanorum condita, post à Constantino principe in maius aucta Constantinopolis nuncupata, est totius caput orientis. Ioannes tortelius inquit. bizantiū prima cum. y. græco sequente. z. consonante. penultima cū t. exili. & i. latino scribitur. urbs est thraciæ maritima à paufania sparhanorum rege prius condita, ut testatur Iulianus libro suo epithomais nono. nunc uero Constantinopolis à Constantino imperatore qui eam aduixit & exornauit uocatur. Idem etiam notat supplementū chronicarum libr. 4. etiam alio uocabulo potest dici q̄ bizantium, est genus denarii uel ducati. unde Guarinus ueronensis ait. bizantiū uel bizantæ olim dicta est Constantinopolis inde bizantiis bizantia bizantiū, uel bizanteus bizantea bizanteum. i. Constantinopolitanus, hinc et̄ adhuc moneta istius ciuitatis dī hic bizanteus uel hic bizantius. & sic Mesue uult quod per bizantium intelligamus denarium. & hoc quia iste syrupus apud medicos est carissimus. & et̄ apud infirmos propter utilitatem q̄ reperitur in ipso sicut bizantiū, uel denariū sunt charissimi apud homines. & iste syrupus pōt fieri cū aceto & sine, sed sine aceto est magis in usu.

Si aut̄ syrupum de bizantiis cū aceto facere uolueris addatur pro qua libet lib. syrupi de bizantiis sine aceto lib. s. aceti boni, & iterum coquatur quod tunc appellatur syrupus de bizantiis cum aceto, sed quando doctor ordinat syrupum de bizantiis simpliciter de illo qui fit sine aceto intelligitur, & illos succos qui in ipso ingrediuntur, oportet conseruare per totum annum ad necessitatem troiscorum de eupatorio ac aliorum.

S Y R V P V S acetosus. & zuech. boni albi lib. v. & funde super illud in uase lapideo aquæ fontium dulcis & clare lib. iiii. & decoquatur semper abiiciendo spumam eius, & fit ignis in quo coquitur prunarum aur tenuis flammę sine fumo & decoque hoc modo donec clarificetur & diminuta fit aqua sicut medieta eius, deinde funde super ipsum aceti uisni albi clari lib. ii. in leui & forti lib. iiii. & in medio cri lib. iiii. & da ei post illud perfectionem & cocturam.

Ille

Iste syrupus est multum in usu. Mes. dicit. sermo in syrupo acetoso dicitur, quod iam magnificata est inter uerificatores uirtus syrui acetosi, & excellentia eius. in cōitate & posse ipsius in materias calidas & frigidas, & subtiles & grossas, & uiscosas siue adherentes &c. Iste est syrupus acetosus simplex. Gal. in libro secretorū habet unam descriptionē syrui acetosi quo conseruatur sanitas corporis, sed non sunt idē Aui. in. 5. habet multas descriptiones, sed nō sunt in usu.

Acetum. i. oxos, oxi uero græce est acutum. Serap. ca. de aceto ex auctoritate Diosc. dicit quod infrigidat & stipticat, & est bonū stomacho & prouocat appetitum. Pet. de crescen. docet qualiter fit acetum & de uirtute eius. Liber qui dicitur Albuchasis in tract. 2. in. c. de preparatione medicinarū quæ fit ex plantis inquit. modus distillandi aquam ex squilla quæ occidit mures, & quæ ponitur in medicinis, ex qua fit syrupus acetosus hic intelligitur quod ex aqua distillata ex squilla debet fieri syrupus acetosus, sed ista non est intentio Mes. ipse dicit. aceti uini albi clari, & non dicit aquam factā ex squillis, ut uult Albuchasis Gal. in suis secretis. di. it. saturo reli. i. acetum acetosum, & hoc est in. c. de strictura anhelitus & doloris stomachi.

S Y R V P V S acetosus cum radicibus. & aquæ fontium claræ lib. x. & proice super ipsam radicis feniculi, apii, endiuæ añ. 3. iii. anisi, seminis feniculi, apii añ. 3. viii. seminis endiuæ. 3. v. coquatur cū facilitate usque dum ueniat ad lib. v. tunc proice super ipsam zucchari boni lib. iii. & clarificetur sicut prius, deinde funde super ipsum aceti boni quantitatē sufficientem iuxta modum superioris doctrinæ, & da ubi oportet.

Iste syrupus est in usu, sed non utimur sub nomine syrui acetosi cum radicibus generaliter faciunt & facere debent apothecarij sub nomine syrui acetosi cōpositi, uel sub nomine syrui de duabus radicibus, tamen Mes. habet tres radices, quod non est consonum, sed error hic est quod radices cōes sunt ad numerum quinque uidelicet feniculi, apii, petrosili, brusci, & sparagi, de quarum ex istis quinque nisi duæ ingrediuntur in isto syrupo, & propter id nominatur syrupus de duabus radicibus, endiuæ uero non ponitur in numero istarum quinque.

S Y R V P V S de cannis. & succi granorum dulcium lib. iii. aquæ malorum de seni. & aquæ cannarum zucchari, aut penidiorum. añ. lib. i. 3. s. & fiat syrupus.

Iste syrupus non est in usu. Mes. habet syrupum de cannis. i. de canna de qua fit zuccharū. quidam mel cannæ uocant. hæc in Sicilia partibus reperitur. Sicilia insula est prope sardiniam. ab oriente cingitur mari adriatico. à meridie africa & ab occidente. forma cannarum zucchari est sicut forma canarum mellice foris & intus, sed canna mellis dulcē gustum reddit. canna uero mellice habet contrarium.

Malum seni siue mororum de seni sunt moroni grossi de quo fit diamoron.

S Y R V P V S de portulaca. & succi endiuæ costi & depurati lib. iii. seminis portulacæ. 3. xii. teratur semina & fundantur super ea succus & dimittatur in uase lapideo per diem & noctem, & coquatur cum facilitate usque ad mediū, & addas zucchari lib. ii. fiat syrupus, & quandoque additur aceti lib. i. aut succi malorum granatorum acetosorum lib. i. s. & fiat syrupus.

Iste syrupus non est ualde in usu, & potest fieri per duos modos. uidelicet. si accipiatur succus endiuæ costi & depuratus & addas zuccharū, tunc est syrupus de succo endiuæ. si autem addas alia, tunc est syrupus de portulaca.

Portulaca secundum circa instans habet maiorem efficaciam uiridis quæ sicca. Sera. cap. de portulaca nominatur herba stulta & parpittella. Hæc apud Dio. uocatur andragne. Macer ait. Andragne græce quæ portulaca latine dicitur. Hæc uulgi pes pulli moræ uocatur.

S Y R V P V S de uiolis. & uiolarum. 3. ii. seminum citoniorum seminum maluarum añ. 3. viii. iuiubarum sebesten, añ. numero. xx. & coque cum lib. vi. aquæ cucurbitæ usque ad tertiam partem, & cum lib. i. s. zucchari fiat syrupus.

Iste syrupus est in usu, sub nomine syrui de uiolis cō-

positi, sed quando doctor simpliciter ponit. & syrui de uiolis, intelligitur de illo qui fit ex infusione uiolarum, cuius descriptionem uide supra. idem Mes. in sua practica in cap. sermo in aqua cicerum. habet duas descriptiones, sed ista est nobilior illis.

Viola secundū Mes. est medicina temperata cōueniēs, & fit per eam malæ qualitatis permutatio & naturæ solutio. melior est quecūque est ex primis, quā nō inuenit calor resoluens uirtutem aut pluuia dissipans. Isido. inquit. Viola propter uim odoris nomen accepit, cuius genera sunt tria. & sunt hæc purpurea leuæ. i. alba. cheiri. i. uiola citrina dicta saracenicæ, & omnes sunt notæ, secundum circa instans omni anno uiola debet renouari.

Malua. i. semen quod satis est notum. Pli. ait. maluarum satiuæ & syluestris duo sunt genera, amplitudine foliorum discernuntur, maiorem græci malopen uocant in satiuis, alteram à molliendo uentrem malachen uocant, & syluestribus cuius grande folium & radices albæ, altea uocatur ab excellentia effectus. Serap. cap. de malua dicit. cubeze. i. malua. Aui. in. 2. de cubeze cap. facit & inquit. quod est species malugæ & dicunt quod cubeze est syluestris, & maluchia est domestica, & cubeze quidem est species quædam quæ dicitur maluchia arborea, & ipsa est altea & est olus iudicum, & non est longum quin sit species eius, & est melior quæ sit in ipsa &c.

S Y R V P V S de iuibis. & iuibarum lib. x. uiolarum, seminis maluarum añ. 3. v. capillorum ueneris. 3. i. seminum citoniorum, papaueris. i. semen papaueris albi, melonis, lactucæ, dragaganti. añ. 3. iii. liquiritiæ, ordeï mundi añ. 3. viii. decoque in lib. iii. aquæ fontium & cum lib. ii. zucchari fiat syrupus.

Iste syrupus est in usu, & maxime secundum istam descriptionem. Idem in sua practica in cap. de asmate habet unam aliam descriptionem ex auctoritate Hamec & est ferè eadē, tamen ista est nobilior illa.

Iuibæ apud Aui. in. 6. can. meliores sunt maiores earū. Dios. nominat zinzifa, sed de forma ipsius non loquitur. Auenzoar in cap. de fractura ossis causa doloris dicit. iuibæ qui arabicæ dicuntur aupini habet fructus sicut cornu quod apud omnes satis est notum.

Capillus ueneris secundū Mes. dicitur apud quosdam capillus fontium, & dicitur capillus hominis nemoralis, capillus ueneris uero est debilis in quæ, & uirtus eius cito tollitur.

S Y R V P V S de papauere. & papaueris albi & nigri. añ. 3. i. capillorum ueneris. 3. xv. liquiritiæ. 3. v. iuibæ numero. xx. seminis lactucæ. 3. xi. seminis maluarum, seminis citoniorum. añ. 3. vi. coquantur in lib. iii. aquæ usque ad duas, & cum zuccharo & penidiorum añ. 3. viii. fiat syrupus.

Iste syrupus est ille qui nobis secundum plurimum usu uenit. supraposita fuit alia descriptio ex auctoritate euidē, sed non est ita in usu. idem in cap. de tussi habet tres descriptiones sed sunt in usu, nec eadem.

Papauer sicut inuenitur in. 7. simpl. apud Gal. sunt multe species. nam inquit. micon. i. papauer. i. album. micon carasthides. i. papauer cornutum nominatum, quidē sic à fructu breuē cōnexionē habente, sicut fenugræcum, ut assimiletur cornu bouino uocatur. & est aliud quod dicitur micon irasthia. i. papauer herculeū. uocatur aut & spumosum, quoniā totū album est, & spumosum parū, secundū circa instans semen papaueris albi & nigri seruatur per decem annos.

S E R M O in aqua mellis. & mellis boni & mundi, & proprie cuius est color, sicut color paleæ, & quod est inter tenue & spissum, & quod est boni odoris, & quod est modice acuitatis, & quod non est antiquum, & fit eius lib. i. & pone ipsum in uase lapideo aut uitreato, & funde super ipsum aquæ fontis dulcis, & claræ lib. viii. & coque ipsum cū facilitate, & auferatur spuma eius, & non dimittatur super ipsum multiplicari, immo quæ cito apparet auferatur. deinde coletur colatorio denso de panno & utere secundum quod ipse docet. Et sunt ex hominibus qui aromatizant illam cum speciebus alefanginels, sicut zinziber, croco, cinnamomo, mace, & similibus, & sunt qui aromatizant cum gallia muscata, ligno aloë, & similibus.

SECTIO QUARTA

Melue inquit, q̄ posuerunt antiqui diuersitatem in aqua mellis, qui locuti sunt de ipsa, & scripserat ei iuamenta plurima que sunt in ea, quia sitim sedat & multa alia, ut uidetur ibi hæc apud nos est in usu, quidam existimant q̄ sit melicratum, quod ignoro, quia idem, aliud capitulum facit de mellicrato, de quo infra etiam idromel apud græcos est aqua mellita. Ralis in. 9. Almanfo. in. c. de colica, habet modum faciendi idromel, & est quasi idem Aui. in. 5. cañ. habet duas descriptiones syrupi de fauis mellis, & idem est cum idromelle secundum descriptionem. Io. sera. & sic si legis utriusque descriptiones uidebis q̄ syrupus de fauis mellis apud Aul. cum idromelle apud Io. Serap. sunt idem.

Mel scdm Dio. est ros celestis quem apes colligunt Ifido. in. c. de escis dicit. mel græce appellatum est quod ab apibus nomen habere probatur. nam apis græce mel esse dicitur & c. Mel secundum intentionem Mel. melior est quod colorem paleæ habet, & quod est inter tenue & spissum, & q̄ est boni odoris, secundum autem Serapionem, bonum est cuius color tendit ad rubedinem, neq̄ est nimis liquidum, & q̄ immiseris in eum digitum adhæret digito & uenit cum eo, & melius quidem mel est mel ueris, deinde mel ætatis, mel uero hyemale est malum. Auic. laudat illud quod est ueræ dulcedinis, boni odoris declinantis ad acridinem, & ad rubedinem, & quod est ut palea in colore, quod non est subtile, uiscosum, quod non abscinditur, & melius est uernale, deinde æstiuum hyemale autem est malum. idem ait Serap.

SECANIABIN purum. & mellis boni lib. ii. aceti boni lib. i. aquæ fontium claræ & dulcis lib. iii. & quandoq̄ exigit dispositio ut addatur ad quantitatem aceti, sicut te scire fecimus in. c. de syrupo acetoso, & operatio est ut accipiatur mel & aqua. & abiciatur spuma eius, deinde fundatur super illud acetum & decoquatur, & non dimittatur eleuari, & excrefcere super ipsum spuma eius, immo auferatur omni hora & clarescat, & cum coctum fuerit reconde.

Iste secaniabin uel squingebin est in usu, sed nos utimur sub nomine oximellis simplicis. Simon Ia. dixit. squingebin arabicæ est syrupus acetosus siue mellinus, quod est oxymel, & sic sapientes hodierni faciunt oxymel simplex secundum istam descriptionem de secaniabin puro, & sic debet fieri. uide Nicolaum in suo antidotario. nam habet scriptum oxymel simplex, quod idem est.

SECANIABIN de radicibus. & corticum radicis apii, feniculi añ. 3. ii. seminis anisi, feniculi, apii. añ. 3. i. mundentur cortices, & conterantur, & proiciantur super eas in uase lapideo aceti boni antiqui & albi. libr. x. aquæ lib. xii. & dimittatur per diem ac noctem, deinde coquatur donec eius tertia consumatur, postea coletur & proiciatur super ipsum mellis quod sit medietas eius, coquatur cum facilitate sicut superius diximus.

Secaniabin sicut dictum fuit est oxymel, & propter secaniabin de radicibus est oxymel, & est quo moderni per oxymelle composito utuntur. oxymel uero scdm Ifid. appellatum, quod aceti & mellis permixta conciliatur materia unde & dulcedinem retinet & acorem. idem in cap. de pleuresi habet unam aliam descriptionem ex auctoritate Gal. & ibi habet mellis & zuchari fulemeni. i. illius regionis, sed non sunt idem nec utimur illa.

S Y R V P V S de menta ex inuentione nostra, & est excellentior priore. & succi citoniorum muzorum, & est sapor compositus ex dulci & acetoso. succi citoniorum dul. succi granatorum acetosorum, & dulcium, & muzorum añ. lib. i. s. proiciatur super eos mentha sicca lib. i. s. foliorum rosarum. 3. ii. & dimittantur per diem & noctem, deinde coquantur cum facilitate usque ad medium, & cum mellis uel zuchari lib. ii. fiat syrupus & aromatizetur cum gallia. f. gallia muscat.

Iste syrupus est ille qui est in usu. idem habet unam aliam descriptionem, sed ista est excellentior priore. Aui. in. 5. cañ. habet unam descriptionem, sed non utimur illa.

Mentha apud Dio. uocatur ediosmum, mentha autem genera sunt quinque. f. mentha domestica quæ proprie hortulana dicitur uel cois uel odorifera. & est alia syluatica quæ menthastrum siue calamentum fluuiale dicitur. & est alia dicta

balsamita, siue mentha aquatica. & hæc iuxta aquas reperitur. & est alia cuius folia sunt nigriora aliis, & hæc dicitur mentha romana uel saracenicæ, & est alia dicta mentha non odorifera, & hoc est calamentum, & omnia ista quinque genera debent poni in unguento marciaton de quo infra.

S Y R V P V S de absinthio. & absinthii romani lib. v. foliorum rosarum. 3. ii. spicæ. 3. iii. uini albi boni antiqui & odoriferi, succi citoniorum añ. lib. ii. s. & dimittantur per diem & noctem in uase lapideo, deinde coquantur cum facilitate usque ad medietatem, & cum mellis lib. ii. fiat syrupus exsertus & nobilis.

Iste syrupus est ille quo utimur, idem describit unam aliam descriptionem, sed ista est nobilior. Absinthium scdm eundem Mel. est multiplex, sed illud quod intendimus nunc est absinthium romanum Ifido. ait absinthium græcum nomen, cuius probabilius est quod in ponti regione nascitur. unde absinthium ponticum nominatur. Dio. absinthium est omnibus notum cuius probabilius est ponticum & cappadocium nascens in monte. unde nomen accepit. Halyabas in practica uocat ipsum bulengi.

S Y R V P V S de fumoterra maior. & mirab. citrinorum chebulorum añ. 3. xx. boraginis uel buglossæ, uoluarum absinthii cuscute. i. podagræ lini. añ. 3. i. liquiritiæ rosarum. añ. 3. s. epithimi, polipodi añ. 3. vii. prunorum numero. c. passularum enucleatarum libr. s. tamarindorum, casia fistulæ añ. 3. ii. hæc omnia bulliant in aquæ lib. x. usque dum deueniant ad lib. iii. & cum succi fumiterræ cocti & depurati & zuchari añ. lib. ii. fiat syrupus.

Iste syrupus de fumoterra maior est ille qui est in usu, & habet maiorem efficaciam q̄ minor. Fumoterra secundum eundem ponitur inter medicinas benedictas, sed de forma herba ipsius non loquitur, & hoc est, quia credo q̄ sit nota omnibus. Circa instans dicit. fumoterra dicitur quasi fumus à terra in multa quantitate emittitur. dicitur autem fumoterra, quia generatur à quadam grossa fumositate à terra resoluta, & quanto uiridior est tanto melior, & in sicco nulla est efficacia Aui. in. 2. cañ. inquit. fumoterra melior est ille qui est uiridis recens acutus amarus & c. Mel. dicit. boraginis uel buglossæ, quasi dicat. pone unum pro alio ex istis duobus, quia in uirtute & specie fere conueniunt, ambæ confortant cor sicut est notum.

S Y R V P V S de liquiritia. & liquiritiæ. 3. ii. capillorum ueneris. 3. i. hyssopi sicca. 3. s. proiice super illud aquæ lib. iii. & dimittantur die & nocte, deinde coquantur usque ad mediam partem, deinde proiice super illud mellis & zuchari, & penidiorum. añ. 3. viii. aquæ rosatæ. 3. vi. fiat syrupus & administratur.

Iste syrupus apud nos est multum in usu.

Liquiritia uero apud Dio. uocatur gliquiritia. gliquiritia uero reperitur in multis libris de græco translatis, quod est dictum dulcis radix. nam glicon dulcis. riza radix. Ifid. inquit gliquiriza græce ex eo dicta q̄ dulcem radicem habeat eadem ad ipsos, quia sitientibus sitim sedat, hæc est satis nota. Gal. in. 7. simplicium ait. ghus. i. liquiritia id quod est utile de hæc planta est succus radicis eius. Mel. habet in isto syrupo aquæ rosatæ q̄ sapientes uolunt intelligi aquam rosatam distillatam per alembicum. quidam uero dixerunt q̄ intelligitur de aqua quæ fit ex infusione rosarum, sed non est credendum.

S Y R V P V S de hyssopo. & hyssopi sicca, radicis apii petroselinii, feniculi, liquiritiæ añ. 3. c. orde mundi. 3. s. feminis maluæ, draganti, seminis citoniorum añ. 3. iii. capillorum ueneris. 3. vi. iubarum, sebesten añ. nume. xxx. passularum enucleatarum. 3. xii. ficuum siccarum, & dactylorum pinguium añ. numero. x. albarum penidiorum lib. ii. & fiat.

Iste syrupus est in usu. & maxime secundum istam descriptionem. Idem mel. in capitulis de tussi habet quatuor uel quinque descriptiones syrupi de hyssopo, quarum nulla cum ista concordat, nec etiam inter se.

Hyssopus sicca ad differentiam hyssopi humidæ dicitur, quæ est fordes aggregata super lanam. Isidorus. Hyssopus herba purgandis pulmonibus apta. unde & in ueteri testamento per hyssopi fasciculos aspergebatur agni sanguine, quos

quos mūdare trolebant. de ipso uide supra in diaphyffopo.

S Y R V P V S de prasio. *R.* prasii. *℥.ii.* hyffopi, capillorum ueneris *an.* *℥.vi.* liquiritiæ, calamenti, anisi radicem apii, feniculi *an.* *℥.v.* seminis maluar, fenugræci, ireos *an.* *℥.iii.* seminis lini, seminis citoniorū *an.* *℥.ii.* passularū enucleatarum. *℥.ii.* ficus, siccas pingues numero. *xv.* penidiorū libr. *ii.* mellis boni dispumati libr. *ii.* & fiat.

Iste syrupus est in usu, & maxime secundum istam descriptionem. Idem in cap. de asmate habet duas descriptiones ex auctoritate Hamec, sed cum ista non concordant, nec in usu sunt.

Prasium. i. marubium albū. Plin. ait græci perison uocāt alii linostrofon, nonnulli philopede, aut philogares. Circa instans ait. marubium herba est quæ alio nomine prasium dicitur folia eius medicinae competunt, herba collecta, & in umbroso loco suspensa per annum seruari potest. Et aliud prasium quod uocatur prasium uiride. & hoc secundum intentionem Nicolai est flos æris. prasium apud græcos est porrū. prasii uero est marub. albū. & est herba satis nota.

S Y R V P V S de calamento confert spleneticis. *R.* calamenti domestici & syl. *an.* *℥.ii.* cheisim. id est leuitici, dauici, squinanti, *an.* *℥.v.* passularum enucleatarum libr. *s.* & mellis libr. *ii.* & fiat syrupus.

Iste syrupus est ille qui cōiter est in usu. idē habet unam aliam descriptionem. sed hæc est nobilior illa, Gal. in lib. se cretorū habet unam aliā, sed non est eadē, nec est in usu.

Calamentum domesticum secundū modernos est usuale. Circa instans calamentum inquit. herba est quæ alio nomine nepita dicitur.

Calamentum montanum melior est, quia est magis siccum. cū flores producit debet colligi Dio. ait calamitē quā pulegiā agreste multi dicunt, & ipsa muntuosa est & c. calamentum uero agreste secundum intentionem Nicolai est nepita siue herba dicta à uulgo gataria siue neuida. nam sine dubio nepita est calamenti species. unde macer. Herba quam neptam uulgari sæpe uocamus. Hanc medici græco calamenti nomine dicunt.

S Y R V P V S de eupatorio. *R.* radicem apii, feniculi, endiuæ *an.* *℥.ii.* liquiritiæ, squinanti, cuscute absinthii, rosarum *an.* *℥.xvi.* capillorū uene. bedeguar. suchaha florum bu glosse aut radicem eius, anisi, feniculi, eupatorii. *an.* *℥.v.* raud. i. reubarbari: masticiæ *an.* *℥.iii.* spicæ assari. i. assaræ bac caræ, folii. *an.* *℥.ii.* coque in aqua libr. *viii.* usq; ad tertiam, & cum libr. *iiii.* zucchari fiat syrupus addendo succi apii, endiuæ, quantitatem sufficientem, & usui referua.

Iste syrupus apud nos est multum in usu, & magnificata est uirtus eius, ut docet experientia, sed nō solum in oppilationibus epatis, ut in aliis proprietatibus, sed sunt q̄ faciunt, & q̄ credunt aliqua facere nihil faciunt, & hoc est propter simplicia quæ in ipso ingrediuntur, ut ostendam.

Bedeguar siue bedeguard idem sunt, & est q̄nam Diosc. Acanthis leuce, uocat, sed apud Serap. est spina alba, de qua ipse sera. scribit in litera. b. bedeguar. & in litera. s. scribit spina alba, quæ idem est. Similiter facit Aui. in. 2. cañ. sed opinio ignoratiū apothecariorum multorum est q̄ bedeguar sit quædam res similis spongiæ quæ nascitur sub quadam planta quæ apud Dio. uocatur cinosbatus. i. rubus canis, & in ea aliquando reperiuntur uermes & sic meo tempore uidi multos eam ponere in isto syrupo loco bedeguar, sed decipiuntur. nam uide Nicolaum florētinum in lib. 7. in. c. de cancro qui dicit. dicunt quidam experimētatores quod fiat puluis ex eriton qui oritur sub rubum canis qui à quibusdam, sed nō recte ponitur pro bedeguar. Moderni generaliter in puluere qui fit contra botum gulæ habet bedeguar, sed litera non est bona, quia prædictus puluis reperiuntur. pud Raynaldum de uilla noua. in. c. de botio gulae. & ibi dicit. *R.* spinæ rosarum. & credo q̄ sit illa spongia quæ falso bedeguar dicitur. Ille qui de nouo scripsit lumē apothecariorū dicit q̄ bedeguar est radix cardonis benedicti masculi, quod non est credendum, sed ut ueritati aperior sit uia, hic uolo scribere formam ueri bedeguar. & quæ debet administrari in isto syrupo scdm Sera. ex auctoritate

Dios. qui dicit bedeguard. i. spina alba. Dios. nominat acanthis leuca, & in græco est spina alba, & est planta quæ nascitur in montibus zagial, & habet folia similia cameleuntæ alba, nisi quia sunt strictiora & albiora, & super ea est simile borra, & sunt spinosa, & habet stipitem lōgum duobus brachiis in grositudine digiti pollicis uel plus. color eius est uergens ad albedinem, & super summitates eius sunt capitella spinosa similia eritio marino, nisi quia sunt minora & oblonga, & flos eius est coloris purpurei, & semen eius est simile grano cartami, sed apud Dios. est simile grano ginco quod idem est, nisi quia est rotundius eo, & id quod admistratur ex ipsius planta est radix. uide ergo si bedeguard est illa spongia, ut uolunt ignorantes.

Suchaha est etiā species cardoni & est propinqua bedeguar. & est quæ Dios. uocat acanthis arabicam. i. spinā arabicam. & est similis supradictæ. i. similis bedeguar. nascitur spinosa & alba. Matth. sylua. uult q̄ suchaha sit cameleunta alba, quod nō credo. nā Dios. & Serap. de utraq; faciunt distincta capitula. & secundū Christophorū de hone. suchaha est bedeguar, quod nō est, & secundū lumen est radix cardonis benedicti fœminæ, quod nō reperio apud auctores, sed sit quomodocunq; suchaha apud Dios. est acanthis arabica, & secundū Serap. est spina arabica. & secundū Rasim est megaille. & idem Serap. ex auctoritate Gale. ait. Herba est similis plantæ bedeguar, nisi quia uirtus eius desiccet & distipticat plus eo, & fructus & radix eius est fortior. secundū Paulū suchaha est herba dulcis quæ extenditur super terrā, & facit capita grossa prope radicē, & exeunt ex illis capitibus flores sanguinei, & sic est secundū ueritatē q̄ suchaha est herba spinosa alba ex pandens se super terrā, cuius flos est in colore sanguinis, & hæc est proprie suchaha quæ admistratur in ipso syrupo radix eius usui medicinae competit.

Postquā dixi de bedeguar ac suchaha quæ sunt spēs cardonis. etiā mea intentio est declarare quasdam alias spēs quæ ponuntur in numero cardonum. nā primo est cameleunta alba & nigra. sed de alba Sera. dicit q̄ sunt homines qui nominant eam acaciam. & de nigra dicit q̄ nominat eā hominē. cameleuntam propter uarietate florum eius, quia ex eis reperiuntur uirides multū, & aliqui ad albedinem declinantes, & aliqui ad celestem colorē, & quidā ad rubedinē sanguinis secundū diuersitate locorum in quibus nascuntur. Et est alius cardus q̄ alio nomine scolimas uocatur. & iste apud quosdā est cardus dictus arcosof. sed ignoro uerū. Serap. in suo cap. ait in fine capituli de cardo. comeditur planta ista recens sicut comeduntur sparagi. ego uero nec nego, nec affirmo q̄ scolimas sit arcosof. i. artigiocho, sed nomen suū uerū est china, aut alio nomine dicitur alcorsof, de quo uide Rasim in. 3. Almanforis qui uirtutem eius describit, sed formā nō, tamē iste cardus est spinosus, cuius capita comeduntur referuntur de ianua. Aui. in. 2. cañ. dicit cheuchezred est gumba alcorsof. Ioan. Serap. in suo antidotario in fine inquit. cancarzed. i. gummi alcorsof. Auer. in. 5. coll. inquit. harchaf. i. cardus alchi uult dicere artigiocho, & est alius cardus quo utuntur homines ad gargellandum pannos & bireta & similia, & iste apud Diosco. uocatur dispacus. & à multis ignorantibus uirga pastoris. & est alius cardus dictus astaraticon, siue centum capita cœlestis coloris, & iste apud nos nascitur iuxta uias, & est alius qui dicitur centum capita alba, & hæc est iringus & est alius qui à modernis cardus benedictus appellatur, & iste est quem hodie herbam turcham uocant siue sedum, ut apud Dios. siue eregeron, ut apud Plin. flos buglossæ, aut radicem eius. flos uero ut uult Papias dictus est q̄ cito fluat, quasi fluor. Isido. uero inquit flores nominantur q̄ cito defluant de arboribus, quasi fluores q̄ cito soluantur.

Folium. i. malabatum in hac descriptione loco eius ponitur macis, ut dicit Aui. in. 2. cañ. cap. de folio, si uero in ipso non ingrederetur spica potest poni, sed quia spica ingreditur macis.

S Y R V P V S de thimo. *R.* extremitatum thimi. *℥.ii.* calamenti, menthæ sicce *an.* *℥.v.* seminum anisi, feniculi, apii, dauci *an.* *℥.iiii.* passularum enucleatarum. *℥.iiii.* & cū libr. *ii.*

SECTIO QUARTA

mellis fiat syrupus, & aromatizetur cū .j. ii. galliæ muscatae.
Iste syrupus est in usu Thimus secundū Isido. appellatū est q̄ flos eius odorē refert, de quo Virgi. Redolentq; thymus fragrantia mella. Plin. thimum flore lato nascitur, nec durat nisi in afflatu maris, propter thimum. n. quod in attica regione abundat mel atticum summae laudis in toto mundo est. Mes. in cap. de hyssopo quem uocat hasce inquit. dicunt quidē q̄ est hyssopus hortēsis, & dicunt alii q̄ est una ex speciebus origani, & in sine formæ prædictæ plantæ ait. & planta eius ut dicitur est mater epithimi, ergo est thimus. nā sine dubio hasce est thimus, & flos ipsius est epithimus. quidam thimum polycariam maiorem uocant, alii hasce. Mes. habet hæc extremitatum thimi, & est melior pars plantæ eius.

S Y R V P V S de epithimo. R. epithimi boni hortēsis. ʒ. xx. myrræ, citrinorum indorum añ. ʒ. xv. cuscute fumiteræ añ. ʒ. x. thimi, buglossæ, calamenti, emblici, bellirici, liquoritæ, polipodii, agarici, sticados añ. ʒ. vi. rosarum, seminis feniculi, anisi añ. ʒ. ii. s. prunorum numero. xx. passularū enucleatarum. ʒ. iii. tamarindorum. ʒ. ii. s. zucchari lib. iii. rob. i. uini cocti lib. ii. & fiat syrupus.

Iste syrupus est in usu. Epithimum uero secundum Mes. est ex herbis supra crescentibus aliis herbis, & est simile cuscute, secundū Diof. epithimū est flos thimi similis timbræ. i. saturegiæ Isido. inquit. epithimum græce. quod latine dicitur flos thimi. nam flos græce thimum uocatur. est autem flos timbræ similis. circa instans, epithimū flos, & nō herba medicinae cōpetit, & quādo producit flores colligi debent. Mes. laudat subruffum cretense acuti odoris. Aul. laudat cretense & hierosolimitanum. & est decliue ad rubedinem.

S Y R V P V S de sticados. R. florum sticados. ʒ. xxx. hæc. i. thimi, calamenti, origani añ. ʒ. x. anisi. piretri añ. ʒ. vii. piperis longi. ʒ. iii. zinziberis. ʒ. ii. passularū enucleatarū. ʒ. iii. mellis lib. v. condias cum cinnamomi, calami aromatici, spicæ. i. nardi croci, zinziberis, piperis nigri & longi añ. ʒ. i. s. liga in panno raro, & suspende in syrupo dosis eius est. ʒ. i. cum aqua decoctionis spicæ, & florum alchilli. i. chilchil. & est flos roris marini.

Iste syrupus est in usu maxime secundū istam descriptionē. idē Mes. in cap. de agritudinibus neruorum habet unam aliam descriptionem ex auctoritate iudei, & dicit q̄ est medicina mirabilis conferens omnibus agritudinibus neruorum, sed nō est eadē nec in usu, tamen ibi habet ciniā quod est iua siue camepitheos, ut dictum fuit in electuario de iua.

Sticados secundū Mes. medici laudant arabicum, & melior pars plantæ est flos post folia Diof. dicit sticados ab insula galatiæ quæ sticados dicitur nomen accepit. in rei ueritate illud sticados quo moderni utuntur non est uerum sticados, de quo intelligunt Mes. & Aul. ut dictum fuit in confectione de sticados.

S E R M O in mellicrato condito, & sunt qui uocāt mellicratum syrupum factum ex uino & melle & conditum, uocant quidam q̄ fit ex melle & uino & speciebus, & sunt ex hominibus qui uocant utrumq; utroq; nomine, & modi eorum sunt diuersi. R. uini boni antiqui lib. x. mellis boni & distillati lib. ii. proiice super ea cinnamomi boni & subtilis. ʒ. v. spicæ aromaticæ. i. nardi. ʒ. i. gariofilo. zinziberis, ligni aloes, macis añ. ʒ. iii. heil. i. cardamomi maioris. ʒ. ii. croci. ʒ. i. s. tere cōtritione grossa, & coletur cum colatorio grosso de panno. & aromatizetur cum musci. ʒ. unius tertia.

Mellicratum secundum Diof. est mulla & ipse docet facere, sed nō hoc mō. mellicratum uero secundum Simonē est uinum ex melle & aqua factum & uocatur mulla. i. ex terra parte mellis. & duabus aquæ. differt autē ab idromelle, eo q̄ idromel plus aquæ habeat, quasi ipsa sit aqua mellita. mellicratum uero est uinum ex melle. à crasis quod est uinum, & ipsa est mulla. Isido. inquit. mellicratum uinum melle mixtum medius quasi melleus, quia ex melle fit sicut calamitas pro cadamitas, nō est aqua mellis, ut quidam crediderunt. nam supra etiam posita fuit descriptio aquæ mellis.

M O D V S conditi de citoniis & est miua. R. succi citoniorum acetosorum lib. xx. uini antiqui boni lib. x. coquantur cum facilitate usq; dum consumpta sit eius tertia semper

auferendo spumam eius, deinde coletur & dimittatur residere & clarescat. postea proiice super illud mellis boni & distillati lib. vi. & iterū bulliant & auferatur spuma eius, & coquantur usq; dum habeat perfectā cocturā, & referuetur.

Cōditū de citoniis secundū intentionē Mes. est miua, sed secundū Aul. & Gulielmū placentinū est syrupus de citoniis, tamē Mes. ponit etiā descriptionē syrapi de citoniis qui aliud est. hæc. i. miua potest fieri cū speciebus, & sine speciebus, & ambæ sunt in usu, sed ista est miua citoniorū sine speciebus. Rasis autē in. ʒ. Almanforis. in cap. de his quæ cōfortant stomachum, & ciborum perficiunt digestionem, habet descriptionem miuæ, & syrapi acetosi de citoniis. Idem in lib. distillationum in cap. de medicinis solutionis uentris ait. confectio miuæ cōstricte, qui est syrupus de citoniis.

Citonium est pomum notum. Petr. de cretens. dicit eorū stanū siue citoniū est arbor nota, & ex eis quædam sunt quæ faciunt pira citonia, & hæc arbores maiores sunt. & minora habent folia quædam sunt arbores minores & latiores habentes frondes, quarum fructus proprie uocantur coctana. Pappias ait. mala cidonia esse dicta ab oppido in insula creta.

M I V A citoniorū cū speciebus. R. uini citoniorū acetosorum lib. xx. uini boni antiqui lib. x. coquantur cum facilitate usq; dum consumpta sit eius tertia semper auferendo spumam eius, deinde coletur, & dimittatur residere & clarescat, & proiice super illud mellis boni, & distillati lib. vi. & iterum bulliant & auferatur spuma eius, & proiciantur super illud species aefanginæ ligatæ a panno suspensio super illud medicamen, & sunt proprie cinnamomi, & heil añ. ʒ. iii. gariofilorum. ʒ. ii. zinziberis, masticis añ. ʒ. i. s. croci. ʒ. ii. ligni aloes, macis añ. ʒ. i. s. omnia præter crocum terantur cōtritione grossa, & suspendantur in panno sicut diximus omni hora fricando illud super medicamine donec fiat ei spissitudo, deinde aromatizetur cum. ʒ. unius tertia musci hoc est. ʒ. i. & galliæ. i. muscata. ʒ. ii. & referuetur.

Hæc uero est miua citoniorum cum speciebus, siue miua aromatizata. i. q̄ supra miuam citoniorū simplicem adduntur quædam aromata. i. quædam redolentia, & sunt proprie illa quæ in panno ligantur, & de prædictis aromatibus aromatizantur, etiam quædam alia condita, ut est secacul conditum, & alia huiusmodi.

Heil sicut dictū fuit ex auctoritate Serap. est cardamomū maius, de quo miror q̄ Aul. in prædicta confectione habet cardamomū maius & minus & heil. Christophorus de honestis in prædicta confectione dixit, q̄ heil est species cardamomi quam nō habemus hic, sed loco eius assumitur cardamomū maius, quasi dicat q̄ heil nō est cardamomū maius, hoc affert in dubitationem. Gulielmus placentinus eorū de loco habet cardamomum maius & minus, & melegetā. etiam textus Gulielmi secundum opinionem Bartholomei montagnanæ est falsus. nā sicut dictum fuit supra in electuario de aromatibus cardamomum maius est melegeta, & sic hodie generaliter habetur opinio, q̄ heil sit cardamomum maius, siue melegeta, quæ alio nomine grana paradisi uocatur. etiam Matth. sylua. in cap. de cardamomo errauit dicēs ex auctoritate Serap. q̄ heil est cardamomum minus. nam Serap. non dicit q̄ heil sit cardamomum minus, immo dicit q̄ est maius, & sic est.

S E R M O in aceto squillitico. R. ex laminis squillæ, & propriæ quæ sunt medię inter corpus & corticē ipsius quātitatem quam uolueris, & consue eas separatim in filo cum stilo ligneo, & dimitte sicari in umbra diebus. xl. post illud cōminue eas in frustra cū incisorio ligneo, & pone ad oēm librā eius aceti boni albi lib. viii. & pone in uase uitreo stricti orificii, & stringe caput eius, & dimitte in sole per alios dies quadraginta, post illud cola & administra ubi oportet.

Mes. inquit q̄ concordati sunt antiqui super iuuamenta aceti squillitici ad agritudines multas, descriptionē ipsius describit etiā Serap. in cap. de squilla. & syrupum de squilla, & multa alia liber qui dicitur Albucaſim docet modū præparandi, & desiccandi, & de forma castrandi squillam, & cōficiendi acetum squilliticum, & distillandi aquam ipsius, & de modo albisicandi acetum squilliticum, & sic de singulis.
squilla

Squilla dicitur cepz muris eo qd interficit mures.

OXYMEL Iquilliticu. descriptione Democriti. g. ori-
gani, hyssopi sicca, alhafee. i. thimi, cheisim, cordumeni, stica
dos. an. 3. v. coquantur in tribus libris aqua usq; dum deve-
niant ad lib. i. & proice sup ipsum mellis lib. ii. mellis passu-
lati lib. s. succi alfecece. 3. v. aceti squillitici lib. i. s. auferatur
spuma ei omni hora, & coquatur ad perfectam decoctione.

Oxymel graece est syrupus acetosus tam cu zucchero fa-
ctus quam cum melle, idē habet duas alias descriptiones,
sed non sunt in usu, ut est ista, & sunt qui faciunt ipsum, sed
decipiuntur ut ostendam.

Cheisim. i. leuisticum hortulanum, & est aliud cheisim di-
ctum capestre, & istud est cordumeni, qd apud ignorantes
no est notum. supra ostēdi qd cordumenum est carui agrete,
siue leuisticu, tñ opinio multorū est falsa, quia hic Mel. in isto
oxymelle habet cheisim & cordumenū. ergo no sunt idem,
sed error est horum qui non cognoscunt species leuistici,
sed scdm modernorū sententiā sunt duae spēs. s. hortulanū
& campestre. hortulanū uero est illud quo cōter utuntur.
campestre uero est cordumenū, & est leuisticu capestre siue
montanū, & est semen qd reperitur sub planta quae dī pau-
cedanū, & sic est opinio herbariorū, tamen scias qñ reperi-
tur in confectioe aliqua ubi solū ingrediatur cordumenū,
intelligitur de hortulano, sed hic ambae spēs debent poni.

Mel passulatu est medicamen, qd fit ex melle & passulis
expressis ut ostēdi supra in confectioe loch de pino.

Alfecece uel fescera est uiti salba q alio nomine brionia
uocatur, siue ampelos leuca, ut apud Dio. Gal. in. 6. simpli.
inquit. carinabit. i. uitis alba. & dī alfecece. hanc plantā qui-
dam nominant brionia, & quidā abradentes cutem summi-
tates eius comedunt in principio sui ortus sicut mos est.

OXYMEL Iuliani secundum Gal. in tract. 2. ad glau-
conem in. c. de cura podagrae facta ab humore cholericorū.
& foliorū rutae origani. an. 3. iii. radice mandrago-
rae, anethi an. 3. ii. ireos. 3. i. agarici. 3. ii. tede pinguis lib. i.
cocognidii. 3. iii. lacteridarū alpiados an. 3. s. polipodii. 3.
ii. folii costi, spicae nardi an. 3. i. reupontici. 3. i. squille inte-
rioris, cimariū ebulli. an. 3. iii. affari. i. affarā. baccar. 3. i. ca-
nopi. 3. iii. epithimi, ellebori, acori an. 3. ii. hyssopi amomi,
iperici, cimini an. 3. i. anisi. 3. ii. aceti acris lib. i. mellis lib. ii.
confice autem hoc modo. Lacterides & costum cocogni-
dium & spicam nardi teres diligēter. ceteras autem herbas
infundes in aceto per dies tres, & postea coques donec me-
dia pars aceti decoquatur, & tunc proiectis herbis mitte,
& cum iterum decoctū fuerit ad spissitudinē mellis supra
scriptas spēs tritis miscebis, & utere ubi oportet.

Istud oxymel apud nos non est in usu. Nicolaus in suo
antidotario habet unam aliam descriptionē quae quasi ea-
dem est Alexander in. c. de cathartice ad podagrae ex sieg-
mate habet unam aliam quae eadem est. simplicia autē quae
deklaranda sunt declarabo.

Teda pinguis est nomen quod apud rusticos appellatur
theia, & est lignum pingue pini, uel abietis, & utantur ipso
ad faciendū lumen pro candelis. Sera. in. c. de pino inquit.
quod una est species pini, ex cuius sudore extrahitur pix,
& cum ligno suo fit lumen sicut cum cera.

Cocognidium sicut dictum fuit est semen mezereon.
Lacterides. Ioan. Sera. in. 7. c. de laxatiuis simplicibus in-
quit. lacterides est mendana, & dī fructus amarus. haec est
quam Auī. in. 2. can. uocat mehembethene. ergo est catapu-
cia minor. nam uide Sera. in proprio. c. de catapucia mino-
re, qui inquit. Mēdana. i. catapucia minor, & est planta quā
multi computant inter spēs lacticinorū, & haec plāta apud
nostros rusticos dī cagarolla, & in hortis abundat.

Alpiados secundum Nico. est cocognidium uel laureo-
la, quod non uidetur esse uerum. nam si cōsideretur bene in
praedicto oxymelle ingrediatur cocognidium. i. semen mez-
zereon. & ēt alpiados, quod non heret si idem essent, sed
cōter tenetur qd alpiados sit laureola.

Canopis secundum Nicolaum est medianus cortex sam-
buci. similiter ait Gal. quidam crediderunt qd esset canapis,
quod non est. nam etiam Alexander inquit. canopis est cor-

tex medianus sambuci.

ACETVM passulatum scdm Anto. cermisonum in
c. de aegritudinibus capitis. & acetum usni non multum usq;
nos lib. ii. passularum. 3. ii. bulliant usq; ad consumptionem
tertiaē partis aceti. deinde coletur, & fortiter exprimantur
passulae. deinde iterum passulae terantur in mortario, & fiat
earum expressio, & acetum tali usu reserua, sed apud nos ta-
le acetum non est in usu.

SYRVPVS conferens ad ea quae diximus & nobile
& expertum, & confert quartana. In practica. Mel. in. c. de
soda frigida ab humore melancholico. g. capillorum uene-
ris radicum buglosae domesticae & syluestris, & florum eaz-
rum, polipodii, epithimi an. 3. i. folliculorum senē, campepis
theos, sticados an. 3. vii. camedreos, squinanti, ellebori nig-
ri an. 3. iii. fumiterrae. 3. viii. eupatorii. 3. iii. succi pomorū
dulcium. 3. viii. omnia praeter epithimum, & succum pomorū
bulliant in lib. iii. aqua usq; ad lib. ii. deinde bulliat in
eo ebullitione una epithimum & coletur, & cum succo po-
morū & lib. i. zuchari fiat syrupus.

Iste syrupus est praeciosus ac dignissimus contra quarta-
nam, & suo nomine ab apothecariis no est sic appellatum,
sed ad meliorem declarationem feci sub isto nomine, quia
in Mediolano multi medici ordinant syrupum ad quartana-
nam, sed apud apothecarios fit sub nomine syrupi de po-
mis compositi, & idem est Franc. de pedem. habet unam
aliam descriptionem syrupi ad quartanam quae non est eaz-
dem, nec est in usu, sicut infra ostendam.

Buglosa est lingua bouis, & pprie domestica. syluestris
uero buglosa est borago, cuius herba cibo apta & medicinae,
& flos & folia & semen ac radix in isto syrupo debet poni.

Pomum uero ab op. mo. i. acopia. i. ubertate est dictum:
inter alia poma parisiāna sunt magis laudata q alia. post
haec est pomum dictum redolens.

SYRVPVS de psilio secundum eundē in. c. de ptisi.
& spodiū, seminum portulacae, seminis citoniorum, papau-
ris albi. an. 3. ii. psilii mundi. 3. v. succi arnoglossae cocti &
disumati. 3. xx. anrorum fluuiālium lotorum secundum
doctrinam. 3. xx. decoquantur in lib. iii. aqua usq; ad lib. i. &
cum lib. i. zuc. fiat syrupus.

Iste syrupus apud nos non est ualde in usu Ray. de uilla
noua in lib. 4. in. c. de aethica habet unam aliam descriptio-
nem, sed no est eadem. psilium uero est semen simile pulicis
bus, & laudabile est ad conseruandum camphoram, in bla-
dis ac uis abundat, & uulgari sermone linosela dicitur.

Arnoglossam secundum Papiam in litera. a. inquit. quod
est quae a latinis dicitur plantago, id est lingua agni in litera
p. ait plantago a romanis dicta q plāta eius cito terre adhe-
reat. herbae quam graeci arnoglossam uocant. Macer.

Herbam quae nostra lingua plantago uocatur.

Hanc arnoglossam graecus uocat. est quia linguae

Agnae similis foliis plantaginis, huius

Sunt geminae species, sed maior prima uocatur.

Altero uero minor, quam uulgo lantiolatam

Dicunt & sic est. Plantago uero maior secundum opinio-
nem modernorum est quam nostri rustici bletani syluestre
uocant. minor est quam falsi herbarici linguam caninā uo-
cant, sed dī capiuntur, in pratis ambae ac uis reperiuntur.

Cancer fluuiālis est notus. Auicē. in secundo canon. dī
cit Cancer fluuiālis notus est. aliud capitulum facit de can-
cro marino, & ibi inquit. cum dicitur cancer marinus no
lunus intelligere per hoc omnem cancrum maris, immo
spēm cācri quae proprie habet omnia mēbra dura ut lapis.

SYRVPVS labor secundum eundem in capitulo de
mania & melancholia sanguinea. Recipit succi buglosae do-
mesticae id est usualis & syluestris id est boraginis an. lib. ii.
succu pomorum dulcium redolentium lib. iii. folliculorum
senae. 3. iii. croci. 3. ii. zuchari tabarzet. i. albi lib. iii. fit autē
sic. senae proficiantur in succis per diem & noctem post con-
tritionem eius, deinde bulliat ebullitione una aut duabus,
deinde cum zucchero fiat syrupus. crocus autem confrice-
tur in panno, & eius decoctione & fiat.

Isto syrupo in partibus Mediolani utuntur apothecarij,
Lumi. ma. G

SECTIO QUARTA

quidam crediderūt q̄ esset syrupus de pomis compositus, sed aliud est. Ioan. concoregius in. c. de mania & melācho-
lia inquit. Sabor rex medorum qui ab hodiernis praecan-
tibus penitus habetur in usu, quo ut plurimū utor, & in quo
multam inueni utilitatem.

S Y R V P V S de berberis scdm Franciscum de pede-
montium in. c. de cura uomitus sanguinis. R. spodii. ʒ. iiii.
berberis. ʒ. iiii. uua acerba. ʒ. ii. cicorea. M. s. zucchari lib.
ii. fiat syrupus secundum artem.

Itte syrupus non est in usu.

Berberis est fructus rubicundus satis notus apud Au. in
2. casu. uocatur amirberis, sed apud Dio. uocatur oxian-
tos, & est arbor minuta spinosa, habens fructū rubicundū,
& ex eo fructu à modernis cōficitur lytium, & arbor ipsius
uocatur darisfahan, ab aliis crispinus arbor. negāt quidā q̄
hæc arbor sit darisfahan, sed errant ut dictum fuit. Pet. de
crescē. inquit. berberi sunt fructus cuiusdam arboris paruæ
ualde spinosæ sicut arbor mali punici. i. arbor mali granati
domestici, & sunt rotundi rubei, quasi subnigri sicut fructus
spinæ albæ aliquantulum oblongi & c.

S Y R V P V S de endiuia, scdm eundem Franciscū in. c.
de cura male complexionis epatis simplicis & compositæ.
R. endiuie utriusq̄ añ. M. i. feminum cōlum recentium. ʒ. ii.
aceti albi. ʒ. ii. zucchari tabarzet. i. albi lib. i. & syrupizetur
cum aqua ordeī & aromatizetur. cū sandali utriusq̄ & spo-
dii añ. ʒ. i. & usui referua.

Itte est syrupus de endiuia compositus ad differentiā sim-
plicis qui sit ex succo & zuccharo sicut ostendā infra in tra-
ctatu de magistratibus. Gentilis scripsit unam aliā descriptio-
nem, & scdm illam generaliter faciūt syrupū de endiuia cō-
positū scdm Gentilem, cuius infra apparebit descriptio, sunt
quidā qui faciūt ipsum scdm Franciscū q̄d est et laudabile.

Endiuia se. undum Gal. in. 8. simpl. est feris. Dio. uocat ip-
sam seridis, & ista est illa qua cōiter utuntur. Hic Franciscus
habet endiuia utriusq̄, quod intelligitur usualis & cicorea
quæ flores azurinos habet. Auc. in. c. de endiuia, in. 2. casu.
ait, q̄ magis iuuatiua ex eis epati est illa quæ est magis ama-
ra. Ego existimō q̄ ipsa sit cicorea, quia est magis amara, &
mirabiliter confert epati.

S Y R V P V S de epatica scdm eundē in eodē. c. ubi est
syrupus de endiuia. R. epaticæ. M. i. lenticularū aquæ. M. i. flo-
rum cucurbitæ, uolarum, ro. añ. ʒ. i. cimarum squinanti. ʒ. i.
zucchari tabarzet. i. albi lib. i. irroretur cum succo granato-
rū. ʒ. iiii. & aromatizetur cū sandali & spodii añ. ʒ. i. & fiat.

Itte syrupus non est in usu.

Epatica uero est herba nascēs super lapides semper ma-
didōs iuxta flumina & fontes superextensa lapidibus. Ser-
rap. in. c. de epatica ex auctoritate Gal. inquit. nascitur in la-
pidibus humectatis, & cadit super ea ros, & est similis lenti-
culæ aquæ, hæc est illa quam Dio. uocat licenam. circa in-
stans ait. epatica herba est, & quanto maiora folia habet tã-
to melior est, & dicit epatica, q̄a principaliter est iuuatiua epa-
ti. arabes uocāt ipsam azezal faber. rustici nri fridariā dñt.

Lenticula aquæ. secundum Dio. super aquā inuenitur na-
tans, rotunda est sicut lenticula, colorem uiridem habens.
Sera. dicit q̄ est ex ea marina, & est ex ea aquæ dulcis, sed
illa quæ est dulcis utuntur ut plurimum.

S Y R V P V S de nenufere secundum eundem Franci-
scum, & in eodem. c. ubi est syrupus de epatica. R. florū ne-
nufaris. ʒ. ii. unguis caballinae aquaticæ, psilli integri. aceto-
se. añ. ʒ. i. feminū cōlum. ʒ. ii. feminum frigidorum. ʒ. s. ras-
dicum feniculi. ʒ. i. bulliant in aqua ordeī, & addatur lib. i.
zucchari, aceti albi, & succi granatorum. añ. ʒ. ii. & aromati-
zetur cum sandali & spodii. añ. ʒ. i. & addatur parum spicæ
ne frigiditate oppilationem inducat.

Itte syrupus non est ualde in usu Guliel. placen. in suo tra-
ctatu de confessionibus habet unam aliam descriptionem,
sed non est eadem. ipse Guliel. facit suam descriptionem ex
decoctione florum nenufaris incorporata cum zuccharo
& albumine ouorum, & sit syrupus scdm artem, isto modo
ut docet Guliel. idem ait circa instans in. c. de nenufere.

Nenufar. in nymphæa apud Dio. & nascitur in aquis stan-

tibus sicut dictum fuit. Species eius sunt duæ. una quæ in
medio floris croceum habet colorem, & est proprie nenu-
far siue unguis caballina alia uero habet florem album, &
ista est nenufar usuale, & ambæ in aquis nascuntur. uide de
ipso in electuario de farfara.

Unguis caballina aquatica est nenufar secundum moder-
nos quæ florem croceum habet, & eius folia ad similitudi-
nem nenufaris albi, & ista est illa quæ apud herbatricos far-
fara uocatur, non nascitur autem in uineis, ut quidam falso
crediderunt, immo hæc duo genera in aquis currentibus &
nō currentibus reperiuntur. hic Franciscus habet semina cōia,
sed nō specificat si debēt esse semina cōia maiora uel mino-
ra, sed sapiētes uolunt q̄ sint semina cōmunia minora frigi-
da, & sunt hæc. i. portulacæ, scariolæ, & lactucæ, & endiuia.

Semina frigida simpliciter intelliguntur semina cōia ma-
iora frigida quæ sunt ad numerum quatuor. i. melonis, cucu-
meris citrulli, & cucurbitæ, & sic in isto syrupo semina mino-
ra ac maiora frigida debent poni.

S Y R V P V S ex inuentione nostra expertus ad quar-
tanam secundum eundem in cap. de medicinis februm me-
lancholiarū. R. kalendula leuē pimpinellæ, lupuli, quinq̄
folii. i. pentastilon, trifolii, linguæ arietis, capillorum ueneris,
endiuia cū radicibus boraginis, fumiterræ, radicū buglo-
sæ utriusq̄, & florum earum, cicoreæ, epaticæ, bedeguar. i.
spinæ albæ querculæ maioris & minoris, capparorum res-
centium, & corticum radicū eorum corticum seminis ta-
marisci, scolopendriæ cum radice añ. M. i. uolarum, florum
boraginis añ. ʒ. ii. prunorū sebesten añ. nume. xxv. senæ cu-
scutæ, thimi, epithimi, anisi, feniculi, añ. ʒ. s. liquiritiæ, passu-
larum, ficados añ. ʒ. s. ordeī mundi pugillum unum, semi-
nū cōmuniū, corticū citri añ. ʒ. ii. squinanti. ʒ. ii. quinq̄ radicū
cōmuniū residentiū in aceto. ʒ. ii. prædicta bulliant in aqua
lib. vi. usq̄ ad mediū, deinde colentur, & colaturæ addatur
succū buglossæ, succū pomorū dulciū añ. lib. i. s. & dissoluan-
tur in eis zucchari lib. ii. & mellis rosati lib. s. aceti prædictarū
radicū. ʒ. iiii. & aromatizetur cū sandali. ʒ. i. gariofilo, ligni
aloes añ. ʒ. s. & fiat syrupus secundū artem, & usui referua.

Itte syrupus secundum intentionem Francisci est syrupus
expertus ad quartanam, qui apud nos in usu non est, maxi-
me secundum istam descriptionem, sed supra fuit posita una
descriptio huius syrupi, quæ cōfert quartanæ, & ille est quo
utimur sub nomine syrupi de pomis compositi, sed quia in
isto Francisci ingrediuntur quædam simplicia quæ declaran-
ta non sunt, ideo declarabo.

Calendula uel kalendula secundū Nico. & Manfredū de
mōte imperiali est herba dicta herba blanca, de qua Matth.
syl. speciale facit capitulū ex auctoritate Plinii, & uocat ip-
sam charamos, quidā crediderunt q̄ esset primula ueris si-
ue herba paralesis, sed falso. nā secūdū opinionē modernorū
uera calendula est herba dicta apud nos herba blanca
in ortis reperitur, cuius folia comeduntur sicut aliorū ole-
rum. Ioan. angicus in cap. de paralesi dicit calendula. i. fol-
sequium, uel primula ueris. Idem in cap. de sterilitate ait, &
calendula crescit in hortis, portans florem rubrum uel cro-
ceum, de quo flore faciunt puellæ coronas, & in mulieribus
in quibus aliquando infantur mamillæ propter retentionē
menstruorum, tunc dentur flores calendulæ cum spica &
uino, quia tumorem sedat & menstrua prouocat.

Laureola secundū Matth. syl. est primula ueris, sed nō scri-
bit. de forma ipsius, sed lauendula secundum modernos est
planta sicut libanotides, cuius folia similia sunt rori marino
sed albiora cum flore purpureo paruo, apud nos in hortis
reperitur cum odore iocundo. hunc florem mulieres pos-
nunt in pannis propter odorem suum.

Pimpinella est herba facta sicut saxifragia, sed minora fo-
lia habet. hæc apud omnes est nota.

Trifoliū scdm Sera. est handacocha & spēs eius sunt plu-
res. nā est trifoliū trigonū, uel polifilon quod latini trifoliū
odoratū dicūt, & est trifoliū acutū, & est trifoliū leporinū, &
est alia spēs à modernis dicta plāta leonis, siue herba flaura,
& sic de singulis. Isido. inquit. trifoliū est quod græci trifilū
uocant quod sit foliis trinis per singulas annotationes.

Lingua

Lingua arietis, scdm Au. est duorum generum. s. parua & magna. hæc est quam Dio. arnoglissam uocat, siue alio nomine plantaginem, siue bletam syluestrem, minor dicitur à falsis herbatiscis lingua canis. sed aliud est.

Quercula maior secundum Simonem Ianu. est camepitheos & interpretatur apud grecos infima pinus à camī, q̄ est breue & pitheos q̄ est pinus, eo q̄ species ipsius odor rem pini habeant hæc à modernis est uera tua quam Mes sue in cap. de agritudinibus neruorum laudat sub nomine ziniam, & idem est.

Quercula minor est camebreos, & nō est camepitheos, ut dicit Matth. syl. Guliel. placen. inquit. quercus terræ uel quercula minor est camebreos: & est dicta infima quercus à camī. i. infima & dris dria græce. i. quercus inde camebreos. i. infima uel parua quercus, quia folia sunt similia foliis quercuum. in antidotario uniuersali positum est trifogū. i. camebreos. Plin. camebreos est herba quam latini quercus lam dicunt. Au. in. 2. cañ. in. c. de camebreos. dicitur quod nominatur quercus terræ. & hæc est quam hodie calamandrinam uulgariter uocant.

Quinq̄ radicū apothecarij generaliter debent scire q̄ per quinq̄ radices cōes intelliguntur radices feniculi apij, petrosellini brusci & spatagi, & sic istæ quinq̄ poni debent in isto syrupo. radix aut̄ secundum Isido. appellatur q̄ quasi radiis quibusdam fixa terris in profunda demergatur, nam phisici dicunt parem esse altitudinem radicū & arborum, alij radicem à similitudine radiorum dictam putant, uel si eradatur non repullulat.

DIAMORON Nicolai. & mororū celsi lib. s. mororum bati lib. i. mellis lib. s. sap. 3. iii. Confice sic. succū mororum cum melle & sapa in uase æneo stannato ad prunas leues ad perfectam decoctionē bullire desine. cum aut̄ scire uolueris si coctum sit pone guttam super marmor. & inclinato marmore si se ut mel retinuerit coctum est & tūc eola. & in stannato uase usui serua.

Diamoron secundū intentionē Nicolai d̄ à moris celsi. batinū à moris rabi. Mes. in suo antidotario. in digestiōe de Ioch habet confectiōe de moris. & dicit q̄ est diamorō & sic est. nā sua descriptio eū ista Nico. cōcordat, sed gūaliter cōfiscitur scdm istā descriptionem. ipse Mes. in practica. in. c. de sinantia gutturis habet unā aliā descriptionē ex auctoritate Alexan. sed nō est in usu. in eodē. c. habet unā aliā quā dicit diamoron, quā Gal. cōposuit, sed nō est in usu. Gal. uero in tract. de miemir describit duas descriptio. quæ vnā ipse cōposuit, aliā cōposuit Andromac. sed nō sūt uisuales.

Mora celsi sunt fructus arboris sic dictæ, & ex foliis huius arboris pascuntur uermes qui generant sericū. Isid. in. c. de nominibus arborū inquit. sicomorus sicut & morus græca nomina sunt, dicta aut̄ sicomorus, eo q̄ sit foliis similis moro, hanc latini celsam appellant ab altitudine, quia non est breuis, ut morus. sicomorus uero secundū sententiam moru dendorum est nomen compositū, à ficos græce quod est ficus, & moro latine, & uocatur ficus fatua, siue ficus pharaonis. Mes. loco eius habet mororū de seni, quod idem est.

Morus batus. i. mora. Mes. habet mororum dulcium, & idem sunt, & est rubus ferens mora. est aliud rubus canis, q̄ apud Dio. cynosbatus uocatur. & est spina quæ nostro idiomate rosagna uocatur. Isidorus ait morus à græcis uocata quam latini rubū appellant. Gal. in. 6. simpli. inquit. in lainch est rubus. uel de bato qui dicitur rubus.

Sapa scdm cōposito. est unum coctū siue mustum coctū usq̄ ad consumptionē duas partū. Mes. loco eius habet rob. i. carenum siue triplicatum, & d̄ carenum, eo q̄ feruendo parte careat tertia. Matth. syl. inquit. sapa est mustum coctum ad consumptionem trium partium.

Vas æneū. i. uas de eramine. Nicolaus uult q̄ prædictus syrupus fiat in uase æneo stannato, & hoc est quia generaliter apothecarij faciunt syropos in caziis de ære quæ non sunt stannata, & ibi coquant, sed faciūt male, quia ille cibus uel potus qui coquitur & stat in illis uasis, si comeditur facit aliquando incurrere elephantia, & cancrū, & dolorē epatis, & splenis, & malitiā cōplexionis. Isid. in. c. de uasis olea

riis inquit. lenticula modicū uas æneū uel argenteū quadratū gulam latere apertum, quod & lechitum. est enim uas olei quo reges & sacerdotes ungebantur à liniendo dictum.

MEL ROSATVM Nicolai. & mellis albi dispartiti lib. x. succi rosarum recentium lib. i. ponantur in caldario ad ignem, & cum bullire inceperit, uiridium rosarū cum forcibus, uel cum cultello incisarū. lib. iiii. addantur, & tantū bullient quousq̄ ad succi deueniant consumptionē, & dum bullierit semper agitetur cum spatula, & cum coctum fuerit in subtili uase recondatur.

Mel uero rosatum scdm intentionem Nicolai apud grecos appellatur rodomei quidam geleniabin uocat. Mes. in antidotario in distinctiōe de cōditis habet unā aliā descriptionē, sed ista Nicolai est illa, qua generaliter utimur, tñ inter ipsas est parua differentia. circa instans in. c. de rosis. habet unam aliā descriptionē, & eadem est. Isid. inquit. in. c. de potu. rodomei d̄. eo q̄ in succo rosæ mel admisceatur caleniabin, & chaliebinū reperio in practica Halyabatis. p̄ geleniabin, & sunt rosæ cōditæ, hodie uero pro geleniabin mel rosatū intelligunt. si mel uiolatū facere uolueris eodē modo fit, sed non est tantum in usu ut est rosatum.

OXYZACCHARA Nicolai. & zuechari lib. i. succi malorū granatorū. 3. viii. aceti. 3. iiii. ponantur super ignē in uase stannato, & tandiu bulliat cum spatula semper agitando donec ad quantitatem zuechari ueniat, & in piside possit deportari ad modum electuarii.

Oxyzacchara secundum intentionem Nicolai dicitur ab oxī quod est acetum & zuecharo. ipse Nicolaus habet unā descriptionem quæ dicitur oxī. sed hæc dicitur ab acetoso succo malorum granatorum, sed in usu non uenit.

Malū granatū est pomū granatum, q̄ satis est notū. Papias inquit. mala granata. i. punica dicta, quia interius grana habeant olentia quæ comeduntur. & significant ecclesiā de multis gentibus congregatam, uel gratias habentes.

Acetum quod oxos dicitur Isidorus in. c. de potu. Nicolaus uult q̄ oxyzacchara coquatur tñ q̄ possit ferri in piside admodum electuarii, sed nos generaliter facimus ipsam ad formā syrapi, & non ad formā electuarii. Isid. in. c. de uasis olearis inquit. pisides uascula unguetaria ex buxo facta. nam quod nos buxum græci pixum uocant.

SYRVPVS de mirabolani citrini secundum Rasim in tractatu de egritudinibus iuncturarum, in. c. de medicinis mundificantibus sanguinem & choleram. & mirabolani citrinorum. 3. c. & abluere cum aqua calida, reubarbari. 3. cetum, mitte in aquam frigidam, ita quod aqua supereminet duabus digitis, postea in aitate pone ad solem per quatuor dies. deinde aquam abluere iterum, & remaneant mirabolani, & iterum mitte in aliam aquam & dimitte tandiu donec amittant saporem suum & albescant, deinde aggrega primam & secundam aquam & cum. 3. cetum manne abe coque ad ignem, & remoue spumam donec fiat sicut iulep, & si uis acue eum cum scamonea, super qualibet lib. pone. 3. unam scamonea, & super qualibet lib. pone. 3. i. aqua rosæ. & utere quando uolueris.

Iste syrupus non est in usu, credo quod sit ex carioribus aliis. Mirabolani citrini magis sunt laudati illi qui in colore suo sunt citrini multæ citrinitatis declinantes ad uiriditatem & in pondere sint graues & grossi, & cortex ipsorum sit spissus densus completus, ossa parua, Guliel. placentinus inquit. mirabolani sunt quinque specierum, sed citrini sunt meliores omnibus aliis.

SYRVPVS de turbith, scdm eundem in eodem tractatu, in. c. de medicinis quæ purgant flegma & crudos humores. & turbith libram unam, mitte in tribus libris aquæ frigidæ, & moretur una die ad solem, deinde cola, & deinde de si saporem amiserit proice, & aquam serua. sin autem appone aliam aquam, & iterum appone ad solem donec amittat saporem, postea aggrega illas duas aquas, & mitte lib. unam zuechari, & coque donec fiat sicut iulep. educit multotiens humorem flegmaticum, & si uolueris citius facere coque ad ignem, quoniam est debilior à principio, sed postea non est ita clarus.

SECTIO QUARTA

Ille Syrupus non est in usu.

Turbith secundū Mes. est radix herbe cuius folia sunt sicut folia ferule minora tamē &c. Dios. de ipso cap. facit, sed nō inuenitur sub nomine turbith, sed ipse uocat tripolion, quā propter miror q̄ Matth. syl. de tripolion capitulū facit, sed nō cognouit quid esset, sed postquam ego aggregaui cap. de tripolion apud Dios. cum cap. de turbith apud Serap. uidi q̄ idem sunt, scias q̄ flos ipsius mutat colorem suum ter in die, nam mane est albus, & in meridie declinat ad colorem purpureum, in uesperis uero fit rubeus.

SYRVPVS de uua secundum Auī. in. 5. can. & succi uua ponticæ stipticæ lib. vi. & decoquatur usq̄ ad tertiam, & fundatur super ipsum mellis lib. i. sumach radicis liquiritiæ, gallarū balaustrarū & superioris rosarū omnium an. sextarū unum & est. 3. sex secundum Gentilem croci. 3. ii. myrræ aluminis iameni an. 3. i. decoquatur & coletur & potetur.

Ille Syrupus apud nos non est in usu. Franciscus de pede montium. in cap. de solutione cōtinuitatis stomachi & ulceribus, & ruptura, & eius cura habet unam aliam descriptionem, sed est ex auctoritate Auī. & eadem est.

Vua pontica stiptica. i. in sapore. non autem intelligitur pontica ab illa regione, sed dicitur & intelligitur ponticum quia ponticum. i. fortem habet saporem. Pet. de crese. docet modū conseruationis uuarū, & de uirtutibus, & de apparatu uindemiæ, & de tempore uindemiandi, & sic de aliis.

SYRVPVS de fructibus secundum eundem in eodē canone. & succos citoniorum, & malorum pirorum, & granatorum muzorum, & sumach, & zarur & decoquantur lesui igne donec ingrossentur. si autem uis dulcorare ipsum proice super ipsum zucchari quantum uis, & bulli ipsum, & cola, & utere.

Ille Syrupus nō est in usu. idē habet unā aliā descriptionē inferius, sed nō est eadem. Gal. in lib. secretorum habet unā aliam quæ eadem non est, nec aliquæ sunt usuales.

Fructus, Irido. in cap. de arboribus ait. q̄ fructus nomen accepit ab eminēte gutturis parte qua uelsumur, inde & fruges. fructus autem proprie dicuntur agrorum & arborum quibus utimur. In animalibus uero abusive & translatiue uocari fructum dicimus.

Zarur secundum Auī. in. 2. can. est nominatū triangulus latinorū & zarur est species quā nominant græci telephimon, & sentablinum, & quādoq̄ nominant eam malum syluestre. Zarur uel zarur secundum sententiam modernorum est fructus similis piro in figura sua, sed est minor. quidam putauerunt q̄ esset sorba, sed nō est. uerum est q̄ loco zarur ponitur sorba. Serap. in cap. de sorba ait. zarur. i. faciēs appetitū & est sorba, & ibi describit formā ipsius, si zarur sit sorba aut non, nō nego nec affirmo, sed unū pro alio potest poni Zarur secundum Matth. sylua. est mespilum siue auzarola uel tricocum Gal. in. 7. simpl. inquit. mespilum quod tricocum nominatur, eo q̄ tria habeat ossula omnia intra se. Ioannes arculanus. in cap. de opilatione epatis inquit. zarur. i. sorba. Nicolaus florentinus in lib. 4. cap. de squinantia dicit, q̄ zarur est mespila.

SYRVPVS de fructibus aliis secundum eundē, sed non est in usu, sed quia ibi ingrediuntur quædam simplicia quæ non ingrediuntur in alia descriptione, ego solum illa declarabo.

Alnabach. i. nabach secundū eundē in. 2. can. est fructus arboris dictæ fardar, & hæc est quā Dio. agrifoliū uocat, cuius semen est simile piperi dulcis saporis. idē aliud capitulū facit de lathos, & dicit q̄ caligari rosam uocant Ioan. cōco regius in cap. de capillis dealbandis & denigrandis inquit. & foliorū rōzi de quo præparantur coria, hæc nō sunt agrifoliū nec lathos, ut quidā uolunt Serap. de nabach speciale capitulū facit & inquit. nabach est cortex similis cortici mori, & odoris boni, hoc non est capitulū de uero nabach, sed est capitulū de nascatimon, sicut patet si legis illud capitulū de nabach apud eundem cū cap. de nascatimon apud Dio. uidebis q̄ idem sunt, sed textus Serap. ibi est falsus. nā ipse Serap. in cap. de sardar inquit. Sa dar est arbor, & fructus eius est nabach, ergo est agrifolium, & nō est cortex, & hæc

arbor nascitur in partibus Iamensis semen est rubicundum maius pipere comestibile. & uocant ipsum herbatice laurum syluestrem.

Ambiberberis secundū eundem in. 2. can. est azatarasch, & est ex eo rotundum, rubeum, campestre, & nigrum, longum, arenosum, aut montanū, & est forte. hæc arbor est quā Dio. oxiachantos uocat, & est arbor dicta apud herbatice crispinus siue berberi, & latius sunt nota.

SYRVPVS sancti Ambrosii secundū magistrū Antonii guaineriū. in cap. primo de febre tertiana pura interpolata & eius cura. & parū milii à cortice superiori depilati quod pistū appellatur, & decoqui facies in aqua donec crepetur, quia cito decoquitur. deinde de tali bulliente brodio accipiatur. uerbi grā. 3. iiii. & imponatur. 3. ii. uini, & ita calidum bibatur, & mirabiliter sudorē prouocat, & sedat sitim.

Ille Syrupus secundum intentionem domini magistrū Antonii, Mediolanenses tempore magni æstus utuntur eo, & communiter appellant ipsum pistum uini, & sic adhuc generaliter utuntur ipso, sicut est notum apud ipsos.

Milium. i. milium quo utimur generaliter. Serap. cap. de milio inquit ex auctoritate Dios. q̄ sunt duæ species. una eorum est asperum habens granum, & est illud quod potest terri & à quo aufertur cortex, sicut fit à rizi. & est alia species fortissimi & asperrimi grani, & non potest ab eo auferri cortex. Gal. in. 7. simpl. inquit. dogni. i. miliū. hoc granū est de speciebus granorū, & est simile panico, quod notum est.

SYRVPVS de pimpinella secundū Ioannē anglicū, quæ alio nomine rosa anglica nominatur in cap. de cura ptosis. & pimpinellæ, consolidæ maioris, consolidæ minoris, consolidæ mediæ, hyssopi recentis, politrici ceterach adianthos scariole, radicis unguicæ caballinæ aquaticæ. i. farfar. an. M. i. capillorum ueneris. M. iiii. uolarum. 3. ii. foliorū nenufaris, quatuor seminum frigidorum mundatorum liquiritiæ mundæ. an. 3. i. candi. i. zucchari candi, penidiorum, mesduila, seminis bombacis, seminis citoniorum. boli ar. seminis lactuæ, portulacæ, papaueris albi, myrtillorum, succi liquiritiæ an. 3. s. dragaganti, gummi arab. amidi foliorum rosarum rubeorum spodiū, sanguinis draconis an. 3. iiii. seminis aiteæ, seminis maluæ, uua passæ mundatæ ab arillis. i. à granis, pinearum, caricarum. i. ficuum an. 3. ii. ordeī mundi lib. i. zucchari lib. iiii. fiat Syrupus cum aqua pluuiali, & bene clarificetur, & detur mane & sero.

Ille Syrupus non est in usu. Pimpinella est herba cuius folia sunt similia saxifragiæ, sed minora hanc generaliter lombardi in hortis habent. Matth. syl. inquit. pimpinella est herba multum similes saxifragiæ. unde uersus Pimpinella pilosaxifragia non habet illos.

Cōsolida maior est herba quæ à uulgo anealcho dicitur. Dio. de ipsa capitulū facit sub nomine simphitū, & ibi describit duas species, quarū prima nascitur iuxta riuos, cuius flos est albus radicē habet subnigram, & est illa quæ iuuamentū habet in medicina. Auī. in. 2. can. de ipsa capitulū facit sub nomine fucutum, sed in arabico est simphitum, & sic appareret manifeste q̄ illud cap. de fucutū apud Auī. cum cap. de simphito apud Dios. sunt idē, sed ipse Auī. nō habuit perfectā notitiā quid esset, quia dicit est temperuua, & dicitur q̄ est spēs seminis mandragoræ, & dicitur aliud, nec Guliel. placen. agnouit eam sicut patet in cap. de anagallo, & in cap. de fucuto. hanc quidam anagallicum consolidam uocant.

Consolida minor est herba habens folia similia artetice, sed non sunt ita nigra sicut artetice, sed flos ipsius est purpureus factus in modum floris sticados. hæc herba in pratis ac uis nascitur, hanc rustici Papienses sōda uulgariter uocant.

Cōsolida mediæ de ista pauci auctores sermonē faciunt, sed uide de forma ipsius apud Manfredum de monte imperiali. si uero non poteris habere ponatur loco eius radix cōsolida maioris in pondere.

Politricū uel politricon græce dictū multarū comarū. nā græci thrix comā seu capillū uocant. Pl. politrica distans à gallitricis, q̄ iuncos habeant albos & folia plura maiora. q̄ fructice quoq̄ maiora sunt. Dio. inquit. adianthon siue gallitricon,

tricon, uel politricon, sed aliud est. & sic ex isto syrupo possu-
mus certificari q̄ adianthon nō est capillus ueneris, nec po-
litricon, ut quidam uolunt.

Caterach secundū modernorū sententiā est herba q̄ in mu-
ris humidis & in lapidibus nascitur, & secundū intētionē meā
est spēs scolopēdriæ, uerū moderni distinguunt aliter uideli-
cet q̄ caterach est herba dicta apud herbarios adorata &
scolopēdria lingua ceruina, infra apparebit descriptio syru-
pi de scolopēdria, & ibi melius ostendam si deus uoluerit.

Adianthum. Dio. inquit, adianthū siue galitricon uel po-
litricon, foliū habet coriandro similia scissa in summitate ha-
bet ramos subtiles duos longitudine unius palmi nigros, &
nō habet stipitem nec florē nec semē, hoc est cap. de capillo
ueneris. sicut patet si legis capitulū de capillo ueneris apud
Aui. & Serap. uidebis q̄ idē sunt, sed moderni distinguunt
per diuersas herbas uidelicet q̄ aliud est adianthon, aliud
est capillus uene, aliud est politricon, aliud est galitricon, li-
cet tres primæ species habeant quasi eandem uirtutem.

Bombax uel bombix secundū quosdam est uermis, qui
facit sericum. Papias inquit, bombix græce uermis est, penul-
tima producitur. Serap. inquit, cotton. i. bombax. Aui. in. 2.
can. uocat ipsum kotum & ait, q̄ eius semen est calefactiuū
lenitiuum, hoc est notum.

Altea secundum Gal. in. 7. est maia syluestris. Macer in-
quit, Alteam maluæ speciem nullus negat esse. Alteam q̄; uo-
cant illam q̄ crescat in altum. Hanc ipsam dicunt euiscum q̄
quasi ulco illius radix contrita madere uidetur. A multis q̄;
solet agrestis malua uocari.

SYRVPVS de lilio secundū eundē in eodē cap. hoc
est in cap. de cura ptisis. & radicū enulæ campanæ, ireos. añ.
3. i. hysopi calamenti, adianthos añ. M. i. siccorū caulium,
galitrici. añ. 3. ii. carnium dactylorum, succi liquiritiæ añ. 3. i.
mucillaginis, seminis lini, & fenu græci. añ. 3. s. mellis dispu-
mati lib. i. & si non abhorreat amara, tunc addatur de pra-
sio. i. marubio & gramine. añ. 3. iii. & fiat.

Iste syrpus apud nos nō est in usu, secundū intētionē
Ioan. anglicū siue cōpositoris est syrpus de lilio qui florem
purpureum gerit, sed generaliter habetur opio q̄ quando
reperitur syrpus de lilio simpliciter de lilio albo intelligi
debeat, tamē hæc Ioan. habet syrpus de lilio, & ibi nō ha-
bet nisi ireos quod est radix lili cœlestis, & propter hoc di-
co q̄ iste est syrpus lili purpurei, si aliquis uoluerit facere
syrpus de lilio albo infra apparebit eius descriptio.

Enulæ campanæ, nō autē est enula quæ eleniam dicitur,
sed potius est quæda species panacis de qua Dios. cap. facit
sub nomine panax chironia dicitur quia nascitur in monte
pelion, folia habet amaracō similia, & florem aurosum & ra-
dicem tenuem, hæc apud nos non est cognita.

Ireos apud Aui. in. 2. can. est radix lili cœlestis, uide ergo
q̄ iste syrpus est uerus syrpus de lilio cœlesti, seu purpu-
reo generaliter moderni admirantur q̄ Mes. in ca. de ireos
dixerit ireos duæ sunt species, una quæ florem habet purpu-
reum, & alia quæ habet album. Electio, habens florem albu
melior est in omni re, hoc est ireos qui florem gerit albu est
melior q̄ qui gerit purpureum, quod nō reperitur esse uerū.
circa instans inquit, liliū est domesticū & syluestre sed syl-
uestre album gerit florem purpureū efficacius est, & sic hos-
die pro lilio cœlesti siue ireos accipitur radix lili quod hos-
rem purpureum facit & non album, ut dicit Mes.

Galitricon siue centrū galli est planta quā multi moderni
uulgari noīe bozomo uocant, eius spēs sunt duæ, una q̄ in
hortis nascitur q̄ comeditur sicut alia olera, alia nascitur in
pratis & hæc est syluestris, & est illa quā rustici nostri uulgariter
scariezam dicūt, & ista secundū plures est nobilior in me-
dicina q̄ hortulana, circa instans dicit galitricū. i. centrū galli.

SYRVPVS digestiuus secundū eundē in cap. de cura
paralytis. & seminis feniculi, petrosili, dauci. i. seminis panti-
nacæ syluestris, anisi, saluæ, origani, lauendulæ, primulæ uer-
ris, bethonica, fileris montani, sticados, sanamundæ, abrota-
ni, iuniperi. añ. M. i. zinziberis, piperis, costi, nigellæ, piperis
nigri & longi, ozimi, ruthæ, ficæ, basiliconis, maioranæ, arti-
stologia rotundæ, baccarum lauri, sinapis, gentianæ. añ. 3. ii.

pistentur & coquantur & colentur, & fiat syrpus cū melle
quantum sufficit, uel cum lib. ii. mellis si uis uel cum lib. i. si
patiens sit robustus & rudis, tamē si patiens sit delicatus po-
natur minus de abrotano. Et si uis adde acetum squillitiū.
Et uoco istum syrpus de sanamunda.

Iste syrpus nō est in usu, secundū intētionē cōpositoris est
syrpus digestiuus. Idē inferius in ipsa descriptione ait, uo-
co istum syrpus de sanamunda. i. gariofilata de quo infra.

Lauendula secundū Matth. syl. est primula ueris, sed non
credo, quia in hoc possumus certificari q̄ lauendula non sit
primula ueris, quia in isto syrupo habet lauendulam & pri-
mulam ueris, q̄ si essent idem non repeterentur.

Primula ueris secundum Nico. est herba sancti petri, siue
herba paralesis, quod idē est. Moderni uero ponunt q̄ de
hac reperiuntur maior & minor, & maior secundum uerita-
tem est herba sancti Petri quæ omnibus est nota, minor ue-
ro est illa quæ in pratis ac uis reperitur, cuius folia come-
duntur sicut aliorum olerum. Et ista à uulgo dicitur herba
margarita ab aliis. el primo fiore.

Sanamunda. i. gariofil. nō est pes leporinus, ut quidā igno-
rantes herbarii uolunt, sed gariofilata, siue sanamunda, siue
auantia est herba similis agrimonie, cuius radix odorē ha-
bet gariofil. hæc apud nos nascitur iuxta hortos & in cam-
pis, hanc adolescētes suo tēpore euellunt, & portant ipsam
in manibus propter odorē, folia ipsius sunt illa quæ habent
efficaciā in medicina, de qua ait circa instans, gariofilata uel
gariofilatū dicitur proprie quædam confectio ex gariofilis
confecta, unde folia & non radices in medicinis ponuntur,
& quanto est recens tanto melior est. Pli. autē uocat ipsam
gethim, hic syrpus secundum intētionem cōpositoris
est syrpus de sanamunda. i. gariofilata.

Ozimum. i. ozimum gariofilatum, quod alio nomine al-
felengemisch uocatur. Hic Ioan. anglicus in isto syrupo ha-
bet ozimum, & inferius habet basiliconem, quod idem est,
tamen species ozimi sunt plures, & sic hæc pro ozimo pos-
sumus intelligere semen ozimi gariofilati, & pro basilicone
possumus intelligere herbam ipsam ozimi, uel quandam
speciem ozimi, ut est ozimum citratum. i. mellissa.

SYRVPVS de raffano secundū eundē in cap. de cura
paralelis. & radicū raffani, lapatii acuti, lili, peoniæ. añ. par-
tē. i. temperentur cū uino & aceto per diem & noctē. Tunc
& saluæ eupatorii, camedreos, camepitheos calamēti, pen-
tasilonis, hysopi añ. M. i. anisi, maratri. i. feniculi carui, peo-
niæ añ. 3. i. acori, squinanti. añ. 3. ii. nucis muscatæ, cinnamo-
mi. añ. 3. s. foliorum boraginis. 3. i. corticis fraxini, & arbor-
ris tremulæ añ. 3. s. mellis lib. i. decoquantur ista in aqua ex-
tinctōnis ferri, & in tempore calido & in atate iuuentutis
posset addi scolopēdria cum herbis prædictis.

Iste syrpus non est in usu, Dios. cap. de raffano inquit, raf-
fanum græci, nos uero radicem uocamus, eo q̄ tota deorsū
sum mittitur cū reliqua olera magis sursum profoliant & in-
fra ponit q̄ est aliud genus raffani q̄ multi aromarachion
dicunt, & sic inuenitur apud Serap. in cap. de semine raffani
ubi sic ait, sed raffanus agrestis quem romani uocant aroma-
rachion. Gal. in octauo inquit, raffanus. i. raffanida. Isido. ait,
raffanum græci, nos radicem uocamus, eo q̄ totus deorsū
sum mittitur.

Fraxinus est arbor satis nota. Pet. de crescē. inquit, fraxi-
nus est arbor satis magna quæ in pinguibus & humidis ne-
moribus delectatur. eius lignum satis igni competit & est
optimum pro circulis uegetum & tinarum, eius semen est
factum ad modum linguæ passeni, & propter id apud nos
uocatur lingua uis.

Arbor tremula secundū opinionē plurium modernorū est
arbor granati syluestris, sed secundū opi. Bartholomei mon-
tagna, aliud est. nā ipse Bartholomeus in suis cōsiliis in cōsi-
lio de regimine ardoris urinx per medicinalia inquit, ibi ad-
ministratio est troiscorū de charabæ, & proprie qui scribun-
tur, 3. Almanforis allega. cap. quorum descriptio hæc est. &
charabæ, gummi arboris tremulæ, & est populus, sed in ue-
ritate ille textus est falsus. nam Mattheus sylvaticus. in li-
tera inquit, arbor tremula. id est arbor granati syluestris.

Lumi. ma.

G iii.

SECTIO QUARTA

Ioan. arcula. in cap. de mictu sanguinis & saniei ait. gummi tremule arboris. i. granati syluestris Rasis in suis synonymis in fine similiter ait.

S Y R V P V S de mezereon secundum eundem in cap. de fluxu uentris. & radicum feniculi, petroselinii brusci radicum peoniae, lapatii acuti, aristologiae rotundae. añ. 3. i. hysopi, pulegii montani, pentafilonis, camedreos, camepitos, thimi, rosarum. añ. M. i. menthae modicum succorum boraginis, scabiosa, fumiterrae. añ. 3. ii. feminis peoniae anisi, maratri, carui añ. 3. i. ameos. 3. s. cuscute. 3. vi. uiscti quercini, epithimi senae, foliorum sticados, arabici añ. 3. i. polipodii. 3. i. & si sit in aestate ponatur inter herbas scolopendriae, corticum genestre, frazini. añ. 3. i. mezereon boni. 3. i. mellis rosa. lib. i. s. fiat digestium quod uocetur syrupus mezerinus.

Iste syrupus apud nos non est in usu. Mezereon autem herba est quae apud Dios. uocatur camelga, & eius semine est cognidium. Vide supra de ipso in electuario de mezereon.

S Y R V P V S de rubea tinctorum secundum eundem in cap. de sterilitate. & arthemisiae rubeae maioris fauinae. añ. lib. s. tamen fauina amara est, ideo potest poni in minori quantitate foliorum menthae, foliorum absinthii, summitatum origani, & calamenti añ. 3. ii. spicae nardi. 3. i. squinanti. 3. ii. calami aromatici. 3. iii. anisi, maratri, carui añ. 3. i. fileris montani, ameos añ. 3. ii. peoniae. 3. s. mellis ro. lib. ii. fiat syrupus quo utatur mane & sero.

Iste syrupus non est in usu. Rubea autem maxime tinctorum est herba cuius radix usui medicinae competit. Dio. autem de ipsa duo capitula facit, unum sub nomine eritrodanum, aliud sub nomine rubea, & haec herba apud rusticos dicitur rosa, & ab aliquibus dicitur uena tinctorum, sed uena citrina aliud est.

S Y R V P V S macedonicus, secundum eundem & ibidem. & radicum petroselinii domestici, & macedonici, apii, feniculi, aristologiae, ireos, lili, enulae campanae rubeae maioris. añ. M. s. arthemisiae, pulegii, calamenti, hysopi, epaticae, origani, diptami, foli sequii, añ. M. i. cinnamomi, anisi, carui, peoniae, dauci, maratri. i. feminis ameos añ. 3. i. spicae celti. 3. ii. spicae nardi. 3. i. castiae lignae, costi añ. 3. s. liquiritiae. 3. ii. mellis quod sufficit & fiat.

Iste syrupus apud nos non est in usu, macedonicum autem est olixatum, & est ex speciebus apii, & est quae Dios. hipofelinum uocat, alii apium agreste uocant, siue ut latini obfstrum melius est hortino, & albidius, radix est illi grossa & alba & mollis, folia habens obrotunda & uiridia, in capite plenum est flore, in quo semen est uiride & oblongum & uiscidum aromaticum habens odorem, radix eius odorata & alba & eufomaca est, nascitur in locis umbrosis humidis & in hortis. haec herba cibis apta est cruda & cocta comeditur sicut apium. Haec apud modernos Alexandrum uocatur. Nico. etiam dicit. Alexandrum uel olixatum est macedonicum seu petroselinum macedonicum quod idem est. Matth. sylu. de ipso loquitur in cap. de apio.

Solsequium secundum Simo. Ianuen. a multis uocatur intuba, ergo est endiua. na intuba est nomen graecum, sed a latinis endiua nuncupatur, circa instans in cap. de sponsa solis ait. sponsa solis eliotropia intuba cicorea dionysia solsequium idem sunt. Matth. syl. in cap. de cicorea dicit. cicorea latine uel sponsa solis uel solsequia, secundum Nico. solsequium est mirasol. i. sponsa solis siue cicorea, hic textus Nicolai non uidetur sonare bene, quia mirasol non est cicorea, immo est pentadactylos. haec uero planta ab aliquibus pentadactylis uocatur, & ab aliis eliotropia. Ioan. uero angli. seu compositor in cap. de paralyti ait. kalendula. i. solsequium uel primula ueris. ergo est herba dicta a uulgo herba planca, & haec uidetur habere plura nomina. nam cicorea potest dici solsequium eliotropia idem, kalendula idem, sed quia intentio compositoris est quod solsequium sit kalendula, ergo debemus eam ponere.

S Y R V P V S de pulegio secundum eundem ibidem. & arthemisiae. i. altilliae. M. iii. sanamunda. calamenti, caprifolii, origani, pulegii, camomillae, mellissae, costi, balustiarum, fistimbrii. i. menthae aquaticae, radicum feniculi, petroselinii, leuistici. i. cordumeni lapatii, radicum lili, capillorum ueneris

recentis adianthos, enulae campanae. añ. M. i. maratri, feminis petroselinii, calami aromatici, utriusque sticados anthos thimi, epithimi, nucis muscatae, macis, feminis basiliconis camedreos, endiuae, pastinacae añ. 3. ii. mellis lib. ii. zuchari lib. ii. uini albi q̄. i. s. fiat syrupus secundum artem.

Iste syrupus non est in usu, secundum uero intentionem compositoris, iste syrupus est de mete Albucasim qui ipsum describit in sua practica.

Pulegium autem herba est fatis nota. circa instans in cap. de pulegio ait. pulegium in tempore florum colligitur, per annum seruatur. Dios. in cap. de diptamo dicit. diptamum multi dicunt pulegium agreste esse. sine dubio pulegium est species diptami sicut apparet apud Serap. in cap. de organo. Idem in cap. de calamento de pulegio loquitur. Pli. inquit. pulegium foemina efficacior, est autem flore purpureo, mas candidum habet & c. syluestri ea quae de domestico dicta est efficacior uis est quod simile est origano minoribus foliis quae satium & a quibusdam diptamos uocatur, gusta tamen a peccore caprisque balatum concitat, unde quidam graeci literas mutantes ibeconon uel bliconon uocauerunt, secundum autem modernos pulegium regale est usuale, sed pulegium indium seu ceruinum est diptamum.

Sanamunda. i. gariofilata seu assata baccara agrestis siue auantla, ut inquit compositor in cap. de uulneribus recentibus in carne & neruis, & haec apud herbatricos dicitur pes leporinus, sed non recte. uide in syrupo de sanamunda, quod de ipsa aliquid ostendam.

Caprifolium secundum Nico. est matrisfilua, matrisfilua autem apud Dios. peridemenon uocatur, & ex foliis ipsius apud quosdam fit lycium, & est herba quae iuxta hortos inuenitur, & est illa quam rustici uocant cezolo. infra in unguento de matrisfilua melius ostendam, si deus uoluerit.

Adianthos seu adiantos secundum Dios. adianthum siue galitricon siue politricon est herba quae habet folia similia coriandro scissa in summitate, habet ramos subtiles duos in longitudine unius palmi nigros, & non habet stipitem, neque florem, neque semen, hoc uidetur esse capitulum de capillo ueneris. na adianthos seu politricon species sunt capilli ueneris, & sunt ex hominibus qui ponunt unum pro alio. Hic compositor in isto syrupo habet adianthos, quod potest dici esse florem roris marini, uel potest dici adianthos confectio de floribus roris marini, sed quia compositor in isto syrupo iterum inferius habet anthos, ideo idem non sunt.

Anthos uero apud graecos est flos. unde anthos. i. flos roris marini & adianthos est species capilli ueneris, de qua uide circa instans in cap. de rore marino, qui sic ait. cum autem tempus reperitur, recipe anthos uel roris marini. debent poni flores & sic est.

S Y R V P V S columbinus secundum eundem in cap. de sterilitate. & radicum feniculi petroselinii, hysopi recentis, radicum lili, radicum apii, capillorum ueneris recentium caeterach. i. asplenon, politrici, adianthos, radicum scabiosae buglossae. añ. M. i. herbae sancti Christophori, maruscae, pedis columbini, pimpinellae, consolidae minoris, utriusque lactis corticum mori celsi fumiterrae hipericon. i. herbae sancti Ioan. añ. M. s. liquiritiae mundae. 3. i. maratri. i. feniculi, florum boraginis, florum camomillae, feminis brusci, feminis sparagi, florum uiolearum, añ. 3. i. zuchari lib. ii. fiat syrupus quo utatur mane & sero.

Iste syrupus non est in usu, secundum autem intentionem compositoris curat omne apia, & omnem inflationem tempore frigido, & a ueneno liberat, dicitur autem syrupus columbinus a pede columbino qui ingreditur.

Pes autem columbinus, secundum Serap. est amomum, sed hic alius intelligitur, apud modernos pes colubinus est herba, de quo infra in troc. diacoralli de forma ipsius apparebit.

Herba sancti Christophori, secundum Nico. est filius ante patrem uel oculus consilis. secundum uero Matth. syl. filius ante patrem est herba quae ex auctoritate Pli. dicitur gariofilon, & est herba faciens flores sicut butalmos, cuius stipites faciunt ramulos plurimos, sed ramus post natus excedit longitudine ante natum, & ob hoc filius ante patrem uocatur. Similiter oculus

oculus christi. hæc herba apud nos in pratis inuenitur, sed flos eius nõ est ita, ut inquit Matth. syl. quia eius flos nõ est sicut butalmos. nõ butalmos habet florẽ citrinũ similem flori camomillæ & oculus consulis habet florẽ nigrum, ergo nõ cõueniunt, sed error est hic. nam butalmos secundũ antiquã translationẽ habebat flores nigros sicut habet oculus christi, sed secundum translationẽ nostrã butalmos siue oculus bouis habet flores citrinos, & oculus christi seu herba sancti Christophori habet flores nigros, ut est notum.

Amarulus seu amaracus, secundum Dioscorid. & Plin. & Isid. est sanucus quæ alio nomine maiorana uocatur. secundum autem modernorum opinionẽ amaracus est alachoen seu uchuen ut apud Aui. in. 2. cañ. & est illa quæ à Dioscorido parte non dicitur & apud Serap. matricaria, & sic credo quod intentio compositoris sit quod amarulus sit matricaria, quia in illa materia multum ualet.

S Y R V P V S de scolopendria secundũ magistrum Petrum de tusignana in cap. de icteritia. & scolopendria, lingua ceruina, endiuia, epaticæ, absinthii, cicoreæ añ. M. s. cucutæ. 3. i. seminum communium. s. maiorum, florum boraginis, buglossæ. añ. M. i. capillorum ueneris, radicem feniculi, petrosili bruscii añ. M. s. & cum zuccharo fiat syrupus secundum artem qui aromatizetur cum isto puluere. & folii loco eius ponitur macis, spica. s. nardi, laccæ, cassiæ lignæ. añ. 3. ii. ligentur in panno lineo & bulliant in syrupo. & usui referua.

Scolopendria secundũ Serap. auctoritate Dioscoridi nominatur hoc nomine propter similitudinẽ cuiusdã uermis dicti scolopendria, & eius expositio est quatuordecim pedũ habet folia multa egredientia ex una radice & nascitur in partibus in muris ædificiorũ, & nõ habet stipitẽ nec florẽ, nec semen, & folia eius sunt sicut folia polipodii & pars eius inferior est quasi rubea, & pars superior uiridis &c. hæc est quã Dioscorid. asplenon uocat, & sic si legis bene illud capitulum de asplenon apud Dioscorid. cũ cap. de scolopendria apud Serap. uidebis quod idem sunt, sed moderni pro asplenon intelligunt cæterach, sed ego credo quod in tempore antiquo uera scolopendria erat cæterach quæ à modernis herba dorata uulgariter uocatur. & sic in isto syrupo pro scolopendria intelligitur cæterach siue herba dorata, alia uero scolopendria quæ inuenta fuit à modernis uocatur lingua ceruina, & ambæ in isto syrupo ingrediuntur.

Lingua ceruina, secundum modernorum opinionem est uera scolopendria quæ folia magna longa & lata habet ab uno latere rugosa, & hæc secundum herbarios est uera scolopendria, alia uero species non habent cognitionem per scolopendriam, sed si tu uocas cæterach scolopendriam negant, & falsa est opinio ut ostensum fuit.

S Y R V P V S de sebesten secundũ Bartholomæum montagna nam in suo antidotario. & sebesten. 3. ii. rubæ tinctoriũ. 3. s. anisi, cimini, liquiritiæ, seminis lactucæ, melonis, cucumeris, maluarum añ. 3. ii. alchechengi, fenugræci, sticados, prasii. añ. 3. iii. seminis apii, ameos, seminis petrosellini, radicũ tribuli marini, dauci, feniculi, meu. 3. ii. sanguinis ericii præparati scordeon. añ. 3. v. lapidis spongiæ, iudaici, corticum auelanarum. añ. 3. vi. coquantur in lib. ii. aquæ usque ad consumptionem medietatis. deinde coletur & colaturæ addatur aceti squillitici. 3. ii. s. zucchari secundæ decoctionis lib. ii. s. coquatur lento igne. & fiat syrupus.

Iste syrupus apud nos in usu non est. Sebesten sicut dictum fuit in euctuario de sebesten est quidam fructus sicut granũ oliuæ, hic fructus colligitur & exiccatur donec fiat passus, & sic utimur.

Tribuli secundũ Dioscorid. genera sunt duo, siccus & humidus, sed humidus est ille quo nos utimur, & gerit semẽ ad modũ castaneæ, & propter id à multis castaneolus dicitur, & dum sunt recentes comeduntur, & dixit Matth. syl. quod ex semine eius fit panis, nam ipse est dulcis & nutrit, & sic utimur loco panis tritici. & apud Aui. in. 2. cañ. uocatur hasek.

Erius alius est marinus, alius est terrenus. Isido. ait ericius animal spinis coopertum quod exinde dicitur nominatum, eo quod subrigit se quando spinis suis clauditur, quibus

undi quod prædictum est contra insidias &c. Auicena. in. 2. cañ. dicit ericius syluestris est notus: & montanus est aldudul habens spinas sagittales propinquas naturæ syluestris uel terreni. ille uero qui est marinus est species habetium ostraca. Gulielmus placenti. dicit. ericius est trium specierum. unus qui est natus, alius qui habet spinas sagittales, & appellatur porcus spinosus, & alius est marinus, & est spēs pisciũ habentium ostracũ, ille qui est notus est ille quem intelligere debemus, & de modo præparandi dicunt quidã sapientes quod modus præparandi est sicut modus sanguinis hirci.

Iudaicus. s. lapis qui dicitur iudaicus, cuius figura est similis glandi albus bonæ figuræ multam habet lineas angulatas in longitudine protendentes, & nominantur summitates lacertæ, & est lapis qui dissoluitur in aqua, & non habet saporem, & dicitur iudaicus, quia in partibus iudeorũ reperitur.

S Y R V P V S de cicorea scdm Gulielm. placenti. in suo antidotario. & foliorũ cicoreæ. M. i. foliorum boraginis, lactucarum, uiojarũ, scariolæ, linguæ bouinæ. i. buglossæ acetosæ, batisosere, & est herba cuius flos est cœlestis & eius semen est ut semen scariolæ agrestis, sed nõ est album neque nigrum, & nascitur in bladis ut plurimum. credo quod sit scariola agrestis, añ. M. s. reubarbari. 3. ii. pistentur herbe & coquantur in lib. iii. aquæ donec tertia pars consumpta fuerit & coletur, & addantur in illa aqua lib. ii. zucchari, & cũ dissolutum fuerit zuccharum ad ignem cum aqua iterum coletur & ponatur ad ignem cũ reubarbaro puluerizato & ligato in una pecia, & sepe exprimat cum manu pecia reubarbari, tandiu permittatur decoqui quod bene syrupizatum fuerit totum, & tunc ab igne deponatur & referuetur.

Iste syrupus est ille quo utimur & maxime secundũ istã descriptionem, & sic adhuc in Mediolano utuntur ipso, & sic faciunt in aliis ciuitatibus, sed collegium nostrorum doctorum Papiensium magis laudat unam descriptionem quã describit Nicolaus florentinus, & dicunt quod illa Nicoli est nobilior ista Gulielmi. & hoc est quia ipse Nicolaus habet plura simplicia in sua descriptione quã Gulielmus. & sic de reubarbaro maiorem quantitatem habet Nicolaus quã Gulielm. Si autem facere uolueris syrupum de cicorea secundum Nicolaum infra apparebit eius descriptio.

Cicorea scdm quosdam est intuba. alii solsequium. alii sponfam solis uocant. Columella in lib. de cultu hortorum ait. Cicorea iam teneris frondens lactucula fibris. Plin. ait. Intubum erraticum apud nos quidam ambulam appellant. In ægypto cicorium uocatur &c. Cicorea uero secundum compositorem est rostrum porcinum, & est herba cuius flos est cœlestis, & sic est secundum ueritatem. quod uera cicorea secundum sententiam Modernorum habet flores azurinos, & est species endiuia, de quibus Gulielm. in isto syrupo non habet nisi tres species. s. cicoream, endiuiam, & scariolam, sed Nicolaus in sua descriptione habet sex, de qua infra.

Scariola est species endiuia uel cicoreæ. Matth. syl. in c. de lactuca inquit. quod sunt eius tres species, una est quæ uocatur agrestis, quam græci sarraliam uocant. nam sine dubio sarralia secundum Isido. est lactuca agrestis, ut ait in c. de oleibus. ubi inquit. lactuca agrestis est, quã sarraliam nominamus, eo quod dorsum eius in modũ ferræ est. Simon Ian. dicit scariola secundum Modernos est uelut lactuca agrestis, nisi quia in dorso costarũ habet spinas paruas, pro endiuia ponitur secundum Serap. & circa instans scariola est endiuia & secundum Petrum de crescen. endiuia est scariola uel lactuca agrestis. infra in alia descriptione de speciebus endiuia si deus uoluerit ostendam.

Batisosere apud nostros auctores non reperio aliquem de ipso loqui, sed secundum intentionem compositoris est quædam herba, cuius flos est cœlestis, & eius semen est ut semen scariolæ agrestis, sed non est album neque nigrum, & nascitur in bladis ut plurimum, & credo quod sit scariola agrestis. quid autem sit cõter ignoratur, sed secundũ plures est illa herba quæ in bladis reperitur, quam nos uulgo moneghetam uocamus, & sic meo tpe uidi eam poni in isto syrupo, sed scdm plures sapientes errant illi apothecarii qui ponunt ipso

SECTIO QUARTA

lam. et male faciunt medici qui dimittunt ipsam poni, & hoc aduenit, quia non habent cognitionem quot species endiuiae uel scariolae sint, sed secundum modernorum opinionem species scariolae sunt. vi. uel. vii. de quibus tres uel quatuor sunt quae faciunt florem caelestem, & una de ipsis habet florem ac semine, ut dicit compositor, & in bladis reperitur sicut monegheta. Verum existimauerunt aliqui quod monegheta sit baculosere, eo quod apud tulosos ita uocetur, sed error est, nec eorum sermo apud sapientes acceptatur, nam opinio compositoris est aperta quod sit scariola agrestis, quae similis est moneghetae, ut innuere uidetur in praesenti loco. Si ergo compositor credit quod baculosere sit scariola agrestis nos debemus intelligere scariolam agrestem quae formam habet ut ipse docet, & non monegheta, quae non habet odorem nec saporem, & pro baculosere, siue scariola agrestis intelligitur cicorea agrestis siue scariola agrestis, quae florem caelestem gerit. Praeterea omnes species endiuiae uel scariolae uel cicorae sunt laudate in isto syrupo.

S Y R V P V S de opio, secundum eundem in eodem tractatu. & opii, pondus gr. ord. iiii. iusquiami, pondus gr. viii. ord. corticum mandragorae, gr. i. s. feminis apii. & iiii. feminis papaueris, feminis lactucarii. an. & i. s. foliorum lactucarii, endiuiae, uel cicorae an. M. i. foliorum papaueris & mercurialis an. M. i. pistentur grosso modo, & bulliant in lib. iiii. aquae donec consumatur medietas & coletur & addatur zuecharum & inspissetur & clarificetur & reseruetur.

Iste syrupus in usu non est. Opiu secundum Aulic. in. 2. ca. est succus papaueris nigri & aegyptii ipsum seminant. Mater in. c. de tribus generibus papaueris inquit. Exuuis teneris opium faciunt capitellis. Incisa leuiter summa cute lacq; quod inde. Desiuit excipiunt cocleis siccumq; reseruant. Antidotis multis aptum uariisq; medelis. Sunt qui contundunt cum lacte suo capitella. De quibus expressum siccant in sole liquorem &c.

S Y R V P V S de plantagine secundum Ray. de uilla noua. lib. 2. in. c. de disinteria epatica & intestinorum. & succi plantaginis depurati. & iiii. aquae pluuiialis uel rosarii quod melius est lib. i. spodi, nucis cypressi, balustiae, sumach, sanguinis draconis, gummi arabici, mastice, thuris, gallarum, hypocistidos, lapidis ematidis, rasurae eboris. an. & ii. teratur omnia in praedicto succo & aqua rosae usque ad medietatem coquantur, & addito zuecharo fiat syrupus.

Iste syrupus apud nos non est in usu. Plátago uero apud Aulic. in. 2. ca. uocatur lingua arietis, & sunt ei duae species. Maior & minor, maior est quam rustici nostri bletam syluestrem dicunt, & minor est quinque neruia quae alio nomine lanceola uocatur & haec est illa quae apud filosofos herbaticeos pro lingua canis habetur, sed errant. Dio. ait uocatur arnoglossa siue eptapleuron. i. septem costarum. Serap. ait lisen alchamel, id est lingua arietis & dicitur arnoglossa, & eius expressio est lingua agni, ideo quod graeci nominant arnon agnum & glossam linguam, & dicitur et eptapleuron. i. habens septem costas. nam in folio eius sunt septem costae, & epta in graeco est septem, & pleura. i. costa.

S Y R V P V S de iua secundum Nicol. floren. in lib. 3. in. c. de paralyti. & iua. M. ii. saluiae, maioranae, roris marini, polii montani, origani, calamenti, metastris, pulegii, hylsopi, thimi, ruthae domesticae, & syluestris, bethonicae, serpilli an. M. i. radicum acori, aristologie longe & rotunde, paucedani, ualerianae, brioniae, gentiane, diptami. an. & s. radicum feniculi, petrosilii, apii, sparagi, brusci. an. & i. i. s. i. s. dos, anisi feniculi, leuistici, ameos, carui sileris montani. an. & iiii. piperis. & i. s. passularum. & ii. aquae & mellis quantum sufficit, & aromatizetur cum cinnamomo nucis muscatae, & cubebis, & fiat. Iste enim syrupus in hac materia est optimus.

Iste syrupus non est in usu. Iua uero ut dictum fuit est uerum camepitheos & non est comedreos, ut quidam crediderunt generaliter tenetur quod iua non sit camepitheos, sed errant. Nam ego uidi apud multos apothecarios in sacculis camepitheos, sed nec in sapore, nec in odore, nec in forma non est camepitheos, de quo loquitur nostri auctores, sed loco camepitheos habent comedreos. unde per hoc dico

si aspexeris illam iuam qua moderni utuntur pro iua muscata, uidebis quod in forma, & in reliquis est uerum camepitheos.

Ioannes anglicus in. c. de dolore iuncturarum ait. quod pdest guttosis. uniuersus. Si capias iuam gutta tollet tibi uiam.

Serpillum secundum Plin. a serpendo putant dictum quod in syluestri euenit in petris maxime. satiuum non serpit, sed ad palmitum altitudinem crescit. Dio. serpillum siue ut alii herpillum. latini dicit erraticum uocant & c. folia & florem secundum circa instans medicinae competunt.

Valeriana, id est fu.

Frionia, id est cucurbita agrestis. Papias ait ampelos leucos seu brionia quam latini albam uitem uocant, uide de ipsa in confectioe de alfefera.

S Y R V P V S de lilio secundum eundem in lib. 5. in. c. de bolimo. & flores lili albi, & decoquantur in aqua non quidem soli, quia nocent stomacho cum proprietate eorum, sed cum aliis aromatibus corrigentibus malitiam eorum, & fiat syrupus cum zuecharo, & decoctio eorum secundum artem.

Istius syrupi sicut inquit ibi Nicolaus non reperitur descriptio apud aliquos auctores, secundum intentionem ipsius potest fieri sicut ipse docet.

Lilium. l. lilium album quod florem album gerit. Rosa anglica habet unam descriptionem syrupi de lilio, sed ibi non habet nisi ireos. i. lilium caeleste. & propter id ille est syrupus de ireos ut dictum fuit. Macer ait.

Lilia iure sequi quae nec specie nec odore.

Cedere creduntur roseo colata decori.

Nec minus in multis hominum sunt apta medelis.

Eius radice bulbus qui lilia profert &c.

Hoc lilium satis est notum.

S Y R V P V S optimus ad omni hemorroisiam unde tunc fiat secundum eundem in lib. 5. in. c. de praeservatione a spiritu sanguinis & cura eius. & hypocistidos chimolea, boli armeni, acaciae, corali albi & rubei, mumiae, psidia, galla, mentha, balustiae, gummi arab. draganti, simphiti, corrigio lae, feminis arnoglossae. i. feminis plantaginis, sumach, radice cum petaphilonis, id est quinque folii sanguinis draconis. an. & i. decoquantur in aqua pluuiali usque ad tertiam, & colentur & addantur lib. iiii. zuechari, & fiat syrupus.

Iste syrupus apud nos non est in usu, sed secundum intentionem Nicolai est optimus in illa materia.

Chimolea secundum Dio. est gicimolia, cuius alia est alba atque densa, alia purpurea. Apud Aulic. uocatur luitu chimolea uide de ea supra, in confectioe esdrae.

Psidia est cortex mali granati, sed psigia est storax ligda. Symphitum de ipso dictum fuit quod est consolida maior, siue anagalicum, uide de ipso in syrupo de pimpinella.

Corrigiola. i. polygonia, siue cetui nodia, siue uirga pastoris Dio. uocat ipsam polygonos masculum, & ibi et describit aliam quae dicitur polygonos foemina. Pet. de crescen. inquit. uirga pastoris est cardus syluestris, ille textus non uidetur bene fontare, nam uirga pastoris non est cardus ut ipse & alii dicunt, nam si legis capitulum de polygonos apud Dio. cum cap. de uirga pastoris apud Sera. & Aulic. uide bis quod id est. Et idem Io. Sera. in. c. de lapide uocat ipsam dimissionem, & haec herba in uitis multum reperitur. Matth. syl. in. c. de displaco. i. cardo fullonum dicitur quod est uirga pastoris, sed non recte. Quidam uocant corrigiolam sanguinariam, sed secundum aliquos sanguinaria est illa herba quam hodie burfam pastoris uocamus, siue a uulgo herba gugarolla.

S Y R V P V S aromaticus secundum eundem in eodem libro. in. c. de debilitate digestionis. & cubebarum, gariofilorum, zinziberis, cinnamomi, nucis muscatae, cardamomi, macis, calami aromatici. an. & s. spicae mastice, assari, squinanti, folii. an. & vi. amomi, ameos, costi, cyperi, carpopalsami. i. fructus balsami, xiloaloes. i. ligni aloes. an. & iiii. suppositata infundantur in uino albo ueteri ponderis lib. x. tribus diebus, deinde coquantur ad tertiam partem, & cum frigescent manibus fricentur & colentur & cum lib. iiii. mellis decoquantur in uase bene obturato reponantur, & cum musco aromatizentur.

Iste syrupus non est in usu. dicitur autem aromaticus propter species

cies odoriferas q̄ in eo ingrediuntur. Isid. in. c. de arborib' aromaticis inquit. aromata sunt quæq̄ fragrantis odoris q̄ india & arabia mittit siue alia regiones. nomen aut aroma traxisse uidentur, siue q̄ aris imposita diuinis inuocationibus apta uideantur, seu q̄ ipsa aeri inferi ac misceri probantur. nam quid est odor nisi aer contactus.

S Y R V P V S de cicorea secundū eundem in eodem libro. in. c. de opilatione epatis. R. endiuia domestice & syluestris, cicorea & taraxacon. añ. M. ii. cicerbita, epatica, scariola, lactuca, fumiterra, lupinorum. añ. M. i. ordeī non excorticati alchechengi. añ. ʒ. i. liquiritia, capillorū ueneris, ceterach, politrici, adiant, cuscuta añ. ʒ. vi. radicum feniculi, & apii, & sparagi añ. ʒ. ii. ferueant in aqua sufficienti & colentur & cum zucchero albo solido fiat syrupus, pro cuius unaquaq̄ libra ponatur ad coquendū ʒ. iiii. reubar. electi, & ʒ. iiii. spica ligate in pecia rara quæ sepe exprimat. dos̄ nec syrupus sit perfecte decoctus. dos̄ ʒ. iiii. cum aqua mulionis seminum communium frigidorum.

Iste syrupus sc̄dm collegiū nostrorū doctorū. Ti. inensū est ille quo uti debemus, aliqui tñ magis laudant descriptionem Guliel. placen. & ea utuntur sicuti Mediolanenses qui descriptionē Guliel. præparant Ioan. Mattheus gradi in. c. de cura malarū dispositionum epatis habet unam aliam descriptionem, quæ quasi idem est cū illa Nicolī, licet aliqua simplicia mutauerit, aliqua omiserit, nunc uero intendo declarare omnes sp̄es endiuia cicorea uel scariola.

Endiuia nomen latinū est post gr̄cū intuba, arabes etiā post gr̄cū hundebe dicūt. in hac uero uolō ostēdere oēs sp̄es cicorea uel endiuia uel scariola, sed primo uolo ostēdere illas sp̄es, de quibus ipse Nicolus in proprio libro loquitur. nam in. c. de debilitate epatis ait sic. dixit Auis. taraxacon, quam Gentilis dicit esse cicerbita, siue rostrum porcinum. & Guliel. dixit ipsam esse cicorea, & est illa sp̄es quæ à multis uocatur planta leonis. hic textus Nicolī uidetur corruptus. nam ipse Nicolus debebat dicere q̄ dens leonis q̄ est sp̄es cicorea, & non planta leonis quæ est herba dicta faura uel herba maura quæ odorem aspalti habet. & hæc species trifolii quod est consonum. idem in. c. de opilatione epatis dicit. taraxacon est species sp̄sæ solis & inferius in eodem. c. inquit. rostrum porcinū est cicerbita &c. Habita opinione Nicolī sequitur opinio Ioannis anglici in. c. di scrasia calidæ epatis quæ est quod altaraxacon est rostrum porcinum uel cicorea. idem sentit in. c. de fistula ulcere cancro & sanie oculorum.

Postq̄ ostendī uerba Nicolī & Ioannis anglici de taraxacon & rostro porcino, et uolo ostendere opinionem aliorum, & dico quod species endiuia uel cicorea sunt septem ad numerū de quibus ipse Nicolus sex sp̄es in isto syrupo ponit. Guliel. aut in sua descriptione nō ponitur nisi tres. scilicet cicoream scariola & bastioserem, ut per ordinē ostendā.

Endiuia domestica. i. usualis est herba satis nota. syluestris uero potest dici quod sit crispinum herba. cicorea uero secundū sententiam Modernorum habet flores azurinos uertentes seipso ad solē, quare sponfam solis & sol sequi uocauerunt, de qua circa instans ait. sponfa solis est cicorea uel intuba uel sollequium. hæc etiā satis est nota. Sera. in. c. de endiuia inquit. unde sunt sp̄es. nam est ex ea domestica & est scariola & est ex ea syluestris quæ est taraxacon, & est tertia sp̄es quæ d̄r candarel & est amiron. et secundum circa instans & Pet. de crescen. endiuia est scariola. Gal. in. 8. simplicium dicit. feris. i. endiuia. inferius dicit.

Condriū est species cicorea, uel lactuca. Aul. in. 3. can. in. c. de endiuia ait. q̄ est ex ea syluestris & hortulana, & est duarū specierū, & magis iuuatua ex eis epati est illa quæ est magis amara. ego credo q̄ sit cicorea. idem aliud capitulū facit de taraxaco, & dicit q̄ est sp̄es endiuia, et ista nota est.

Scariola uero secundum Simonem Ian. est uelut lactuca agrestis, nisi quia in dorso costarū habet spinas paruas, sed Matth. syl. & Isido. uolunt q̄ lactuca agrestis sit scariola, ut dictum fuit. et hic dicam uerba Isidorū q̄ in. c. de oleribus dicit lactuca agrestis est quam farralia nominamus, eo q̄ dorsum eius in nodū fert̄ est. Simon in hac errat, nam in. c. de

scariola dicit q̄ ipsa est uelut lactuca agrestis, & incap. de farralia inquit. ex auctoritate Isid. q̄ farralia est lactuca agrestis. & in fine dicit, q̄ est scariola, & sic uolūt multi moderni.

Cicerbita uero sicut dicit Nico. est rostrū porcinū secundū Gulielmum est cicorea, & est herba cuius flos est celestis. Etiā reperiuntur duæ alia sp̄es quæ florē celestē habent, & oēs in bladīs reperiuntur. Et sic si bene cōsideretur uidebis q̄ sp̄es endiuia uel cicorea sunt septē, & sunt istę, uidelicet endiuia domestica, i. usualis, cicorea quæ ab omnibus nota est, rostrum porcinū, & dens leoninus differunt parum inter se, secundū modernorū opinionē in pratis reperiuntur cū flore croceo, nisi solum in foliis differunt. Post maturationē florum producunt quandam lanuginem albam quæ cū tangitur euolat, & alia est dicta crispinum à uulgo, & hæc apud quosdam est lactuca alini, quod non credo, sicut patet si legis capitulum de anchusa apud Dios. uidebis q̄ cum cap. de crispino non conuenit, & est alia species quæ dicitur ciscoristrum, & est scariola quæ in bladīs reperitur, & omnes istę species uocantur endiuia uel cicorea uel scariola. Et hæc notæ sunt apud sapientes.

Alchechengi uel chechingi est strigus agrestis, secundū Dios. & est herba proferens granū rubicundum simile cera so in uesica inclusum citrina in colore quæ à multis uesicaria dicitur, sed apud lombardos fiacho nominatur, & in uis reperiuntur. Aduertendum est in descriptione præsentis syrupi q̄ in omnibus codicibus Nicolī quos uidi deficit dos̄ ordeī & alchechengi ingredientium dictam descriptionem, quod credo accidisse errore scriptoris potius q̄ alia causa, sed ut haberetur modus dosandi prædicta duo simplicia uolui conferre hanc descriptionem cū illa quæ ponit Ioan. Mattheus gradi, qui etiā prædictū syrupum describit. & inueni eas in ordine pondere, & in omnibus aliis concordare, & ipsum dosare prædicta duo simplicia hoc modo, sumit enim ordeī non excorticati. ʒ. ii. Alchechengi capil. ueneris &c. secundum ordinem Nicolī añ. ʒ. vi. ideo & nos debemus etiam proculdubio eo modo dosare illa duo uide licet ordeī non excorticati. ʒ. ii. alchechengi. ʒ. vi. quamuis præter nostram uoluntatem apposuerint impressores quæ le pondus eorū. nam si sumeremus. ʒ. ii. chechingi excederet debitum pondus, nec bene proportionaretur aliis.

Ceterach. sicut dictum fuit in syrupo de scolopendria est herba quæ à modernis herba dorata dicitur. Politricon est herba quæ in puteis & in locis humidis reperitur, ut dictū est supra in syrupo de pimpinella.

S Y R V P V S de ficibus secundum eum in eodem lib. in cap. de cura colicæ ex face. g. ficum albarum. ʒ. i. aquæ. ʒ. x. coquantur ad lentum ignem usq̄ quo uenerint ad statū iulep de quo accipiatur omni die. ʒ. iiii.

Iste syrupus apud nos nō est in usu. Ficus. i. carica. Serap. in cap. de ficu ex auctoritate Gal. inquit. q̄ sunt ex eis domestica & syluestres & montanæ, & ex domesticis quædam sunt recentes, & quædam sicca, uirtus recentium est debilis, quia admiscetur eis de humiditate, sicca sunt meliores maxime carnose, syluestris uero ficus secundū quosdam uocatur caprificus. & dicit. Pli. q̄ huius fructus nunquam maturescunt.

S Y R V P V S de arthemisia, secundum eundē in lib. 6. in cap. de retentione menstruorū præter naturā. R. arthemisia. M. ii. pulegii, calamenti, menthastri, origani, mellis, perficaria, sauina, sanfuci. i. maiorana, camedreos perforate, camepitheos, matricaria cū flore, centaurea minoris, rutha, bethonica, melissa añ. M. i. radicum feniculi, apii petrosilli, sparagi, brusci, saxifragia, enula, diptami, cyperi, rubra tinctorum, ireos, peonia añ. ʒ. i. seminis iuniperi, leuistici, petroselli, apii, anisi, nigella, carpobalsami, costi, assari. i. assara baccara, piretri, castia lignea, cordumeni, calami aromati. fu. i. ualeriana añ. ʒ. s. conuallentur & infundantur in aqua pluuiali sufficienti per diem & noctem. Postea decoquantur ad medietatis aquæ consumptionem. tunc deponatur ab igne, & dimittatur donec aqua tepuerit tunc manibus in ipsa aqua positis fricentur, postea colentur, & in colatura addatur mellis uel zucchero quantum sufficit, & fiat syrupus, & si humor fuerit uiscosus acetofetur cū aceto acuto uel squillæ

SECTIO QUARTA

litico. & fiat syrupus aromatizatus cum cinnamomo & nar-
do. i. spica nardi. cuius dosis sit. ʒ. ii.

Iste syrupus apud modernos in usu nō est. & maxime se-
cundū istam descriptionē, sed illa descriptio qua utimur est
magistralis quam moderni practicantes, maxime Papienses
multū laudant, & multū ualet ad ea quæ dicit Nico. Ioan.
Mattheus gradi in cap. de prouocatione menstruorum ha-
bet unam aliam descriptionem quæ ab hac non differt.

Arthemisia secundum circa instans est mater herbarum,
cuius folia magis competunt usui medicinæ q̄ radix. Dios-
cor. in cap. de arthemisia dicit. arthemisia tria sunt genera. unū
est quod uocatur arthemisia monodos. i. mater herbarum
quæ est fructuosa, & similis absinthio, folia pinguiora & ma-
iora habens, & hastas longas, nascitur in maritimis locis las-
pidosis & sabulosis. altera arthemisia tagetes nominatur
quæ tenera est, semen habens minutum, & unam hastam fo-
liis plenam, & nos lingua latina uocamus thanasiam, uel se-
cundum quosdam athanasiam. est & tertia arthemisia quæ
septafilos dicitur, nascitur circa fossas & agros, flosculi eius
si contriueris sanfuci odorem habet. Gal. in 6. simpl. ait be-
rengesif. i. arthemisia, sed textus Aul. in 2. cañ. nō uidetur mul-
tum consonus, quia ponit q̄ est abrotanum q̄ communiter
non creditur nisi sumpisset abrotanum pro arthemisia.

Mellissa secundum modernorum sententiā est ozimum
citratum, cuius folia odorem citri habent, etiam citraria di-
citur, miror q̄ Nico. isto syrupo habeat. & melissa. & infer-
rius iterum replicat eandem, credo q̄ sit error scriptoris ut
ostendam in alia litera.

Perficaria. i. herba sanctæ Mariæ. & est herba quæ habet
folia similia persicis signata. apud nos iuxta hortos reperit-
tur, existimant quidam q̄ hæc sit zinziber caninum, ut uide-
tur sentire Aul. in 2. cañ. etiam putauerunt quidam quod ip-
sa sit piper aquæ.

Perforata. i. herba sancti Ioan. siue faga demonum, siue
hypericon, & dicitur perforata, quia folia eius habent fora-
mina parua, in locis domesticis reperitur. Auer. in 5. col. ait.
heu fericon. i. hypericon. nelifricon. & quidā appellant hanc
herbam cordialem, eo quod assimilatur cordi.

Matricaria etiam est arthemisia, & est illa quam Dios. uo-
cat leptafilos, sed Aul. in 2. cañ. uocat ipsam uchuen aliquā-
do alacoē. & hæc est quam lombardi crispulam dicunt, de
ipsa melius ostendam infra in cap. de troscicis alindaraca-
ron, si deus uoluerit.

Mellissa ut dictum fuit, est ozimum citratum, miror q̄ Ni-
co. in isto syrupo habet superius mellissam, & inferius iterū
habet mellissam, sed existimo q̄ sit errore scriptoris. nā Io.
Mattheus gradi loco eius habet abugillissam. i. lactucam asi-
ni, sicut patet apud Aul. in 2. cañ. in proprio cap. de abugil-
lissa. & idem de ipsa quatuor ca. facit unū sub nomine abu-
gillissa. aliud sub nomine hæ arfelli, aliud sub nomine lactu-
cæ asini, aliud sub nomine sciniar. & hæc apud Dios. uocas-
tur ancusa. sapientes uero existimant q̄ Nico. uol-
bat dice-
re abugillissam, ut dicit Ioā. Mattheus. & dicunt q̄ loco eius
potest poni lactuca usualis.

Leuisticū apud Aul. uocatur cheism. & est semen satis no-
tum, sed eius genera sunt duo. i. hortulanum & campestre,
hortulanum uero est proprium illud quod notum est cam-
pestre secundum modernorum opinionem est cordume-
nū, siue carui agreste, & ambæ in isto syrupo ingrediuntur.

Cordumenum secundum Serap. est carui agreste Ioā. ar-
culanus in cap. de epilepsia in electuario quod ualet ad om-
nem epilepsiam inquit. q̄ cordumenum est cardamomum,
sed mihi non placet. liber qui dicitur Albuchasis in trac. 2.
in cap. de forma stipticandi oleum ad faciendum oleum de
lilio ait. carui agreste, & est cordumenum. similiter ait. Gul.
placen. in distinctione de theriaca ut dictum fuit, & hic pro
cordumeno intelligitur semen leuistici campestris, & hoc
est semen quod reperitur sub planta paucedani. & hoc est
ex secretis simplicium.

S Y R V P V S de endiuia, culus inuentor fuit Gentilis
de fuligineo. & succi endiuia, succi epaticæ. aʒ. lib. iiii. clarifi-
centur prædicti succi ad ignem ut expedit. rosarum uiolarū,

lenticulæ, aquæ florum nenufaris, politrici aʒ. ʒ. s. capillorū
ueneris, ordeī mundi, seminum communium maiorum fri-
gidorum aʒ. ʒ. i. fiat syrupus cum zuchcharo. quantum suffi-
cit, secundum artem & aromatizetur cum sandalis albis &
rube. & berberis seminum citoniorum, lig. aloes, cinnamo-
corticum citri. aʒ. ʒ. i. & usui referuetur.

Iste syrupus secundum plurimum est ille quo utimur pro
syrupo de endiuia composito, tamen sunt qui faciunt ipsum
secundum descriptionem quam superius posui ex auctorita-
te Francisci de pedemontium, & sic ambæ habent efficaciam,
Epatica est herba satis nota. Dios. uocat ipsam licenam, ut
dictum fuit in syrupo de epatica.

S Y R V P V S ad matricem magistralis. & matricariae,
carpoballami, calami aromatici, xiloballami, sileris montani,
cassia lignea aʒ. ʒ. iiii. anisi, feniculi, seminis carui, pule-
gii, organi, calameti, rorismarini, serpillii. aʒ. M. i. ligni aloes
doronici, cinnamomi. aʒ. ʒ. ii. seminis agnicasti, culcutæ. aʒ.
ʒ. iiii. radicū mandragoræ, iusquiami aʒ. ʒ. s. mellis dispu-
mati quantum sufficit. fiat syrupus secundum artem. dentur
mulieribus habentibus malum stomachum frigidum, & ad
passionem matricis mirabiliter ualet.

Iste syrupus secundum istam descriptionem est in usu in
partibus Mediolanensibus, & debet fieri decoctio cū aqua
ferrata ad pondus lib. viii. & lib. i. uini albi odoriferi, & om-
nia coquantur usq̄ ad consumptionem medietatis. Matth.
sylua. de ipsa loquitur in litera ferugo. matricaria est arthe-
misia, & est illa quam Dios. uocat parthemon, sed Aul. uo-
cat ipsam uchuen. aliquando alacoen, quod idem est. & hæc
est herba quam lombardi crispulam uocant.

Agnus castus. i. semen notum est. Dios. inquit. agnus siue
aligos latine alexandrina appellata. Serap. de ipso duo capi-
tula facit. unum de arbore quod dicit agnus castus. aliud de
piperella quæ est semē eius. infra apparebit descriptio uoc.
de agnocasto, & ibi melius ostendam si domino placuerit.

S Y R V P V S de arthemisia. & florum arthemisiae. M.
ii. calameti, folii satoregie, organi, thimi tamarisci, sticados
aʒ. M. i. florum camomilla, florum melliloti, sanfuci. i. maio-
rana, anthos aʒ. ʒ. i. blahebizantia, calami aromatici aʒ. ʒ.
iii. celtica. i. spica celtica. ʒ. i. camedreos, matricariae mino-
ris, bethonicae, abrotani aʒ. M. s. acori, prassii, foliorum ru-
beæ maiorum, sileris montani aʒ. ʒ. i. assari, squinanti, anisi,
maratri. i. feniculi, ameos, apii, aʒ. ʒ. vi. fiat decoctio ex istis,
& cum melle quantum sufficit fiat syrupus.

Iste syrupus est ille qui generaliter in usu est, tamē hodie
inueni unam aliam descriptionem quam describit Nico. flo-
rentinus, quæ etiam est laudata apud nostros doctores, de
qua uide supra, tamen uide utriq̄ & elige quam uolueris.

Arthemisia. i. altitia siue berengessif. Papias ait. arthemisia
ab inuentore dicta, ut Plinio placet herba à Gentilibus dia-
na consecrata, nam græce arthemis diana dicitur. Macer in-
quit. in principio libelli sui. Herbarum quasdam dicitur car-
mine uires. Herbarum matri dedit arthemisia nomen. Cui
græcus sermo iustum puto ponere primo, Huius open fer-
tur prior inuenisse diana. Arthemis. græce quæ dicitur. in-
deq̄, nomen. Herba tenent &c. secundum circa instans est
mater herbarum.

Folium. i. malabratum, loco eius ponatur spica, aut ma-
cis satoregia. i. timbra, Pli. inquit. timbra uero quæ sit cunila,
hæc apud nos habet uocabulum, & aliud satoregia dicta in
condimentario genere, seritur mense februario.

Anthos græce est flos, unde alofanthos. i. falsis flos, sed
hic per anthos intelligitur flos rorismarini, inde Nico. dian-
thos dicitur, quia fit de floribus rorismarini. etiam flos eius
dicitur alchihil.

Matricaria minor secundum plurimum est secunda spes
cuius arthemisiae. Dios. de forma ipsius describit. & hæc est il-
la quam hodie tenacetum. siue daneta uocant.

Abrotanum herba est satis nota. Ioan. Serap. in cap. de
retentione menstruorum, & cura eius inquit. sanguifera est
abrotanum. in antidotario in decoctione ad hydropicos di-
cit belengessif est sanguifera hic textus Serap. non uidetur
uerus, nam ipse uult q̄ sanguifera, & abrotanum, & beren-
gessif

SECTIO QUARTA

putauerunt aliqui medicorum quod sit illa quam nos nominamus acetosam. i. lapacium, & putauerunt alii quod ipsi sit granum acetosum quod defertur ex corasceni, & Guliel. placē. ait ribes. i. acetosa uel acetofella quod non creditur. nam aliud est ribes. aliud est acetosa. uerum est quod ambae uidentur habere eandem uirtutem. sed non sunt eadem. Auic. in. 2. can. in cap. de ribes ait. inest ei uirtus acetositatis citri agreste. Et sit in Damasco syrupus de ribes qui defertur ad nos, & utitur ipso.

ROB DE agresta modus eius est sicut rob de ribes, sed in usu non est.

ROB DE cornibus ualens sicut rob de agresta. & sicut cornium, & proprie quibus est mediatio inter maturitatem & acerbiteriam, & operatio eius est sicut rob de ribes.

Cornu est fructus similis oliuae, sed oblongior apud nos in hortis nascitur. hoc apud Dios. uocatur cranea arbor. i. cornea. semen habet simile oliuae sed paulo oblongius & uiride, quod cum maturum fuerit obruffi coloris est. existimant quidam quod iste sit fructus qui apud Auic. in. 2. can. uocatur mauran. Ouid. meth. primo ait. Corna quae & in duris herentia mora tubetis. Et Virg. Victum infelicem bacas lapidosasque corna dant ramis.

ROB DE sumach non est in usu, sumach secundum Auic. aliud est corasceni, & aliud est semi minus corasceno rubei, sentis similitudinem habens, & est conueniens ei cui conueniunt acatia, & rosa &c. Serap. cap. de sumach dicit ex auctoritate Dios. sumach sunt quidam qui nominant ipsum aduersus ratio, & est sumach cibus in arabico, & est planta quae dicitur ros barfodisticos, & est in arabico sumach coriorum, & est arbor nascens in locis saxosis. cuius longitudo est duorum brachiorum, folia habens oblonga, quorum color uerget ad rubeum sanguinis grana habet in magnitudine lentis tisci aliquantulum lata. iuuamentum eius est in cortice granorum. Gal. melius quod est in tota arbore est cortex granum eius, & succus eius, secundum circa instans eius granum per quatuor annos seruiatur.

Rob de moris sceni. i. moris celsi non est in usu.

Sectioni de syrupis & robis secundum intentionem diuini Mes. & aliorum doctorum hoc loco finem imponimus, uertam os modo sermonem nostrum in sectionem de decoctionibus. Illuminet igitur sensus & corda nostra ille qui est lux ueritas & uita.

De decoctionibus secundum diuini Mes. ac alios doctores.

DECOCTIO capillorum ueneris. Mes. in suo antidotario. & capil. uen. 3. i. s. sumiterra. 3. i. lupuli uolarum siccarum. an. 3. viii. prunorum nume. xi. iuuibe nume. xx. coquantur in lib. iiii. aquae cum facilitate usque dum redeant ad lib. i. & proice in ea castrea fistular. mundata a cortice suo. 3. iiii. tamarindorum. 3. ii. siracost. 3. i. reubarbari boni. 3. iiii. fricetur manibus & coletur & propinetur ius in mane, & quando ponitur loco aquae feri caprini. i. aquae lactis uel casei lib. iiii.

Decoctio uero est apozima diuersarum medicinarum. s. aqua in qua medicinae coquantur. idem in cap. de tussi humida habet unam aliam descriptionem, sed non est eadem. in fine decoctionis dicit. Et si uolueris accipe ex hac decoctione lib. ii. & cum meihueg. i. uino cocto, & zuchari. 3. x. fiat syrupus & per ista uerba quae dicit Mes. existimant quidam quod ex illa decoctione potest fieri syrupus de capillo ueneris.

Capillus ueneris apud Auic. in. 2. can. uocatur bescegnasce & dicit quod est coriandrum putei, & persice est bescegnasce. & siriace est capillus porcinus, & arabice est capillus algul. Isid. dicit capillum ueneris uocatū, siue quod elapsos post alopiciam capillos recreat, uel quod capillorum fluores coereat, uel quod sit uirgulis nigris leuibus cum splendore quasi capilli, eius species secundum modernorum opinionem sunt tres. s. capillus ueneris qui satis est notus, politricum quod herba est quae in puteis reperitur, & adianthon quod similitudinem habet capillorum ueneris, & haec iuxta fossos reperitur, & sic istae tres species in uirtute differunt parum abinuicem.

Siracost est species mannae sicut apparet apud Auic. in. 2. can. in cap. de manna. & dicunt quidam sapientes quod siracost

est deterior aliis speciebus mannae.

DECOCTIO de epithimo secundum Rasis in. 5. Almanfo. in cap. de melancholia. & mirabo. indorum. 3. x. polipodii. 3. v. senae. 3. ix. turbith. 3. iiii. sticados. 3. x. passulae & rum enucleatarum. 3. v. epithimi cretensis. 3. x. omnia excessu pro epithimo in tribus libris aquae coquenda sunt donec ad unam libram & mediam redeant, & cum hoc factum fuerit addatur epithimum, & illico ab igne remoueantur, & dimittantur donec infrigidari coeperint, cumque infrigidata fuerint manibus fricata coentur, usui referuentur.

Haec decoctio de epithimo secundum aliquos, est illa de qua intellexit Rasis in hoc. 3. in cap. de hemorrhoidibus & fistulis, & ragadiis in fine confessionis de scoria ferri, cum dixit, conficiatur cum apozimate emblicorum, sicut in cap. de melancholia nominamus, sed si bene consideremus ista non est apozima emblicorum, de quo Rasis intelligit, quia ibi non ingrediuntur emblici. uerum potius apozima de qua intelligere debemus, est illa quae ponitur a Rasi in fine dicti capituli de melancholia. in descriptione electuarii letificantis in qua ingrediuntur mirabolani, chebuli, & emblici hoc modo. & mirab. cheb. embli. an. nume. xx. terantur, & in tribus lib. aquae coquantur donec ad unam redeant & coentur, & profectio de isto apozimate intelligere debemus, ut uolunt sapientes & eam ponere in dicta confessione de scoria ferri, & non de decoctione de epithimo quae non conueniret in casu, licet in declaratione dictae confessionis dictum sit debere intelligi decoctionem de epithimo superius scriptam.

DECOCTIO communis secundum magistrum Petrum de tusignana. in cap. de paralesi, tremore, tortura, & spasmo de repletione. & orde. 3. iiii. prunorum nume. xii. liquiritiae, tamarindorum, anisi, feniculi an. 3. s. aquae lib. iiii. bulliat simul usque ad consumptionem tertiae partis lento igne & coeuetur.

Haec decoctio apud nos est multum in usu, sed sunt ex hominibus qui faciunt ipsam per aliam secundum uoluntatem decoctorum, & si secundum istam descriptionem facere uolueris addantur in fine decoctionis iam dictae buglossae & boraginis an. parum, & usui referua, & quanto recentior tanto melior. in ampullis de uitro melius conseruatur. Isido. dicit quod ampulla est dicta quasi ampla bulla. similis est enim in rotunditate bullis quae ex spumis aquarum fiunt, atque ita infiantur uento.

DECOCTIO pectoralis secundum Bartho. montagnanam in suo antidotario. & caricarum pinguium. i. sicuū siccarum. 3. vi. daetylorum pinguium, prasii. i. marubii, seminis apii, feniculi, passularum, capillorum ueneris, hyssopi, liquiritiae. an. 3. v. coquantur omnia in lib. xiiii. aquae usque ad consumptionem medietatis, & coletur, & fiat decoctio.

Haec decoctio fit ex uariis intentionibus, sunt quidam qui faciunt ipsam magistraliter, & sunt quidam qui faciunt ipsam secundum aliam descriptionem, sicut est intentio medicorum.

De trociscis secundum sententiam domini Mesue & aliorum doctorum.



CONFECTIO galliae muscatae. & xii. loaloes crudi boni & electi. 3. v. anbrax. 3. iiii. musci boni. 3. i. giutinis, draganti. i. gummi draganti, & aquae rosatae quantum sufficit ad miscendum ea. sicut troc. similes foliis myrtae & sigillantur & reponantur in uase uitri, & administrantur, & apud alios dissoluantur ambrā in uase uitri eo cum

oleo de ben pauco, & conficiantur cetera cum eo.

Haec confectio apud apothecarios est multum in usu, & maxime secundum istam descriptionem, & dixerunt sapientes quod ista descriptio debet poni in confessionibus ac electuariis quae sunt ex auctoritate ipsius Mes. Nico. in suo antidotario. habet aliam descriptionem confessionis galliae muscatae quae etiam est in usu. Et sapientes dixerunt quod etiam secundum istam descriptionem debet fieri & administrari in confessionibus ac aliis quae sunt ex auctoritate Nicolai. sunt ex hominibus qui uocant trociscos de gallia muscata Mes. & dicunt quod gallia dicitur a quadam prouincia sic nominata. Cul. placen. tinus inquit. gallia est quaedam herba quae gallia odorifera appellatur

appellatur Sera. de gallia. c. facit. & dicit q̄ est such. Rasis in
9. Almanfo. describit trociscos muscatis, sed non sunt idē,
de quibus infra.

Trociscus autē dī à trocos quod est rota, quia troc. est fa-
ctus ad modū rotæ. Simon Ia. inquit. trociscus dicitur à tro-
cos greco, quod est rota uel aliquid simile rotandum. Mes.
dicit q̄ fiat troc. similes foliis myrti. hodierni apothecarij
non faciunt ipsos illo mō, sed faciunt ad modū rotæ curren-
tis, ut est notum. Mes. dicit q̄ prædicti troc. debent sigillari.
liber autē qui dī Buchasim. in tract. docet modū faciendi
sigillū: quo sigillantur troc. & sit sigillum ex ligno ebani aut
buxi, aut eboris, aut alterius rei. Oleū de ben. i. de granis
ben qd̄ uocatur balaninū & non muscellinū, ut quidā puta-
uerunt. eius faciendi modum ponit Mes. de quo infra.

CONFECTIO galliæ sebelling non est in usu, tamē
ingreditur in confectioe aromati nardini, sed loco eius
sunt qui ponunt galliam muscatam.

CONFECTIO galliæ alexandriæ, & est eius inter-
pretatio de aromatib⁹, & est illa de qua antiqui considerāt,
& de qua plurimū loquuntur. & bonorū emblicorum abie-
ctis osibus. 3. iiii. conterantur cōtritione grossa, & ponantur
in uase uitreo, & fundatur super eos aqua rosata bonæ
& electæ infusionis rosarū siccarum & corticum citros lib.
s. & stringatur os uasis, & dimittatur p̄ dies tres. deinde fun-
dantur in eis aquæ prædictæ infusionis. 3. iiii. & in crastinū
fiat similiter usquequo emblicorū uirtus in aqua impressa
sit, tunc uero. & ligni aloes boni. 3. viii. ramich. 3. i. s. rosarū.
3. x. gariofilorum. 3. x. spicæ indæ. 3. iiii. sandali citrini aroma-
tici. 3. iiii. gummi ara. 3. vi. terantur omnia sicut alcohol. i. sub-
tiliter sicut sunt athomi solares. & fundatur super ea parum
succī infusionis prædictæ emblicorum, & teratur cū eo usq̄
ad totum in eo paulatim fundatur. ultimo uero aromatizetur
cum. 3. i. camphoræ & ambræ. 3. ii. musci boni. 3. ii.
fiant inde trocisci, & sigillantur sicut diximus & ponantur
in uase uitreo & administrantur.

Hæc confectio istius galliæ secundum intentionē Mes.
eius interpretatio est de aromatibus q̄ apud nos est in usu.
Liber qui dī Bulchasis docet modum faciendi troc. de gal-
lia & inquit. si uis facere trociscos alios de such. i. gallia, sed
non sunt idem. infra ait. qn̄ aut transuerit super eos annus
erit gallia bona, & quanto amplius tempus habuerit tanto
erit gallia melior & galliæ quatuor sunt spēs. i. gallia ex mu-
sco, & gallia ex uentribus, & ex corio, & ex aqua operatio
galliæ ex musco est illa quam dixi. & iterabo operationem
eius breuiter qn̄ ramich fuerit sicca, & est q̄ accipias ex mu-
sco, & teras ipsum per se, & teras ramich per se, & cribra cū
cribro mediocri, & prolice super ipsum muscum, & malaxa
in uase, quod arabicæ dī salachia cū oleo de cheiri: aut za-
bath, & fac trociscos, & existimant quidam sapientes q̄ isti
trocisci sunt illud quod nos zebeth uocamus; Simon Ianu.
inquit. in litera gallia muscata. dicebat iudeus uocari zebeth
arabice nos feneram uocamus &c.

CONFECTIO trociscorū diarodon. & foliorū ro-
sarum rubearū aur. vi. spicæ aromaticæ. i. nardi. aur. ii. liqui-
ritiæ aur. iiii. ligni aloes. aur. ii. spodii aur. i. croci aur. s. masti-
cis. 3. ii. confice cum uino albo, & fiant inde trocisci.

Trocisci diarodon scdm̄ Matth. syl. sunt trocisci de rosis,
tamen secundum intentionem Mes. aliud sunt troc. diarodon,
& aliud sunt troc. de rosis, ut apparebit, quod ipse Me
sue aliam descriptionem facit, & de hac debent fieri duæ de-
scriptiones, quarum una est ista. d. Mes. quæ solū debet ad-
ministrari in suis confectioibus, ut est in diarodon & in ele-
ctuario de gemmis, & in aliis. Alia uero descriptio est ex au-
thoritate Nicolai, & illa debet administrari in suis confectio-
nibus, ut docet ipse. Auf. in. 5. can. habet trociscos de rosis
nominatos diarodon, sed non sunt in usu.

CONFECTIO troc. de rosis. & foliorum rosarū.
3. x. liquiritiæ. 3. v. spicæ aromaticæ. i. nardi. 3. ii. s. confice cū
uino albo, & si laxatiuum facere uoueris adde scamoneæ,
3. iiii. & referuentur.

Isti troc. sunt illi quibus nos utimur. idem inferius habet
aliā aliam descriptionem. sed hæc est nobilior illa. Auf. in.

5. can. habet multas descriptiones. quarū prima descriptio
est de rosis uniuersitatis. secunda est de rosis asclepiadis. ter-
tia est de rosis cum scamonea, & iste eadem sunt cum illis
dñi Mes. addendo scamoneam, ut dicit ipse, alij faciunt cum
spodii, alij cum spica & sic de singulis, sed nō sunt in usu. Ra-
sis in. 9. Alman. in. c. de his quæ confortant stomachum. &
ciborum perficiunt digestionem. habet unam aliam descri-
ptionem. & in. 1. o. Almanfo. in. c. de quotidiana quæ uocatur
siemagica habet unam aliam descriptionem quam nō
minat de rosis completis sed non est in usu.

CONFECTIO troc. de rosis & de eupatorio. & fo-
liorū rosarū. 3. viii. spicæ. 3. iiii. raueseni. i. reubar. 3. iiii. spodii.
3. i. s. liquiritiæ. 3. iiii. s. succi eupatorii. 3. x. fiant troc.
cum tereniabin. i. manna.

Hæc descriptio istorum trociscorum de rosis, & de eupa-
torio apud nos est multum in usu. rosa flos est satis notum.
Plin. ait rosa nascitur spina uerius q̄ fructice, in cibo quoq̄
proueniens illic etiā iocundi odoris quamuis augusti scdm̄
circa instans. rosa sicca & uiridis competit usui medicine, &
est magnæ efficacæ species aut rosæ sunt multe. nam est ro-
sa asini. quæ neremisch dī siue peonia, & est rosa regia idest
staphisagria, & est rosa uineæ. i. flos spinæ albæ, & est rosa
zamen. i. maluanisci, & est rosa perfica. i. rubra, qm̄ à perfa
habuit ortum, & est rosa canina. i. planta in cuius radices na-
scitur fungus, ex quo fit hypoquistidos & est rosa marina
quæ apud quosdam corona montis siue rorisimarini dicitur,
& sic de singulis.

TROCISCI de rosis. & rosarum. 3. iiii. ligni aloes. 3. ii.
malticis. 3. i. s. spicæ. i. nardi. cinnamomi. castiæ lignæ, flo-
rum squamanti an. 3. i. fac troc. 3. ii. cū uino antiquo & aqua
decoctionis radicum.

Ista uero descriptio apud nos non est in usu, sed illā qua
utimur supra. ripit. Mes. inquit q̄ prædicti troc. debent fie-
ri cū uino & aqua decoctionis radicum, sed non specificat
quæ sint illæ radices quæ debent poni, sed sapientes credūt
q̄ qn̄ simpliciter reperitur radicem intelligitur de quinque q̄
sunt proprie istæ. i. feniculi, apii, brusci, petrosellini & sparag-
gi, & sic istæ quinque radices debent bullire in aqua, & de illa
aqua quæ erit decoctio debent fieri prædicti trocisci.

SVCALERTIF. & est gallia magna siue regalis. &
succī albelach. lib. unam bulliat ebullitione una, deinde co-
letur & proiciatur super ipsum gallarum recentium cōtri-
tarum cōtritione ultima. 3. iiii. & bulliat donec fiat sicut mel
currens, deinde. & foliorum rosarū. 3. s. cardamomi, linguæ
auris. i. seminis frasinii, gariofilorū, nucis muscatæ masticis,
ligni aloes. an. 3. vii. s. darfeni. 3. iiii. sandali, mahazari. i. citri-
ni. 3. v. croci. 3. v. gummi ara. 3. ii. terantur & cribellantur, &
misce cum prædictis & expande super marmore inuncto
oleo amigdalorum donec sicceatur, deinde puluerizetur sicut
alcohol, & aromatizetur cum musci aur. s. deinde cum
aqua rosata, fiant troc. subtiles. & siccentur in umbra.

Hæc descriptio istius galliæ nō est in usu scdm̄ intentionem
Mes. est gallia magna, siue regalis. i. imperialis.

Albelach secundū multos sunt dactyli immaturi, supra
posui sirupum de albelach, & ibi ostendi q̄. Auf. in. 2. cano.
in. c. de gallia inquit. gallia uera est finia facta ex emblicis.
nunc autem quoniam illud est difficile sumitur pondus ipso-
rum de gallis & albeilam, quod est albelach, ut dicit Gen-
tilis, & sunt proprie dactyli immaturi.

Darfeni est cinnamomum grossum, sed lumen apotheca-
riorum, uel uerius tenebra exponit quod est cinnamomum
electum quod non est, sicut ostēsum fuit supra in confectio-
ne de cinnamomo.

CONFECTIO ramich quæ est medicina composi-
ta, & recipitur in aliis medicinis. & succi herbæ acetosæ. 3. xvi.
bulliat ebullitione una cum. 3. una rosarum, & 3. ii. gra-
norum myrtillorum, & coletur, & misce cum eo gallarum
recentium & humidarum tritarum ultima contritione. 3. x.
iii. & coquatur adhuc deinde puluerizetur supra ea folio-
rum rosarum. 3. i. sandali. mahazari. i. citrini. 3. i. & quarta,
3. ii. gummi arabici. 3. i. s. carniū sumach. idest roris siriaci,
spodii an. 3. viii. succi agreste. 3. vii. succi granorū myrti tri-

SECTIO SEXTA

torum conditione ultima. 3.iiii. ligni aloes, gariofilorum, macis, nucis muscatae. an. 3.iiii. inuoluantur omnia simul, & expande in scutella lapidea usq; dum siccat. deinde te re sicut alcohol. i. subtiliter sicut athomi solis, & cum camphore aur. i. & aqua rosata fac troc. subtiles, & exicca in umbra, & apud alios loco succi acetosae ponitur succi citoniorum acetosorum immaturorum tantundem. & quida sunt qui aromatizant cum musci. 3. unius quarta.

Hac confectio ramich, seu trocisci de ramich apud nos est multum in usu, & utimur multum in aliis confectioibus, sed descriptiones ipsius sunt diuersae scdm diuersitate mes ditorum nam eius descriptio reperitur et apud Serapionem in suis simplicibus, qui sic ait. ramich est gallia seu materia ex qua fit gallia, & dicit q; accipitur ex multis speciebus & aliquando accipitur ex dactylis immaturis, & aliq; accipitur ex gallis, & aliquando accipitur ex corticibus granatorum, & ex herbis asperis, & omnes species eius sunt frigidae & siccatae, & ipsum est radix such. i. galliae &c. inferius docet modum faciendi, sed non est similis isti Mes. liber qui de Albuchasis in tractatu. 2. habet unam aliam descriptionem quae fit ex passulis bonis rubeis, & aliis, sed non fit. nobilior uero omnium est haec. d. Mesue.

Mesue inquit succi, herbae acetosae. i. lapacii acuti, quida crediderunt q; esset ribes, sed non est, si autem habere non poteris succum acetosae pone succum citoniorum immaturorum ad pondus eorum.

TROCISCI de camphora. 3. foliorum rosarum. 3.iiii. spodii. 3.ii. sandalo. citri. 3.ii. s. croci. 3.ii. liquiritiae. 3.ii. seminis citrulli, melonis, cucumeris, & cucurbitae, draganti, gummi. i. l. gummi ara. spicae an. 3.ii. ligni aloes, cardamomi, amili. i. amidi, camphorae an. 3.ii. partes duas. l. 3.ii. zucchari tabazet. i. albi, & tereniabin. i. mannae. an. 3.iiii. confice cum mucillagine psyllii, & aqua rosata.

Hi troc. apud nos sunt in usu, & maxime scdm istam descriptionem. Aui. in. 5. can. habet quinque descriptiones, sed non utimur illis. et Rasis in. 10. Almanfo. in. c. de febre ethi ca habet unam aliam descriptionem. sed non est in usu.

Camphora secundum Aui. & Sera. est gummi arboris, sed Serap. de ipsa melius loquitur dicens: q; camphora est gummi arboris nascens in partibus illis, & est gummi maculati coloris rubei, & lignum eius est album tenerum, quasi uelit fieri nigrum. & camphora reperitur in corde ligni arboris in peccis ligni quae sunt ibi intus extense. Auerr. in. 5. colliget dicit. ambra est una ex speciebus camphorae quae oritur in fontibus maris.

Modus faciendi mucillagine psyllii qd est semen factum ad modum pulicis, oportet q; accipiat psillum, & mundetur a fordibus suis in pondere lib. i. & postea ponatur supra ipsum aqua calida lib. iiii. aut minus, scdm q; tu uolueris magis uel minus pinguem mucillagine, & dimitte per noctem. in mane uero calefacias parum predictum psillum cum aqua, post hoc pone ipsum in pecia, uel sacculo facto ex tela lini fortis noua & grossa, & stringe os suum cum ligamento fortiter, ne aliquid de psilio lubricet extra, deinde fortiter exprimaturn trm q; ibi nihil de mucillagine remaneat, & utere ubi oportet.

TROCISCI de reubarbaro. 3. raved. boni. i. reubarbari. 3. x. succi eupatorii. 3. iiii. rosarum. 3. iiii. spicae anisi, rubeae tinctorum, seminis apii, absinthii, assari an. 3. i. amigdalarum amararum. 3. iiii. & fiant troc. aur. i.

Hi trocisci apud nos sunt multum in usu, & maxime scdm istam descriptionem. Aui. in. 5. can. habet unam aliam descriptionem quae quasi idem est. Rasis in. 9. Almanfor. in. c. de dolore epatis. habet troc. de raved. i. de reubarbaro, sed non sunt in usu. Mes. non ponit cum quo liquore debeant fieri isti trocisci, sed secundum quosdam debent componi cum succo de eupatorio, & sic conficiantur.

TROCISCI de spodio. 3. spodii. 3. iiii. rosarum rubearum. 3. vii. seminis portulacae, succi liquiritiae an. 3. ii. confice cum mucillagine psyllii, & fac trociscos. 3. i. & da cum succo mali granati, & alii addiderunt quatuor seminum, gummi ara, draganti, croci an. 3. i. s.

Isti troc. sunt in usu, & maxime scdm istam descriptionem

ipse Mes. dicit. q; debent fieri praedicti troc. ex illis quatuor rebus. inferius uero ait. q; alii addiderunt quatuor seminum. i. quatuor semina comunia frigida maiora, gummi ara, draganti & croci, & sic debent fieri, quia sunt multae efficaciae. Aui. in. 5. can. habet unam descriptionem, & dicitur troc. de spodio cum tereniabin, & sunt quasi idem. Rasis in. 9. Almanforis. in cap. de fluxu uentris, habet unam aliam. & in. 10. Almanforis. in cap. de febribus. ex quibus accidit frigus & calor similiter habet unam aliam. & in eodem tractatu. in cap. de febre ethi ca, habet unam aliam, sed non sunt in usu.

Spodium secundum Aui. in. 2. can. est radix cannarum adustarum. Auerr. autem in. 5. coll. dicit. tamē baifir. i. spodium. spodium carbo est nodorum harundinum adustarum. nos uero loco spodii utimur osse elephantis combusto, de quo circa instans ait. spodium os est elephantis combustum. elephas habet ossa solida, ut sunt dentes, & illa non comburuntur, sed ad diuersa officia & artificia seruantur. sophisticatur saepe ex radice cuiusdam canne combustae, quandoq; ex ossibus canis combustis, quandoq; ex more combusto, sed hoc nimis ponderosum est. unde eligendum est subalbidum & ualde leue & grossum, quia in pulvere facile adulteratur, & uix cognoscitur.

TROCISCI de spodio cum semine acetosae. 3. rosarum rubearum. 3. xii. spodii. 3. x. seminis acetosae. 3. vi. seminis portulacae, seminis coriandrorum infusorum in aceto & torrefactorum, & pulpe sumach an. 3. ii. s. amili, assari, balauftiarum berberorum. an. 3. ii. gummi ara. assari. 3. i. s. & sic cum succo agreste.

Isti troc. etiam in usu sunt. Aui. in. 5. can. habet troc. de spodio cum semine acetosae, sed idem non sunt.

Coriandrum est semen satis notum. Infusorum in aceto. i. preparatorum. modus torrefaciendi coriandrum oportet. calefacere patellam ad ignem. deinde supra semen coriandri ponatur, & cum aliquo instrumento misceatur. & hoc facias tantum q; sit bene torrefactum, & utere ubi oportet.

Gummi arabicum secundum Serap. ex auctoritate Dioscoridi est gummi quod reperitur super arbore acaciae, sicut aliae species gummi, & melius ex eo est illud quod est ex hac arbore quod est simile uermiculis in figura sua, color eius est sicut uitrum clarum, & non habet lignum. Modum assandi ipsum docet liber qui dicitur Bulchasis in tracta. 2. & eius modus iste est. Accipiat gummi arabicum & frangatur in frusta ad magnitudinem orobi, deinde accipiat patella & calefiat, & auferatur ab igne, & ponatur super ea gummi arabicum, & misceatur bene sine intermissione donec albescat, & si non albescit prima uice fiat iterum, ut prius donec fiat album. eodem modo de dragaganto ac gummi amigdalarum dicendum est.

TROCISCI de berberis. 3. berberorum, aut succi eorum spodii, succi liquiritiae, & seminis portulacae an. 3. iiii. rosarum. 3. vi. spicae, croci amili. i. amidi, draganti an. 3. i. se. citrulli. 3. iiii. s. camphorae. 3. s. confice cum tereniabin. i. manna.

Isti troc. apud nos sunt in usu, maxime secundum istam descriptionem, quia idem inferius describit unam aliam descriptionem, sed ista est nobilior. Aui. in. 5. can. habet septem descriptiones quae in usu non sunt. etiam Rasis in. 9. Almanforis. in cap. de dolore epatis, habet unam aliam descriptionem quae non est in usu.

Berberi apud Aui. i. 2. can. nominantur amirberis, & apud Dioscoridum uocantur oxiachantos. i. spina acuta, & est arbor quae in partibus nostris iuxta aquas nascitur. eius fructus exprimitur, & fit ex eo uinum, quod apud herbarios dicitur uinum de crispingo. etiam apud modernos ex succo ipsius fit litium, & scdm multos haec est arbor mali granati syluestris quae a Serap. darsifahan uocatur. Sapietes habent hoc pro secreto.

Citrullus est cucumer, cuius forma longior & maior est nostro, & sunt qui loco eius ponunt semina cucumeris uulgaris ille uero qui de nouo scripsit dicit seminis citrulli an. 3. iiii. s. ille textus huius tenebrae est falsus, nam regula est inter medicos ac apothecarios, q; ana significat duas uel plures res esse acceptas, sed hic non intelligitur nisi semen citrulli quapropter illa dictio ana non conuenit.

TROCISCI de absinthio. 3. rosarum absinthii, anisi an. 3. ii. raved, id est reubarbari, succi eupatorii, assari, apii, amigdalarum amararum, spicae masticis, & folii an. 3. i.

fac

fac troc. cum succo endiuice.

Isti troc. in usu sunt, & maxime secundum istam descriptionem. Aui. in. 5. can. habet duas descriptiones, sed nulla earum est eadem huic.

Absinthium secundum Dio. est notum, cuius probabilius est ponticum & capadocium nascens in montibus, unde non men accepit a terra, infra habentur duae aliae species. Pli. dicit. plura sunt eius genera. sandonici appellatur a ciuitate galliae. ponticum de ponto, ubi pecora illo pinguescunt. & ob id sine felle reperiuntur, neque aliud praestantius multo italico amarius, sed medulla pontici dulcis, sed illud absinthium, quod hic intendimus est absinthium ponticum uel romanum uel coe, quod satis est notum.

Folium, id est malabatum, raro inuenitur, sed loco eius ponimus macem, aliquando spicam.

TROCISCI de eupatorio. R. tereniabin. i. marm. succi eupatorii an. 3. i. rosari. 3. s. spica. i. nard. 3. i. raved. i. reubarbari assari. i. assarabaccar. anisi an. 3. ii. s. spodi. 3. iii. s. fac troc. cum succo herbarum.

Isti troc. sunt in usu. Eupatorium uero secundum Galien. placet, & circa instans est salua agrestis, sed hoc uidetur alienum a sententia Dio. nam dicit ipse eupatorium uocari graeci radicem agrimoniae, eo quod diuretica sit ualde, et secundum eundem marubium. quidam eupatorium uocauerunt, sed moderni distinxerunt per herbas. Gal. simp. inquit. casti. i. eupatorium, sed melius est dicere gasti, quod id est. Mesue inquit. quod praedicti troc. debent fieri cum succo herbarum, sed non specificat cum quo succo herbarum fieri debeant, sed secundum modernorum opinionem fieri debent cum succis qui sunt ex quatuor herbis, & sunt proprie illae quae ingrediuntur descriptionem syrapi de bizantiis. & sunt iste endiuice & apii. 3. i. lupuli & buglossae uel boraginis. 3. s. & simul misceantur, & fac troc. de eupatorio & alios. & quando non habemus praedictos succos loco eius ponatur syrapi de bizantiis.

TROCISCI de aniso. R. anisi. eupatorii. an. 3. seminis anethi. spicae. masticis. folii. i. malabatri. absinthii. assari. apii. amigdarum amararum an. 3. s. aloes. i. succo trini. 3. ii. confice cum succo absinthii & apii.

Isti troc. sunt in usu. & maxime secundum istam descriptionem. Aui. in. 5. can. habet unam aliam descriptionem quae quasi eadem est.

TROCISCI alii de aniso, & sunt de decem medicinis. R. anisi. 3. iiii. masticis. spicae. apii. absinthii romani. assari. folii. an. 3. i. amigdal. amararum. 3. i. s. aloes boni. 3. ii. succi eupatorii. 3. iiii. confice cum decoctione absinthii.

Isti troc. utimur sub nomine troc. de decem medicinis, & nominantur de decem medicinis, quia ibi non ingrediuntur nisi decem simplicia ad numerum. Aui. in. 5. can. quasi in fine. habet troc. de decem medicinis, & idem sunt. Oportet autem scire quod quando doctor simpliciter ordinat troc. de aniso, de prima descriptione intelligi oportet.

TROCISCI de iacca. R. iacca mundae. succi liquiritiae. absinthii berberis. succi eupatorii. raved. i. reubarbari. aristologiae lon. costi. assari. amigdarum amararum. rub. tinctorum. anisi. apii. squinanti an. 3. i. fac troc. de. 3. i.

Isti troc. sunt in usu, maxime secundum istam descriptionem. Aui. in. 5. can. habet unam aliam, sed eadem non est. Rasus in. 9. Almanso. in. c. de dolore epatis. habet unam aliam sed non utimur illa.

Lacca uero est gummi rubicundum quo tincturae sunt. arbor eius est in arabia similis arboris myrrae. dixerunt quidam sapientes quod lacca non debet poni in medicinis si abluta non fuerit, & eius modum abluendi ostendi supra in confectioe dialacee, & de praedicta decoctione possunt etiam fieri isti trocisci.

TROCISCI de terra sigillata ex inuentione nostra. R. sanguinis draconis. gummi arab. assi ramich. foliorum rosarum & seminum earum. amilli. assi spodi. i. acaciae. hypostididos. lapidis ematidis. balaustrae. boli ar. terrae sigillatae. schedenegi. coralli. rubei. charabe an. 3. ii. margaritae. draganti. papaueris nigri an. 3. i. s. portulacae. assae. cornu ceru

ui adusti. thuris. gallarum. croci an. 3. ii. fiant troc. cum aqua arnoglossae.

Isti troc. sunt in usu. Terra sigillata secundum Dio. & Aui. est terra rubea, sed hodie quidam utuntur una alia quae est albi coloris, sed non est tante uirtutis. Serap. in. c. de terra sigillata ait. quod est sigillum marinum, quidam sigillum laice uocat.

Semen rosae secundum plurimum est illud semen, quod reperitur in fructu cinosbati. Ioan. anglicus in. c. de fluxu uentris in febre inquit. anthema. i. semen rosarum.

Schedenegi secundum Aui. est semen arboris canapi, et Serap. in. c. de canape dicit. schedenegi est canapis. si autem reperitur scriptum schedenegi sine h. non est idem, sed est lapis ematidis. Christophorus de honestis super hoc passim dicit. quod schedenegi est samu terra, sed hoc mihi non multum placet, quia si diceret schedenegi bene esset samu terra, sed compositor dicit schedenegi, quod est uerum semen canapi, & sic debet poni.

TROCISCI halandahal qui ponuntur in iera Hermetis & in aliis confectioibus loco coloquintidae. R. pulpa coloquintidae albae & leuis, & munde a gratis. 3. x. inciduntur cum incisio in cisione conuenienti, & fricentur cum. 3. i. olei rosati. deinde. R. draganti. gummi. bdelli an. 3. vi. in fundantur cum aqua rosa. per dies quatuor, & conficiantur coloquintida incisa cum glutino eorum, & fiant inde troc. & exiccantur in umbra, deinde iterum terantur contritione bona, & iterum confice cum glutino eorum, & fiant troc. & administrantur.

Isti troc. sunt in usu sub nomine troc. Alada hal & sub nomine troc. de coloquintida, & secundum intentionem ipsius debent poni de iera Hermetis & aliis confectioibus loco coloquintidae, & sic generaliter faciunt apothecarii.

Gummi. gummi ara. quidam crediderunt se non recte quod esset gummi bdelli. i. lachrymum eius, quod non est.

TROCISCI de sandal. R. trium sandalorum an. 3. viii. spodi. seminum cucumeris. cucubita. citrulli. portulacae an. 3. iiii. rosari. i. rub. 3. vii. camphora. 3. i. berberorum aut succi eius. 3. vi. boli arme. 3. iiii. confice cum aqua portulacae.

Hos troc. nos non habemus nec sunt ualde in usu. Mesue habet duas descriptiones, sed ista est illa qua magis utimur.

Sandalum secundum Sera. defertur ex sim, & est album rubeum & citrinum, & idem Sera. ex auctoritate Isaac eben amram inquit. sandalum est lignum quod defertur ex sim, & species eius sunt tres. i. album rubeum & citrinum, & omnes sandali competunt usui medicinae, & sic hic per trium sandalorum de illis tribus intelligitur.

TROCISCI de cyperis. R. zinziberis. heil. i. cardamomi maioris. nucis muscatae. cubebe. macis. garioflorum. galliae. muscatae an. aur. i. corticum citri. masticis. florum squinanti. cyperi spicae. cinnamomi. emblicorum extremitum myrti. an. aur. ii. & in alio musci charat. ii. confice cum melle passularum & fiant.

Isti troc. sunt in usu. Cyperus secundum modernorum sententiam, est iuncus triangularis in pratis ac iuxta fossos reperitur. Gale. in. 7. simpl. inquit. cyperi utiles maxime sunt radices. Circa instans in. c. de cypero ait. est autem radix iunci triangularis quae in transmaritimis partibus nascitur, eius radix est in usui medicinae, & per annum seruat. Halya. aut in tertio practica. scripsit suadum pro cypero. Differentia autem magna est inter cyperum cupressum & cyprum, quia cyperus est iuncus triangularis, cupressus est arbor ex qua sunt capsulae sic odoriferae, & gerit fructum dictum nux cupressi. Cyprus est arbor quae apud arabes alchanna uocatur. unde oleum de alchanna. graece uero uocatur oleum cyprinum.

Charates uel cherates siue chirat est pondus sumptum a semine xilocarate siue siliqua. Isid. dicit. siliqua uigesima pars solidi est ab arbore siue uocabulum tenens. charates oboli pars media est habens siliquam unam seminis. hinc latinitas semiobulum uocat. cherates autem graece latine siliqua cornu interpretatur. nos uero uocamus chirat pondus quatuor granorum ordei.

TROCISCI de capparibus. R. corticum capparibus. seminis agni casti an. 3. vi. nigellae calamenti. succi eupatorii. Lumi. ma. H ii

SECTIO SEXTA

acori, amigdal. amararum, nasturtii, armoniaci, foliorum ru
tha, aristolo. rotundæ an. 3. ii. cyperi, scolopédria. an. 3. i. ar
moniacū dissoluatur in aceto, & aliarū rerum puluis confis
ciatur cum eo, sunt qui duplicant armoniacū, & est melius.

Isti troc. apud nos sunt in usu, maxime secundum istam
descriptionem Aui. in. 5. cañ. habet unam aliam descriptio
nem, sed eadē nō est sed una descriptio quæ reperitur apud
Rafim in. 9. Almanforis, in cap. de dolore splenis, uidetur
quasi esse eadem.

Capparis secundū circa instans cortices radices folia & flo
res cōpetunt usui medicinæ, debet colligi cortex in uere &
in umbra suspendi & desiccari, uel etiā ad solē per sex an
nos in multa efficacia seruatur. Columella in libro de cultu
hortorum ait, Capparis & tristes inulæ ferulęq; minaces:

TROCISCI de charabæ. & charabæ aur. vi. cornu
cerui adusti, gummi. arabici, coralli adusti, draganti, acatię,
hypoquistidos, balaustra, mastice, lacæ papaueris nigri ali
si. añ. aur. ii. thuris, croci, opii. añ. 3. i. s. fac trociscos cum mu
cillagine psilii.

Isti troc. sunt in usu, maxime secundum istam descriptio
nem. Rafis in. 9. Almanforis, in cap. de mixtu sanguinis &
puris, habet unam aliam descriptionem, sed non est in usu
apud nostros doctores.

Charabæ uel cacabre est gummi arboris secundū Aui. &
Serap. dictæ haurromi, & secundū Dios. est spēs populi ar
boris iuxta Rhodanū fluuiū nascētis, secundū Simo. Ianuē.
electrū est charabæ, & est gummi arboris dictæ agiros, apud
Dios. & est spēs populi arboris. Isid. in cap. de pino dicit in
fine. huius arboris lachryma electrum gignit. Bartho. mons
tagnana, in cōsilio de regimine ardoris urinæ per medicina
lia dicit, administratio est troc. de charabæ, & proprie illorū
qui scribuntur. 9. Almanforis, allegato cap. quorū descriptio
hæc est. & charabæ gummi arboris tremulæ, & est populus.
hic textus Bartholomei nō uidetur securus, nā arbor tremu
la nō est populus, sed arbor mali granati syluestris, ut dicit
Matth. sylua. charabæ autem dicitur quasi rapiens paleas.

Corallus est arbor nascens in mari, & eius species secun
dum Aui. sunt tres. s. albus rubeus & niger, & modus com
bustionis ipsorum est, ut docet Bulchalis in trac. 1. & est iste
terantur coralli grosso modo, & ponantur in olla terræ, &
ponantur in furno per noctem, si bene comburuntur bene
est, si non autem iterum ponantur donec comburantur &
referentur.

TROCISCI de alchechengi. & granorū alchechin
gi. 3. iii. seminis citrulli & albathechæ, cucurbitæ. añ. 3. iii. s.
boli armeni, gummi arab. thuris, sanguinis draconis, papa
ueris albi, amigdalorum amararum, succi liquiritiæ, dragan
ti amili, granorum pini añ. 3. vi. seminis apii, charabæ boli,
iusquiami, opii, añ. 3. ii. & fiant trocif. da. 3. i. cum iulep, aut
cum aqua mellis.

Isti trocisci sunt in usu, maxime secundum istam descri
ptionem, & possunt fieri cum opio & sine opio secundum
uoluntatem medicorum. Aui. in. 5. cañ. habet duas descri
ptiones, sed non sunt in usu, etiam Rafis in lib. diuisionū. in
cura medicinarum urinæ habet unam aliam descriptionem
quæ eadem non est, nec est in usu.

Alchechengi uero est species solatri, sicut apparet apud
Dios. in cap. de strigno, & ipsa est secunda spēs strigni. i. sola
tri eius granū inuenitur in quadam re simili uesticæ rubicun
dum, & est id quod à nostris rusticis fiacho uulgariter dici
tur. Halyabas autē in. 4. cap. de electione granatorū scripsit
caquenegi pro alchechengi. Simon ianuē. dicit, q̄ troc. dia
sifalidos sunt trocisci de alchechengi, quod non nego, nec
affirmo, sicut ostensum fuit in filoanthropos.

Albatheta, siue batheca, ut apud Aui. in. 2. cañ. quid sit cō
muniter ignoratur. Guliel. lomb. dicit, batheca est q̄
dam species melonis, & si sic est ego existimo q̄ sit anguria
& sine dubio sic est, sicut reperitur apud Guainerium in cap.
de tertiana continua, & eius cura, qui inquit, batheca est me
lon magnus qui à uenetis uocatur languria. Auenzoar in
cap. de sahaphat. dicit, & cucumerum saracenorum. i. angu
riarum. Simon ianuē. dicit, batheca arabica est melon ma

gnus uiridis qui anguria à quibusdam dicitur, & sic est secu
dū modernorū opinionē, eius semē usui medicinæ cōpetit.

Bolus uel boli quidā falso putauerunt q̄ istæ bolus nō
debet hic ingredi & dicunt q̄ est bolus ar. quod non credis
tur. nam supra in prædictis troc. habet. & boli ar. & inferius
iterum habet boli, quod indicat, quod idem nō sunt. Sapien
tes uero exponunt q̄ boli sit terra rubea qua utuntur carpē
tarii ad signandum ligna. Auer. in. 5. coll. dicit, halmogra. i.
bolus cum quo tinguntur muri seu parietes. Item aggrega
tor Patauinus dicit, bolum. i. sinopodia uel macra lutū car
pentariorum, uel lutum pictorum, & sic est, & hæc terra est
quam Aui. uocat macra, & apud Dios. multa sinopodia. &
apud Serap. dicitur sinopodia, & sic si legis illa capitula uis
debis q̄ eadē sunt, uerū moderni loco eius ponunt terram
sigillatam rubeam, quia existimant, ipsam esse eius speciem.

Opium succus est papaueris nigri, ut dictum fuit, prædicti
trocif. possunt fieri cum opio & sine opio, si sine opio face
re uolueris non diminuatur ex illa descriptione, nisi opium,
& tunc dicuntur trocif. de alchechengi sine opio, & debent
fieri cum aqua mellis.

TROCISCI alchadicon in prædica Mes. in cap. de
polipo qui sit in naribus. & calcis nō extinctæ arsenici, citrini
añ. 3. ii. colcothar, floris gris, aluminis. s. aluminis iameni añ.
3. i. gallarum, chachia, balaustra añ. 3. s. tere ea in mortario
gneo. i. eraminis cum aceto forti contritione ultima usq; ad
quinque dies, deinde fiant ex eis troc. & conferentur in uase
uitreo in loco frigido.

Isti trocif. apud nos non sunt in usu. Ioan. Serap. in cap.
de alcola dicit, calidicon sunt trocif. facti cū arsenico, & se
cundū Almanforē dicuntur achali, quod recipit tamē Mes.
in sua descriptione nō habet chali. uerum est q̄ unā descri
ptionem quæ reperitur apud Dinum florentinum ingredi
tur chali. de quo infra declarabo quid sit si deus uoluerit.

Calcis secundum Aui. in. 2. cañ. per calcem significatur ci
hereitas corporum lapidosorum & ostracorum natura, illa
quidem quam non tetigit aqua, & illa quam aqua tetigit cū
remanet extincta duobus diebus aut tribus, tunc non adurit
immo calefacit, tamen abluta quidem est sicca &c.

Arsenicum secundum Dios. nascitur in metallis ubi & san
daraca uerum optimum est latiores laminas habens, & aus
reum colorem, & uenas separabiles à se ut separari uideant
tur mundum sine toridie. tale in helesponto nascitur, cuius
genera sunt duo, unum est æquale supradicto & aliud fuscū
apud Aui. sunt tria genera. s. album, citrinum & rubeum. Al
bum uero secundum modernorum opinionem est arsenic
cum crystallinum, rubeum est rezagala, citrinum est auripig
mentum usuale, & omnia tria nota sunt.

Colcotar apud Aui. in. 2. cañ. in cap. de atramento, est uis
triolem citrinū, & ibi ponit q̄ species uitrioli sunt quatuor
s. colcotar. i. citrinum, calcadis. i. album, calcantum. i. uiride
allurit. i. rubeum. Ioannes arculanus in cap. de sebel dicit,
colcotar usum. i. uitriolum romanum, & hoc est notum.

Flos gris secundum intentionem Simonis non est uiride
gris, sed moderni generaliter loco floris gris ponunt uiride
gris. Serap. in cap. de ziniar inquit, ziniar. i. erugo gris siue uir
ride æs, quod idē est. in cap. uero de ære, & quæ ex eo fiunt,
docet modum faciendi florem gris, de quo infra in empla
stro apostolicon erit sermo.

Chachia credo q̄ uult dicere acacię, nam Dinus & alii lo
co eius habent acacia, & secundum modernorum sententiā
est succus prunellorum syluestrium, ut est notum.

TROCISCI orobi in cap. de ulceribus & uulneri
bus gingiuarum. & farinæ orobi quantum uolueris & mis
ce cum ea tantum mellis ut confici possit ex eis sicut pas
ta dura, & fac troc. & pone super laterem & mitte in furnū
usq; dum maturantur bonam faciunt nasci carnem.

Isti trocisci apud nos non sunt in usu. Rafis in. 8. Alman
foris in cap. de moribus uiperarum. habet unam descri
ptionem trocif. de herbo, idest de orobo, sed eadem non
est, de qua infra. orobus, idest herbum siue herba iudaica.
de ipso uide supra in electuario de orobo. Rafis in li
bro de experimentis in capitulo de medicinis quæ ornant
faciem

faciem dicit. q̄ orobus dicitur carthena. Bulchasis docet modum faciendi amidum ex orobo.

TROCISCI de gariofilis. in cap. de fetore oris. & gariofilorum corticum citri, ciperi, spica, nucis musca, suchelemese, xilocaloes. i. ligni aloes, cinnamomi, macis, heil cubebe. añ. ʒ. i. musci chirat. i. fac ex eis trociscos, cum aqua matorum, & teneat in ore suo super cibum.

Isti trocisci non sunt in usu. Aui. in. 3. cap. de cura fetoris oris. habet descriptionem pillularum de gariofil. de quibus infra. Gariofilus uel chariofilus est satis notus.

Suchelemese. i. galliæ muscata, sicut reperitur apud Serap. in proprio cap. de galliâ. Liber qui dicitur Bulchasis in trac. 2. inquit modus faciendi troc. de galliâ, sed si uis facere troc. alios de such. i. galliâ, & sic arabes dicunt q̄ such est cōfectio ex qua fit galliâ uel ipsa galliâ, græcus uocat socum.

Chirat est pondus granorū. iiii. ordei, ut dictū fuit supra. **TROCISCI** de uiolis. in cap. de asmate. & foliorū uiolarū mediocriū in exiccatione & humectatione. ʒ. vi. turbiti boni harundinei. ʒ. iiii. succi liquiritiæ, tereniabin. i. mā. nā. añ. ʒ. ii. scamoneæ. ʒ. ii. & fiant troci.

Isti troc. sunt in usu, maxime secundum istam descriptionem. sunt uero ex hominibus qui faciunt troc. de uiolis secundum unam descriptionē quam idem in cap. de turbiti ponit ex auctoritate Hamech, sed isti sunt nobiliores. Raf. in lib. diuisionum cap. de medicinis cholice. habet duas descriptiones, sed non sunt eadem, nec in usu sunt.

TROCISCI nostri de agarico secundum Pet. de eban. in cap. de uomitu. & agarici boni uigorati. ʒ. v. zinziberis. ʒ. i. salis gemme. ʒ. i. s. masticis. ʒ. i. calami aromati. ʒ. i. s. turbiti. ʒ. ii. anisi. ʒ. i. aceti. ʒ. ii. fiant ex eis trocisci. da cum aqua calida.

Isti troc. apud nos nō sunt in usu, maxime secundū istam descriptionem. illa uero descriptio quæ est magis usualis est una descriptio quam describit Mes. in lib. de consolatione medicinarum. in proprio cap. de agarico. qui sic inquit. & Gal. dixit, fiant troc. ex eo. agarico cum uino infusionis zinziberis in quo puluis ipsius sepe submergatur. & fiet operatio eius completa, & ex rebus sibi additis uigorantibus ipsum est spica, & aqua casei & proprie sumpta ex capris. Gal. non ponit in ipsis sal gemma, sed generaliter moderni addunt cum infusione zinziberis parum salis gemmæ, & fiant inde trocisci, & ad minus debent fieri tribus uicibus. & si prædicti troc. sunt cum agar. prauo, tunc illi troc. in colore efficiuntur nigri, & quando sunt cum agarico albo leui, & frangibili & dulci in primo gustu, tunc in colore sunt albi, & etiam sunt meliores. dicunt quidam differentiam esse inter troc. de agarico & agarico trociscatum, sed medicorum modernorum opinio est uera q̄ inter agaricum trociscatum & troc. de agarico nulla sit differentia, maxime si fiant secundum descriptionem quam dixi de mēte Gal. scias etiā si loco infusionis zinziberis addas oxymel, & facias inde trociscos, sicut priores, tunc uocatur agaricum trociscatum cū oximelle, cuius etiam est magnificata operatio. Democritus autem dicit q̄ agaricus est medicina familiaris, quia ad singulas partes corporis commoditatem affert.

TROCISCI de spica secundū Fran. de pedemon. in ea. de medicinis apostematū stomachi. & fiorū squinati, tapfiæ, ligni aloes, cinnamomi, reubarbari. añ. ʒ. iiii. croci, myrrhæ, apii, anisi, piperis, costi. añ. ʒ. i. seminis calami aromatici spicæ nardi. añ. ʒ. iiii. bdelli, subalbidi. ʒ. ii. masticis, storacis li quidæ. añ. ʒ. i. armoniaci. ʒ. s. fiant troc. in pondere. ʒ. i.

Isti troc. non sunt in usu. Rafs in. 9. Almanforis in cap. de dolore & apostemate stomachi. habet unam aliam descriptionem, & ferè eadem est.

Spica. i. spica nardi, siue spica aromatica, siue spica aiuum ut dicit Aui. Macer inquit. Esse gradu primo calidā siccāq; periti. Testantur spicam quæ dicitur indica nardus. Isido. nardus est herba spicosa unde à græcis nardos tacos appellatur, quarum alia indica, alia sirica uocatur, non q̄ in siria nascatur, sed q̄ mons in quo inuenitur alio latere indiam spectat alio siria. Gal. in. 8. simpl. inquit. nardostochis. i. nardus spicatus siue spica nardus celtica similis aliquantulum est fe-

cundum genus in uirtute prædictis. nardus Ora quæ in thilariis & piricis nominatur, generatur quidem in Sicilia &c.

Tapfia dicitur quia primo in tapso insula inuenta fuit, arabes corrupte dicunt tesfise, ut apud Aui. in. 2. cañ. & exponit quod est gummi ruthæ agrestis, & secundū compositorē est setaragi, ut dicit in cap. de cura oppilationis splenis.

Setaragi uero, ut dictum est in triphera saracenicæ est hiberidos. i. nasturtium agreste siue senation. Rasis loco eius ibidem habet xilocasia. i. casia lignea. Tu uero considera q̄ opinio Fran. est q̄ tapfia sit setaragi, & opinio Gentilis est. q̄ sit casia lignea. Credo q̄ de ipsa non inueniatur certitudo quid sit sed hodie sunt qui loco eius ponunt casiam ligneam, quidam senation, quidam rutham agrestem, ut dictum fuit supra in confectione anacardina cōferens ad egritudines neruorum.

Seminis calami puto q̄ uult dicere calami aromatici. nā loco eius habet calami aromatici.

TROCISCI de siliquis secundum eundem in cap. de tenasmone & medicinis eius. & gallarum siliquarum naba. ti, fructus tamarisci, thuris, balauitæ. añ. ʒ. i. gummi. i. gummi arabici, opii, añ. ʒ. s. fiant troc. cum aqua pluuiali ponderis. ʒ. ii. s. & usui referentur.

Isti trocisci nō sunt in usu. Siliqua nabatia. i. septentrionali parte siue regione, & est fructus longus ad similitudinem fabæ magnæ, sed magis sunt longiores & grosiores, intus habes semen ad modū casia fistulæ, & hic fructus defertur de ianua ad nos, & uocamus ipsum carobas. quidā uocant bazianas marinas, & eius arbor est spēs darifshān. Isid. inquit. silicon quā latini corrupte siliquā uocant ideo à græcis tale nomen accepit, eo q̄ ligni eius fructus dulcis est. Sera. uocat ipsam xilocaractam. Dios. siliquā. Gal. in. 7. simpl. inquit. ceratonia. i. arbor xilocaracte. Siliqua etiam est pondus & ponderat uigesima quarta pars solidi.

TROCISCI de alumine secundum eundem in cap. supradicto. & gallarum, aluminis, acaciæ, balauitæ, corticis granatorum, succi hypoquistidos añ. partes æquales, terantur & clysterizentur cum decoctione mediani corticis glandium balauitæ & rosarum, & fiant inde troc.

Isti trocisci nō sunt in usu. Rasis in lib. diuisionum. in cap. de medicinis solutionis uentris habet unam aliam descriptionem quæ eadem est.

Aluminis secundū Dios. spēs sunt multæ, sed medicinae tres sunt necessariae. i. rotundum, scissum, & liquidū, rotundū dicitur propter similitudinē zucchari. scissum. i. iam enū dictū à uulgo de pluma, liquidum. i. de rocha uel lipparinū, quādo uero simpliciter reperitur alumen de scisso intelligitur, ut dicit Matth. sylua. in cap. de alumine, & per alumen scissum intelligitur alumen dictum de pluma, quod apud quosdam dicitur fiore de preda, & quando extinguitur ipsum in oleo facit lumen sicut bombax, & non consumitur.

TROCISCI de dactylis secundum eundem in cap. de cura ethicæ febris. & dactylorum immaturorum. ʒ. ii. spodiū armeni. i. illius regionis aur. iiii. rosarum. ʒ. vi. portulacæ citrulli, & est species cucumeris cucurbitæ charabæ añ. ʒ. iiii. fiant ex eis trocisci.

Isti troc. apud nos non sunt in usu. dactyli secundū Aui. & Pet. de crescen. sunt fructus palmarum. Circa instans ait. oxifenicia. i. fenicon indi uel dactyli, dactylus apud medicos uenetos significat unum bollum casia.

TROCISCI diarodon secundū Nico. & croci. ʒ. ii. gra. vii. camphoræ gra. xii. rosarū uiridiū. ʒ. iiii. spodiū. ʒ. iii. sandali rubei. ʒ. i. s. gra. vii. sandali albi. ʒ. i. gra. xii. conficiantur sic in marmorea pila recentis rosæ sine intermissione terantur, deinde cæterarum subtilissimus puluis specierū superponatur, & cum sufficienti rodostomate cōficiantur ad ultimum adhibeatur camphora, deinde troc. informetur & ad umbram exiccetur, & usui referentur.

Trociscus secundū intētionē Nicolai est rotunda cōfectio ut dictum fuit. Isti troc. reperiantur etiā in antidotario Mes. sed nō sunt idem, & propter id ambæ descriptiones debent fieri. nā ista descriptio Nicolai nō debet administrari, nisi solum in suis receptis, ut est in diamargariton, & in diarodon Lumina. H iii

SECTIO QUARTA

descriptio Mef. non debet administrari nisi in receptis suis. sed sunt quidam qui faciunt unam pro alia, & non faciunt differentiam ponere troc. diarodon descriptione Nicolai In receptis Mef. & descriptione Mef. in receptis Nicolai, sed recte non faciunt.

Rodostoma secundum compositorem est aqua ros. quibusdam dixerunt quod est mel rosatum, sed non credo, quia idem in descriptione pillularum de cinoglossa inquit. temperentur cum rodostomate. i. cum aqua ros. & sic est.

TROCISCI diani secundum eundem Nico. & florum uiolari albarum uiridium. 3. v. amili. i. amidi. 3. iii. feminis papaueris albi. 3. ii. & 3. i. balsami. 3. i. reubarbari. 3. i. feminis plantaginis. 3. i. rodostomatis. i. aqua rosae quod sufficit, confice ad modum precedentium.

Isti trocisci secundum intentionem Nicolai dicuntur a uioleis albis quae sibi ingrediuntur, & sic debent fieri de uioleis albis, & debet poni in diamargariton, & praedictae uioleae apud Dioscorum uocantur leucis. nam leucos album interpretatur.

TROCISCI idiocri secundum eundem. & amomi. 3. i. cinnamomi croci, folii myrrae, castae. i. castae lignee. an. 3. s. spicis. 3. nardi. 3. i. oppobalsami. i. succi balsami, costi. squinae. calami aromatici, xilobalsami. i. ligni balsami, assari, fu. i. ualerianae an. gra. xv. maratri. i. feniculi, mastice an. gra. x. tamaris. gra. vi. uini ascalonis quod sufficit. haec omnia tere cum uino albo trociscos informa, & cum fumo storacis sicca.

Isti trocisci sunt in usu, sed non multum ingrediuntur in rubea trociscata & in sotira. Gilib. de anglia. in cap. de cura arthetice secundum magistros habet unam aliam descriptionem quae eadem est, & dicuntur idiocri a compositore qui idiocritus dicebatur. Gul. placentinus habet unam aliam descriptionem quae eadem est.

Vinum ascalonis secundum compositorem est uinum optimum tendens parum ad rubedinem. Giliber. eodem loco habet halcaloni. Gul. autem ait. conficiantur cum uino in quo dissoluta est storax sicca. i. calamita.

TROCISCI croci magnetis secundum eundem. & croci. 3. iii. rosarum ameos, myrrae an. 3. i. s. xilooloes. i. ligni aloes. 3. ii. informantur cum aqua ros.

Isti trocisci sunt in usu, quia ingrediuntur in rubea trociscata & dicuntur a croco qui sibi ingreditur. Isido. inquit. crocum magna expressus aromatis crocini unguenti atque in formato sedimine in pannusculos fit, & ideo sic appellatur. Aui. in. 2. ca. inquit crocoma est fex olei de croco. reperitur etiam una descriptio troc. croci magna, sed non est eadem, & ambae debent fieri sed una ingreditur in rubea trociscata, alia ingreditur in confectioe diahyrundinis, ut ostensum fuit.

TROCISCI diacoralli secundum eundem. & coralli rubei cinnamomi, myrrae, amomi, papaueris. an. 3. iii. squinanti, croci an. 3. ii. calami aro. xilobalsami. i. ligni balsami, castae, folii mastice. fu. i. ualerianae, pollii. i. pollii montani, assari. i. assarae baccarae, pedis columbini an. 3. i. de illis omnibus facto puluere cum uino tempera. & troc. pensantes solidos singulos informa, & in umbra sicca.

Isti trocisci sunt usuales apud illos qui facere uolunt theriacam quae fit de mente Gal. Andromacus loco troc. diacoralli habet troc. alindaracaron. ipse Gal. in trac. 7. m. semir. in cap. de expuitione sanguinis habet unam aliam descriptionem, sed non est eadem, nec in theriaca illa descriptio debet poni.

Amomum semen est minutum nigrum, quod ab oriente defertur. Serap. in cap. de amomo dicit. amomum. i. pes columbi, & est amomum. miror uerbis Serap. nam in istis troc. ingreditur amomum & pes columbinus. ergo non sunt idem. Verum est quod pedis columbini sunt species quatuor, de quarum una illarum potest dici quod fit amomum.

Pes uero columbinus secundum Serap. est amomum. secundum uero modernorum opinionem est herba habens folia rotunda, parua, diuisa in magnis & paruis incisuris, stipites ipsius sunt subtilis coloris, subrubri habentes nodos raros, in quibus sunt duplicia folia, & semina tria uel quatuor uel quinque coniuncta in medio eorum sicut acus. Haec apud nos nascitur in uitis ac pratis Auer. in. 5. coll. dicit. elnegat. i. pes columbinus est quatuor specierum & parum dist

uerificantur una ab alia.

Solidus est pondus secundum compositorem dragmae unius cum dimidia, etiam exagium est idem. unde exagium a solido differt in nomine solo.

TROCISCI de tyro secundum eundem. inuenias tyros longitudinem unius palmi. oculos rubeos habentes, & linguam mobilem, & cornua in modum grani frumenti, caput & caudam tribus digitis mensuratis abscinde medium, quod remanet excoria, & intestinis proiectis optime dulci aqua laua, & sicco; donec spinae a cornibus separentur, & spinis proiectis caro in marmoreo mortario teratur & commisceatur tantumdem de farina orobi. uel panis asii, & cum iure ipsorum tempera. & fac trociscos pensantes solidos singulos. & diligenter siccentur in umbra, & usui referentur.

Hos trociscos apud nos habemus in usu.

Tyrus autem est animal, cuius forma est, ut dicit Nico. eius species sunt tres. i. tyrus uipera & idria. Andronicus inuenit istius animalis scripsit etiam de forma ipsius, & ait. quod theriaca non dicitur nisi a tyro serpente. Aui. in. 5. ca. ponit trocisci. de uiperis, & ibi describit formam uiperis, & idem est, de quo infra Isid. in cap. de serpentibus dicit. uipera dicta quod ui pariat nam cum uenter eius ad partum intumuerit catuli non expectantes maturam naturam solutione corrosis eius lateribus uirumpunt cum matris interitu. Lucanus. Viperei cor eunt abrupto corpore nati. Fertur autem quod masculus ore inferto uiperis semen expuat. Ex uipera autem fiunt pastilli qui theriaci uocantur a graecis. Nico. dicit. admisceatur cum tyro panis asii. Andromacus & Aui. habent tortellas. i. tortellas de leni, de cuius modo infra apparet.

TROCISCI de herbo secundum Rasim in. 8. Almansoris. in cap. de moribus uiperarum. & feminis andachocha. aristologiae rotundae. pigami, farinae herbi, omnium. an. partes aequales. ex istis tritis, & cum aceto commixtis fiunt trocisci, de quibus pondus unius aurei cum uncia uini ueteris in potu tribuatur.

Isti trocisci non sunt in usu supra posita fuit una descriptio trociscorum de orobo. i. herbi, sed eadem non est. herbum apud Aui. est herba iudaica, sed apud Dio. herbum est orobum.

Andachocha uel andachocha, ut apud Aui. & Serap. est trifolium, cuius alia est syluestris, & alia domestica, & alia est aegyptiaca, & fit ex semine eius panis.

Aristologia rotunda dicitur quod radicem rotundam habeat. Isido. inquit aristologia dicitur quod mulieribus fetis optima sit. nam super fessa post partum matricem beneficio uaporis expurgat, & sunt duae species. una est rotunda dicta propter quod rotundam radicem habeat. altera longa, quia longam radicem habeat. Dioscor. habet tertiam speciem quae dicitur dermatitis.

Pigamum secundum Gal. in. 8. simpl. est rutha syluestris. Macer. in cap. de rutha, quasi in fine ait. Pigamum in graeca nostra, quia rutha uocatur, sine dubio pigamum est rutha, nam graeci pigamum rutham dicunt. Item circa instans in cap. de rutha ait. rutha duplex est maneries. i. domestica & syluestris quae pigamum dicitur, & cum inuenitur. Recipe pigami folia syluestris ponuntur cum semine, pigami semina collecta per quinque annos seruantur.

TROCISCI muscati secundum eundem in cap. de tremore cordis. & mastice spicae. 3. nardi, xilooloes. i. ligni aloes, cinnamomi, garioflorum, galliae muscatae nucis muscatae, cubebe, cardamomi maioris. & ibelohe, corticis citri. omnium ana pondus unius aurei, musci sextam. 3. i. ex istis omnibus cum uino redolente conspersis fiunt trocisci.

Hos trociscos non habemus in usu, supra habita est confectio galliae muscatae Mef. & confectio galliae muscatae Nicolai, & secundum illas descriptiones facimus.

Ibelohe uel ibeleuche est cacula uel cardamomum minus, & est illa qua nos per cardamomo magistraliter utimur.

TROCISCI de olibano secundum eundem in. 9. Almansoris. in cap. de passione cholericorum. boli corasceni. i. cretensis insulae, thuris amborum an. 3. x. cubebe, cardamomi. an. 3. ii. s. camphorae, galliae, garioflorum, omnium an. sextam. 3. i. fiunt trocisci pondere aurei unius.

Hos trociscos non habemus in usu. Rasim uero inquit. trocisci.

ci. de olibano, sed non habet olibanum. uerum loco eius habet thus, quod idem est, tamen quidam admirantur dicentes, si trocisci de olibano & trocisci de thure sunt idem. quare idem ponit etiam troc. & de thure. unde ad hoc dico quod si doctor ordinat trociscos de olibano non debent intelligi trocisc. de thure. simili modo est differentia inter pillulas de raved, & pillulas de reubarbaro, sed moderni non habent cognitionem ueram.

TROCISCI de agno casto secundum eundem Rasm. in. 9. Almanf. in cap. de dolore splenis. & seminis agni casti, seminis tamarisci. i. carmezit an. 5. x. seminis endiuia, seminis portulacae an. 3. v. ex his fiant trocisc. de quibus quotidie detur unus cum syrupo acetoso de zuccharo, cuius pondus sit. 3. iii.

Isti trocisci sunt in usu multum apud nos. Francisc. de pe demontium in cap. de cura oppilationis splenis habet unam aliam descriptionem quae est eadem.

Agnus castus secundum Serap. ex auctoritate Diof. sunt ei duae species, & dicitur chistos, eo quod religiosi sternunt hanc plantam sub lectis ad refrenandam libidinem, & nominatur login propter duritiem uirgarum eius, & est planta in magnitudine arborum. nascitur prope aquas, & in locis aqueis sribus. Gal. ait. id quod administratur ex hac arbore in medicina sunt folia, & semen est factum ad modum piperis, & propter id uocatur piperella. Auer. in. 5. coll. inquit. pentas fuer dicitur a persis arbor habraam, & in latino dicitur agnus castus.

TROCISCI de balauisti secundum Rasm. in. 9. Almanforis. in cap. de fluxu uentris. & gallarum siliquarum, nabati, seminis tamarisci, olibani. i. thuris. s. balauisti, omnium an. partes aequales, opij, gummi arab. amborum an. partem mediam, informantur troc. pondere. 3. ii.

Hos trociscos non habemus in usu. Aui. in. 5. can. habet unam aliam descriptionem, sed non est eadem. Idem describit Alexander in cap. de troc. ad disinteriam & disinteria.

Balauista uero apud Aui. in. 2. can. est flos mali granati sili uestris perici aut aegyptii. Aliud de ipsis capitulum facit in litera hafcah. Diof. in cap. de malo granato dicit. agrestium autem malorum flores graeci balauiston uocauerunt, sed Gal. in. 7. simpli. dicit contra in cap. de iulinar, qui sic inquit. iulinar est flos mali granati silyuestris, sicut balauista est flos mali granati domestici. nam iulinar apud arabes est balauista. Halyabas autem generaliter scribit. sine dubio balauista qua apothecarij utuntur, est flos mali granati domestici seu usualis.

Siliqua nabathia. i. illius regionis, & est faba marina uel baziana maritime, uel charobia, uel charub, uel xilocaracta quae idem sunt. Supra de ipsis dictum fuit diffuse.

TROCISCI de thure secundum eundem Rasm. in. 9. Almanforis. in cap. de singultu. & thuris. 3. s. emula. 3. iii. menthastris, foliorum ruthae siccae, amili. i. amidi an. 3. ii. seminis nemen. 3. iii. s. informantur ex his trocisci pondere unius aurei.

Hos troc. non habemus in usu. Diof. in cap. de thure inquit. thus est lachrymum arboris, quod graece libanus dicitur, quod autem de arabia defertur candidum est, quod uero de india subruffum, sed utrunque masculum dicitur, est & tertium genus minutum ualde & ruffum, de quo mannis maxime fit. ergo optimum thus quod masculum dicitur subalbidum est & rotundum. Isido. thus masculum appellatur, eo quod fit natura rotundum in modum testiculorum generaliter habetur opinio quod olibanum & thus idem sint, & sic est uerum.

Nemen secundum Serap. in cap. de serpillio dicit. quod nemen est serpillum, sed Aui. uel translator ipsius errauit in hoc in. 2. can. ubi capitulum facit de nemen, & exponit quod est silymbrium, quod falsum est. Nam Ioan. arculanus in cap. de cura cephalae tam calidae quam frigidae dicit. quod nemen est serpillum & non est silymbrium.

TROCISCI de myrra secundum eundem in. 9. Almanforis. in cap. de proouocatione menstruum. & myrrae. 3. iii. lupinorum optime tritorum. 3. v. foliorum ruthae, menthastris, pulegii, cimini, rubeae, de qua tingitur, assae, serapini, opopo-

nacis an. 3. ii. informantur troc. ponderates. 3. ii. ex quibus detur unus in die cum aqua, in qua semen iuniperi coctum fuerit.

Hos trociscos habemus multum in usu. Guliel. placent. in suo tractatu de confectionibus habet unam aliam descriptionem quae eadem est Bartholomeus montana. in suo antidotario habet unam descriptionem troc. optimorum ad proouocandum menstrua, & est eadem. Nico. flore. in sermone. 6. in. c. de retentione menstruum praeter naturam inquit. dixit Almanfor. troc. de myrra, & ibi describit eius descriptionem quae est eadem, nisi in una re, de qua infra est Almanfor in libro diuisionum in. c. medicinarum menstruum & hemorroidarum habet unam aliam descriptionem, sed prima est nobilior.

Myrra latinum est graecus smyrna dicit. secundum Aui. myrra est gumma currens super arborem in lamini quae demittitur donec coegetur. deinde colligitur sicut galbanum: & eius quidem alia est pura & alia adulterata. Melior est illa quae ad albedinem declinat & rubedinem, non comixta ligno, & cuius arbor est boni odoris.

Lupinus secundum Serap. ex lupinis sunt quidam qui dicuntur regales & quidam sunt domestici, & domestici comeduntur post eorum elixationem, & infunduntur in aqua pluribus diebus.

Rubea scilicet rubea tinctorum, ita habent alii doctores: radix eius herbae est id quod est iuuatiuum in medicina. Plin. ait. erithordanis quam aliqui erenthodanum uocant. nos rubeam qua tinguntur lanae pelles: perficiuntur in medicina urinam ciet.

Assa. f. assa fetida nam Bartholomeus loco eius habet assa fetida quod idem est. In hac descriptione codices. Nico. fioren. deprauati esse cernuntur. nam ubi debent dicere assa. f. fetida scribitur hafca, quod est thimus, sed hic error manifeste comprehendi potest esse scriptoris male intelligentis. debemus autem ponere assam fetidam, & non thimum. Rasis non ponit cum quo liquore debeant fieri Barthol. dicit quod debent fieri cum decoctione sanguinis secundum artem. & sic apud nos generaliter fit ex illa decoctione etiam sunt qui faciunt ipsos cum aqua decoctionis rubeae tinctorum uel iuniperi, sed prima est nobilior.

TROCISCI de alcarmescit secundum eundem in libro diuisionum in. c. medicinarum splenis. & seminis alfagradi, seminis tamarisci, seminis endiuia an. 3. iii. scolopendriae quartam unius. s. dragmae. fiant troc. aure. ii. sumatur cum syrupo acetoso.

Hos troc. non habemus in usu. Rasis nominat troc. alcarmescit, sed ibi alcarmescit non ingreditur, sed loco eius habet semen tamarisci, quod idem est. Aui. in. 2. can. inquit. charmezik est fructus tamarisci. et Serap. in. c. de tamarisco idem dicit. unde trocisci de carmescit. i. de tamarisco.

Alfagradi uel alfagdi est semen agni casti, sicut reperitur apud Gal. in. 6. de simplici medicina. in proprio. c. de agno casto, & credo esse bene expositum. nam agnus castus in ista materia multum ualet.

TROCISCI alindaracon secundum Aui. in. 5. can. & corticum radices dastahan. 3. vi. superioris squinanti. 3. xii. calami aromatici costi, xilobalsami. i. ligni balsami, assa. r. myrrae, amomi polii. i. polii montani omnium. an. 3. xxiii. masticis emeruchit, & est alaco. e. alba. fu. i. ualerianae an. 3. vi. aristologiae rotundae. 3. xx. reubarbari xilocastiae. i. castig lignae, & cinnamomi an. 3. x. spicae indiae folii. i. malabatri an. 3. xvi. croci. 3. xii. teratur totum & cribelletur per se, & conficiantur cum uino odorifero antiquo declinate ad dulcedinem, & fiant troc. & exiccantur in umbra: & conseruentur sicut fit in troc. de uiperis.

Hos troc. habemus in usu, maxime quoniam facere uolumus theriacam quae est de mente Andromaci. Aui. ibi habet duas alias descriptiones, sed haec est prima, & est nobilior aliis, nam Ioan. Serap. Rasis, Guliel. Placent. isti omnes habent primam descriptionem, sed lumene apothecariorum uel uerius tenebra scripsit tertiam descriptionem istius troc. qui in usu non est.

Galenus autem loco troc. alindaracon. i. Andromaci habet troc. diacoralli. supra in theriaca Aui. posuit auctores qui scribunt istam theriacam, & in quo. c. describunt. Dastahan est cortex radices arboris mali granati silyuestris, sed nec Aui

SECTIO SEXTA

ten. nec Gentilis cognouerunt certitudinaliter quid esset darisfahan. Ipse aut Aui. in. 2. cañ. ponit loco darisfahan fructus aliembuc. i. xilocaractæ, sed per illa uerba nō cognouit quid esset, & Gentilis credidit q̄ per darisfahan intelligeret darfeni. i. cinnamomum, quod non est. nam Guliel. placen. in predictis troc. inquit. & intellige per darisfahan arborem habentem spinas magnas, quæ appellatur spinum albu. Præterea Serap. in. c. de darisfahan dicit ibi. quod est arbor granati syluestris, & habet spinas. in sine cap. dicit ingrediatur in trociscis theriacæ, & nominat eum in barbaria aldai. lumen maleucens inquit, q̄ darisfahan est arbor cornuta uel nespilli, quod est falsum. hæc arbor apud modernos dicitur crispinus siue amiberberis. i. spina acuta.

Emerukit secundum intentionem Aui. est alacoen alba. Andromachus habet amaracum. Rasis habet cotillam albam. Io. Serap. habet coen rubeam. Guliel. placen. habet flores cotillæ albae, & dicit q̄ appellatur anathellum fetidū. Gal. habet amaracum Aui. in. 2. descriptioe habet alacoen. in tertia habet amaracon, & dicit q̄ est alacoen alba, hic possumus uidere si Andromachus compositor & Aui. uolunt q̄ ipsa sit alacoen, siue uchuen, ut apud ipsam Aui. in. 2. cañ. quid aut sit cōiter ignoratur. lumen maleucens habet amaracum & dicit q̄ est maiorana, sed est falsum. Gentilis in tractatu de febribus. dicit amaracum esse maioranam quæ dicitur uchuen, sed non est maiorana quæ dicitur sanctus. Matthe. syl. dicit. alacoen. i. pes coruinus, quod est falsum. nam pes coruinus est solutius, & alacoen nō. nec est camomilla ut quidam putauerunt, sed ueritas est q̄ alacoen siue uchuen, siue partemon, ut apud Dio. siue matricaria idem sunt, & qui mihi non credit uideat bene. c. de uchuen apud Aui. cum. c. de parte modo apud Dio. & c. de matricaria apud Sera. & uidebit q̄ idem sunt. præterea uide quod Nico. florenti. in lib. 7. in. c. de apostematibus emunctoriorum siue de bubonibus. dicit alacoen idest matricaria, & sic est, & hæc est illa quæ à lombardis crispula uocatur, & sic ista in prædictis troc. debet poni.

T R O C I S C I squillæ ibidem oportet ut eligantur de squillis humidis illa quæ est grauis, & non est magna, & nō linias ipsam cū luto, qm̄ illud facit eam rancidam, & corrumpit ipsam, immo linias eam cum fermento, & alia eam in olla, donec coquatur, aut in furno iam calefacto, & extraacta cinere eius, aut in patella de terra, super quam coquetur panis eius. cū ergo extrahetur idem, tunc sumatur interius eius leue, & teratur optime, & misceatur cū eo farina orobi recens secundū uirtutē squillæ, & exitus eius. Andromachus uero miscebat cum parte una squillæ duas partes farinae orobi, & alii equalem mensuram, cum ergo mixta est squilla cum farina orobi, tunc fac ex ea troc. subtiles, & unge manus tuas, & facias ex ea troc. cū oleo rosato, & exicca eos, & conserua eos sicut dicam inferius in descriptione troc. de uiperis.

Isti troc. sunt in usu apud illos qui faciunt tyriacam.

Squilla aut secundū Aui. est cepæ muris, eo q̄ interficit mures. Rasis nominat prædictos troc. troc. squilliticos, & uult q̄ sumatur squilla tpe mesium, & oportet q̄ squilla non sit minima neq̄ paruissima. Rasis ac Gulielmus uolunt q̄ squillæ sit pars una, & farinae media. Et Aui. dicit q̄ medici sui tps accipiunt squillæ partes. ii. & farinae orobi partem unam, sed Andromachus dicit contrarium. hoc est, q̄ squillæ addere debemus duplum farinae orobi, & sic fit.

T R O C I S C I de uiperis eiusdem. accipiuntur uiperæ cum est finis ueris, & incipit æstas, & si fuerit uer hyemalis, dimittatur usquequō consequatur æstas, & uiperæ quædam sunt serpentes capita habentes plana quæ sunt lata proprie apud propinquitatem colli minuti subtilis ualde quorum caudæ sunt curtæ strepitum facientes, & sonitum in incessu, & istis quidem trociscis nō conueniunt oēs uiperæ. immo hæc uiperæ. & de flauis foeminae, & earum signum est q̄ masculi in omni latere hnt unum dentem, & foeminae plures uno, & oportet ut alienentur cornutæ & uariæ & aspidæ decliues ad albedinem, & non capiantur ex piscinis & littoribus fluuiorum & aquarū, & neq̄ petrolæ, qm̄ in eis sunt quercinæ fa-

cientes sitim. immo capiantur in loco longinquo ab humore rositate, & nō capiantur illæ quæ sunt debilis motus, immo eligantur illæ quæ sunt uelocis motus habentes caput eleuatum, & oportet ut nō morentur cum capiuntur si possibile est, & abiciatur à parte capitis eius quatuor digiti, & similiter à parte caudæ ipsius, & ani eius. q̄ si currexit ex ea sanguis plurimus, & fuerit motus eius in illa dispositione plurimus, & mors ipsius tarda, tunc erit electa. Et si fuerit paruus motus, & pauci sanguinis uelocis mortis. tunc erit mala, & de signis eius iterum est, ut sit motus eius uelox & aspectus eius aspectus audaciæ & præsumptionis, & sit egressio fecis eius ex postremo caudæ eius, cūq̄ mortua est, extrahatur uiscera eius, & proprie fel ipsius, & abluatur cum aqua & sale. Et si cum ea fuerit anhetum nō erit malum in eo de coctione discoquente cū qua letis fiat collectio carnis eius ab osse ipsius, mundificetur ergo caro ipsius ab osse, & proficiatur in mortario, & teratur bene, & præcipiatur illi q̄ facit illud ut odoret oleum balsami, & similiter inungat ipsam super digitos cum ergo contrita est misceatur cum tortellis secundum descriptiones diuersas & nō eligatur supra descriptionem Andromachi, deinde fiant ex ea troc. minuti subtiles, & exsiccentur in umbra, & reponantur in repositoio, & oportet ut nō cadat super eos radius solis omnino, neq̄ ante exiccationem, neq̄ post ipsam, sol namq̄ destruit, & expoliat eos à uirtute appropriata eamibus uiperarum interficiente uenena quæ sunt ex morsione & ebibita.

Isti trocisci sunt de uiperis. i. de tyro, & sic per istam descriptionem istius troc. tyriaca deriuatur ab eis, quidam crediderunt quod trocisci de uiperis non essent troc. de tyro, sed erant nam Andromachus uult q̄ uiperis sit hmoi. & uult q̄ troc. de uiperis sint troc. de tyro. eiusdem opinionis est Halys. qui dicit q̄ tyria debet esse in ætate adolescens sexus foemina non masculus uide et supra ubi posita fuit descriptio troc. de tyro. q̄ sunt idē. Andromachus & Rasis melius ostendunt de forma uiperæ, q̄ Aui. Rasis in tractatu tyriacæ, inquit sumantur uiperæ foeminae quæ in hoc discernuntur: q̄ plures duobus habent dentes. masculi uero sexus duos tantum habent dentes, ex quibus eligantur illæ tñ quæ ruffo uicinat color, & sunt cito mobiles caput frequenter agitates, & quæ sunt bonæ habitudinis, & pingues, oculos habentes rubeos & capita lata. quarū anus iuxta caudam inuenitur, q̄ in tempore ueris colligantur in eius. i. medio illa tñ quæ in littoribus maris morantur, aut in lacubus, uel in locis quæ aquæ salte uicina existunt. nequaquam accipiuntur. similiter ait Andromachus. Nicolus floren. in lib. 4. in. c. de speciebus serpentum inquit. ex eis est serpens paruus dictus tyrus uel tyria, cuius est quædam spes, quæ et tædā occidit. unde Gale. de theriaca ad cæsarem ait. dictum est de regina ægypti que interfecit seipsum per impositionem manus super tyriam, q̄ ipsa hora appositionis mortua est, & hoc uoluntarie fecit, quia rex qui inuaserat regnum mittebat eam capere, & dixit Gal. ego uidi hanc tyriam in alexandria, & interficere feci eam sine mora, & postea iterum ait. de uiperis et malis reperiuntur aliquæ apud nos, & ex istis sunt quædam curtæ & grosse dictæ nostro idiomate scorzoni uel scurtii. Scias q̄ prædicti tyri spēs sunt tres. quarum una uulgaris nomine dicitur uiperis alia dicitur tyrus, alia hydra, in nostris partibus bonæ raro reperiuntur, immo hodie reperitur serpens dictus scurtius qui pro tyro habetur, sed credo q̄ hodie sint ex hominibus qui faciunt theriacam absq̄ tyro, uerum tpe quo prædicti tyri non reperiuntur collegium medicorum ueneto rum ordinauit unam descriptionem trociscorum qui possunt poni in theriaca loco troc. de tyro, sed melius est si possibile esset ponere de tyro. sed ad minus malum est ponere illos trociscos, quorum modus iste est. re. tortellarum de sen. i. panis asii. 3. iiii. s. farinae orobi. 3. xxii. s. tormentillæ disptami. añ. 3. iiii. s. hant trocisci ex eis cū uino in quo infusum sit gummi arab. & siccentur & referuentur. Aui. dicit. misceatur cum tortellis secundum descriptiones diuersas. Nicolus laus loco eius habet panem asium. Guliel. placen. habet ibi tortellas, & dicit. per tortellas intelligas panem de frumento coctum,

to coctum, ut possit conteri, in quo non sit multum fermenti, immo uicinetur pani azimo, ita q̄ non habeat aliquid acetositatis in se. immo sit perfecta exiccationis teratur ille panis, ut alchool. i. subtiliter & reseruetur, moderni nō faciunt ipsum secundum illum modum, uerū est quod oportet quod ipse sit panis azimus, sed sit cum decoctione mastice ac passularum sicut ostendam infra in emplastro diaphani conis, si deus uoluerit.

TROCISCI cochion administrati in metridato ibi dem. R. passularū rubearū enucleatarum. ʒ. iii. glotinis albotin. i. terbetinæ. ʒ. xliiii. squinanti, myrræ. an. ʒ. xii. cinnamo. bdellii subalbidi, blackæ bizantiæ, spicæ romanæ. i. celticæ, castiæ, melliloti, cyperi, baccarum lauri an. ʒ. liii. calami aromatici. ʒ. ix. croci. ʒ. i. bituminis iudaici. ʒ. ii. s.

Hæc descriptio est sapor filii sehel in qua est additū bitumen iudaicū, & in descriptione alia est additum darislahan, pōdus. ʒ. ii. s. & in descriptione alia sunt additæ assari. ʒ. ii. s.

Isti trocisci de cochion sunt in usu, apud illos qui facere uolunt metridatum secundum descriptionē cōem. Rasis & Gulielmus loco eius habent theriacam diffusio, & idem est. Aui. uero inquit, q̄ hæc descriptio est sapor filii sehel, in qua est additum bitumen iudaicum, & in descriptione alia darislahan, & in descriptione alia assarum. ista uero duo simplicia. Rasis & Gulielm. non habent. Aui. non ponit modum ipsos conficiendi, sed Rasis Gul. dicunt, conficiantur sic, ea q̄ mollicari possunt in uino ueteri posita resoluantur donec liquida fiant, alia autem omnia trita & cribellata cū eis iungantur, & cum melle dispumato confecta & mixta reponantur. Gulielmus dicit, medicinæ eius cōfectionis præter mel & uinum sunt, xliiii. hoc enim electuarium. i. metridatum sic confectum ponitur in omni re loco aureæ alexandrinæ & adriani, quæ ambæ in antidotario Nicolai ponuntur.

Bitumen iudaicū. i. asphaltum. nam alii habent loco eius asphaltum, quod idem est Dio. autem inquit asphaltum. i. bitumen iudaicum, aliud aridum, aliud liquidum.

TROCISCI de mezereon ibidem. R. anisi, seminis apii, calamenti hortulani, menthæ, petrosellini, ameos an. ʒ. vi. opii, castorei, piperis albi & macropiperis, sifimbrii, myrræ, absinthii. an. ʒ. liiii. corticum castiæ. ʒ. xii. conficiantur cū melle, & fiant trocisci.

Isti trocisci non sunt in usu ipse Aui. habet unam aliam descriptionem, sed hæc est nobilior. Sed dubitatur cur isti trocisci dicantur de mezereon cum illorū descriptionē mezereon non ingrediat. Ad hoc potest dici ut quidam q̄ est nomen equiuocum forsan. n. significat nomen cōponentis. Rasis aut in. 9. Almanfo. in. c. de hydrotipis habet unā aliam descriptionem. & ipse habet mezereon.

TROCISCI de rubea ibidem. R. rubeæ. ʒ. xii. corticum radicum capparidis, aristologie longæ, radicum liquiritiæ. an. ʒ. i. conficiantur cum syrupo acetoso, & inormetur troc. ponderis. ʒ. i.

Hos trociscos non habemus in usu.

Rubea. i. rubea tinctorū quidam uocant uenam tinctorū, & dicit rubea, quia radix eius est rubea. unde & in colorando lanas adhibetur, Gal. in. 6. simpl. dicit salma. i. rubea. hæc medicina est rubea qua utitur tinctorum. in septimo dicit coccus uasificus, id est rubea tinctorum. hæc medicina apud lombardos dicitur roxani uel roxa.

TROCISCI de cuscute ibidem. R. seminis citrulli, seminis portulacæ, seminis alfechesabram an. ʒ. iii. suchaha. i. achantis, arabicæ bedoard. i. spinæ albæ fumi terræ an. ʒ. iii. dragati amili gummi an. ʒ. i. s. spodiū turbith. seminis cuscute an. ʒ. iii. & tereniabin. ʒ. xxx. zuchari alhufar. ʒ. xxx. croci. ʒ. iii. conficiantur cum aqua & melle & fiant trocisci & administrantur.

Hos trociscos non habemus in usu.

Cuscute uero est herba q̄ inuoluitur circa alias herbas, sicut circa linum, pp̄ id à multis podagra lini dicit. Serap. in. c. de cuscute. dicit q̄ in latino uocatur tima. apud nos dicitur à uulgo grengo. eius forma est sicut epithimi.

Alfechesabram uel fechesabram. id est Aui. in. 2. cas. habet cap. in litera. o. quod dicit oalmaram, sed non declarat quid

fit. Gentilis super isto uerbo dicit. q̄ est herba similis parietaria, neq̄ per id credo q̄ Gentilis cognouerit quid sit, sed uerum fechesabram est ozinum armenum, sicut reperitur apud Serap. in proprio cap. de ozimo carmeno, de quo supra est didum in electuario quod dicitur letificans.

Zucharam alhufar apud eundem in. 2. can. habetur q̄ est manna cadens super alhufar, & est sicut frusta salis, & in ipso quidem est cum absterfione & resolutione ponticitas & amaritudo, & de ipso aliud est iamenum album, & aliud est agizium ad nigredinem declinans. Aliud cap. facit de haufurum, & dicit q̄ est arbor arabica armena, & est unum de lacticiis, & quidam dixerunt q̄ desurum est quædam species interficiens sedentem in umbra eius, & hæc arbor uideatur habere similitudinem cuiusdam plantæ quæ apud Dios. uocatur taxus. sub cuius umbra siquis dormiuerit aut federit statim superuenit periculum uitæ, sicut dicit Aui. Serap. in cap. de zucharo describit formam zuchari alhufar.

TROCISCI stellæ ibidem. R. myrræ castorei, spicæ. i. nardi, castiæ. i. castiæ lignæ, terræ sigillatæ, corticum mædragoræ an. ʒ. liiii. opii. croci, costi, stellæ terræ an. ʒ. v. papæ ueris albi. ʒ. vi. dauci anisi siseleos. i. sileris montani, seminis iusquiami albi, storacis liquidæ seminis apii. an. ʒ. viii. infun de gummas in uino odorifero, & tere medicinas, & confice cum eo, & fac troc. ponderantes. ʒ. s. & exiccetur in umbra.

Hos troc. habemus in usu, sed non multum. Ioan. Serap. in suo antidota. habet unam aliam descriptionem quæ eadem est. Etiam Bartho. montagna. in suo antidotario habet unam aliam descriptionem quæ eadem est, sed sua descriptio in uno loco est falsa, credo tamen q̄ hoc fuerit errore scriptoris, & infra ostendam errorem ubi sit. Rasis in lib. diuisionum in cap. medicinarum stomachi, ponit hanc eandem descriptionem. dominus Mesue in cap. de tussi humida ait. Gale. trocisci cognominati assemus, & sunt trocisci stellæ conferant tussi iuuamentum sublime. Matth. sylua. in litera t. ait. trocisci stellæ, & antiqui medici nominauerunt eos aluirola canæ huiusmodi non permittunt uitam recedere.

Stella terræ apud ipsum in. 2. can. uocatur lutum famiū, & ibi inquit ex auctoritate Gal. nos utimur eo ex hoc quod nominatur stella famia. Ego autem dico q̄ hominibus uidetur q̄ illud sit talk. uerum de talk iam dixerunt ueridici q̄ ipsum inuenitur in terra græcorum, in insula cypri in. 3. can. in cap. de cura sputi sanguinis, iterum ait lutum famium, & exi stimauerunt quidam q̄ nominatur græce stella terræ, & nos minibus nominatur pluribus, & uidetur q̄ sit nomen altalk, & hæc est quam Dios. uocat gissamiam, & eligenda est alba ualde, & leuis linguæ adhærens leuis, & aspergens se super chartam, & fragilis qualis est quam multi colerion dicunt, duo sunt genera eius unum quod prædictum est, & alterum quod dicitur aster placodes quod est laminosum, ambo ueræ uirtutis sunt, aster uero placodes est dicta stella lata uel plana. Ioan. Serap. ibidem habet stellam terræ, sed Bartho. lomeus dicit troc. stellæ, sed non debet sic dicere. immo debet dicere stellæ terræ, & hanc terram multi moderni dicunt esse speciem gipsi, eius similitudine est ut alumen scariola, & hæc terra à multis à uulgo in lombardia talcho uocatur, & sic trocisci de stella terræ sunt trocisci de talcho. idem Auer. in. 5. col. dicit terra stellæ. i. talch.

TROCISCI de croco secundum eundem in lib. 3. in fen. i. in cap. de cura sodæ calidæ absq̄ materia aut aduersione solis & reliquis ex materia calida aut sanguinea. R. croci aur. vii. myrræ aur. ii. expresionis agreste calcadis. an. aur. i. s. aluminis iameni. i. scissi siue de pluma aur. viii. colcothar aur. v. medicinæ istæ bene puluerizata cum uino pontico temperentur, & ex eis troc. informantur.

Hos troc. non habemus in usu.

Alia descriptio reperitur etiam in antidotario Bartholo mei de montagna. quæ eadem non est. idem dominus Mesue in sua practica. in cap. de emigranea calida inquit. Alexander, confectio troc. quibus sit linimentum ad emigraneam idem sunt, nisi in una re, & hoc est quod Aui. nō habet gummi ar. Mesue uero habet. in reliquis idem sunt. Sed insurgit dubitatio ex eo q̄ dominus. Me. dicit in practica sua in cuo

SECTIO SEXTA

ra foda frigida hæc uerba formalia. eodem modo trocisci de croco dicti in antidotario & tamē in antidotario nusquā reperio illorum descriptionem. tu igitur considera. Matth. Sylua. in cap. de calcitis dicit. Ioan. Mesue in troc. de croco. ponit colcothar & calcadis. Gentilis in tractatu de febribus ait. troc. de croco. i. sic de croco non inuenitur propria descriptio. sed nescio cur hæc uerba protulerit.

Crocus. i. zafaram. Irido. inquit. crocum dictum ab oppido cilicia quod uocatur coritium. quāquam & alibi nascitur. sed non tantum uel tale quale in cilicia. unde & a potio. si parte nomen accepit.

Agratum autem fit ex uuis immaturis. & potest appellari onfacium. Dios. inquit onfacium est succus uuarum albarum immaturarum quæ uar ante dies caniculares colligenda sunt. onfacium autem potest capi multis modis. nam potest dici quod onfacium est oleum quod fit ex oliuis immaturis. etiam potest dici quod onfacium est succus expressus. uel liquor amarus & acerbus. unde Gal. in lib. dihamidiarum dicit. onfacium sic fit acinis uuarum agrestis expressis. carnes ipsarum & nucleos in sole siccatos tunde. & fac puluerem. & erit onfacium. etiam fit ex fructu uitis immaturæ. exprimitur enim eius fructus antequam matura sit. & succus indæ factus inspissatur & reconditur.

Calcadis apud ipsum in. 2. cañ. in cap. de atramento est uitriolum album. quidā crediderunt calcadis & colcothar idem esse. sed non recte. nam in istis troc. possumus certissimari. quod idem non sunt. uerum unū pro alio potest poni Ioan. Serap. in cap. de eruptione sanguinis ex matrice inquit quod calcadis est calcantum. cuius color est uiridis. & quando antiquatur calcadis fit colcothar. Ioan. arculanus in cap. de uingula ait. quatuor sunt species uitrioli. colcothar quod est citrinum calcantum uiride. calcadis quod est album. alfurit rubeum. similiter ait in cap. de atramento.

Colcothar. i. uitriolum citrinum apud ipsum in cap. de atramento. Et idem dicit Nico. Ioan. arculanus in cap. de sebel. dicit quod colcothar est uitriolum romanum.

Vinum ponticum. i. forte uel acutum. non autem dicitur ponticum à ponto insula. sed hic dicitur ponticum in sapore. & idem dominus Mes. loco eius habet uinum forte aut acutum. quod tantum ualet.

T R O C I S C I de elleboro in. iiii. tertii. in cap. de cura oppilationis accidentis in aure. R. ellebori albi aur. iiii. nitri. i. salis nitri aur. xvi. croci aur. iiii. confringantur & terantur cum aceto. & fiant inde troc.

Hos trociscos non habemus in usu.

Elleborus secundū Mes. est barba asfugi. & eius duæ sunt species. nam alius est albus. alius niger. & niger in columbie est albo Gal. in lib. ad Partenianum dicit. ueratrum. i. elleborus. Auer. in. 5. col. dicit. conditi. i. elleborus. quod non uideatur uerum sicut patet per Dios. & Aui. qui de utroque faciunt capitula. elleborus uero apud teutonicos uocatur uelax. si datur in potu de radice ipsius gallinis interficit ipsas. de qua uide Serap. in cap. de elleboro nigro in fine ait. mesurugie. elleborus albus est fortioris operationis quā niger. & timor est ne ille qui sumit elleborum incurrat spasmodum. & ipse occidit columbos quando infunduntur fabæ aut frumentum in aqua in qua infunditur elleborus. & datur columbis aut pullis ad comedendum.

T R O C I S C I de bdellio secundum eundem in lib. 3. in fen. xliii. in cap. de cura apostematum durorum. R. rosarum tritarum. 3. x. spicæ aromaticæ. i. indæ. 3. ii. myrræ. 3. i. costi. 3. i. s. mastice. 3. i. amigdalorum amararum. 3. i. s. bdellii. 3. i. terantur medicina & dissoluatur bdellium cum uino. & conficiantur cum eo medicina. & fiant inde trocisci.

Hos trociscos non habemus in usu. Ras. in lib. diuisionū in cap. de agritudinibus & patris habet unam aliam descriptionem quæ eadem est. bdellium uero est gummi. quod factis notum est Gal. in. 6. simpl. inquit in och. i. bdellium. duæ sunt eius species. unum est fethelina. & est magna & mollior altera. & eius uirtus est mollificatiua. altera uero species est arabica.

T R O C I S C I de carta combusta in eodem lib. in fen.

xvi. in cap. de cura excoriationis intestinorum & ulcerum R. arsenici adusti. 3. x. corticis aris. aluminis iameni. gallarū calcis quæ non est extincta omnium. añ. 3. xii. fiant ex eis trocisci cum succo arnoglossæ. i. plantaginis. quorum unusquisque ponderet. 3. iiii. & parum ex eis administratur.

Hos trocisci. non habemus in usu. dicuntur autē trocisci de charta. licet illorum descriptionem charta non ingrediatur. idem uero in. 2. cañ. de charta cap. facit. idem in cap. de papiro ait. quod ex ipsa quidem sunt chartæ. & ipsa quidem est in potentia charta. & quod ex ea adustum est. est uehementioris exiccationis. Dios. inquit. papyrus. unde charta alexandrina fit uile est. Serap. in cap. de burchdi dicit. burchdi est notum. & ex eo fiunt chartæ. & utuntur eo medici quando uolunt dilatare orificia fistularum. idem Serap. ait. & kirtas quidem combustum est fortioris operationis quā burchdi combustum. Etiam dicit Gal. hæc herba non administratur in medicina. idem Serap. infra ait. burdi uis. i. iuncus. hæc uero planta est quædam species iunci in aquis nascentis. non autem intelligitur de charta in qua scribimus quæ pannis lineis fit. sed sapientes credunt quod hæc sit quædam herba in qua arabes faciunt sextariola in quibus inuoluunt species. & quæ est quædam herba uiscosa nascentis in palustribus. in de Aui. prima quarti. tract. 2. cap. x. de curationibus febrium acutarum. sic inquit. & si domus est proximi temporis ex quo linita fuerit luto. & proprie illo in quo ponitur loco paleæ cotum papiri. tunc est melius.

Æs apud ipsum Aui. in. 2. cañ. aliud est rubeum ad citrinum tatem declinans. & est alchabrus. quod est melius. & aliud est rubeum clarum. & aliud rubeum ad nigredinem declinans. & est genus æris quod dicitur talacon. Dios. æs uisum quod alii calcucecamenon uocant. Serap. inquit. in cap. de ære. Dicit Philosophus quidam faciunt ex ære uasa ad comedendum & bibendum in eis. & nocent eis ualde. & hoc notum est.

Troc. de cineribus. descriptio horum ab auctoribus non reperitur. sed nostri medici clarissimi faciunt ipsos componere cum speciebus electuarii de cineribus. quorum descriptio est posita ex auctoritate Aui. & sic ordinant. R. species rum completarum electuarii de cineribus. 3. i. cum uino albo odorifero quantum sufficit fiant. trocisci & siccantur. & usui referua.

T R O C I S C I hcadicon secundum Dinum florentinum in suo tractatu de compositionibus. R. calcis uiuæ. 3. i. arsenici rubei & citrini. chali acacie. añ. 5. s. omnia hæc trita conficiantur cum aqua quæ uocatur prima. & in usu referua.

Hos trociscos non habemus in usu. ipse Dinus inferius describit unam aliam descriptionem. sed eadem non est. cadicon ut dictum fuit ex auctoritate Ioan. Serap. sunt troc. facti ex arsenico. & secundum Almansorem dicuntur à chali quod recipit. Nico. floren. in lib. 7. in cap. de medicina diminutua carnis. siue corrosua eius. habet unam aliam descriptionem quæ est ex aucto. Gal. quæ eadem est.

Arsenicum rubeum. i. arsinagal. Nico. loco eius habet auripigmentum rubeum. credo quod idem est. & per arsenicum citrinum intelligitur auripigmentum citrinum. seu usuale. & per arsenicum rubeum intelligitur arsenicum dictū arsinagal.

Kali. uel akali. ut habet Nico. est quædam planta quæ in littoribus maris nascitur similis uermiculari. i. semperuiæ minori. pinguis & falsa. & de cinere ipsius fit uitrum. Serap. in cap. de uisnen inquit. uisnen est herba chali. Aui. in. 2. cañ. de uisnen. cap. facit & dicit. quod est plurimum specierum. & subtilior earum est alba. & nominatur stercus passerum. non est uisnen. ut quidam crediderunt. nam uisnen est res collecta super arbores glandium. & alias arbores.

Acacia secundum Aui. est succus alcharisti exiccatus. deinde in troc. mutatus. & melior ex ea est quæ est melioris odoris uiridis declinans ad nigredinem ponderosior & durior. Mes. loco eius habet chachia. quod idem est.

Aqua prima secundum intentionem compositoris sic fit. R. calcem uiuam & chali. i. herbam uisnen añ. partes æquales. & terantur. & septuplum precedens ipsorum ex aqua eius admisceatur. & sepultum præcedens ibi moretur quotidie

tidie agitando, & postea coletur & ex ea conficiantur, & fiant troc. & referentur. Nico. loco eius habet capitellum commune quod fit ex cinere fabarum, & stipitibus eius, & calcis uiue, & coletur ad modum lixiui.

TROCISCI de celidonia pro ruptorio leui & bono secundum Bartholomeum montagnanam in suo antidotario. g. succi radicum celidoniae, urinae pueri. an. ʒ. iiii. calcis uiue. ʒ. iiii. arsenici citrini. ʒ. i. ruptorii de capitello, bulliant simul succus, & urina. deinde superaddatur calx, & coquatur ad ignem lignorum, usque ad consumptionem succi & urinae, & reliqua addantur cum calce, & fiant trocisci.

Hos trociscos non habemus in usu. idem inferius describit unam aliam descriptionem, quam uocat trociscos de celidonia cauterizatos, sed idem non sunt nec in usu.

Celidonia uero secundum Serap. in cap. de curcuma duae sunt species. i. maior & minor, & dicitur quod nominantur hoc nomine eo quod incipit apparere ante aduentum hyrundinum, & desiccatur quando recedunt, putant aliqui etiam quod sic nominetur, propterea quod quando excecantur pulli hyrundinum, defert eis mater hanc herbam, & dat eam illis in cibum, & redit uisus hyrundinibus, de qua etiam Ioan. Anglicus in cap. de sterilitate inquit. & est hic notandum quod celidonia dicitur quasi caeli donum, quia ipsa auferat maculam oculorum, & ideo hyrundo quaerit eam quando pulli eius non uident, & matricem mundificat conceptionem praeparat, hideritiam curat & scabiem succus eius suppositus curat & auferit. unde uersus. Histericos per se sanat celidonia succus. Iniectus oculis maculas dirumpit eorum.

Auferit, & caneros qualiscumque capiatur.

Maiores uero celidonia est nota, minor est illa quae apud arabes meminit aut memite dicitur. Leonardus de preda palea in cap. de formica ait. foliorum domini dei. i. celidoniae.

Capitellum uero apud nos uocatur aqua fortis saponariorum. lixiuum est de quo fit sapor, & eius compositio est diuersa, sed illud capitellum quod ibi ingreditur fit hoc modo. g. quae prima saponis lib. ii. bulliant longa ebullitione usque ad consumptionem tertiae partis, deinde addatur calcis uiue. ʒ. i. opii. ʒ. s. & decoquantur, deinde addatur auripigmētū. ʒ. s. & reserua, & de hac facias trociscos de celidonia.

TROCISCI de calcanto secundum Gulielmum placentinum in suo antidotario. g. aris uisui uitrioli, de quo fit encausticum. an. ʒ. vi. floris aris. ʒ. ii. salis armoniaci, baurach. i. salis rubei, seu aphonitri arsenici sublimati. an. ʒ. i. s. terantur & dimittantur sic per hebdomadam, & fiant ex eis trocisci cum succo ruthae.

Hos trociscos in usu non habemus. Gulielmus nominat istos trociscos de calcanto. i. calcanto quod est uitriolum de quo fit encausticum, sed non recte. nam haec confectio est sicut de calcanto sicut apparebit infra ex auctoritate Rasis, & uidebis quod idem est.

Floris aris non est uiride aris secundum Simonem Ianuē sem. uerum multi moderni loco eius ponunt uiride es. Rasis loco eius habet ziniar. i. uiride aris, sed opinio Gulielmi est quod floris aris & ziniar idem sunt.

Arsenicum sublimatum secundum quosdam est argentum sublimatum. Liber qui dicitur Bulchafis in libro primo docet modum sublimandi arsenicum. uide ibi.

TROCISCI de scolopendria secundum Nico. florum rentinum in lib. 5. in cap. de oppilatione splenis. g. scolopendriae, hyssopi, prasii. i. marubii, fructus tamarisci. i. carne zit, corticum radicum capparis. an. ʒ. s. seminis agni casti, seminis ruthae, gentianae, aristologiae rotunda, florum genestreae. an. ʒ. ii. s. armoniaci dissoluti in aceto. ʒ. i. s. cum quo reliqua componantur, & fiant trocisci.

Isti troc. in usu non sunt. Ioan. Serap. in suo antidotario, habet unam aliam descriptionem, sed eadem non est.

Scolopendria ut pluries dictum est, est lingua ceruina. Genestra est frutex omnibus nota, existimant quidam quod haec apud Dioscorum dicitur spartus, eius semen affertur in folliculis sicut faseolus. Gal. in. 8. simpl. ait. spargamum. i. genestra, infra de ipsa apparebit melius in unguento genestrato. Armoniacum gummi est satis notum. Gal. in. 8. simpl. in

quit armoniacum est gummi daltala, quod est unum ex gummis arboris. idem in lib. ad parthemanum ait. armoniacum est quasi lachrimum herbae, quae graece asilius appellatur.

TROCISCI de cicadis secundum eundem in eodem lib. in cap. de cura lapidis per potionem. g. milii folis, pentafilonis, seminis urticae, nucleorum cerasorum, seminis nasturtii, petrosellini, alexandri. i. macedonici, tartari, uini albi. an. ʒ. s. sanguis hyrci, cicadarum. an. ʒ. iiii. galanga. ʒ. i. olei muscellini, & nardini. i. de spica nardi, & ballamini. an. ʒ. i. s. succi saxifragiae. ʒ. iiii. misce, & fiant trocisci, & siccentur in umbra. Hos trociscos non habemus in usu.

Cicadae sunt quaedam animalia de quibus supra dixi, ex intentione Isidori ac aliorum. Hic uero uolo dicere de mente Pli. quod cicadae non nascuntur in raritate arborum, idcirco non sunt cirenensis circa oppidum, nec in campis, nec in frigidis, aut umbrosis nemoribus, est quaedam & his locorum differentia in milesia regione paucis sunt locis, sed in cefalonia nimis, quidam penuriam earum, & copiam dirimit, at in regio agro silent omnes. ultra flumen in locis canunt. pennarum illis natura quae apibus, sed pro corpore ampliores.

Urtica est herba satis nota. Dioscorus dicit acalifex, siue ut alii ignida latine dicitur. urtica eius altera maior quae & usualis est, & simplex cum tenui semine ac foliis minutis asperis. altera agrestis est densioribus foliis atque latioribus nigrioribus. Etiam Aui. in. 2. can. ait calife. i. urticae. est etiam alia urtica dicta mortua. & haec apud modernos dicitur angelica seu archangelica & est alia dicta urtica mora, cuius folia magna ac nigriora sunt, & haec dicitur milemorbia siue herba sicaria, sed à latinis dicitur serofularia.

Tartarum generatur in uino in fundo, & lateribus uegetis, & est fex uini uel aceti. Concoregius in cap. de surditate in speciali inquit. tartari quod adhaeret in parietibus uegetis intrinsecis. hoc notum est.

Sanguis hyrci. de ipso dictum fuit. Nico. non dicit hic si debet esse praeparatus aut non, sed in hoc est regula quod ipsum non oportet administrari in aliquibus medicinis si praeparatus non fuerit, & modus eius est multiplex. supra dixi de ipso in electuario de cineribus secundum intentionem plurimum doctorum. etiam hic iterum uolo ostendere de modo ipsius ex auctoritate Ioan. Serap. in cap. de illis in quibus generatur lapis, & magnificatur qui sic inquit. medicamen cum sanguine hyrci ad dolorem renum & lapidem & non est ei si mile, & est mirabile, & modus eius iste est. quando incipit uua denigrari sumatur olla noua à figulo, & fundatur in ea aqua, & ferueat donec auferatur ab ea terrestres deinde decoletur hyrcus, & accipiat ex medio sanguis qui currit ex eo in ollam, & non accipiat primus sanguis, neque postremus eius, & dimittamus ipsum donec coaguletur, deinde de incidamus ipsum in paruas partes eo existente in conca uitate ollae, & cooperiamus ipsum cum rheti stricto, aut cum panno subtili raro, & dimittamus ipsum sub caelo donec recipiat radios solis & lunae, & dimittamus ipsum donec exiccetur bene, & caue ne ueniat ei humectatio ex rore, deinde teratur multum, & seruetur & detur ex eo coclearium unum cum decoctione dulcis aquae. Idem Ioan. Serap. ait & secus dum illud quod dixit Filagrius in primo sermonum suorum necesse est ut sit hyrcus iuuenis in aetate sua ex eis quibus ad uenerunt quasi quatuor anni, & proiciamus in hoc medicamine folium indum, & amomum & spicam, & quae sunt illis similia donec aromatizetur odor eius.

Oleum muscellinum à musco dictum est, descriptio uero ipsius secundum quosdam sapientes reperitur in antidotario Gal. quod apud nos non est, tamen descriptio infra apparebit. quidam modernorum crediderunt, quod oleum balaninum, id est de granis uebeen esset oleum muscellinum, sed non recte.

TROCISCI asfodilorum secundum eundem in lib. 7. in cap. de medicina diminutiva carnis siue corrosiua eius. g. succi radicum asfodilorum. ʒ. s. calcis uiuae. ʒ. ii. auripigmētū. ʒ. i. conficiantur & exiccantur ad solem in mense augusti.

Hos trociscos in usu non habemus. dominus magister Petrus argillata in cap. de medicinis corrosiuis habet unam aliam

SECTIO SEPTIMA

descriptionem. & idem est Asfodillus circa instans asfodillus est centum capita, cuius radix competit usui medicinae. idem dicit Petr. de crescen. sed uterque falsum dicunt dicentes quod asfodillus sit centum capita. nam si uis uidere certitudinem. uide in antidotario Gal. in quodam antidoto, quod incipit. antidotum quod facit epilepticis. & ibi habet centum capita & asfodillos. quod non essent si essent idem. ueritas autem est. asfodillus est herba dicta apud nos porrago propter similitudinem foliorum, & secundum Papiam asfodillus herba, quam latini asbuciam uocant, & centum capita est una species irringi, sicut patet apud Serap. in suo cap. de irringo.

TROCISCI de calce in eodem libro, & in eodem cap. & calcem uiuam puluerizatam, & commisce cum melle & commixta in olla noua, pone in clybano, & dimitte donec comburatur, & usui referuetur.

Hos trociscos non habemus in usu. Petrus Argillata in cap. de medicinis corrosiuis, habet unam aliam descriptionem quae eadem est.

Calx secundum Gulielmum placentinum per calcem significamus cineritatem corporum lapidosorum, & ostracorum extinctam, & non extinctam. Auer. in 5. col. inquit. al mura. i. calx uiua, & est calx lapis decoctus.

Superno numine ducti compleuimus sermonem in sectionem trociscorum prolixam aliquantisper. uerum compendiosam supra modum. Erit uero nunc sermo noster circa distinctionem sief secundum mentem diui Ioan. Mes. & Raf.

De sief secundum sententiam Mes. & Rafis.



SIEF CITRINVM Mes. in sua practica in ca. de ophthalmia. & climia lota. deinde adusta & extincta in lacte mulieris. 3. viii. cerusa lota. 3. xvi. croci. 3. iiii. opii. 3. i. dragaganti. 3. ii. aquae pluuialis, quod sufficit utere cum albuminis ouis.

Sief uero apud nos est confectio ocularis formata ad modum nuclei dactyli quae fricatur super eotem cum aliquo liquore conuenienti. hanc medicinam quidam colyrium uocant.

Climia seu cadimia, ut apud Dios. dicitur quod bona est cyprya & botryades, & quae spissa fuerit Serap. cap. de climia inquit. quod eius species sunt duae, est lapis repertus in cypro in curibus aquarum, & est petrosa, & melior aliis speciebus climia & alia generatur in fornacibus, & aggregatur in testo fornacis quando purgatur es, & generatur ex aere quando ponitur in fornace, & liquefit, nam resoluitur fumus ab eo, & adharet parietibus fornacis in testo eius &c. secundum modernorum opinionem climia est fuligo, uel fumus qui adharet super ioribus partibus fornacis in purificatione auri uel argenti, uel aliorum, unde dicitur climia auri uel argenti, de qua uide in 2. can. Aui. qui cap. de utraque facit, ille lapis quem dicit Serap. credo quod sit lapis dictus a uulgo calamina, seu calaminaris, de quo tingitur ars.

Modus autem lauandi climiam, & adurendi habetur in lib. qui dicitur Bulchasis in lib. i. in cap. de modo praeparandi katimia. i. thutia. nam climia est species thutiae, & praeparatur sicut thutia. etiam Serap. in cap. de thutia habet modum lauandi thutiam, & dicit. abluitur sic climia, lauatur etiam thutia similiter, & in ista materia lauatur ipsa cum aqua rosata.

Cerusa i. biacha quae satis est nota. de modo abluendi docet feruitor in suo primo lib. & eius modus iste est. terere cerusam in aqua saepe. & proiice supra aquam saepe. & fiat hoc saepe tandiu quod non appareat super aqua aliquid putredinis, deinde collige, sicca & reserua, & bona cerusa est, quae multum est candida, & partes eius sunt de se clares, & quando tangis eam digito inuenies partes eius lenes sine asperitate.

SIEF ROSATVM ibidem. & foliorum, rosarum Rubearum. 3. xv. croci. 3. viii. opii. 3. ii. spicae Indae. 3. ii. gummi ar. 3. viii. aquae pluuialis quantum sufficit.

SIEF ALBVM Raf. in 9. Almā. in cap. de ophthalmia. & cerusa abluta. 3. x. sarcocolla grossa. 3. iiii. dragantia. 3. i. opii. 3. s. fiant ex eis formae lenti similes.

Istud sief apud nos non est multum in usu, & eius modus est

duplex uidelicet quod ipsum possimus facere cum opio & sine opio si cum opio facere uoluimus addatur de opio in pondere, ut dicit compositor, sin autem sine opio facere uolueris non ponitur aliquid opii. Mes. in cap. de ophthalmia habet multas descriptiones, quarum una est descriptio filii Zachariae quae eadem est nisi in una re. & hoc est quod Mes. habet amilum. Rafis uero non. in reliquis sunt idem.

Sarcocolla secundum Aui. est gummi arboris spinosae, & in ipsa est amaritudo. & melior ex ea est illa quae ad citrinitatem declinat & est similis osibano. i. thuri. medici nostri dixerunt quod hanc medicinam in colicis non oportet ponere si nutrita non fuerit in lacte asinae. Et eius modus iste est. Accipe de sarcocolla bona alba grossa, & pone eam in uase uitreo amplioris orificii. & mulge super eam lac asinum in quantitate pauca ne infundatur in ea, & liquefiat, sed remaneat sic. & pone subito in sole, ut cito desiccetur, & quando erit sicca, oportet ut iterum mulgeas secundum quantitatem prioris. & semper caueas ne cooperias eam lacte, ne acescat lac antequam desiccetur & destruat. & fac ita quater. & cum hoc feceris sicca bene, & conserua, & si nutrire uolueris in lacte mulieris eadem forma & modo facias.

SIEF DE thure secundum eundem in 9. Almanforis in cap. de ulceribus oculorum. & armoniaci, sarcocolla. an. 3. s. thuris. 3. x. croci. 3. ii. conficiantur cum mucilagine femu graeci, & fiant ex eis sief.

Istud sief non est ualde in usu. Mes. in cap. de uulneribus & ulceribus oculorum habet unam aliam descriptionem quae eadem est. Thus uero est osibanu de quo supra in troc. de osibano.

SIEF DE plumbo secundum eundem in eodem cap. & plumbi adusti antimonii, tuciae ablute calcucecumenon, gummi ara. draganti. an. 3. viii. opii. 3. s. terantur, & cum panis no sericino. i. de serico qui sit subtilissimus cribellentur & conspergantur ex aqua pluuiali, & fiant ex eis sief.

Istud sief in usu non est. Mes. in cap. de uulneribus & ulceribus oculorum habet unam aliam ex auctoritate filii Zachariae. i. Rafis quae eadem est.

Plumbum species est antimonii. Pli. uocat plumbum quamdam aegritudinem oculi quae curatur cum quadam herba quae graece dicitur molendina, quod est dictum plumbago. Aui. in 2. dicit. alauoch & alahabar utriusque est plumbum nigrum, in quo est substantia aquosa multa, quam cogelauit frigus. Modum autem adustionis eius docet Bulchasis in lib. i. qui est iste. & laminas plumbaeas, & pone in olla fictili, & proiice super eas parum sulphuris radendo ipsum sulphur super eas. deinde accipe alias laminas plumbi, & pone super priores, & iterum radas super eas de sulphure. & iterum alias laminas superpone. & sulphur rade, & fac ita quousque olla sit plena. deinde accende super eas ignem, & quando uideris plumbum inflammari oportet quod commisceas cum uirga ferrea donec plumbum conuertatur in cinerem. ita quod nihil remaneat de substantia plumbi quin sit totum in cinerem conuersum. & quando erit ita aufer ab igne, & dimitte infrigidari, & oportet quod ille qui hoc facit cooperiat faciem suam, nam odor multum nocet, & sic uere.

Antimonium uena est terrae similis plumbo, sed antimonium teritur & non funditur. plumbum uero funditur & non teritur. Dios. uocat ipsum stibum. & inquit. stibus formosus est & lucidus, & qui radiosus apparet cum fractus fuerit, & gustu saluus, & fragilis nihil habens terrosus aut sordidum, hunc multi obthalmion nominant. Haec est medicina ocularis, quae satis est nota.

Thutiae uero nomen cadit super tres res. primo super id de quo Aui. in 2. can. proprium cap. facit sub nomine tutiae. & Dios. sub nomine ponsolix, cui sunt duae species. una quarum dicitur ponsolix a Dios. alia spodium, quae ab Aui. dicitur succudus, & ambae sunt fuligo ex fumo eleuato in fornace in qua sit auricalcum, & eleuatur ille fumus a lapide calaminaris, quo ars tingitur, & sit auricalcum. Moderni generantur loco spodii utuntur osse elephantis combusto. Gal. in 8. simpli. dicit. chadimia. i. thutia de modo ipsam abluendi uide de Albuchasin in libro primo.

Calcucecumenon. i. ars usum, & est nomen compositum a charcos,

à charcos, quod est res cecamenon incensum. Dio. in. c. de are dicit. res usum quod alii calcumecamenon uocant. Circa instans. res usum. i. calceumecamenon. Auer. in. 5. col. ait. calceumecamenon. i. es usum. idem ait Leonar. de prædapelea in c. de ulceribus putridis. & sic est secundum ueritatem, modum adustionis eius docet Dio. in proprio cap. de are. & idem facit Serap.

SIEF R V B E V M scdm eundem in. 9. Almanfo. in. c. de scabie & sebel. & ematit. colcotar combusti. i. uirioli c. trini an. 3. iii. aris usti. 3. ii. myrræ croci an. 3. i. piperis (on. 3. s. conspergantur ex uino ueteri, & fiant ex eis sief.

Istud sief in usu non est. & dicitur rubeum à colore ipsius pp lapidem ematit. i. sanguinarium qui ibi ingreditur. Mes. in c. de scabie oculorum habet unam aliam descriptionem, & loco ematit. habet sedenegi, quod idem est.

SIEF VIRIDE in. 9. Almanfo. in. c. de ungula. & ziniar. 3. iii. colcotar usti. 3. vi. arsenici rubei, baurach spumæ maris an. 3. i. salis armoniaci. 3. s. armonia. f. gummi. 3. ii. armoniacum in succo ruthæ dissoluatur, & species ex eo conspergantur, & fiant ex eis sief. est enim mirabile.

Istud sief apud nos non est in usu. Mes. in. c. de scabie oculorum habet unam descriptionem, & eadem est.

Ziniar. i. erugo aris. Liber qui dicitur Bulchasis in lib. 1. docet modum faciendi ipsum, & abluendi, & colligendi ex eo quod est bonum. Aui. in. 2. can. de ziniar. c. facit. & dicit species faciendi ziniar sunt cum exasperatione eris in sece acetum, & rofatione limaturæ eius cum aceto, & sepultura ipsius in loco humoroso, & inclinatur uas areu super uas in quo est acetum, & dimittitur quousque in ipso fiat ziniar. Auer. in 5. coll. dicit. ziniar. i. uiride res, & sic est secundum ueritatem. Mes. loco eius habet fiodem aris, & idem non est, ut dicit Simon Ianu. uerum hodie unum pro alio ponitur.

Spumæ maris secundum Aui. & Serap. sunt quinque species. Idem dicit Dio. quod ipsam uocant Alcionium. scdm Pli. qui similiter uocat. quatuor species tantum describit Gal. in tract. 1. de meim. in. c. descriptis in alopecia &c. ait adarcham, & in medio eorum est uocata spuma maris. Dinus florentinus in lib. 2. in. c. de cura scrofularum dicit. pumicis. i. spumæ maris. sed non mihi placet. nam uera spuma maris est spissa solida grauis habens odorem piscium putridorum similis spongiæ & inuenitur in littoribus maris.

SIEF DE CALCANTO ibidem. & aris usti calcanti an. 3. s. ziniar. 3. ii. salis armoniaci, baurach, arsenici sublimati an. 3. i. terantur. & per hebdomadam unam dimittantur, deinde fiant ex eis sief, & fricetur ungula cum eis.

Istud sief in usu non est. Gualterus lombardus (ut dictum fuit) describit troc. de calcamento. i. de calcanto. & idem sunt cum sief de calcanto, sed non recte. Nam aliud est sief, aliud est trociscus, ut ostensum fuit.

Calcantum apud Auicem. in cap. de atramento est uirio lum uiride. Idem facit aliud capitulum de calcanto. Ioannes arculanus in cap. de ungula dicit. calcantū idest uirio lum uiride. idem dicit Galenus in octauo simplicium. & idem Galenus dicit. calcantos idest aris flos, & est nomen compositum à calchas græce quod est res. anthos uero flos. un. de calchantos. i. grīs flos sed calcanthum est uirio lum uiride, de quo fit encaustum.

SIEF DE FELLIBUS in nono Almanfo. in cap. de aqua descendente in oculum. & fellis grauis, fellis saboth, fellis hyrcini, fellis accipitris, fellis aquilæ, fellis perdicis, omnium siccorum unum aut plura, sumantur quoque pro omnibus. 3. x. istorum siccorum euforbii, colloquintidæ serapini omnium an. 3. i. trita aggregentur. ex succo feniculi teneri, & mittantur in oculos.

Istud sief non est ualde in usu. & hoc uenit quia simplicia quæ in eo ingrediuntur difficilia sunt inueniri tempore debito. aliter magis in usu esset. Mesue in cap. de debilitate uisus ait. inquit Gale. fella omnia abstergunt oculum, & clarificant uisum, & eligantur ex animalibus. ibi dominus Mes. allegat quædam simplicia, quæ etiam in isto sief ingrediuntur, de quibus infra.

Grus est auis uolatilis, cuius forma omnibus nota est.

Saboth est piscis. nã Mesue dicit, & ex piscibus est fel saboth quid sit generaliter ignoratur. Bartho. montagna. in suis consiliis. in consilio de medicinis communis iuuamenti ad uocamenta stomachi uisus & auditus in quodam collirio bono habet fellis saboth. & inquit. quod est piscis nominatus lucius. idem in consilio ad malam complexionem frigidam humidam stomachi &c. dicit fellis piscis saboth. & est lucius uel uairolus. ista uerba non conueniunt esse idem, nã aliud est lucius, aliud est uairolus, uerum autem est quod ipse est uairolus, & est piscis nominatus labrax. & habet plura nomina secundum prouincias. nam saboth apud romanos uocatur spinula, à uenetis uairolus, & ab aliis louacius.

Accipiter auis est quam nos in manu portamus in ciuitatibus ac aliis locis. Isidor. ait. accipiter dicitur accipitris ab capiendo. est enim auis rapiens alias, auis auda. ideoque uocatur accipitre hoc est raptor. quia rapit. si quis accipit ipsum fertur autem accipitres circa pullos suos impios esse. nam dum uiderint eos posse tentare uolatus nullas eis præbent escas, sed uerberant pennas, & à nido præcipitant, atque à tenero compellunt ad prædã, ne forte adulti pigrescant. unde hæc auis satis nota est.

Aquila est auis ex uolatilibus, quam domini italici pro signo uictoriæ portant. Mes. idem laudat, hæc uero auis reperitur in partibus indiae, & iuxta littora oceani. etiam inuenitur apud nos, tamen raro. Serap. facit capitulum de lapide aquilæ & inquit. quod est lapis indus qui quando agitatur auditur intra ipsum lapillus alius, & minera eius est in montibus indiae inter chinos & saradin. & græci nominant eum antarront, & expositio eius est alleuians partum.

Perdix auis est quæ genere eius coturnix nuncupatur. est enim auis quæ satis nota est. hæc apud Aui. in. 2. can. uocatur cubugi. Gentilis super tertio can. in. c. de cura lubricitatis stomachi ait. cubugi. i. perdix. Simo Ianuen. ait. cubugi. ar. perdix & algel. Item Mattheus syl. in litera. c. ait. cubugi. i. perdix. Ioan. anglicus in. c. de debilitate uisus, & cæcitate accidentaliter inquit. & fellis galli, aut perdicis, aut fastiani qui uocatur alcubugi à Mesue, & quod cubugi sit capo seu gallus, & ex hoc colligi uidetur. nam Aui. in. 2. can. in. c. de harnel allegans uerba Dio. dixit quod ipsa trita cum melle & uino, & felle alcubugi & gallinarum, sed patere potest legendum quod Dio. in loco allegato non habet fel alcubugi, sed caponis. Serap. uero etiam eodem loco ex uerbo Dio. habet fellis galli. Item Dio. in. c. de felle laudat fel cubugi. Sera. eodem loco ait. Dio. laudat fel galli ex quibus possumus cõprehendere intentionem. Aui. fuisse quod cubugi sit capo, & Sera. quod sit gallus, sed intellexit ut opinor de gallo syluestri, qui fastianus appellatur, quem aliqui dicunt esse cubugi, licet uel sit Simon quod non sit capo, & Mesue quod non sit gallus nec perdix. nam Mes. in. c. allegato scripsit cubugi, & galli, & perdicis, ex quo apparet quod secundum eum idem non sunt. tamẽ intentio arabum est quod cubugi est algel aut perdix.

SIEF MEMITHE secundum eundem in synonymis quæ sunt in fine sui libri fit hoc modo. exprimitur succus memithe, & in sole desiccatur, & ex eis informantur pillule in modum nuclei dactylorum, uel informantur magdaleones parui.

Istud sief non est in usu. tamen eius compositio in aliis colliriis multum operatur. Memithe uero secundum Sera. ex aucto. Dio. est succus herbe eiusdem nominis quæ est similis in foliis suis herbe speciei papaueris dicti ceratides. i. cornuti, nisi quia est in ea humiditas adhærens manui, & est propinqua terræ, & habet grauem odorem, & habet multum succum, & color succi eius est similis colori croci. hæc apud Dio. sub isto nomine non reperitur. uerum est quod Dio. de ipsa facit cap. sub nomine glaucium. quod idem est, quid autem sit communiter ignoratur, sed secundum ætimationem modernorum est species celidoniae, & sine dubio hoc sonat. nam Serap. in cap. de curcuma. i. celidonia inquit. minor chilodomon, & est memithe. Niculus florentinus in libro. 5. in cap. de hydropisi in speciali dicit. memithe idest uolubilis minor, sed non bene sonat hic textus, nam idem in. 7. lib. in cap. de apostematibus emundatoriis

SECTIO OCTAVA

sive de bubonibus ait. memithe. i. celidonia, quod recte dicit Ioan. arculanus in. c. de cura cephalæ; tam calidæ q̄ frigidæ dicit. sief memithæ. i. succus memithæ: per decoctionem inspissatus uel ad solem, & est herba similis papaueri dicta glaucium & est species celidoniæ. Ille autem succus sic inspissatus dicitur sief. uidelicet. sief memithæ, & est medicina ocularis. Item Ioan. anglicus in. c. de surditate & de surditate auditus ait. succus memithæ. i. celidoniæ agrestis.

Gulielmus placen. ait. memithe est simile glandibus coloris citrini, & est fructus cuiusdã herbæ quæ nascitur in littoribus aquarum. Idem dicit Aui. in. 2. cañ. Bulchafis in lib. 2. docet modum exprimendi succũ ex memithe, & ignorat de ipsa inuenire ueritatem quid esset. Moderni uero habent ipsam per cognitionem ueram, nã ut dictum fuit de mente Serap. ipse uult q̄ sit celidonia minor, & sic hodie generaliter habetur opinio, quanuis aliqui contradicant dicentes q̄ memithe non est celidonia, nam celidonia est calidæ complexionis, memithe uero frigidæ, quibus respondetur, q̄ & si celidonia sit calidæ complexionis, propter hoc tñ nõ tollitur quin memithe sit species celidoniæ, uidelicet celidonia minor. nam qui dicunt q̄ celidonia est calidæ complexionis forte intelligunt de celidonia maiori, uel de eius succo uel radice, sed hoc nullam includit repugnantiam, q̄ celidonia minor non sit frigidæ uirtutis. non enim repugnat in eadem specie esse indiuidua seu simplicia diuersæ complexionis, & hæc apud Lombardum reperitur in hortis ac locis aquosis, & est quam angelicam sive archangelam uulgo uocamus. Et sic si legis bene illa ca. uidebis q̄ angelica est memithe in foliis, in colore, in radice, & in reliquis. Præterea in foliis multum similitur celidonia maiori.

Habita sectione de sief consequenter elucubrabitur sectionem de pillulis secundum mentem diu. Mesue & aliorum doctorum clarissimorum. Si modo tenues uires nostras paululum refocillauerit ipse deus bonorum omnium largitor, sine cuius nutu quæ sunt omnia casta atq̄ irrita extant. Is igitur adiutor ac protector noster adsit.

De pillulis.



PILLULÆ alefingine, ex inuentione Mesue, quarum interpretatio est pillule de aromatibus. R. cinnamo. cubebe. i. myrti alba. ligni aloes, calami aromatici, macis, nucis musca. cardamomi, garriofolorum, assari, mastice, squinanti, spicæ, carpobal. an. ʒ. i. absinthii, succi rosarum. an. ʒ. v. terantur contritione grossa & fundatur super ea aquæ lib. xii. & coquantur usq̄ ad consumptionem duarum partium. deinde fricetur manibus & colentur, & exprimitur aquositas eius. Et recipe aloes succotriini boni lib. i. & lauetur in scutella lapidea uitreata cum aqua pluuiali lauationibus pluribus, deinde excetetur & fundatur super ipsum expressionis prædictæ circiter lib. ii. & terantur in sole, deinde admisceantur cum oleo, myrræ, mastice an. ʒ. v. croci. ʒ. iii. tere contritione bona, deinde prædictæ expressionis residuum super ea fundatur, & conteratur usq̄ dum siccentur, & fiant ex eis pillulæ in modum ciceris, & da ex eis an. ʒ. ii. usq̄ ad aur. ii.

Istæ pillulæ apud medicos nostros sunt nobiles, & ipsis utuntur multum sub nomine pillularum alefinginearũ, & de aromatibus quod idẽ est. Pillula autẽ à rotunditate dicitur. nam eius forma est ut pila qua luditur, etiam potest dici q̄ dicuntur pillulæ à pistando. nam ipsæ fiunt cũ pistello in mortario cum multo labore. in aliquibus libris inuenitur pillula pro cataputia. Papias catapodia dicta, eo q̄ modica potetur uel inglutitur, & est pila. in libris de græco translatis reperitur sæpe catapodia pro cataputia. Sunt ex hominibus qui fortasse quæritabunt, quare innoleuit usus quod pillulæ dentur in numero impari laxatiuæ. Ad hoc respondet Conciliator differentia. 49. circa medium differentie dicēs, q̄ illæ pillulæ debent agere. actionis autem ratio sumitur à forma tanquam ab eo quod ipseus est principium sustentatum & non à materia. Impar uero habet rationẽ formæ, & multa alia dicit quæ uideas.

Aloes succotrinus secundum ipsum Mes. est nobilior aliis species aloes, & dicitur succotrinum, quia fit in succutri provincia, & hæc plana apud arabes uocatur zambaera. Isidorus in cap. de herbis aro. ait, aloes herba amarissimi succi panace. Papias. aloes spes aromatica amarissimi succi herba refrens uermibus, & putredini. si abluere uis aloem qui ibi in greditur fac secundũ formam, quã tradit Mes. ibi. secundũ quosdã prædictus aloes lotus debet poni in hiera. Gal. ac in aliis locis, sed supra ostendi per aliam uiam in hiera Gal. ut docet Bulchafis in trac. 2. qui inferius in cap. alleg. inquit. & utere in medicinis laxatiuis. & in speciebus hieræ, & in aliis medicinis, in quibus aloes ingreditur.

PILLULÆ stomacica caput & stomachum mundificant. R. hieræ pigra. s. hieræ simplicis Gal. ʒ. viii. trium mirabo. an. ʒ. iii. agarici. ʒ. ii. turbith boni. ʒ. x. epithimi cretenfis. i. illius insulæ. an. ʒ. ii. s. salis indi. i. salis nigri. ʒ. ii. absinthii, scamoneæ. an. ʒ. iii. penidiarum. ʒ. iii. & fac pillulas cum succo scariolarum. dosis eius est. ʒ. ii.

Istæ pillulæ secundum quosdam sunt illæ quibus utimur. Mes. autẽ in distinctione de pillulis habet multas descriptiones sub nomine pillularum stomacicarum, & omnes differunt inter se. uerum omnes stomachum mundificant, & propter id sunt qui faciunt unam descriptionem pro alia. Moderni uero doctores laudant primam descriptionem & peultimam, ex his quæ in hac distinctione ponuntur. & sic infra apparebit alia descriptio. Mes. habet trium mirabolanoꝝ rum qui sunt isti. s. citrini chebuli & indi. nam bellerici & emblici non computantur inter species mirabolanoꝝ rum. quare idem & Serap. de illis tribus in uno cap. loquuntur & de aliis separata faciunt capitula.

Scarioja de ipsa dictum fuit in syrupo de cicorea.

PILLULÆ aggregatiuæ ex inuentione nostra. R. mirabolanoꝝ rum citrinorum, rauedens. an. ʒ. iii. succi eupatorii, succi absinthii. an. ʒ. ii. scamoneæ anthio. coctæ in pomo. ʒ. v. chebulorum indorum. agarici, colloquintidæ, polipodii. an. ʒ. ii. turbith boni, aloes. an. ʒ. vi. mastice, rosarum, salis gemmæ, epithimi, anisi, zinziber an. ʒ. i. elethuarii rosati quantum sumit ad aggregationem, fiant pillulæ grosse, da. ʒ. i. uel aur. unum.

Istæ pillulæ sunt ex inuentione Mes. & sic secundum istam descriptionem sunt apud quosdã in usu, sed medici moderni laudant magis aliam descriptionem quæ dicitur descriptio pillularũ aggregatiuarum maiorũ, & sic describã ipsas. Aui. in. 5. can. habet unã descriptionẽ, & dicuntur pillule aggregatiuæ filii hilgebene. sed idem non sunt, nec sunt in usu.

Scamonea antiochena. i. illius provincie. idem in ca. de scamonea magis laudat antiochenã & armenã, & laudat illam quæ est in colore clara sicut gummi subalbida, & fitã gatur cũ aqua uel saluafiat sicut lac, & sit tenera ad frangendum & puluerizandum, & in pondere sit leuis. & sit in odore bona non grauis, remota uero ab his proprietatibus non est bona. Conseruatur quoq̄ per annos. xx. uerum quanto antiquior, tanto nobilior.

PILLULÆ aggregatiuæ maiores. R. bdellii, mirabolanoꝝ rum nigrorum. i. indorum, belliricorum, emblicorũ an. ʒ. iii. turbith boni & electi. ʒ. xiii. seminis apii, feniculi, anisi, carui, ameos, origani, rosarum, seitaragi indi, harmel, hermodactyli, salis indi. i. nigri, mastice, armon. an. ʒ. i. zinziberis, cinnamomi, cardamo. croci, spicæ acori, casia. an. ʒ. s. feraspini. ʒ. iii. colloquintidæ. ʒ. iii. penidiarum al. ʒ. iii. aloes succotriini. ʒ. xv. coñice cum succo caulium, & inunge manus tuas cum oleo sambucino.

Istæ pillulæ apud nostros physicos sunt usuales. dicuntur autem maiores ad differentiam minorum, eo q̄ plura simplicia ingrediantur. Supraposita fuit alia descriptio pillularum ex inuentione sua, quæ etiam sunt laudatæ.

Seitar. agt. indũ. uide de ipso in confectione tripheræ saraenicæ. Hęc est quã Dio. lepidũ uocat, & secundũ Pau. est hybederidos secundũ Pli. hybederidam, q̄q̄ sesto nomine inuentioni eius assignato carmine nascitur maxime circa uetera monumẽta parietinasq̄, & occulta iterũ flores semper folio nasturtii, caule cubitali, semine tamẽ paruo ut uix aspici possit, radici

SECTIO OCTAVA

fit taspia inda, eandem opinionem habuit Franciscus de pedemontium in descriptione trociscorum de spica, ut ostensum fuit supra.

PILLVLÆ de taspia maiores secundum Auic. in 5. cañ. & serapini, armoniaci, euforbii, bdellii, oppoponacis añ. 3. i. aloes, epithimi, agarici añ. 3. i. s. aristologia rotunda, centaurea. f. minoris, castorei añ. 3. ii. macropiperis. i. longi, zinziberis, cimini, ameos, seminis anisi, apii, myrræ, croci añ. 3. i. mira. citrinorum, hermodactylorū, almehizaengi, añ. 3. ii. s. sinapis capsia pulueris coltoquintidæ, lig. aloes acori, salis indi. i. salis nigri. añ. 3. i. confice cum aqua alchechingi. i. solatri minoris, & fiant inde pillulæ. Has pillulas non habemus in usu, dicuntur de capsia maiores ad differentiam minorū, eo q̄ plura simplicia ingrediuntur, capsia autē est sei taragi, & est quā Dio. lepidiū uocat, & secundū Gal. est genus erucæ, & est agriscardamum agreste. i. nasturtium aquaticum seu fenation, ut ostensum fuit supra in triphera saracenicā.

PILLVLÆ de dende secundum eundē & ibidē. & cinnamomi excorticati à cortice suo superiore, de quo proiciantur linguæ repertę inter duo frusta granorum, deinde succi liquiritiæ, agarici albi acheiati, & herbæ eupatorii, absinthii, aloes añ. partes æquales, tere & confice cū aqua apii & informantur pillulæ parue, & illæ qui de eis facit pillulas inungat manum suam oleo balsami odorifero. Has pillulas non habemus in usu. Franciscus de pedemontium in cap. de dosi habet unam aliam descriptionem, quæ eadem est. Dende uel dēden, secundum Auic. in 2. cañ. est quæ est sceni. ex ea est sicut fistici, ascetriæ est similis alcherua rubea habens puncta nigra, & inda est minor alsceni, & maior alscetriæ, eius medulla est cineritia declinans ad citrinitatem. idē ait Serap. sed dicit aliud est sceni, & aliud non. quidam amicus fideliter dixit mihi q̄ istud granum reperitur in hyspania super arbore dicta scortanum, & ipso ligno utuntur tinctorum ad tingendum pannos, tamen deus scit secundū Fraciscum est species graminis uel cataputia quod ignoro, uerum aliquando reperitur, deinde pro cataputia. i. cherua. Alcheiati, alias cheiati. Franciscus loco eius habet alchechingi ergo est solatrum minus, sed Gentilis super hoc canone dicit, alcheiati. i. galbana.

PILLVLÆ de gariofilis secundum eundem. in 3. in fen. vi. in cap. de cura fetoris oris. & gariofilorum galangæ añ. 3. s. musci, camphorę añ. danic. i. piretri. 3. i. aloes. 3. iii. sinapis. 3. i. fiant pillulæ cum uino.

Has pillulas non habemus in usu. Mes. in eodem cap. habet troc. de gariofilis. Nico. florentinus in lib. 3. in cap. de fetore oris habet unam aliam descriptionē, & est eadē huic. Danic est pondus octo granorum ordeī.

PILLVLÆ de sandaracha in eodem lib. in fen. xvii. in cap. de liquidis quæ ponuntur super eas. & quibus embrocantur. & sandarachæ, corticis ouorum, fumiterræ, seminis potri añ. 3. iii. salis armoniaci. 3. ii. scorix ferri. 3. iii. fiant ex eis pillulæ sicut nabac.

Has pillulas non habemus in usu. Franciscus de pedemontium in cap. de hemorrhoidibus & medicinis eius habet unam aliam descriptionem quæ est similis huic. sandaracha uero secundum modernorum opinionem est uernix, non est autem auripigmentum rubeum ut dixerunt quidam & arbor ferens uernicem iuniperus uocatur.

PILLVLÆ de fumoterræ secundum Auic. in lib. 4. in fen. 7. in cap. de cura scabiei & pruritus. & mira. citrinorū, chebulorum nigrorum añ. 3. v. aloes succotrensis. 3. vii. scamoneæ. 3. v. sine cessatione cōfice cū aqua fumiterræ & fiat.

Has pillulas habemus in usu. Nico. in suo antidotario habet unam aliam descriptionem quæ uidetur quasi esse eadē sed hæc est qua utimur. Fumusterræ est herba quæ habet folia similia dauco, nisi quia sunt magis minuta & amariora, & habet radicem, cuius color uergit ad albedinē. hæc apud nos in uis ac pratis & in rupibus inuenitur. Gal. in 6. simplicium dicit xeritarig. i. fumusterræ sicut in sapore xeriterig arabes uocant ipsam scēheterig.

PILLVLÆ de opio secundum Petrum de tusignana in cap. de frenesi. & opii, croci, casia lignæ añ. 3. iii. fiat

pillulæ cum uino albo.

Has pillulas non habemus in usu.

Opium est succus satis notum. Serap. in cap. de papauerē ait. gummi uero papaueris nigri est opium. Liber qui dicitur Bulchafis docet modum ipsius, & dicit q̄ fit ex lacte papaueris nigri. Opium uero ab opos quod est lachrimum nomen extrahit.

PILLVLÆ de reupontico. secundum Bartho. monagna. in suo antidotario. & succi cucumeris asinini, arthanitæ añ. 3. i. s. reuponti. 3. ii. aloes succotrini. 3. i. diagredii. i. scamoneæ coctæ in pomo. 3. i. orobi. i. herbi fistileos spicæ ligni aloes añ. 3. s. fiant pillulæ cum succo apii.

Istæ pillulæ apud nos non sunt in usu. Reuponticum uero est barba fistula, & est radix similis reubarbaro, & propter id multi mercatores ignorantibus apothecariis uendunt mixtum unum cum alio, sed potest cognosci, quia reubarbarū optimum, quando masticatur causat saluam rubeam similem tincturę croci. reuponticum uero habet contrarium. dicitur autē reuponticum à reu quod est radix & ponticum, quia in pontico insula reperitur. Dios. autem ait. reuponticum nascitur in bosforo, & est radix similis centaureæ maiori. Serap. nec de reupontico, nec reubarbaro facit cap. uerū facit cap. de reu. & dicit. raueid. i. reu. & dicit idem quod dicit Dios. de reupontico, sed moderni per raueid non intelligunt reuponticum, immo reubarbarum, de quo uide Mes. in cap. proprio de reubarbaro. Credo q̄ antiqui utebantur pro raueid reupontico.

Arthanita idest panis porcini de quo infra in unguento de arthanitha.

PILLVLÆ de diamusco ibidem. & musci, myrræ añ. 3. iii. sticados, rubæ tinctorum, pulegii, corticis citri, piperis longi, corticum casia lignæ, corticum casia interioris, granorum peonia, calami aro. añ. 3. vi. spicę. 3. s. fiant pillulæ cum succo arthemisia. i. matris herbarum uel alticia.

Has pillulas non habemus in usu. idem in suis consiliis in consilio de præfocatione matricis ex documento ipsius habet unam aliam descriptionem, sed differt ab hac, mater herbarum adoptata herba quæ antepetemis uocatur.

PILLVLÆ assaieret. secundum eundem & ibidem. & hiera pigræ. f. hiera Gale. 3. i. masticis, mirabolanorum citrinorum añ. 3. iii. aloes epatici. 3. ii. fiant pillulæ cum syrupo de stica.

Has pillulas habemus in usu, & sunt ex arcto. Auic. sicut reperitur in 3. can. in fen. i. in cap. de can. uniuersalibus curationis, nam ibi inquit. solutina uero facilia ad purgandum caput uel ascclaret sunt, ex quibus sumatur pillula magna ut paruum pondus operationem efficiat sufficientem cum mora, & non noceat propter paruitatem suam iteratio, & dormiatur super ipsa ne destruant motus & uigilia eius operationem. & canon quidem in eis est aloes & hiera, deinde cadit in eis mastic ad confortandum stomachum, & recipiuntur in eis mirabolani ut prohibeant uaporem acutum & c. ipse Auic. non ponit dosim ipsarū rerū, sed Gēttilis loco allegato ponit dosim ipsarū rerū, & est sicut est dosis Bartholomei, & sic generaliter secundū istā descriptionē cōficiuntur.

PILLVLÆ imperiales magistræ. & cinnamomi, amomi, anisi, masticis, cardamomi, zinziberis zedoariæ, masticis, nucis muscatæ, gariofilorum, croci, cubebe ligni aloes, turbiti, tereniabin. i. manna puræ, agarici, folliculorum fenæ, spicæ nardi, quinque mirabolanorum. añ. 3. i. reubarbari ad pondus omnium, aloes succotrini ad pondus superscriptarum receptorum, conficiantur cum syrupo rosato & uoluto quantum sufficit.

Istas pillulas apud nos habemus in usu, maxime secundū istam descriptionem, secundum quosdam dicuntur imperiales, quia inuentę fuerunt à quodam imperatore, uel dicuntur imperiales, quia sunt in usu multum. apud reges tamen eius descriptionem ab auctoribus non reperi. uerum secundum quosdam istæ pillulæ dicuntur describi à Rainaldo de uilla noua, sed ego in practica Rainaldi qua utimur non reperi. Christophorus autem de honestis posuit pillulas magistræ pro regibus inuentas, nec reperitur à quo auctore sunt

fit, radici odor nasturtii, usus æstate efficacior. & recenti tm̄.
Hæc est quam lombardi crisonem uocant.

Harmel. i. tertium genus ruthæ, scdm̄ Matthe. syl. harmel scriptum cū. h. est semen cicuta, & armel scriptum siue. h. est genus ruthæ. eandem habet opinionē lumen tenebrum, q̄ harmel sit cicuta, sed falsum est. sed harmel cū. h. & sine. h. est tertium genus ruthæ. nam Dio. in. c. de rutha quasi in fine ait. Alterum genus ruthæ quod nascitur in macedonia & galatia, quam molin ciues appellant. Idem in fine ait. rutha multi armolā uocant sicut uasasa, nascitur locis cultis. Aui. in 2. can. inquit. rutha syluestris uehementioris est nigredinis q̄ alharmel cum. h. item lege capitulū de harmel scriptum cum litera. h. apud eūdem est idem cum. c. de armola apud Dio. idem in. 4. can. in. c. de curatione morsus uiperarum cum eo quod est sicut Canon ait. rutha syluestris, & non est alharmel scdm̄ q̄ existimauerunt quidam, immo est spēs ruthæ ipsius, & sic est sine dubio, sed Auer. in. 5. col. ait. alharmel. i. cicuta, quod falsum est. nam scdm̄ plures sapiētes creditur q̄ harmel cum. h. & sine. h. idem sit. & possibile nō est q̄ harmel cum. h. sit cicuta. nam Sera. de harmel cum. h. capitulū facit, cuius formam hic uolo describere. ut magis appareat ueritas. & hæc est. harmel scdm̄ Sera. nominatur molli, & nominant eā multi rutham syluestre, & est planta quæ egreditur ex una radice cum multis ramiculis, & habet folia longiora foliis ruthæ alterius, & meliora habetia grauē odore, & habet florem albū, & capitella maiora satis q̄ capitella ruthæ domesticæ diuisa tribus diuisionibus, in quibus est semē amarū, cuius color est ad rubedinē decliuis. habet tres angulos, & est id qd̄ de plāta uenit in usū medicinæ, & ipsum maturat & colligitur in autūno, & sic est si aggregaueris ruthā syluestre, qua utuntur moderni eadē est cum illa.

Sambac siue zimbac. i. iefeminū, & fit oleum ex eius floribus, sicut infra ostendam, si deus uoluerit.

PILLVLÆ de eupatorio maiores. R. mirabol. citri norum, succi eupatorii, succi absinthii an. 3. iii. raueseni. 3. iii. s. mastice. 3. i. croci. 3. s. aloes boni. 3. v. confice cum succo endiuæ. dosis eius. 3. ii. cum aqua casei.

Has pillulas apud nos nō habemus in usu, maxime scdm̄ istam descriptionem. idē describit unam aliam descriptionē pillularū minorum, sed in usu non sunt. Aui. in. 5. can. habet unam aliam descriptionem, sed eadem non est.

Eupatorium. i. gasit. Pli. eupatoriū regiam habet auctoritatem caulis lignosi nigricantis. hirsuti cubitalis, aliqñ & amplioribus foliis per interualla quinque ut canapis per margines incisus nigris, & ipsis plumosis radice superuacua.

PILLVLÆ de reubarbaro. R. raueseni. 3. iii. succi iquiritiæ, succi absinthii, mastice an. 3. i. mirab. citrinorum. 3. iii. s. seminis feniculi, apii an. 3. s. troc. diarodon. 3. iii. s. hieræ pigre. i. specierum hieræ Galeni. 3. x. confice cum aqua feniculi, & da. 3. ii. cum aqua casei calida in sero.

Has pillulas habemus in usu. Mes. inquit q̄ sunt pillulæ de reubarbaro, sed loco reubarbari habet raueseni: quod idē est. ergo possumus dicere q̄ pillulæ de reubarbaro, & pillulæ de raueseni idem sunt. Et sic meo tempore uidi apothecarios dare pillulas de reubarbaro p̄ pillulis de raueseni, sed errant multum, nam si uides bene Mes. in hac distinctione de pillulis habet descriptionem pillularum de reubarbaro q̄ conferunt ad febres antiquas. & pillularū de raueseni quæ cōferunt ad oppilationes splenis, quæ nec in uirtute nec in aliis concordant, & sic apothecarij, & et medicus debent scire differentias quæ sunt in ipsis, & sic in multis aliis.

Reubarbarum secundum Isid. est reuonticum, sed non recte. uide de eo in confectione de raueseni.

PILLVLÆ de alchechingi, ex inuentione nostra. R. absinthii & succi eius, & succi eupatorii, aloes, mirabola. citrinorum, mastice, croci, raueseni, lacce abluta, anisi, alliatij, castiæ fistule, seminis fumiterræ an. 3. ii. hieræ pigre. 3. iii. confice cum aqua solatri, & si est tussis cum febre pone uenarum liquiritiæ, sunt enim sanæ & expertæ.

Has pillulas habemus in usu, sed non multum. Occurrit hic dubitatio similis ei quæ occurrit in dia curcuma in qua licet dicatur curcuma, non tamen ingreditur curcuma, sic &

in his pillulis licet non ingrediatur alchechingi, dicuntur tamen pillulæ de alchechingi, sed secundum quasdam pos sunt dici à compositore, uel q̄ uitio scriptorum descriptio non est integra, uel potius quia conficiuntur cum aqua solatri, quod est species alchechingi.

PILLVLÆ de indæ quas scripsit Hali. R. mirab. nigrorum ellebori nigri, polipodii an. 3. v. epithimi, sticados an. 3. vi. agarici, lapis lazuli, loti. i. abluti, colloquintidæ salis in di an. 3. iii. succi eupatorii, spicæ an. 3. ii. garioffio. 3. i. hieræ pigre. i. hieræ Galeni. 3. xii. fiant pillulæ cum succo apii, dosis eius est à 3. ii. usq̄ ad aur. ii.

Has pillulas habemus in usu. dixerunt quidam q̄ dicuntur indæ, quia in partibus indiæ sunt magis in usu q̄ in partibus aliis. Alii dixerunt q̄ dicuntur indæ propter sal indum quod recipiunt, & per sal indum intelligitur sal nigrum. sed cum caremus eo, sapientes uolunt q̄ loco eius ponamus sal rubeum. quidam ponunt zuccarum candidum, sed nō est ei proximum, ut est sal rubeum.

PILLVLÆ de sarcocolla, & sunt pillulæ albæ. R. sarcocollæ. 3. iii. turbiti. 3. iii. colloquintidæ. 3. i. s. zinziberis. 3. i. s. salis gemmæ. 3. i. s. dissolue sarcocollam in aqua rosæ. & confice alia cum ea, & fiant pillulæ. sunt enim sanæ & expertæ dosis. 3. i.

Has pillulas habemus in usu. ipse Mes. in. c. de sarcocolla habet unam aliam descriptionem ex aucto. Halisensis & idem sunt. sarcocolla est gummi arboris quæ est sicut frutex, & est spinosa, cuius rami sunt nodosi, & colligitur ex ea gummi. & est ei⁹ aliud albū sicut thus & aliud subcitrinū. Electio. fortius est subcitrinum albo, & quod est amarius melius. Et modus nutriendi ipsam est q̄ infundatur in lacte asine per quatuor uel quinque dies, & semper infundendo lac super eam. & hoc facias in scutella lapidea supra de hoc in quodam sief melius ostendi.

Sal gemma. i. sal capadocium. Mes. in. c. de speciebus salis dicit, q̄ sal gemma est sicut crystallus scindibilis. Idem dicit Aui. 2. can. in. c. de sale. quidā dixerunt q̄ sal gemma dicitur, quia est clarum ut gemma & est uena terræ, & habet effectum salis armoniaci, de quo circa instans ait. sal gemma dicitur, quia gemmæ assimilatur, uel quia clarum est ut gemma, & de eo sunt suppositoria, ut est notum omnibus.

PILLVLÆ fetidæ maiores. R. serapini, armoniaci, opoponacis, bdellii, colloquintidæ, harmel, aloesepithimi an. 3. v. hermodactylorū alscebran an. 3. ii. scimoneæ. 3. iii. cinamomi, spicæ, croci, castorei an. 3. i. turbiti. 3. iii. zinziberis. 3. i. s. euforbii dragmæ unius partes. ii. dissoluatur gummi in aqua porri, & fiant pillulæ. da. 3. ii.

Has pillulas habemus in usu. Fetidæ aut dicuntur, quia fetidos & corruptos humores educunt, uel dicuntur fetidæ, quia ingrediuntur quædam fetida. Idem in. c. de ægritudinebus neruorum habet quatuor descriptiones. quarū una est maiorū. & hæc est ex aucto. Gal. alia est minorum, & credo q̄ nō sit ex auctoritate eiusdem. postea alia duæ descriptiones sunt ex auctoritate filij Zachariæ siue rasis, & sic sine dubio Rasis in. 9. Aiman. in. c. de paralesi posuit pillulas fetidas quas ipse composuit, sed non sunt in usu. Idem in libro diuisionum habet unam aliam descriptionem. Aui. in. 5. can. nō habet quatuor descriptiones quæ in usu non sunt.

Alscebram. i. scebram. Aui. in. 2. cano. dicit. scebram quidam oritur in hortis habens cannam subtilem æqualem & habet pilos, & folia sunt sicut tarcon secundum q̄ existimo, & habet lac. sine dubio scebram habet lac. & est species lacticiniorum, sed non computatur inter septem species titimorum quæ à Dio. & Serap. describuntur. Mes. ait. alscebram est species lacticiniorum & est solutium rusticorum. & eius aliud est magnum habens radices rotundas & grossas. & aliud est paruum habens radices subtiles, & est tenuis corticis. magnum est malū. paruum uero est illud quod eligitur, & melior pars plantæ est cortex radices eius. & lac ei⁹ est acutius & fortius. Hæc est quam nos esulam uocamus. nā arabes uocāt ipsam xebra. nos uero esulā. hæc apud nos in pratis ac aliis locis inuenitur. est similis linariæ, sed ipsa nō habet lac. unde dicit. Esula lactescit, sine lacte linaria crescit. Et est

SECTIO OCTAVA

medicina rusticorum. ut supra dixi. Differentia autem est inter scibrum & scibrum. nā scibrā est esula, & scibrā est ozimum carmenum, de quo uide supra in dianasturtio.

PILLVLÆ de serapino. & serapini, armoniaci, bde & lii, oppoponaci, aloes, castorii, harmel an. 3. ii. colloquintidæ. 3. iii. fiant pillulæ cum aqua porri.

Hæ pillulæ raro habentur in usu. illa uero descriptio que est magis in usu. est una alia quā idē inferius describit. Auic. in. 5. can. habet unam aliā descriptionem, sed non est in usu.

Serapinum apud Dios. uocatur sagapinum. & est lachrymum ferule nascens in India. eligendum est limpdatum foris ruffum, intus album. odorē silfi. i. asæ fetidæ & galbani habens gustum uiscidum. Mes. autem ait. serapinum est gummi alafce hundeg. & est arbor similis oleandro. i. nereon montano, & melius est cuius intra subrubrum & subalbidū, & quod habet odorem porrorum, & quod est facili resoluibile in aqua, & quod est clarū. ibi Mes. docet de modo præparandi ipsum duobus modis.

PILLVLÆ de euforbio. & euforbii, colloquintidæ agarici, bdelli, serapini an. 3. ii. aloes. f. succotrini. 3. v. fiant pillulæ cum aqua porri, portio est an. 3. s. usq; ad. i.

Has pillulas habemus in usu, maxime secundum istam descriptionē. Auic. in. 5. can. habet unam quæ eadem est in simplicibus, sed differt in uno uidelicet quia Mes. uult q; conficiantur cum aqua porri. Auic. uero cum aqua caulium.

Euforbium secundum Mes. est gummi excedens omnia genera gummi in calefaciendo & subtiliando, & melius ex eo est leue frangibile habens colorem palearem & clarum. & quod est uehementis acridinis & odoris ualde acuti, & quod est recens, super quod iam præterit annus. recens uero anni sui est sicut uenenum & ignis.

PILLVLÆ de raueseni. & raueseni. 3. vii. armoniaci, serapini, bdelli an. 3. x. lacæ. 3. viii. oppoponaci. 3. iii. mezereon. gummi. f. gummi ara. an. 3. iii. turbith. 3. x. spicæ nardi, polii. i. polii montani, aloes an. 3. v. mastici. 3. ii. mirabolanonum citrinorū. 3. x. dissolue in uino gummas, & fac pillulas. dosis eius est 3. ii. cum aqua casei.

Istæ pillulæ ab apothecariis tenentur cōfectæ, & sunt in usu sub nomine pillularū de raueseni. nō autem ista descriptio debet dari pro pillulis de reubarbaro, quia licet raueseni sit reubarbarū, tamē pillulæ de reubarbaro nō sunt eadem ut dictum fuit supra. Rasis. in. 9. Almanforis habet unam descriptionem. in cap. de hydropisi, sed non est in usu.

PILLVLÆ de mezereon. & fol. meze. infusorū in aceto & exiccato. 3. v. mirabo. citrinorum. 3. iii. chebulorum. 3. iii. confice cum tereniabin. i. manna, & tamarindis dissolutis in aqua endiuicæ.

Has pillulas habemus in usu. dicuntur autem de mezereon, quia ibi magis ingreditur mezereon q; aliud simplex. Christophorus de honestis inquit. pillulæ de mezereon. i. de laureola, sed falsum est. nam mezereon ut dictum fuit in confectioe almezereon non est laureola.

PILLVLÆ lucis maiores. & rosarū uiolarum, absinthii, colloquintidæ, pro qua pone troc. alandahal, turbith, cubebe, calami aro. nucis muscata, spicæ epithimi, carpobalsami, xilobalsami, sileris, seminis ruthæ, squinanti, assari, mastici, garioflorū, cinnamomi, anisi feniculi, apii, castiæ, croci, macis an. 3. ii. mirabo. citrinorum, chebulorū, indorū, emblicorū, bellericorū, raueseni an. 3. iii. agarici senæ an. 3. v. eufragiæ. 3. vii. aloes succotrensis, ad pondus omnium confice cum succo feniculi. dosis eius est an. 3. ii. usq; ad. iii.

Istæ pillulæ apud nos sunt in usu. dicuntur autem lucis, quia ualent ad oculos medendos. uel dicuntur lucis, quia obscuritatē oculorū prout sol noctē remouēt, & de ipsis reperiuntur ibi maiores & minores, sed maiores sunt illæ quas nostri medici laudant. uerū sunt ex hominibus qui faciunt unam descriptionem pro alia, eo q; in minoribus pauciores res ingrediuntur, & propter id ambas describam.

Eufragia est herba quæ apud nos in pratis reperitur, & est minuta herba. mirabiliter medetur ægritudinibus oculorū, & propter id Mesue in sua practica in cap. allegato, uocat ipsam herbam adhil. feniculus similiter ualet in illa ma-

teria. unde uersus.

Feniculus uerbena rosa celidonia rutha,

Ex istis fit aqua quæ lumina reddit acuta.

Et non est completus uersus nisi addatur capillus ueneris eufragia & betonica.

PILLVLÆ lucis minoris in intentione maiorum. & xilobalsami. i. ligni balsami, carpobalsami an. 3. i. celidoniæ. 3. v. rosarum, uiolarum, absinthii, eufragiæ an. 3. iii. senæ, epithimi, mirabo. citrinorum, chebulorum, indorum, bellericorum, emblicorum, agarici, colloquintidæ, squinanti, licii lapidis lazuli an. 3. i. s. aloes boni ad pondus omnium confice cum succo feniculi aut celidoniæ.

Celidonia secundū Pli. genera sunt duo. Maior fructuosa caule folio pastinacæ erraticæ amplior ipsa altitudine duorum cubitorum, color albus, flos luteus, minor folia hedera rotundiora, minus candida, succus utriusq; croceus, mordax semen purpureum. florent aduentu hyrundinum discesu marcescunt.

Liciū. Dio. est eligendū intus colore ruffo. & de foris nigro, quod diuisum brunum habet. sripticum est & coloris ruffi & crocei apparet cū gustu amaro sicut est indicū quod & melius arbor. unde fit est lithios appellata, siue exacanthos folia buxo similia atq; spinosa generans. nascitur in duobus locis, cuius folia & grana, & radix in unū contunduntur, & ex aqua dulci coquantur usq; ad crassitudinem. apud Serap. uero sunt folia spinosa. & habet ramos longitudine duorum brachiorū. Pli. autē ait. fit ex arbore spinosa fructu simile piperi præcipue amaritudinis foliis paruis. Auic. in. 2. cañ. de ipso duo facit cap. unum quod incipit feluzeharagi. aliud quod incipit licium. Ioan. Serap. in antidota. in cap. de epitimatibus ait. licii. i. feilneragi. Liber qui dicitur Bulchāsis in trac. 2. ait. sunt qui faciunt licii ex radice arboris quæ dicitur curtan. & spēs eius licii nominatur cohaculem. & est quoddā quod affertur ex aliemē, & sunt qui faciunt licii se cūdū hunc modū. ut ibi docet, neq; per id cognoui quid sit. Gēttilis super quintū Auic. in fine inquit. bel est herba de qua fit licii in uno alio loco super quodā passu quarti ait. licium fit ex arbore spinosa quæ uocatur azarasch siue oxiacanthos quod est notū. Guliel. placētinus ait. licium est succus granorū cabrosiæ uel cornastrelli. Nico. dicit licium est succus de floribus caprifolii uel oculi lucidi. Idē in littera o. ait oculus lucidus. i. caprifolii uel matris filua. uide ergo si bene consideretur capitulū Dios. de licio q; eius arbor est ex acanthos & secundum Gentilem est azarasch. siue oxiacanthos. i. spinosa acuta. ergo licium fit ex arbore spinosa, quæ apud nos berberis uocatur. nam sine dubio est consonum, quia ut dictum fuit Gentilis in uno loco allegato dicit q; bel est herba, sed debet dicere arbor de qua fit licium. bel uero apud Serap. est arbor granati syluestris quod idem est. & sic meo tēpore uidi facere licium ex fructu arboris granati syluestris quæ proprie est berberis, quod apud Dios. oxiacanthos dicitur. & hoc licium est optimum. uerum sunt ex hominibus qui faciunt licium ut dicit Nico. de quadam herba quæ mater syluarum uocatur. & hæc apud nos iuxta hortos nascitur, cuius folia sunt ex uno latere subalbida, & ab altero uiridia se adhærens, & inuoluens sæpius super alias plantas. & hæc a nostris rusticis dicitur scizo. sed est debilius priore. Et sunt ex hominibus qui faciunt licium ex fructu nigro cuiusdam arbuti, quod quidā iustragum uocant cuius folia sunt similia foliis buxi ramuli recti quibus cauæ auicularū fiunt sinco granorum expresso & cocto, in quo etiam inuenitur idonea efficacia. ut habet licium primum & c.

PILLVLÆ stomaticæ nostræ stomachum & caput mundificant, & accipiuntur omni tempore. & turbith. 3. x. mastici. 3. iii. rosarum. 3. iii. aloes optimi ad pondus omnium confice cum succo absinthii.

Istæ pillulæ cum alia descriptione supraposita sunt illæ quibus utimur.

PILLVLÆ Alandahal. & troc. alandahal. 3. x. salis gemmæ. 3. i. laudani. 3. xii. olei rosati quantum sufficit, & sunt expertæ.

Has pillulas habemus in usu sub nomine pillularū alandahal

dahal siue Hermetis, & non debemus uti sub nomine pillularum alandahal, ut quidam credunt, nam uide q̄ Mesue in sua distinctione de pillulis habet pillulas alandahal Hermetis, & pillulas alandahal siue Hermetis, ergo differunt inter ipsas, & per troc. alandaha intelliguntur troc. de colloquinzida, quorum descriptio superius est posita.

PILLVLÆ de agarico, & agarici, mastice añ. 3. iii. radice lilii cœlestis, prasilii, marubii, añ. 3. i. turbiti, 3. v. hie/repigre, 3. iii. colloquintidæ, sarco collæ añ. 3. ii. myrræ, 3. i. confice cum robur, i. rob, & est mustum coctum.

Istæ pillulæ sunt multum in usu. Idem Mes. in cap. de asmate habet unam aliam descriptionem quæ eadem est. Au. in. 3. can. in fen. x. in cap. de cura almatiss habet unam aliam descriptionem, quæ eadem est.

Agarici autem uirtus est magnificata ut docet experientia, non solum in euacuando flegma quod à prædominio euacuat, uerum etiã alios humores pharmaco educibiles.

Lilium cœleste apud Au. est ireos. Mes. in alia descriptio ne habet ireos, quod idem est.

PILLVLÆ de turbiti, & dicuntur pillulæ aureæ, & turbiti boni, 3. xvi. aloes, 3. i. s. mastice, rosarum añ. 3. vii. mirabo. citrinorum, 3. x. croci, 3. iii. confice cum succo absinthii.

Has pillulas habemus in usu sub nomine pillularum turbitatarum, etiam sunt in usu sub nomine pillularum auræ, tum Mes. tamen quando medicus ordinat pillulas aureas intelligitur secundum descriptionem quæ est de mente Nicolai. Ioan. Serap. in antidotario ait pillulæ albeen, & dicuntur pillulæ auri, sed non sunt in usu.

PILLVLÆ de lapide lazuli, & lapidis lazuli ablu. 3. vi. epithimi, polipodii añ. 3. vii. scamoneæ, ellebori nigri salis ind. i. salis nigri añ. 3. ii. s. agarici, 3. vii. garioflorum, anisi añ. 3. iii. hieræ pigre, f. hieræ Gal. 3. xv. confice cum succo endiuæ.

Has pillulas habemus in usu, lapis lazuli secundum Sera. oportet q̄ eligatur color cuius est cœlestis multum, & est leuis sine asperitate & sine mixtione alterius lapidis, & qui nõ frangitur facile, & cuius frusta sunt magna. Mes. de ipso loquitur in cap. de lapide stellato, modus autem abluendi eundem dictus est supra, & sicut abluatur lapis lazuli, sic etiam abluatur lapis armenus.

PILLVLÆ de lapide armeno, & lapidis armeni loti & parati, hieræ pigre añ. 3. v. epithimi, polipodii, añ. 3. vii. scamoneæ coctæ in citonio, i. diagredii, 3. iii. garioflorum, 3. ii. salis ind. 3. i. s. confice cum succo solatri, i. herbæ moræ uel morellæ.

Has pillulas habemus in usu, sed raro. Idem Mes. in cap. de soda frigida ab humore melancholico habet unam aliam descriptionem quæ est ex auctoritate Alexandri, sed nõ idem est.

Lapis armenus secundum Mes. melior est habens colorem medium inter uiridem & obscurum terreum & indum, & habet macularum distinctiones uirides & nigras. Auicē. ait, in ipso est aliquantum azuli coloris, & non tamen est in colore azuli, & non est in eius soliditate, modus abluendi ipsum est sicut abluatur lapis lazuli, cuius modus supra fuit positus.

PILLVLÆ ad omnes morbos catarrhi & cortizæ & tussis catarrhalis, & myrræ purg. 3. vi. oilbani, i. thuris, 3. v. opii iusquiami añ. 3. iii. croci, 3. i. s. radicem linguæ canis, 3. iii. s. fiant pillulæ & administrantur.

Istæ pillulæ apud nobiles medicos sunt multum in usu sub nomine pillularum ad omnes morbos catarrhales. etiã sunt in usu sub nomine pillularum de cinoglossa, sed hoc est ex secretis medicinæ, & à multis cognita non sunt. Nicolaus habet unam aliam descriptionem, sed suæ propriæ uocantur pillulæ de cinoglossa, sed non sunt in usu, tamen infra apparebit earum descriptio. Etiam infra apparebit una alia descriptio pillularum quæ dicuntur pillulæ de alchaiber, i. de cinoglossa, sed non tenentur confectæ.

Lingua canis, id est cinoglossa, & componitur à cinos quod est canis, & glossa quod est lingua, inde cinoglossa, i. lingua canis. Ioannes anglicus in cap. de scissuris labiorum inquit, cinoglossa, i. lingua canis. Mes. non ponit cum quo li

quore debeant fieri, sed uidi ipsas confici ex succo radicis ipsius cinoglossæ.

PILLVLÆ de serapino ex parte, & serapini, armo/niaci, oppoponaci, bdellii añ. 3. ii. s. seminis apii, ameos ar/mel, anisi añ. 3. i. acori, feitaragi indi, i. lepidi, calamenti, folii centaureæ, polii, colli, salis gemmæ añ. 3. s. aloes, 3. vi. colloquintidæ, 3. v. fiant pillulæ & administrantur.

Istæ pillulæ sunt illæ quas nostri doctores laudant, supra posita fuit una alia descriptio ex auctoritate eiusdem, sed nõ sunt ita laudata.

Armel uero scriptum sine litera h, secundum Matth. syl. est tertium genus ruthæ, sed harmel cum h, est cicuta, sed falso, nam harmel tam cum h, quam sine h, idem importat ut dictum fuit supra, de forma ipsius in confectioe pillularum aggregati, maiorum apparebit.

Folium j. malabaturum, loco eius à modernis multis mactis ponitur, aut spica nardi.

Centaurea, i. centaurea minor, sunt. n. duæ species secundum Mes. maior, f. & minor inter quas distinguunt proprietates notæ. Electio, minor melior est in omnire, cuius flores & crura colorem habent citrinum palearem, & melior pars plantæ sunt flores & semina ipsius, & melius tempus collectionis ipsius est principium æstatis.

PILLVLÆ de bdellio maiores, & bdellii, 3. x. ameos, 3. iii. chebulorum indorum, belleri, embli, uenarum adustarum, charabæ añ. 3. ii. s. infundatur bdellium in succo porri, & fac pillulas in modum ciceris.

Istæ pillulæ sunt illæ quibus communiter utimur, dicuntur autem maiores ad differentiam minorum, eo q̄ plura simplicia ingredientur, idem habet unam aliam descriptionem, & sunt ex inuentione sua, & hæc sunt apud quosdam in usu. Ioan. Serap. in suo antidotario habet tres descriptiones, sed nõ sunt in usu. Ras. in. 3. Almanfo. in cap. de hemorroidibus & fistulis & ragadiis quæ in ano sunt, habet unam descriptionem, sed idem non est.

Bdellium secundum Plin. in britania nascitur, cuius arbor est nigra magnitudine oleæ foliis arboris & c. Dios. autem in armenia illud nasci dicit, & laudat illud quod lucidum est & subalbidum lenè æqualiter cereũ & q̄ facile mollitur & c. Au. distinguit in iudaicũ & mechium, & dicit q̄ ambo sunt ex palmis syluestribus, laudat autem illam speciem quæ est clara & amari saporis, & est munda à lignis, & est facilis resolutionis, boni odoris, cuius fumus habet odorem picis, & cum antiquatur bdellium iudaicum egreditur à lenificatione ad exlicationem. Dinus florentinus in lib. 2. in cap. de cura scrofularum ait, almugath, i. bdellium, quod falsum est nam almugath siue mugath est radix granati syluestris, de qua Au. in. 2. can. speciale facit cap. & redarguit, sed male eos qui dicunt q̄ est radix granati syluestris.

Venarũ adustarũ notandũ q̄ uena per uarias intetiones accipitur, de qua Gentilis in. 3. can. super cap. de canonibus generalibus curationis agridudinũ oculorũ inquit. q̄ uena aliquando accipitur pro uena tinctorum, i. rubea tinctorum, aliquando pro uena celidonia, aliquando pro mineralibus terra, aliquando sumitur uena pro uermibus terrestribus, alii uero puenas intelligunt radices feniculi & petrosellini & c. sed in isto loco per uenam aliud intelligitur, est. n. litera corrupta, nam debet dicere auellanarum adustarum, sicut testatur Matth. sylua. in litera uena ubi sic ait, uena est radix plantarum, uel uena corporis, uerum est q̄ in antidotario Damasceni, i. Mes. in receptione pillularum de bdellio, ponitur uenarum adustarum, quod contingit ex errore scriptoris, quia debet dicere auellanarum adustarum quæ omnibus notæ sunt. Lumen apothecariorum dicit quod debet dicere uenariarum adustarum, i. radicem acori, sed hoc falsum est, ut patet ex sententia Matthei syluatici qui alterius est auctoritatis q̄ istud fuscum lumen, uel adhuc uerius tenebra.

PILLVLÆ de bdellio ex inuentione nostra, & mirabolanorum nigrorum, emblicorum, bellericorum añ. 3. v. bdellii, 3. x. scorix ferri, seminis porri añ. 3. iii. coralli adusti, charabæ, conculæ adustæ añ. 3. i. s. margaritarum, 3. s. confice cum aqua porri.

SECTIO OCTAVA

Has pillulas habemus in usu, sed non tantum ut maiores corallus secundum Dios. arbor est quæ in fundo maris nascitur. quando autem simpliciter reperitur corallus de rubeo intelligitur. modus autem adustionis ipsius talis est. oportet quod terantur grosso modo, & ponantur in olla terrea, & ponantur in furno per noctem, si bene cõburitur bene est. si non, iterum ponantur donec cõburantur, & melior corallus est qui est ueræ tubedinis, & qui nulla aut pauca foramina habet.

PILLVLÆ de colloquintida. & colloquintida. 3. vi. mirabo. nigrorum citrinorum. serapini. bdellii. sarcocollæ añ. 3. v. aloes. 3. vii. nigelle. cimini. carmen. organi. persici nasturtii albi. salis gemmæ. uisci romani añ. 3. i. infunde gummas in aqua porri. & fac cum cæteris pillulas.

Has pillulas habemus in usu, sed non multum. Colloquintida secundum intentionem Mes. est fel terræ. secundum uero intentionem Irido. fel terræ proprie est centaurea. Idem sentit Simon Ianuë. Circa instans autem ait. colloquintida pomum est cuiusdam fructus in transmarinis partibus nascentis circa regionem Hierusalem, & cucurbita alexandrina dicitur, & nota quod tam pomum quam fructus dicitur colloquintida.

Nasturtium album. i. nasturtium babilonicum. Aui. in. 5. cañ. in metridato inquit. alfeis. i. nasturtium babilonicum. & secundum Mattheum est nasturtium orientale, de eo dictum fuit supra in confectioe metridati.

Vilcum romanum. i. glutem romanum, & glutem romanum apud Serap. est mastix. Aui. mastix alius est romanus albus, & alius enabathi ad nigredinem declinans, & melior est ille qui est albus mundus & magnus.

PILLVLÆ de oppoponaco. & oppoponaci. hermodactyli serapini. bdellii. armoniaci. colloquintida añ. 3. v. croci castorei. myrræ. zinziberis. piperis. macropiperis. castiæ. mirabo. citrinorum. indorum. bellericorum. emblicorum añ. 3. i. scamoneæ. 3. ii. turbith. 3. iii. aloes. 3. xii. infundatur gummi in aqua caulium, & fiant ex eis pillulæ.

Has pillulas habemus in usu, maxime secundum istam descriptionem, ipse in cap. de paralesi habet aliam descriptionem, sed non est eadem. & Auic. in. 5. cañ. habet aliam, & est eadem.

Oppoponacum secundum Mes. est gummi plantæ cuiusdam similis ferulæ, cuius stipites eleuantur super terram cititer cubitum uel duos, & melius ex eo est quod est citrinum extra, & subabidum intus, & quod est amarum. Aui. ait. oppoponax est arbor quæ non eleuatur à terra, & simulantur ipsius folia foliis ficus. idem in cap. de chemescir ait. quod est in dispositionibus alleustræ. oppoponacis, & aliquando uocatur alfofir.

PILLVLÆ de hermodactylis maiores. & hermodactylorum. aloes. mirabo. citrinorum. turbith. colloquintida, cuius loco possunt poni troc. alandahal. bdellii. serapini añ. 3. vi. castorei. sarcocollæ. euforbii oppoponacis. harmel. i. tertii generis ruthæ. apii añ. 3. iii. croci. 3. i. s. confice cum succo caulium, & fac pillulas.

Istæ pillulæ sunt illæ quibus utimur, dicuntur maiores ad differentiam minorum, eo quod plura simplicia ingrediuntur pillulas maiores quam minores, & ambæ sunt in usu, & ex inuentione sua sunt in usu. Rasis in. 5. Almanforis habet unam aliam descriptionem, sed apud nos non est in usu, tamen infra descriptio sua apparebit.

Hermodactylus secundum Mes. est radix herbæ montanæ, & eius alius est longus sicut digitus, & alius rotundus est. ille de quo ipse intelligit est alius albus, alius rubeus, & alius niger melior ex eis est ille qui habet proprietates tres bonas. i. qui est albus & tere albedinis intra & extra, & qui est grossus & qui est duritie mediocris. Auic. in. 2. cañ. duo facit cap. unum de flore qui dicitur digitus Hermetis. aliud de hermodactylo. hæc apud nos in locis aquis nascitur, sed non est ualde utile. ille uero qui in montibus reperitur est nobilior. hæc radix utilis est quidem ægritudinibus iuniorum. Gal. autem in cap. de medicinis Zenonis in suis experimentis in electuario de centaurea pro hermodactylo scripsit zurigen, quod idem est.

PILLVLÆ de hermodactylis minores. & hermoda-

ctylorum. 3. v. scamoneæ. 3. ii. s. mirabo. citrinorum. 3. iii. rosarum. 3. ii. aloes. 3. x. confice cum chatartico rosato.

Istæ pillulæ secundum istam descriptionem non sunt in usu. potest autem dici quod dicuntur minores, eo quod pauciora simplicia ingrediuntur ad differentiam maiorum, uel dicuntur minores, quia habent minorem efficaciam.

Chatarticum uero apud græcos est purgatiuum. & ideo hic Mes. docet conficere prædictas pillulas cum chatartico rosato. i. cum purgatiuo facto cum succo rosarum, quod uocatur electuariu rosatu ex auctoritate ipsius, sed electuariu de succo rosarum est ex auctoritate Nicolai, sed hic de illo quod fit de mente Mes. debet intelligi & poni, & non aliud.

PILLVLÆ de hermodactylis ex inuentione sua. & hermodactylorum. aloes añ. 3. v. mirabolanonum citrinorum turbith añ. 3. iii. zinziberis. 3. ii. fac pillulas cum electuario rosato, da. 3. ii.

Istæ pillulæ quæ sunt ex inuentione Mes. apud nostros medicos sunt multum in usu. sunt. n. expertæ ad ea quæ dicit Mes. & sic etiã maiores sunt expertæ, sed minores non tantum.

PILLVLÆ sebeliæ. & spicæ indæ. 3. v. spicæ romanæ. 3. ii. raued. agarici. epithimi añ. 3. iii. colli. masticiis. cameis dreos. amomi añ. 3. iii. croci. 3. ii. myrræ. cinnamomi. garioflorum. squinanti añ. 3. i. aloes. 3. x. fiant pillulæ cum uino antiquo, & da. 3. ii. cum uino permixto.

Has pillulas habemus aliquando in usu secundum quosdam dicuntur sebeliæ à compositore.

Spica romana apud Aui. est spica celtica. idem ait Serap. in cap. de spica. uide de ipsa in confectioe de spica romana.

Hic est finis impositus distinctioni pillularum quæ postæ sunt in antidota. Mes. uenit nunc alias ab eo & aliis alibi colligemus.

PILLVLÆ bichichiæ Mes. in cap. de tusfi sicca. & succi liquiritiæ. zuchari taberzet. i. albi añ. aur. vi. siue. 3. ix. amili dragaganti amigdalorum dulcium añ. 3. iii. confice cum mucillagine psillii uel citoniorum.

Has pillulas habemus in usu, maxime secundum hanc descriptionem. idem in cap. de raucedine uocis habet unam aliam descriptionem sed non est in usu. Rasis in. 5. Almanfo. in cap. de tusfi habet unam aliam descriptionem, & eadẽ est. Auic. in. 3. cañ. in fen. x. in cap. de cura tusfis & sputo sanguinis, habet unam aliam descriptionem. sed non est eadem. Iunẽ malucens describit unam descriptionem ex auctoritate Mes. sed falsa est descriptio sua in pondere, & non debent fieri.

Pillulæ autem bichichiæ uel bechia. est compositio ad tusfim, & earum forma est ut lupinus aut trociscus, & tenentur sub lingua lambendo.

PILLVLÆ de croco. Mes. in cap. de raucedine uocis. & croci. 3. iii. cubebe. 3. i. s. succi liquiritiæ. olibani. i. thuris añ. 3. i. fac pillulas cum rob. i. uino cocto & sunt pillulæ magne, & teneat patiens unam sub lingua, & glutiat saluam eius, & sunt expertæ.

Has pillulas non habemus in usu. Crocus. s. orientalis qui uulgo dicitur zaffaram. Ioan. Serap. in suo breuiario in cap. de ægritudinibus quæ generantur in auribus ait. zaffaram. i. crocus orientalis. idem dicunt arabes.

PILLVLÆ alia conferentes ad omnes reumaticas passiones, & sunt de libro Alexandri medici, & eas describit Mes. in cap. de cura catarris, quarum hæc est permixtio. & myrræ. 3. iii. thuris masculi. 3. ii. s. opii. iusquiani. radicem alcalchar sicca añ. 3. ii. confice cum succo alchazaber humida. da ex eis à tribus usque ad. v. in sero, sunt. n. mirabiles.

Istæ pillulæ secundum intentionem Mes. sunt ex auctoritate Alexandri medici, & sic credo, quia idem in cap. de tusfi ait. Alexander. confectio pillularum ad tusfim catarralem & est ex medicinis benedictis, & est ex secretis artis, & conferunt ad omnes ægritudines catarrales, & uocantur pillulæ alchaiber, & dictæ sunt in cap. de catarro. & sic est quod hæc est descriptio pillularum de alchaiber, & quid sit alchaiber generaliter ignoratur. Ioan. arculanus in cap. de catarro ait. pillulæ alchaiber secundum descriptionem Alexandri medici apud Mes. in fine cap. de catarro sunt præstantissimæ. Et per alchaiber intelligitur cinoglossa siue lingua canis, & sic est secundum

secundum ueritatem. q̄ hęc est descriptio pillularum de cinoglossa, sed apud nos non sunt in usu. illa uero descriptio qua utimur est illa quam superius scripsi sub nomine pillularum ad omnes morbos catarrhi.

Alcalcachar siue calcachar est lingua canis siue cinoglossa, & componitur à cinos gręce quod est canis. & glossa quod est lingua. Et nota q̄ meo tempore uidi multos hereticos uendentes ignorantibus apothecariis quinqueneruiam siue plantaginem minorem pro lingua canis, sed aliud est. hic uero per alcalcachar siccam intelligitur radix ipsius puluerizata ac contrita.

Alchazaber humida. i. recens. & est lingua canis seu cinoglossa, sed generaliter dubitant aliqui an alcalcachar & alchazaber sint idem, sed sine dubio idem sunt, uerum est q̄ per alcalcachar intelligitur radix ipsius. & per alchazaber intelligitur succus ipsius. similiter in antidotario Nicolai in cōfectione pillularum de elasterio. Nicolaus dicit de elasterio quantum de pulueribus hoc est de puluere radicū elasterii, & est radix cucumeris asinini. postea ait. confice cū succo ficidis. i. cum succo cucumeris asinini, tamē idē debet intelligi.

PILLVLÆ de storace. Mes. in cap. de tusi. & storacis liquidæ albæ, olibani myrræ, succi liquiritiæ, opii an. 3. iii. fiant pillulæ sicut cicer. dosis eius est. ii. aut. iii.

Has pillulas non habemus in usu. Rasus. Almanforis in cap. de tusi, habet unam aliam descriptionem quæ eadem est. idem in libro diuisionum in cap. medicinarum tusi sis almatris, & saniei, habet unam aliam descriptionem.

Storax liquida est satis nota.

PILLVLÆ de hiera simplici. Mes. de mente Gal. & specierum hieræ pigræ. Gal. 3. i. conficiantur cum melle dicto geleniabin quantum sufficit, & fiat magd. leon.

Istæ pillulæ sunt multum in usu, descriptionem uero specierum uide supra in tractatu de electuariis, in loco ubi est hierapigra sicut dictum fuit de speciebus hieræ pigræ, sit cōfectio hieræ pigræ cum melle secundum artem, & hęc dicitur à doctoribus hierapigra Gal. & quandoq̄ de prædictis speciebus completis cum geleniabin sit pasta bona, & tunc à doctoribus uocantur pillulæ de hiera Gal. seu de hiera simplici, & de istis debet intelligi quando simpliciter medicus ordinat hieram, intra apparebit una alia descriptio pillularū de hiera composita, quæ etiam sunt in usu.

PILLVLÆ masticeæ secundum Conciliatorem in cap. de indigestione stomachi. & mastice. 3. iii. aloes electi 3. x. agarici boni. 3. iii. confice cum succo altillie & fiant.

Istæ pillulæ sunt illæ quas nostri doctores laudauerunt in multis proprietatibus. Franciscus de pedemontium in cap. de medicinis appetitus corrupti, ponit hanc eandem descriptionem Idem Franciscus in cap. de nocuentis digestio nis, ex quibus est debilitas destructio & corruptio, & cura eius habet aliam. Mes. in suo grabadin in cap. de caput purgans conferentibus, sordæ frigidæ habet unam aliam descriptionem, & dicit quod mundificant stomachum & caput & accipiuntur omni tempore, & dicuntur pillulæ de mastice, sed non sunt in usu.

Altillia aut altimilia idem est. O quanta differentia reperitur in hac maxime ab ignorantibus apothecariis ac medicis ut est lumen malelucens. nam ipse dicit q̄ altillæ est uinū uel sapa uel rob, quod falsum est. uerum si Conciliator diceret, conficiantur cum tile esset uinum coctum, sed ait cum succo altillie, id est arthemisia. nam istud uocabulum (sicut dictum fuit mihi) est quasi uulgare, quia in partibus hispaniæ dicunt altimilia, id est arthemisia. Præterea Au. in. 5. can. in tyriaca Esdræ inquit. succi altillie & est albelengis. & dicitur abrotanum syluestre. ergo est arthemisia. nam belengis apud Gal. in. 6. simpli. est arthemisia. Præterea Conciliator seu Petrus de ebano dicit q̄ compositio harum pillularum est medicina matricis uitiosæ & uiscerum interiorum. arthemisia ad idem mirabiliter ualet, & sic est q̄ altillia est mater herbarum siue arthemisia, loco eius potest poni syrus de sticados.

PILLVLÆ de quatuor rebus scdm Franc. de pedemontium in ca. de dolore intestinorū & medicinis eius, & sunt

expertissime. & colloquintida, loco eius troc. alandahal, secapini, salis gemme, diagredii cocti. an. 3. ii. terantur, & conficiantur cum succo porri.

Istæ pillulæ non sunt in usu apud nos. dicuntur autem de quatuor rebus à quatuor simplicibus quæ in ipis ingrediuntur sine liquore.

PILLVLÆ de benedicta. & specierū benedictæ simplicis completarum. 3. vi. fiant ex eis pillulæ cum geleniabin. i. melle rosato.

PILLVLÆ de spica scdm Fran. de pedemontium in. c. de hydropisi. & spicæ. 3. iii. agarici, amomi, rauced. i. reubarbari. Epitomi, mastice, costi, camedreos an. 3. iii. myrræ, cinna mi. i. cinnamomi grossi, squinanti, gariofilorū an. 3. i. aloes. 3. viii. fiant pillulæ.

Istæ pillulæ non sunt in usu. Spica. s. spica nardi. Dioscoridus herba est spinosa. nā gręcis nardoistachios appellatur, eius genera sunt duo. unum indicum, & aliud siriacū, & non quia in syria inuenitur, ideo nomen accepit, sed quia mons ubi nascitur pars eius in indiam porrigitur &c.

PILLVLÆ sine quibus esse nolo secundum Nicol. & aloes optimi abluti & odoriferi. 3. xiii. quinque mirabolanorum, reubarbari, mastice, absinthii, rosæ, uioletarum, sene, folliculorum sene, agarici, cuscute an. 3. i. temperentur cū succo feniculi, in quo sint scamoneæ bene trite. 3. vi. s. admisceantur, ita tamen q̄ puluis scamoneæ per pannum in ipso succo sit expressus, & sit tantum succi quod sufficiat ad confectionem pillularum ad modum ciceris informentur manibus cum oleo uiolato unctis uel oleo communi abluto secundum doctrinam, & usui referua.

Pillulæ à rotunditate dicuntur. sine quibus esse nolo pp magnam efficaciam & uirtutem quā habent ad purgandos humores, etiam ualent ad obscuritatem oculorum. Gilbertus de angliā in. c. de scothomia & uertigine, habet unā aliam descriptionem quæ est conformis huic. Quinque mirabolanos sunt proprie citrini chebuli nigri. indi emblici & bellericici, & sic istæ quinque species debent intelligi per quinque mirabolanos scdm enim quosdā sapientes species mirabolanos sunt tm tres. i. citrini, chebuli & indi. nā alias duas spēs non computant inter mirabolanos. quare Mes. separata de ipsis facit capitula. moderni uero addiderunt bellericicos & emblicos, & sic p quinque mirabolanos, de istis quinque intelligitur. unde uersus. Mirabolanos species dic quinque bonorum. Citrinus chebulus bellericus emblicus indus.

Scamonea est solutium magnum antonomastica. scdm intentionē Nicolai in istis pillulis debet esse bene trita, sed secundum opinionem aliquorum doctorū debet esse grossa, dum ponitur in pillulis ac electuariis, & inquit q̄ ratio hęc est primo q̄ scamonea est uenenosa & est ualde nociva stomacho & furiosa. unde si bene trituraretur intraret porositates stomachi, & longo tēpore ibi maneret, apothecari uero moderni sic faciūt, sed loco eius ponunt diagredium. i. scamoneam pparatam coctam in pomo citonio. antiqui dicebant diagredium uel acridium, moderni diagredium.

PILLVLÆ aureæ. & aloes diagredii an. 3. v. rosæ seminis apii an. 3. ii. s. anisi, feniculi, mastice an. 3. i. s. croci colloquintidæ interioris. 3. i. informentur ad modum ciceris, cum aqua infusionis draganti.

Has pillulas habemus in usu. dicuntur autem aureæ, quia sicut aurum inter omnia metalla preciosius est, sic istæ pillulæ inter omnes alias preciosæ habentur. Gilbertus de angliā in. c. de scothomia, & uertigine, habet unam aliam descriptionem quæ eadem est. supraposita fuit una descriptio sub nomine pillularum de turbid, & sunt de mente Mesue qui dicit quod sunt pillulæ aureæ, sed non sunt tante dignitatis ut istæ.

PILLVLÆ de castoreo. & castorei, piretri, opii, croci, zinziberis, euforbii, elaterii, mabatematicon, leucopiperis id est albi, nigellæ, saxifragiæ, epithimi, spicæ scilicet nardi, ellebori albi an. 3. i. confice cum succo bletæ, informa ad modum piperis.

Istæ pillulæ non sunt in usu. Castoreum autem est animal quod apud sera, castor uocatur. Au. autem ait. castoreum

SECTIO OCTAVA

est testiculus animalis marini quod submergitur, & inuenitur par suspensum ex radice una sicut duo fella uaccina excisa, & habet corticem subtilem qui quolibet tactu frangitur. Electum ex eo est quod duo testiculi sunt simul adhaerentes pares. illud enim non adlitteratum est, & eius quidem adulteratio fit ex opponaco, & gummi cōfectis cū oleo & pauco castoreo, & desiccatur in uesica.

Elaterium est succus cucumeris asinini secundum compositorem. idem dicit Dioscor. infra in pillulis de elaterio mellius ostendam.

Mabatematicon. i. succus cauliculi agrestis scdm Nicom. caulis uero agrestis scdm Dio. nascitur in locis maritimis & desertis: albidior & longior domestico, & amarus. quidam putat, sed non recte ipsum esse cōditi seu structū, de quo citius instans structum est cauliculus agrestis, sed falsum dicit. idem ibi ait ubi inuenitur. Mabatematicon succus ponitur qui sic appellatur, ueritas tñ est q̄ mabatematicō est succus cauliculi agrestis, sed non est structum. i. conditi.

PILLVLÆ optomerae. R. aloes diagredii an. 3. ii. colioquintidae interioris, epithimi cretici. i. illius insule, agarici, chebuli, masticeis, absinthii an. 3. i. temperentur cum succo strigini, & in modum ciceris informantur.

Has pillulas non habemus in usu. dicuntur autem optomerae id est de octo rebus.

Strignus scdm Dio. species habet quatuor. quarum prima est hortulana, odoris iocundi, hæc comeditur, & hæc est quam nos solatrum uocamus, aut morelam uulgo. *Macer.* Herbam quam greci strignum dixerunt, latini Maureolā dicunt. scdm Serap. solatrum est uua uulpis. scdm uero Mesue uua uulpis aliud est ut apparet apud ipsum in. c. de alsefera, sed maior pars sapientum tenet hanc opinionē q̄ uua uulpis siue uua canina sit strignum seu solatrum.

PILLVLÆ scriptice ualent contra fluxum uentris. R. myrtillorum, balaustie, psidia, simphiti, sanguinis draconis, boli ar. acatiae, rosarum, tartari. i. lapidis uini, hypoquistidos, sumach. i. roris siriaci, croci, galliae muscatae, galangae, cinnamomi, spodiū macis, gummi ara. an. 3. i. opii thebaici. 3. s. temperentur cum succo cimarum myrtæ, uel lentisci, uel plantaginis, & fac pillulas in modum ciceris, non sunt tamē in usu apud nos.

Psidia. i. cortex granati, psidia uero est storax liquida. Simphitum. i. cōsolida maior, seu anagalicum. Aui. in. 2. can. scribit succutum, sed & simphitum, dicit q̄ est semperuiua, & dicit q̄ est spēs seminis mandragoræ. idem in. 3. cano. in fen. x. in. c. de cura sputi sanguinis ait succutum & est semperuiua, & dixit. uir in quibusdam que aggregauit q̄ est species calamenti nascens inter lapides que teritur & comeditur cū sale, & nominatur nimusil alburæ syluestre, & in hoc est consideratione, neq̄ per id. Aui. cognouit quid esset.

Lentiscus arbor est nota. Isid. in. c. de propriis nominibus arborum ait. lentiscus dicitur q̄ cuspis ipsius lētus sit & mollis. nam lentum dicimus quicquid flexibile est. unde & lentum uimen & uites. Virgilius & lente uites. i. flexibiles: cuius fructus oleum desudat cortex resinam que masticæ appellatur, cuius plurima, & melior in chio insula gignitur.

PILLVLÆ de quinque generibus mirabolatorum. R. omnium mirabolatorum, agarici, diagredii. colloquintidae, senæ an. 3. i. s. epithimi, turbith, anisi, maratri, masticeis. lapidis lazuli an. 3. ii. s. gra. v. aloes. 3. una conficiantur cum succo absinthii.

Has pillulas non habemus in usu. Bartol. monta. in suo antidotario habet unam aliam descriptionē & eadem est. Nicolaus dicit q̄ sunt pillule de quinque generibus mirabolatorum postea ait. R. omnium mirabolatorum, quod nō est sic dicendum nam per quinque mirabolanos intelliguntur citrini, chebuli, indi emblici, & bellirici, & per omnes mirab. intelliguntur sex. nam Serap. ponit seni quod non reperitur apud Mesue. uerum hodie per omnes mirabolanos quinque mirabo. intelligi uolunt. f. citri. chebu. indos: bellirici. & emblici.

PILLVLÆ arthetice ualent cōtra artheticam & podagram. R. hermodactylorum, turbith agarici an. 3. iiii. castoreo

siæ spicæ gariofoli, xilobalsami, carpobalsami, zinziberis masticis, feniculi, anisi, saxifragiæ, seminis sparagi, brusci, rosæ, granorum solis. i. milii solis. salis gemæ an. 3. s. aloes ad pondus omnium, conficiantur cum succo feniculi uel iugæ.

Has pillulas habemus in usu. dicuntur autem arthetice, quia ualent ad artheticam passionem. i. ad passionem iuncturarum, non autem dicuntur arthetice ubi herba que arthetice dicitur. cuius forma est sicut consolida minor cum flosculo coelesti. iuxta uias hæc nascitur. Glibert. de anglia in. c. de cura arthetice secundum magistros ait pillule arthetice magistrorum salernitanorum, & idem sunt. Nicol. Rossen. in lib. 7. in. c. de præseruatione à doloribus iuncturarū ait. pillule salernitanorum que uocantur pillule arthetice, & idem sunt.

Iua. i. ziniā. Mes. laudat ipsam in. c. de ægritudinibus neruorum generaliter apothecarii faciunt ipsas pillulas cū succo feniculi, sed Glibertus ac Nicolaus laudant magis succo iugæ, & est camepitheos. sed hæc à multis cognita nō est.

PILLVLÆ ante cibum & post. R. masticis, granorū solis. i. milii solis, croci, spicæ. s. nardi, nucis muscatae, gariofoliorum, macis, zinziberis, galangæ, iuniperi, apii, petrosellini, feniculi, sparagi, brusci, cypri, carui, cubebe, xilobalsami, came dreos, camepitheos, thimi, epithimi, senæ, costi, saxifragiæ, lapidis lycis, pulegii, sileris montani, turbith, ameos, amomi, seminis anethi, portulacæ, lactucæ, zedoariæ an. 3. i. reubarbari ad pondus omnium, aloes ad pondus reubarbari, & omnium aliorum cōficiuntur cū uino ueteri rubeo.

Istæ pillule apud nos nō sunt in usu, sed scdm intentionē luminis tenebro si sunt in usu sub nomine pillularum imperialium, sed non recte. nam istæ non sunt pillule imperiales quibus generaliter utimur, ut est notum doctoribus ac apothecariis. illam uero descriptionem pillularum imperialium quibus utimur inferius subiungam.

PILLVLÆ de elæctuario seu elæcterio. R. aloes. 3. ii. masticis. 3. i. elæcterii quantum de pulueribus. f. 3. iii. cōfice cū succo sicidis uel cū succo actis uel cameactis, & da. 5. iii. uel. v. suauiter enim soluant & principaliter melancholiam & flegma purgant, secundario choieram.

Has pillulas habemus in usu, tamen non multum sub nomine pillularum de cucumere asinino, nam elæcterium est succus cucumeris asinini sicut apparet apud Dio. in proprio c. de elæcterio. Præterea Serap. c. de cucumere asinino ait. elæcterium fit ex fructu cucumeris amari in hunc modum. Accipe de cucumeribus illis anteq̄ ueniant ad plenam maturitatem & coacerua eos, & dimitte sic nocte una, postea in meridie pone coram te uas, & pone super cribrum non spissum & resupina super ipsum culteillum & fac sicut docet ibi Serap. & melius elæcterium est illud quod uergit ad colorem album lene, amarū, humidum, & quando appropinquatur lumini accenditur.

Petrus de crescē. ait. cucumer agrestis est herba nota, ex cuius succo fit elæcterium. idem ait circa instans, lacterides aut aliud est, ut apparet apud Dio, & est catapucia.

Sicidis. i. cucumeris asinini, & hic intelligitur de radice. ignorantes apothecarii mirantur q̄ elæcterium sit succus cucumeris asinini, & sicidis sit radix ipsius & dicunt q̄ possibile non est q̄ in illis pillulis ingrediatur succus fructus cucumeris & radix ipsius, sed tales ignorant. nam experientia reperitur eadem in pillulis alchaiber. id est de cinoglossa, ut dictum fuit supra.

Actis. i. sambucus, cameactis. i. ebulus quasi infima seu humilis actis ac chame quod est infimum, qui autē dicit. Ebulus est actis sambucus est chameactis. non dicit ueritatem, & hæc apud nostros rusticos lotex dicitur.

PILLVLÆ de cinoglossa. R. cinoglossa, opii, seminis iusquiami an. 3. iiii. myrræ trochiten. 3. vi. oilbani. 3. v. gariofolii. 3. ii. cinnamomi, cozumbri an. 3. ii. confice cum rosato stomate. i. cū aqua rosata & formentur inde pillule ad modū ciceris, ex quibus. v. aut. vii. eunti dormitū exhibeantur.

Istæ pillule apud nos sunt in usu, sed non utimur ipsis secundum istam descriptionem, illa uero descriptio qua utimur fuit posita supra sub nomine pillulæ ad omnes morbos catarrales

catarrales, etiam supra habita una alia descriptio de mente Alexandri medici, ut supra ostensum fuit. Glibertus de anglia in cap. de causis tusis, habet unam aliam descriptionem & eadem est.

Cinoglossa est herba dicta lingua canis similis cinoglossae. i. plantagini maiori, nisi quia non sunt ei costae apparentes in foliis eius, sed sunt leuia satis, haec apud nos in pratis ac iuxta vias nascitur cum flore purpureo, tendente aliquantulum ad rubedinem, falsi autem herbatoci ignoratibus apothecariis uendunt pro lingua canis quinqueneruiam seu laeolam, sed ignorantia est utriusque.

Cozumbrum. i. fex storacis liquidum. secundum compositorem est storax rubea, seu timiama, seu thus iudeorum in medio storacis calamitae, aliquando cozumbrum inuenitur ei adhaerens.

Myrra trociscum. i. myrra trocites, siue smyrna, siue myrra rotunda minuta optima ac odorifera, circa instas ait, myrra gummi est cuiusdam arboris, cuius eligenda est clara & citrina, uel subrufa, interius aliquantulum lucida & grossa, & alia est myrra minuta, alia est grossa, & illa myrra trociscum dicitur uel a loco, ut quidam dicunt dicitur myrra trociscum, potest seruari per centum annos.

PILLVLAE arabicae. & aloes. 3. v. brioniae, quinque mirabolanorum masticis, diagredii, assari. i. assarabaccarum, rosarum an. 3. viii. coeue cum succo caulium uel absinthii addendo croci. 3. i. castorei. 3. iii.

Has pillulas habemus in usu. Glibertus de anglia in c. de cura arthetice, secundum magistros habet unam aliam descriptionem, & eadem est, illa uero descriptio quam scribit lumen malelucens non est fienda, quia deficit crocus in potere.

Brionia. i. cucurbita agrestis, haec apud Dio. uocatur ampelos leuce, uide de ipsa confectio de alfecera.

PILLVLAE de hiera magna. & specierum hierae pigrae magnae. 3. iiii. cum melle rosato fiant pillulae, aut cum succo absinthii.

Ista pillulae sunt in usu sub nomine pillularum de hiera magna quidam uocant ipsas de hiera composita, cuius descriptio fuit superius posita sub nomine hierae pigrae magnae, & istae omnes pillulae supradictae sunt de mente Nicolai.

PILLVLAE ad febrem quartanam in antidotario Io. Sera. & costi amari, spicae aromaticae, camedreos, cinnamomi, croci, assari, cimarum, squinanti, carpobalsami, amomi, scordeon, folii aristologiae rotundae, polii, masticis, gariofilorum, gentianae, ellebori nigri, an. 3. s. epithimi cretensis agari, polipodii myrrae an. 3. iiii. aloes abluti. 3. ix. terantur & conficiantur.

Has pillulas habemus in usu, & ualent mirabiliter contra quartanam ideo Ioan. Sera. habet unam aliam descriptionem, sed haec est nobilior, dixerunt quidam experimentatores si accipiantur cum uino albo quatuor folia pentastemonis puluerizati iuuant & destruant quartanam in matutinis tribus aut quatuor. Et si dentur de ipsis foliis trina ualent tertianariis, infra apparebit una alia descriptio harum pillularum, quae etiam sunt optima.

PILLVLAE communes secundum Rasium in. 4. Almanfo. in c. de pestilentia & eius cautela. & aloes. f. succotrinum. 3. iiii. croci orientalis. i. communis, myrrae an. 3. ii. dentur ex eis in principio pestilentiae.

Ista pillulae apud nos sunt in usu sub nomine pillularum communium. Et in usu sub nomine pillularum sine custodia. Auic. in lib. 4. in c. de praeservatione a pestilentia habet unam aliam descriptionem, sed ipse non ponit dosim specierum. Fran. de pedemon. in c. de cura passionum cordis ex aere pestilentiali habet unam aliam descriptionem sic dosando. & aloes, croci an. 3. ii. myrrae. 3. i. s. moderni generatim faciant ipsas ut docet Rasis & debent confici cum uino albo claro subtili & odorifero. Franciscus autem uult quod conficiantur cum aceto.

PILLVLAE chochiae secundum Rasium in. 3. Almanforis in c. de cephalaea & emigranea. & pulueris pigrae. 3. x. coloquintidae. 3. iii. & tertiam. scamoneae. 3. ii. s. turbiti, sticados an. 3. s. misce & fiat pillulae ex istis, & sunt doses decem.

Has pillulas habemus in usu maxime secundum istam

descriptionem dicuntur autem chochiae. i. capitales a chochos graece quod est caput eo quod mundificant caput. apud Halyabatem pillulae concam sunt pillulae chochiae. Mesue in suo grabadin in cap. de caput purgatis conferentibus sodea frigida habet unam aliam descriptionem quae sunt ex auritate filii Zachariae, & est eadem in simplicibus, sed in pondere non ipse Mes. adiungit pondus sticados & turbiti. idem in cap. de sodea ex aggregatione cholerae & flegmatis habet unam aliam descriptionem, quae est ex auctoritate Gal. sed eadem non est. Nico. habet unam aliam descriptionem quae est de mente Rasis quae in simplicibus eadem est, sed in pondere adiungit ut Mes. idem habet unam aliam quae est de mente Gal. sed non est in usu. si uero intentio medicorum est quod ipsae debeant fieri secundum intentionem Rasis. non oportet addere nec minuere dosim specierum, si uero intentio eorum sit aliter facias ut praecipunt.

Pigra. i. amara. o quanta diuersitas opinionum inuenitur in hac puluere pigre uidelicet quis est illa puluis pigrae qui intelligit Rasis. generaliter habetur opinio quod ipse sit puluis specierum hierae simplicis Gal. & sic uult lumen malelucens sed non recte, quia Rasis in. 3. Almanfo. in cap. de dolore & apostemate stomachi habet unam descriptionem pulueris pigrae, & hic est qui administrari debet in istis pillulis, & descriptio haec est. & pulueris rosarum rubearum, spicae, masticis, xilobalsami, carpobalsami, cinnamomi, xilocasiae. i. casis lignee, assari. an. 3. i. s. aloes succotrensis ad duplum ponderis omnium, quod bene tritum cum aliis misceatur medicinis tritis, & hic est puluis de quo intelligitur. uerum est quod ipsae descriptiones non differunt nisi in una re. uidelicet quod Rasis habet rosas. Gal. non. Gal. habet crocum. Rasis non. in reliquis concordant.

Colloquintida. i. cucurbita deserii. Mes. loco eius habet trociscos alandahal. 3. viii. Scamonea est succus cuiusdam speciei uolubilis. Rasis autem scamoneam. Mes. habet scamoneam antiochenam coctam in citonio. ergo est diagredium, & praedictae pillulae secundum plurimum debent fieri cum succo absinthii, aut cum uino albo.

PILLVLAE de hermodactylis maiores secundum eundem Rasium in. 3. Almanfo. in cap. de podagra & sciatica. & hermodactylorum satyrion meizahara an. 3. v. hierae pigrae. 3. x. colloquintidae, centaureae minoris an. 3. v. euforbii. 3. ii. turbiti. 3. x. seiteragi indi zinziberis sinapis, piperis castorei an. 3. ii. informantur ex eis pillulae ex quibus a duabus. 3. & s. ad tres fumantur.

Ista pillulae apud nos non sunt in usu, secundum istam descriptionem. idem in lib. diuisionum circa finem habet unam aliam descriptionem quae quasi eadem est. illa uero descriptio qua utimur est de mente Mes. ut ostensum fuit. Hermodactylus graece est dictus Hermetis digitus. Diosc. de ipso uidetur loqui sub nomine coltici sicut apparet apud Serap. cap. de hermodactylo. Satyrion est radix dicta ab Auic. testiculis uulpis. Pli. ait. satyrionis duo sunt genera. unum longioribus foliis oleae, caule quatuor digitorum, flore purpureo radice gemina ad formam hominis testiculorum. alterum uide apud eundem, de quo etiam dictum est in diasatyrion.

Mizaran. i. meizaran, & dicunt quidam quod est tapfia ab aliis quibus dicitur esse mezereon, quod etiam uidetur uoluisse Rasis. nam in descriptione pillularum de hermodactylis in fine libri diuisionum loco meizahara posuit mezereon. Auic. in. 2. ca. uocat ipsam mehezeregi, & dicit. est arbor sicut arbor scebram. i. esula. ueritamen est longior, in cuius colore est cinereitas ad citrinitatem declinans. quidam uero homines numerauerunt ipsam inter lacticia. Serap. de hac dicit quod confert doloribus iuncturarum & articularum, & addit. & dixerunt quidam quod uiderunt in foliis huius plantae id quod dixi in arbore agiae. & hoc est quod quando ponitur in siuuiis inebriat pisces, neque per id cognoui quid sit. Ioan. atculanus in ca. de podagra dicit. meizara. i. senae quod deus scit. Sataragi indum. i. agricardamum agreste. Rasis in libro diuisionum, ubi ut diximus scribit aliam descriptionem pillularum de hermodactylis loco seitaragi indi posuit tapfiam indam, ex quo apparet ipsum uelle quod seitaragi indum

sint descripte, tamen ibi describit suam descriptionem, & est eadem cum ista nisi solum in una re, & illa est spica nardi. secundum autem lumen malelucens pillula imperiales inueniuntur in Nicolao sub nomine pillulae, alia ante cibum & post cibum, sed uidetur esse falsus textus, nam illae pillulae quas describit Nico. sub nomine pillulae, alia ante cibum & post cibum non sunt pillulae imperiales, quibus tituntur medici. Et si tu legis descriptionem pillularum imperialium uel pillularum ante cibum, apud lumen apothecariorum non sunt pillulae imperiales, nec pillulae ante cibum, nec post cibum, sed istam descriptionem aggregaui cum multis aliis descriptionibus, & inueni eam optimam. Et sic secundum istam confici uolunt nostri medici.

PILLVLAE ad quartanam magistrales. R. serapini bene gummosi, colloquintida. an. 3. ii. diagredii. 3. ii. salis geminae. 3. i. fiant pillulae cum uino albo ad modum ciceris. capiam unam singulo die usque ad uiginti dies, saluo quod non capiatur illa die qua febris uentura est.

Istae pillulae ualent multum ad quartanam. uerum eius descriptiones sunt diuersae & differunt inter se. Supraposita fuit una alia descriptio quae est de mente Ioan. Serap. sed ille non fuit ualde in usu. Ioan. Matth. gradi in sua practica habet unam aliam descriptionem, sed non est eadem.

PILLVLAE de hiera composita secundum Bartholomeum montagnanam in suo antidotario. R. aloes epatici. 3. xiii. cinnamomi, spicae nardi, costi, squinanti, xilobalsami, xilocastiae, masticeis, affari, rosarum, cinnamomi, ablinthii an. 3. i. agarici, colloquintida, turbiti, bdellii mollis an. 3. i. fiant pillulae cum syrupo de sticados.

Istae pillulae sunt in usu, tamen non ualde. Quidam apothecariorum dant pillulas de hiera magna pro pillulis de hiera composita, sed non sunt idem. secundum intentionem Bartholomei, ut patet si legis istam descriptionem de hiera composita cum descriptione de hiera magna quae superius posita est.

Cinnamomi. i. canella fina subtilis & electa, ut est notum hic Bartholomeus in ista descriptione pillularum de hiera composita ponit bis cinnamomum, cuius causam ignoro, sed secundum quosdam debet dicere cinnamum. i. cinnamomum grossum, aut potest dicere amomum, ut uolunt multi.

Aggregaui in hac distinctione diuersarum descriptionum pillulas ex illustrium medicorum libris excerptas quae deferuire possunt intentioni cuiuslibet practicanis. Transibimus nunc ad sectionem de suffus & pulueribus si nos direxerit illa qui caeli condidit ornamenta.

De suffus secundum Mes. in suo antidotario.

V F F V F de ligni aloes. R. ligni aloes 3. iii. cardamomi, mente sicce, spicae marum, cyperi, corticis citri an. 3. ii. gallie squinanti an. 3. i. masticeis, anisi, api. an. 3. ii. zucchari ad pondus oium. da cum miva.

Suffus autem istud in usu non est. ualeat autem tantum dicere suffus quantum puluis subtilissimus sicut alcohol.

Marmacur apud Auicem uocatur maru, & ibi distinguit in plures species, & secundum opinionem iudei est marubium sed si diceret marmacor esset mellissa siue citraria.

S V F F V F aromaticum non est in usu. R. anisi aur. xii. seminis feniculi aur. iiii. liquiritiae, zinziberis. an. aur. iii. garioflorum, macis, cinnamomi, electi, galangae. an. aur. ii. gallicae muscatae aur. i. ligni aloes, corticis citri an. aur. i. s. musci boni. 3. i. quarta zucchari tabarzet. i. albi ad pondus omnium zucchari habet. i. zucchari candidi mediū pondus omnium.

S V F F V F bonum impinguatum. R. farinae cicerum infusorum in lacte dulci & exiccatorum, & iterum infusorum in lacte & exiccatorum, & sic fiat tertio, deinde coctorum. 3. vi. rizi abluti multotiens. 3. ii. tritici. & ordeo excoriorum & ablutorum multotiens exiccatorum, & multotiens infusorum in lacte & exiccatorum. an. 3. iii. amigdalaram dulcium. 3. v. papaueris, tortellarum de semi. i. panis asii. an. 3. iii. zucchari tabarzet lib. i. terantur & da ut sorbeat omni die mane. 3. iiii. postquam decoquitur cum lacte, aut cum aqua ciceris.

Rizum. semen est notum. graeci uocant ipsum oriza granum. Auic. in. 2. can. uocat rizon. idem in. 4. can. in fen. vi. inquit. cum alicui datur in potu cortex rizi, secundum quod dixerunt quidam primorum accidit statim dolor in ore & in lingua & apostematatur lingua eius, deinde extenditur dolor in umbilico & stomacho & intestinis eius, & inflammatur totum corpus eius, & nominat eum in uenenis, de cura uide ibi.

Triticum. i. frumentum. Isido. ait. triticum uel a tritura dictum quod purissimum horreo condatur, uel quia granum eius commouitur & teritur.

S V F F V F de granis myrti. R. granorum myrti, & granorum granatorum, acetosorum, tostorum. an. 3. xx. cimini. carmeni, infusi die ac nocte in aceto, & exiccati, & coriandri ficci similiter infusi & exiccati, & torrefacti, & sauich, anabac charub de spinis smach glandium an. 3. x. cur. & tarasthit an. 3. v. confice & da.

Ciminum carmenum, secundum Serap. ex auctoritate Rafis est ciminum agreste, & secundum Aui. est nigrum & secundum Mattheum sylua. est fistulosum sed non recte, uerum hodie loco eius fistulosum ponitur.

Sauich. i. ordeum & secundum Rafim est ordeum uel triticum fractum in parua frusta. Aui. in. 2. inquit. sauich iam dictum est in cap. tritici & ordeo, in cap. uero de ordeo dicit, aqua ordeo est nutritibilior sauich. Auer. in. 6. coll. frumentum fractum post lotionem in aqua infusum, deinde coctum sauich uocatur, haec est polenta. Nam ubicumque in Dios. habetur polenta. Serap. eodem loco ex uerbo Dio. habet sauich. & hoc nomen cadit super multas res. nam potest fieri sauich ex siligine & ex cucurbita, unde circa instans in cap. de ordeo narrat. ex ordeo multa fiunt quae competunt usui medicinarum. i. polenta far & farina, & aqua polentae fit ex farina & aqua, & sic de singulis. Moderni per sauich simpliciter uolunt intelligi ordeum immaturum.

Anabac siue nabac est fructus arboris dictae apud Diosc. agrifolium, & apud Aui. est fructus arboris dictae iadar, & hic fructus plura nomina habet. nam Dios. uocat ipsum agrifolium & lothos. Plin. lothos siue fabam graecam. Isido. ait. melia quam graeci loton appellant quae uulgo propter formam & colorem faba striata dicitur. quidam uocant ipsum granum anescem, & est fructus rubicundus quam nostri herbatitici laurum syluestrem uocant quidam uocant iurubas syluestres, sed prima expositio est melior. uide de ipso in syrupo de fructibus.

Charub apud arabes dicitur xilocasta, ergo est siliqua siue baziana quae in maritimis partibus inuenitur. Aui. in trociscis alindaracaron. i. Andromaci putauit, sed non recte ipsum esse darisahan. & posuit xilocastam ibi loco darisahan, quod est cortex buzae quod non creditur.

Curti. gummi arabicum & eius arbor secundum Serap. est arbor acaciae. Gentilis super. 3. can. in cura lubricitatis stomachi dicit. alchort. i. acatia, uerum moderni eo carentes ueram acatiam faciunt ex fructu prunellorum syluestrium, & inuenitur idoneae uirtutis.

Tarathit est similis fungo quae in radice plantae dictae barba hircina seu rosa canina nascitur, & fit ex eo hypoquistidos. apud Aui. uocatur henstides. Ioan. Serap. in suo breuiario in cap. de aegritudinibus quae accidunt in naso dicit quod hypoquistidos est barba hircina.

P V L V I S capitalis secundum Montagnanam in suo antidotario. R. pulegii, calamenti, corticis citri, maioranae, sticados, bethonicae, sandaracae, gariofi. an. 3. ii. misce & fiat puluis, & ponatur super caput in loco commissure aegrotatis.

Sandarax siue sandaraca secundum Moder. est uernix scriptorum, ut inquit Serap.

P V L V I S pro oculis ibidem. R. fistulosi, eufragiae, feniculi, cubeborum. an. 3. s. granorum paradisi, macis an. 3. i. cinnamomi, cimini. an. 3. ii. foliorum roris marini. 3. i. anisi. 3. s. misce & fiat puluis subtilis.

Grana paradisi est nux farta quae alio nomine melegeta uocatur, & est quam Aui. in. 2. can. uocat cobzbague, & dicitur melegeta, eo quod habet grana ad similitudinem grani melice. haec apud modernos uocatur heil & est cardamomum



Suffus autem istud in usu non est. ualeat autem tantum dicere suffus quantum puluis subtilissimus sicut alcohol.

Marmacur apud Auicem uocatur maru, & ibi distinguit in plures species, & secundum opinionem iudei est marubium sed si diceret marmacor esset mellissa siue citraria.

S V F F V F aromaticum non est in usu. R. anisi aur. xii. seminis feniculi aur. iiii. liquiritiae, zinziberis. an. aur. iii. garioflorum, macis, cinnamomi, electi, galangae. an. aur. ii. gallicae muscatae aur. i. ligni aloes, corticis citri an. aur. i. s. musci boni. 3. i. quarta zucchari tabarzet. i. albi ad pondus omnium zucchari habet. i. zucchari candidi mediū pondus omnium.

S V F F V F bonum impinguatum. R. farinae cicerum infusorum in lacte dulci & exiccatorum, & iterum infusorum in lacte & exiccatorum, & sic fiat tertio, deinde coctorum. 3. vi. rizi abluti multotiens. 3. ii. tritici. & ordeo excoriorum & ablutorum multotiens exiccatorum, & multotiens infusorum in lacte & exiccatorum. an. 3. iii. amigdalaram dulcium. 3. v. papaueris, tortellarum de semi. i. panis asii. an. 3. iii. zucchari tabarzet lib. i. terantur & da ut sorbeat omni die mane. 3. iiii. postquam decoquitur cum lacte, aut cum aqua ciceris.

SECTIO NONA

maius, ut ostensum fuit supra in electuario de gemmis.

PVLVIS pro botio secundū Rahnaldum de uilla noua in lib. 2. in cap. de botio gula. & spongiæ marinæ, paleæ marinæ, ossis sepiæ, piperis longi & nigri, zinziberis, cinna-
momi, salis gemmæ, piperis boni, gallarum, spinæ rosarū an.
omnium. 3. ii. hæc omnia puluerizentur excepta spongia
marina, & palea quæ debent comburi, & cinis ex eis factus
cum prædictis debet admisceri, & omnia debent cribrari, &
de hoc puluere pluries in die teneat in ore, & in nocte. Iste
pulis debet seruari in pisside ligni, uel in sacculo de corio,
& debet cooperiri ne uirtutem eius amittat.

Iste puluis per me fuit expertus mirabiliter in illa materia
ualere. & ego met de ipso feci plura experimenta. uerū iste
pulis inuenitur etiam in antidotario Bartholomei de mon-
tagnana, sed non ualet tantum. idem inuenitur in antidota-
rio Dini florentini qui minus ualet.

Palea marina secundum modernorum opinionē est bal-
la marina, cuius forma est rotunda prout balla, & eius simili-
tudo est sicut borra. & hæc inuenitur in partibus ianue citra
mare, & inuenitur super quadā planta quæ folia habet longa
ga sicut corrigia. & in fundo ipsius plantæ inuenitur quadā
tuberositas grossa facta in modum fungi, & hæc apud multos
mercatores spuma maris uocatur, & supra hanc plantā
nascitur quidam globus in modum pilæ rotundæ factus in
colore supradicto, & hæc est palea marina seu balla marina,
& est id quod de illa planta administratur, hanc quidā mer-
catores Ianuæ algam uocant, & hæc est quæ Dioscoridæ
insidens uocat, & modus aduersionis ipsius est iste, incide eā
minutim cum manibus in quantitate quam uolueris, deins-
de pone ipsam in olla terrea, & ponatur in furno panis per
duos dies & totidem noctes tantum quod in colore efficiatur
nigra uerè nigredinis, postea depone & usui referua, & eos-
dem modo fit de spongia, uerum spongia nō efficietur tam
nigra in colore, immo parum ad rubedinem declinans.

Os sepiæ est os quod inuenitur in corpore cuiusdā piscis
sic uocati. Isido. in cap. de piscibus inquit. sepiæ dicitur, quia
sepibus interclusa facilius capitur. in coeundo obscenum
genus. ore enim concipit sicut uipera. Circa instans ait. os
sepiæ inuenitur in uentre sepiæ.

Spina rosarum, secundum modernorum opinionem est
quædam res similis spongiæ quæ nascitur circa hortos sus-
per quadam planta quæ apud Dioscoridæ uocatur cinosbatus,
& hæc est spongia qua utuntur aliquando in ecclesiis ad
aspergendum aquam, & est illa quæ à multis bedeguard uo-
catur, sed non recte. Dinus florentinus loco eius habet be-
deguard, quod credit esse idem sed non recte, etiam multi
medicorum putant quod bedeguard sit illa spongia, sed errant
ut ostensum fuit in syrupo de eupatorio.

PVLVIS cordialis confortans cor secundum Nico-
flore. in lib. 4. in cap. de sincopi. & lapidum præciosorum
iam pluries didorum. an. 3. s. amborum corallorum. an. 3. ii.
ossis de corde cerui, spodi, limaturæ auri & argenti, chara-
bæ. an. 3. ii. croci, xilaloës. i. ligni aloës. an. 3. i. cinnamomi
electi. 3. iii. & sunt qui addunt crystalli & ambre. an. 3. s.

Iste puluis secundum intentionem Nicolii est expertus
ad confortandum cor. Hodiernis tamen temporibus diuer-
simode fit iste puluis secundum diuersitatem regionum &
descriptionum, per lapides uero præciosos intellige frag-
mēta quinq; lapidum præciosorum positorum à diuo Me.
in electuario de gemmis.

PVLVIS ad prouocandum magistralis. & seminum
pastinacæ, seminis napi, seminis rassani, seminis anisi, fenicu-
li, apii, anheri, an. 3. ii. ruthe, farina cicerum, cinnamomi, si-
napi alba. an. 3. i. crystalli. 3. iii. salis gemmæ. 3. iii. zucchari.
3. i. puluerizentur hæc omnia subtiliter, & utatur sæpius cū
brodio cicerum, & est expertus.

Pastinacæ alio nomine baucia uocatur, ejus semen usui
medicinæ competit. Macer est pastinacæ uirtus in semine
tantum & radice sua.

Napus. Inapus domesticus qui alio nomine nauoni di-
cuntur. Pl. naporum duas differentias in medicina græci
seruant, angulosi foliorum caulibus florentes & quibus

uocant. Dioscoridæ autē in cap. de bumis inquit. bumis. i. napi cū
& est ut rapæ radix quæ elixa comeditur ut est notum apud
oēs secundū Bartholomei montagnana in suo antidotario.

SACCVLVS temperatus pro corde calido. & san-
dalorum amborum, rosarum, corallorum amborum spodi
camphoræ, foliorum myrti, boraginis. an. 3. i. been albi & ru-
corticum citri, nucis muscatæ, setæ combustæ, spicæ, ossis
de corde cerui, granæ tinctorum, foliorum lauri, garioli, ze-
doariæ, ligni aloës, ozimi. i. basiliconis garioflati, roris mari-
ni, cubebæ, mellissæ. an. 3. i. musci gra. iii. ambre, croci.
an. gra. iii. contendantur, & fiat sacculus.

Iste sacculus, apud nos non est in usu, tamen nostri doc-
laudent ipsum. nam scias quod sacculorum sunt plura genera
secundum diuersitatem infirmitatum, & propter id genera-
liter medici ordinant eos secundum suam uoluntatem, dicitur
autem sacculus, quia ille res in uno sacculo ponuntur, &
super dolorem opponuntur.

Grana tinctorum sunt grana dicta chermes, & sunt grana
quibus utuntur tinctorum a tingendum scarlatum, & hoc est
quod apud Dioscoridæ coccus infectiuus uocatur. inde de Domi-
nio dicitur quod habebat uentem cocineam. i. de scarlato.

SACCVLVS frigidus pro corde ibidem. & rosarū
buglossæ, florum boraginis. an. 3. ii. corticum citri, fol. myr-
ti, corallorum amborum, coriandri præparati an. 3. i. s. campho-
ræ. 3. ii. sandalorū, utriusq; an. 3. i. s. misce, & fiat sacculus.

SACCVLVS carminatiuus pro stomacho ibidem.
& seminis apii, anisi, siliis, feniculi macedonici. i. apii ma-
cedonici ruthe, s. seminis ipsius. an. M. s. origani, calamenti,
an. M. i. s. hyssopi, pulegii, sticados, ruthe sicca, camedreos,
camepitheos. an. M. i. absinthii. M. ii. calami aromatici, cin-
namomi, frustorum garioflorum. an. 3. ii. macis. 3. iii. cōtan-
dantur omnia, & fiat sacculus.

SACCVLVS pro stomacho frigido ibidem. & pol-
ueris menthe, absinthii, lambrusæ, calamenti pulegii. an. 3.
ii. garioflorum. 3. iii. nucis muscatæ, masticis, macis. an. 3.
ii. galangæ. 3. s. rosarum rubearum, coriandrorum præpara-
torum. an. 3. ii. galliæ muscatæ. 3. i. misce.

Mentha est herba satis nota, maxime hortulana siue com-
munis Pl. ait. mentha planta uel si nondum germinat spon-
gia minus hæc humido gaudet æstate, uiret hyeme flauescit
genus eius syluestre menthastrū est mēthæ nomē suauis odo-
ris apud græcos mutauit, cum alioquin mintha uocaretur.

SACCVLVS pro stomacho ibidem. & ligni aloës,
absinthii, calamenti, bethonica, masticis, thuris, cyperi, costi,
cimini feniculi, rosarum uiticellæ. an. 3. i. cubebæ, macis
cinnamomi, garioflorum, spicæ, nucis muscatæ, piperis al-
bi & longi. an. 3. s. calami aro. cassiæ lignæ, corallorum ru-
beo. an. 3. ii. ex his puluerizatis fiat sacculus in forma scuti.

Viticella secundum Matth. syl. est fescera siue fescire. ergo
est brionia quæ apud Dioscoridæ ampelos leuce uocatur, sed secū-
dum Simonem Ianuen. est fescirefin. i. uitis nigra, siue ampe-
los melana ut apud Dioscoridæ in hac discordia nescio quid di-
cam, quia secundum intentionem Matthæi syl. est brionia si-
ue uitis alba, & secundum Simonem est uitis nigra, non igitur
concordant, uerum secundum plures uiticella est uitis
nigra, & est planta quæ iuxta hortos nascitur, & est quæ lom-
bardi tanero uulgari nomine dicunt.

SACCVLVS ad fluxum uentris super quo infirmus
federe debet ibidem. & origani, sumach, myrtillorum, cori-
andri, camomilla. i. bebonigi. an. M. i. s. balaustrum, corticu-
granatorum, hypoquistidos, seminis rosarū. an. M. i. radicu-
tasibarbassi, cardonis corticis & radice mori. an. M. ii. con-
tendantur contundenda & reliqua incidantur, & bulliant
in uino nigro, deinde depone in sacculo, & fac ipsum sede-
re superius.

Tallus barbassus est plāta omnibus nota. hæc apud Dio-
uocatur flosmos, sed apud Au. in. 2. can. uocatur busfri. Isi-
do. si osmos quæ latini herbam lucernarem uocant ab eo quod
ad lycinia proficiat. hæc planta apud nos nascitur super mu-
ros & in campis. & uocant eam rustici auidon siue auion.

Cardo. s. cardus qui apud Dioscoridæ uocatur dipsacus cuius
frutex est spinola, & iste frutex gerit quadā rem qua utuntur
fullones

fullones ad garzandum pannos & biretas. Gale. et in sexto simplicium pharmacorum dicit diplacus. i. cardo. Petrus de crescen. inquit. uirga pastoris. i. cardus. sed falsum dicit. quia uirga pastoris est herba quae uocatur corrigiola & differt multum. sicut patet apud Dio. c. de diplaco. & apud Serap. c. de uirga pastoris.

P O M V M de laudano secundum magistrum Ioan. concoregium. in. c. de catarro. & laudani. 3. i. ligni aloes. storacis. calamitae. costi spicae olibani. i. thuris an. 3. s. nucis muscatae. nucis cypressi. sandaracae. i. uernicis scriptorae. an. 3. i. nigellae. cinnamomi. garioflorum. an. 3. ii. galliae muscatae. myrrae. an. 3. s. ambrac. 3. i. musci gra. iii. uel. iiii. puluerizentur puluerizanda. & cum aqua rosata & uino odorifero. & modico cerea fiat pomum.

Istud pomum est in usu. sed non ualde.

Laudanum autem secundum Serap. colligitur ex una specie cussus id est hederae. & inquit. ex hac quidem specie accipitur laudanum. quoniam quae caprae pascuntur ea adheret humiditas eius pilis earum. quia est sicut uiscus. quare apparet in costis earum & in barbis. & ideo sunt homines qui colligunt illam humiditatem. & mundificant eam. & faciunt trociscos & reponunt. & sunt homines qui accipiunt funes & trahunt super plantam istam. & quod adheret eis de illa humiditate emergunt a fune & colligunt & faciunt troc. & fortius ex laudano est illud quod est boni odoris coloris uergetis ad uirorē sub molli tactu. & quae malaxatur adheret manibus. & non est in eo sabulum. & non assimilatur resinae pini. & cyprense est hmoi. & quod fit in terris arabum & alibi est groschus & c. Gal. autem in libro secretorum in. c. ad omnes aegritudines inquit. glutinis pilorum barbæ hirci. i. laudani. haec herba in cypro inuenitur & uocant eam ladam.

P O M V M odoriferum contra pestem secundum Barth. montagna. in suo antidotario. & storacis calamitae. florum buglossae. an. 3. ii. garioflorum. 3. i. ben albi & rubei. an. 3. i. ligni aloes. 3. ii. myrrae. calami aromatici. nucis muscatae. spicae. thuris uernicis. masticis. an. 3. i. ambrac mulci. an. 3. s. charabac croci. an. 3. s. acedulae. 3. iiii. camphorae. 3. ii. trisandalorum. an. 3. i. rosarum rubeorum. 3. iiii. succi portulacae. succi arancii. an. 3. iiii. nenupharis coriandri torrefacti an. 3. ii. corallorum rubeorum. spodiū. an. 3. s. syrui de citro. boli armeni. an. 3. iiii. terrae sigillatae. 3. ii. misce omnia quae puluerizanda sunt praeter ambram & muscum quae duo de per se puluerizentur. & postea admisceantur. deinde recipe laudani infusi in aqua rosa. & aceti. 3. iiii. terbeninae lotae cum aqua rosa. quantum sufficit ad continuationem & mollificationem ad omnia ista. & fiat pomum.

Istud pomum est optimum contra pestem & est in usu. Mes. in. c. de cura catarrhi describit tres descriptiones pomorum quae cum praedicta non conueniunt. Verum ibi habet quaedam simplicia quae difficilia sunt inueniri. sed quaedam hic declarabo. Primo in prima descriptione habet faufel. quod est auellana inda. & sandali. mahaziri qui sunt sandali citrini. In secunda descriptione habet sandaracae quae est uernix scriptorum. & habet bucur. i. zisenide. & secundum plures ista est alipta muscata. In tertia descriptione habet bucur seden. quod sunt plures est idem. tamen non recte. quia ibi dicit Mes. inquit. bucur seden ana partes. viii. ergo sunt duae res. quarum bucur est alipta. & seden est saduram siue algalia habens bonum odorem. tamen deus scit.

Acedulae uero nomen multis herbis attributum est in diuersis regionibus. nam acetosa acedula potest dici. id est trifolium acetosum. siue panis cuculi. siue alema idem. Macer autem de acedula speciale capitulum facit. inquit. Diximus acedulam quam graecus dicit aizon. ergo est semperuiua. Nam aizon apud Dio. est semperuiua. & componitur ab ai quod est semper & zon quod est uiua. uerum secundum modernos acedula est acetosa. aut est idem in uirtute.

T R A Z E A confortans stomachum secundum Fran. de pedemontium in. c. de cura passionum cordis per copasationem ad stomachum. & coriandri praeparati. 3. ii. seminis mellilissae. 3. s. cinnamomi electi. 3. i. zuchari tabarzet. 3. iiii. puluerizentur & misceantur. dosis coclear unum post cibum

non sequente potu. & est sana & experta.

Trazea autem sunt plures facti ex uariis rebus. ut est notum apud apothecarios. Haec apud apothecarios Papienses non est in usu. sed in partibus Mediolanensibus ea utuntur. & ualet mirabiliter ad confortandum stomachum. infra apparet bit una alia descriptio quae ualet contra ardorem urinae.

Coriandrum siue colliandrum est semen satis notum. Eius autem praeparatio fit cum uino citoniorum & aceto. ut ostensum fuit supra.

Mellissa est herba quae alio nomine citraria uocatur. eo quod folia ipsius odorem citri habent. haec apud Dio. uocatur mellifolios. quidam uocant eam bederangiam. & ab aliquibus osumum citratum uocatur.

T R A Z E A ualens ardori urinae. secundum Nico. floren. in lib. 3. in. c. de ardore urinae. & seminis cucumeris. cucurbitae. citrulli. melonis. portulacae. maluae. & papaueris albi. an. 3. i. draganti. gummi arabici. uiolearum. amidi. spodiū. boli armeni. an. 3. vi. zuchari ad pondus omnium.

Trazea est confectio reducta in puluere. & haec est in usu ad illos qui patiuntur ardorem urinae. supra est posita una alia descriptio. quae ualet ad confortandum stomachum. & utraque sunt usuales.

M E D I C A M E N de turbith. secundum Aui. in li. 4. in fen. i. in. c. de cura stantice. & zinziberis masticis amborum. an. 3. x. turbith. sicut alcohol. i. subtiliter triti. 3. x. zuchari tabarzet. i. albi quantum omnia. & fiat.

Istud medicamen est in usu. maxime secundum istam descriptionem Mes. in. c. de turbith inquit. filius Zesar medicamen bonum de turbith. & est idem in simplicibus. Niculus autem floren. in lib. 2. in. c. de cura febris hematicae purae per positionem habet unam aliam descriptionem. sed non est eadem tamen parum differt & differunt solū. quia Auic. habet masticem. Niculus autem non habet. idem Niculus describit unam aliam descriptionem quae est fortior altera. sed non est in usu.

P V L V I S contra dolores post partum magistralis. & corticū castae si. & castae lignae. & cinnamomi capillorum ueneris. an. 3. ii. seminis anisi. passularum. an. 3. iiii. terantur subtiliter. & detur cum uino albo. & est optimus.

P V L V I S pro fluxu spermatis expertus magistralis. & menthae siccae. 3. iiii. seminis agni casti. radicū ireos. an. 3. ii. seminis ruthae. 3. i. seminis lactuca. 3. ii. s. zuchari albi ad pondus omnium fiat puluis subtilis. de quo sumat cum uino albo coclear medium ante cibum per duas horas.

P V L V I S expertus ad epilepsiam puerorum. & coriandrorum praeparatorum cum aceto & uino citoniorum. 3. ii. seminis peoniae. seminis portulacae. an. 3. i. unguarum asini ustrum. 3. iiii. misce & fiat puluis. & detur parū cum aqua ruthae. unguia asini in illa materia multū ualet. & modus aduersionis ipsius est. quod ponatur in olla. & ponatur in furno panis. & dimittatur tamen quod eius assatio sit completa. Sera. in. c. de unguia ait. quidam uero existimantes hoc accipiunt unguam asini & adurunt. & curant cum ea epilepsiam magnam.

P V L V I S ad frangendum lapidem in uesica expertus. & mellei solis. i. lithospermatis saxifragiae. cinnamomi. capillorum ueneris. seminis anisi. an. 3. s. liquiritiae rase. 3. i. s. lapidis lycis. lapidis iudaici. an. 3. i. seminis spargorum. seminis mellonis. an. 3. i. misce & fiat puluis. capiat cum modico uini albi odoriferi.

P V L V I S pro exitu intestini. & masticis. thuris. nucis cypressi. antimonii. corticum granatorum. balaustrarum glandium. an. 3. ii. misce & fiat puluis & utere. & est bonus.

P V L V I S pro stomacho. & cinnamomi electi. 3. i. s. zinziberis. piperis. liquiritiae. an. 3. s. piperis longi. garioflorum. galangae. macis. cardamomi. melegeae. nucis muscatae. an. 3. i. spicae. 3. s. misce & fiat puluis addendo in hyeme. 3. i. zuchari albi pro qualibet. 3. i. s. specierum. & in aestate adde. 3. i. zuchari pro. 3. i. specierum.

P V L V I S ducis ordinatus per illustrissimum dominum Robertum sanseuerinatem. Recipe cinnamomi. garioflorum. corticum interiorum. cinnamomi. amomi. melegeae. triumpiperum. zinziberis. folii ligni aloes. macis an. 3. s. cardamomi. cubebe. an. 3. i. spicae nardi. 3. s. musci. Lumi. ma. K

SECTIO DECIMA

gra.iiii.nucismuscata.3.s.zuechari albi boni.3.vi.foliorum lauri numero.vi.misce.& fiat puluis subtilis.

PVLVIS galatinæ.℞.piperis lib.i.zinziberis fini lib.ii.cinnamomi.3.ii.fusti garioflorum.3.iiii.nucismuscata.3.iiii.misce & fiat puluis subtilis, iste uero fit ex sp̄ibus aromaticis, ut est notus oibus, inuenitur aut galatina piscium q̄ fit q̄n pisces coquuntur in aceto, & postea congelatur acetū cum quo coquuntur, & eodem modo fit cum carnibus.

PVLVIS piperatus cōis. ℞. piperis lib.i.s.zinziberis fini lib.iiii.croci infusi in uino rubeo per noctem. 3.i.℞.3.i. misce & fiat secundum artem.

EPITHIMA pro corde, scdm Barth. monta. in suo antidotario. ℞. aquarum buglossæ acetosæ. an. 3.iii. aquarū florum salicis, rosarum absinthii, graminis mellissæ lambrosæ. an. 3.ii. specierum cordialium temperatarū credo q̄ fit puluis cordialis aut fragmentorum cordia. 3.i.s. croci gra. viii. myrræ, diptami, gentianæ, ligni aloes, sandalorum, citri norum, seminis alselengemisch. i. seminis ozimi, garioflati, been albi & rubei hyacinti smaragdi. an. 3.s. succi lymonū. 3.iii. aceti. 3.i. uini maluatici. 3.v. misce, & fiat epithima.

Epithima autem apud grecos est superpositio siue emplastrum molle uel aquosum, apud nos epithima est medicamentum aquosum, quod stomacho cordi ac epati supra ponitur cum p̄ano tincto ex chermes. i. scarlato, & eius modus est diuersus scdm diuersa loca ac infirmitates.

De cerotis factis cum hyssopo humida & sine, secundum sententiam diuī Mesue in suo antidotario, ac aliorum illustrium doctorum.



HYSSOPI cerotum descriptione Gale. ℞. ceræ citrinæ olei camomillæ & olei irini an. 3.vi. mastice. 3.i. spicæ. 3.ii. s. croci. 3.i. terbeninæ. 3.i. resinæ. 3.s. hyssopi humidæ. 3.x. & fiat.

Istud cerotū apud nos non est in usu, illa uero descriptio qua nos utimur est descriptio flagrii, de qua infra.

Ceræ citrinæ. i. usualis. Serap. laudat ex ea quæ est grossa munda à forde, & in cuius odore est parum odoris mellis, & in colore eius est parū rubedinis, & illa quæ est alba per cocturam & pinguis est post ipsam. Reperitur etiā alia ceræ dicta propolis, & hæc est fex aluearis apum, q̄ apud arabes muz uocatur.

Oleum proprie sumpto uocabulo est omne oleum cuiuscunq̄ sit rei, ut oliuarum ac aliarum rerū, descriptio olei camomillæ infra apparebit, & descriptio olei irini subiungetur, & est oleum de ireos, quod florem purpureum gignit.

Resina. f. resina pituina. i. pini. Pli. resinæ summæ species sunt duæ. sicca & liquida, sicca è pino & picea fit liquida te rebinto larice lentisco cupressu. nam & hæc ponunt in asia & asiria, falluntur qui eandem putant esse è picea atq̄ larice, picea enim pinguis & tirsu modo succosam fundi, larix gracilē & mellei liquoris uirus redolentem, medici liquida raro utuntur. Moderni pro pice liquida chitran accipiunt, & est gummi quod egreditur ex arbore dicta ferbin seu cedrus.

OPERATIO hyssopi humidæ. ℞. lanarū ouiu succidarum circiter lib. lx. & funde super eas aquæ fontium calidæ quantum sufficit ad infundendū, & dimitte per horas. viii. deinde bulliat ebullitione una exprimat aqua lanarū & coletur aqua, & coquatur cum facilitate in uase stānato, agitando semper fundum uasis cum ligno amplo ne recipiat de uestigio adustionis aliquid, & coquatur usque dum fiat sicut mel currens, & seruetur.

Hæc est operatio hyssopi humidæ ad differētiam hyssopi sicca quæ est herba, de utraq̄ Auic. in. 2. can. facit capitulum dicēs, q̄ hyssopus humida est sordes aggregata super lanam ouium in armenia, & sternitur super herbas titimalorum, & accipit uirtutes & lac earū, & fortasse est currens, ergo coquitur & preparatur ibi. Dio. autem hyssopi cerotum est quasi sordes ex succo lanarum succidarum, ut docet ipse ibi. Pli. Hyssopum est sordes pecudum, sudor q̄; fetorū, & aliarum adhærens lanis hyssopum uocant melior maritis omnibus genitus fit pluribus modis, sed probatisis

num lana ab his partibus recentē capta, aut quibuscunq̄ sordibus succi dis & c. Melior autem est quæ non habet odore astaros, & fit mollis quando tangitur sine asperitate, habens odorem lanæ succidæ, & quando dissoluitur in coclea munda non apparebit ibi aliqua grosities, sicut apparet quādo est adu literatum cum cera, aut sepo dissoluto cum oleo, ut faciunt multi herbatice maligni. Liber qui dicitur Bulchafis quasi in fine docet modum seruandi zuccherach, idest hyssopum humidam.

HYSSOPI cerotum descriptione Philagrii. ℞. croci. 3.v. bdellii, mastice, armoniaci, aloes, storacis, liquidæ. añ. 3.viii. ceræ citrinæ lib. i. terebentinæ. 3. i. s. medullæ cruris uaccæ, adipis anseris. añ. 3.xv. hyssopi humidæ lib. i. s. olei nardini. i. de spica nardi quantum sufficit, bdellium armoniacum, & aloes dissoluantur in aqua infusionis fenugræci, & camomillæ, & cum ceteris fiat unguentum, & post philagriū addiderunt expressionis squillæ. 3. iii. olibani. i. thuris. 3. i. s. xpi uituli. 3. xv. & in alio ceræ lib. i. minus quarta, & est conueniens.

Hæc descriptio istius hyssopi ceroti descriptione Philagrii est illa quam laudant magis nostri doctores, & sic generaliter ista descriptione utuntur.

Vacca est animal quadrupes omnibus notum, & modus faciendi medullam ex cruribus est talis. Oportet primo q̄ eligatur tēpus in fine ætatis, quia in aliis tēporibus reperitur in eis superfluitas sanguinis quæ congelatur in loco cũ medulla, & nō nouit hoc nisi ille qui assueuit frangere ossa & extrahere medullas, & oēs species medullarū sunt mollificatiue resolutiue, & modus extrahendi est, q̄ accipias medullas recentes, & purges à sanguine ipsius. postea lauetur cum aqua & dissoluatur ad ignem leuem, & dimitte donec liquefiat medulla, & coletur in uase, deinde accipe illud colatum clarificatum, & pone in uno alio uase terreo nouo, & quando apparet sordes colligatur, & ibi dimittatur donec fiat rubea, deinde accipiatur quod est desuper ex puro eius, & quod est in fundo, & nō purum abiciatur. Auic. in. 2. can. in cap. de medullis laudat medullam uitulorum & cerui, deinde tauri, & postea caprarum, deinde ouium, & medulla quidem hircorum cum testiculis, & taurorum proprie non castratorum est magis sicca, & medulla extremitatū est magis pinguis.

Anser est auis, cuius genera sunt duo. f. domestica & syluestris. Domestica est qua generaliter utimur, quæ moratur in locis domesticis, syluestris uero est illa quæ in locis syluestribus moratur, & ambæ sunt notæ, & modum præparationis eius docet Bulchafis in trac. 3. qui iste est. Accipe adipem anseris quando est recenter occisa & purga bene à pelliculis suis, & pone in olla noua terrea, capacitas sit dupla quantitati adipis & cooperi uas, & pone in sole calidissimo, & aufer quod dissoluetur, & pone in alio uase, & fac ita assidue ad illud clarificandum secundum quod egreditur ex eo donec nihil de eo remaneat, deinde accipe quod clarificatum fuerit, & repone in loco frigidus, & utere ubi oportet, & ille qui uult facere opus cum præparatione oportet q̄ dissoluat eum in olla duplici secundum formam, ut ibi docet. eadem fit præparatio de adipibus anatis.

HYSSOPI cerotum descriptione Pauli nō est in usu. Tamen permixtio hæc est. ℞. armoniaci. 3.x. bdellii. 3. v. sigiæ. 3.iiii. croci. 3. i. s. aloes. f. succotrini, mastice, olibani. i. thuris. an. 3.ii. s. ceræ. 3.iiii. s. xpi & medullæ uituli. añ. 3.ii. hyssopi humidæ. 3. xl. ireleon quantum sufficit.

Sigia. i. storax liquida, non est storax calamita, ut quidam dixerunt. Auic. in. 2. can. inquit. lubne est arbor sigiæ, ergo sigia est storax liquida, & hæc apud quosdam est mel storacis calamitæ. Item circa instans ait in cap. de storace, storax alia calamita, alia liquida, quæ proprie sigia dicitur. storax autem liquida in calabria reperitur, storax calamita non à calamo sed à calo quod est bonum dicitur, & micos quod est gutta, per decem annos seruatur.

Ireleon. i. ilirica, & est oleum de ireos, quæ florem purpureum gerit. nam Diof. in cap. de balano persico. i. ben. & est semen arboris ait. q̄ ex eo. 3. i. bibita cum pulca splen siccat cum

cum iri illirica mixtus, & in cataplasmatibus positus & multa adhibita dolores podagricos mitigat &c. Illirica mixtus. Serap. eodem loco ex uerbo Dio. habet ireos, quod idem est. Ifido. iris illirica à similitudine iris celestis nomen accipit. unde & à latinis argumen dicitur iris, quod flos eius coloris uarietate eundem arcum celestem imitetur. Illirica autem dicitur, quia in illirico plurima nascitur.

H Y S S O P I cerotū diatefferon descriptione Democri. & cera citrinæ. i. usualis terebentinæ an. ʒ. xii. olei irini, idest de ireos. ʒ. iiii. hyssopi humidæ. ʒ. ii. s. & fiat ex eis unguentum & administratur.

Istud cerotum apud nos non est ualde in usu. & sunt ex hominibus qui utuntur ipso sub nomine ceroti de hyssopo humida dicitur autem diatefferon à tessara græce quod est quatuor. unde diatefferon, idest de quatuor rebus. idem dicitur de tyriaca diatefferon. Ioan. anglicus in. c. de dolore iuncturarum. in cura guttæ melancholicæ habet unam aliam descriptionem quæ eadem est.

Hyssopus humida (ut dictum fuit) est quasi sordes & succus lanarum succidarum. Ioan. anglicus ibi ait. hyssopi humidæ. i. uiscositas lanæ & non lotæ prius. deinde decoque, & quod supernat colligatur &c.

C E R O T V M Gal. stomachum confortans & emendans uicia stomachi. & rosarū. f. rubearū. ʒ. xx. foliorū absinthii sicci. ʒ. xv. masticeis. ʒ. xv. spicæ indæ. idest nardi. ʒ. x. tere subtiliter, & accipe ceræ mundæ. ʒ. iiii. olei rosati lib. i. s. dissoluantur in igne lauacionibus pluribus in aqua rosa. deinde iterum dissoluantur & lauentur in uino ueteri & succo citoniorum & aceto pauco, deinde misceantur cum puluere ceram, & fiat cerotum & administratur.

Istud cerotum secundum intentionem Mes. est de mente Gal. tñ apud ipsum Galenum non reperi. hoc apud nos est multum in usu sub nomine ceroti. Gal. emendans uicia stomachi, non autem est unguentum stomachicum, ut quidam dixerunt. Et sunt ex hominibus qui uendunt unum pro alio, sed non recte. Moderni doctores exhibent istud cerotum ad confortandum stomachum, addendo parum galliæ alefanginæ, inuenitur in ipso uirtus mirabilis.

C E R O T V M diapente. & cera citrinæ. ʒ. iiii. sigiæ. i. storacis liquidæ. ʒ. i. partem tertiam. terebentinæ. ʒ. i. mucilaginis, glutinis, zanach. ʒ. v. olei irini quantum sufficit, & expertus est.

Istud cerotum est in usu, sed non multum.

Gluten zanach aliquando gluten alchanach, quid autem sit generaliter ignoratur. Ego autem testor nunquam uidisse auctorem autenticum de ipso loqui. uerū scdm modernorum opinionem est colla piscium, quod à multis creditur, & à multis non, sed an sit idem aut non. infra in emplastro diaquilon magno iterum de ipso ostendam.

C E R O T V M alexandrinum optimum stomachum confortat. & cimariū absinthii, olib. an. ʒ. x. armoniaci, storacis, calamitæ. an. ʒ. xii. spicæ. f. nardi. ʒ. iiii. ceræ. ʒ. iiii. olei camomillæ quantum sufficit. olibanum & armoniacum in uino sufficiens per diem & noctem infunde absinthium autē & spicam tere & cribra. oleum uero. & ceram solue super ignem, & cum eis reliqua misce.

Istud cerotum apud praticantes Papienses non est multum in usu apud nos, sed apud Mediolanenses est multum in usu. & ualet multum in illa quæ dicit dñs Mesue.

Absinthiū. i. absinthiū romanum cimas. i. comas. Ifido. in. c. de arboribus inquit. cimas uocatas dicunt quasi comas.

C E R O T V M de sandalis. & rosarum. f. rubearum. ʒ. xii. sandalorum rubeorum. ʒ. x. sandali albi & citrini. i. mahazari. an. ʒ. vi. boli ar. ʒ. vii. spodi. ʒ. iiii. camphoræ. ʒ. ii. ceræ albæ. ʒ. xxx. olei rosati. lib. i. conficiantur & administrantur, & sunt qui lauant oleum & ceram prius, & postea permiscet cum aliis, & est melius.

Istud cerotum est multū in usu sub duobus nominibus. uidelicet. sub nomine ceroti sandali, & sub nomine unguenti sandalini, sed communiter ordinatur sub nomine unguenti sandalini, magis quæ sub nomine ceroti. dicitur autem sandalium propter sandalos quos recipit.

C E R O T V M Galeni album. & ceræ albæ. ʒ. i. olei rosati. ʒ. iiii. & sit radix olei, oleum onfancinum, aquæ fontium claræ. & propriæ uehementis frigoris quantum sufficit. oleū multotiens bene lauatur lauacionibus multis, & quanto magis elaboratur in lauando illud sit excellentius, ultimo uero conuassetur cū aceto albo claro & pauco, & seruetur.

Istud cerotum est multum in usu sub nomine unguenti al. Gal. dicitur autem album, quia eius color est albus pp ceram quam recipit, & quanto albius tanto melius.

Cera alba, idest cera artificialis, & fit ex cera communi, cuius modus Venetis est notus, & de ipsa faciunt in multa quantitate. Liber qui dicitur Bulchasis in tracta. ʒ. dat duos modos faciendi ceram albam, sed non oportet scribere de modo ipsius, quia satis manifestus est.

Oleum rosatum quod sit factum ex oleo onfacino. i. ex oliuis immaturis. Ifido. ait oleū spanum quod ex albis oliuis fit, quod à græcis onfacon appellatur. quod autem ex fuluis & non maturis fuerit expressum uiride appellatur, quod uero ex nimium maturis cōe dicitur. hoc ad nos deferitur à partibus ianuæ, & ibi uocant oleum onfancinum, idest oleū de oliuis non maturis.

Aqua scdm Papiam est sapientia. Dio. de aquis duo capitula facit. unum de aqua marina, aliud de aquis omnibus, & sic ait. aquarum omnium natura frigida & humida, aqua quæ de lapide emanat leuior & limpidior est, & uentrem & urinam prouocat. aqua quæ de lapidibus argillosis emanat grauior est. Auic. autem in primo lib. in fen. 2. doctrina. 2. in. c. de dispositionibus aquarū ait. aqua unum existit elementorum, quæ sola inter omnia elementa habet propriū, ut in eo quod comeditur & bibitur. & ibi Auic. de aquis multū loquitur. idem facit in. 2. can. sed non tantū. Mes. ponit hic aquā fontium, sed moderni doctores magis laudant aquā rosā. & sic hodie generaliter fit & cerotum sandalinum. & hæc multum sunt in usu pro renibus ungendis.

Ista suprascripta cerota reperiuntur in antidotario diui Mesue, & inferius apparebit alia descriptio quæ inuenitur in suo grabadin.

C E R O T V M de euforbio in. c. de spasmo. & olei de cinnamomo, aut olei antiqui lib. i. ceræ citrinæ. i. usualis. ʒ. ii. euforbii boni & recentis. ʒ. i. misce, & fiat cerotum, & unguatur spasmatus locus. & est mirabile.

Istud cerotum non est multum in usu.

Euforbium uero est gummi excedens omnia genera gummi in calefaciendo & subtiliando. Plin. ait. rex iuba inuenit herbam euforbiā medici sui fratris nomine, cuius regis de ea uolumen extat, inuenit eam in mote atlante. Spectatur foliis acantis eius tanta est ut succus eius uel longinquo recipiatur incisa conto suscipitur uentriculo hoedino locato. humor lactis uidetur effluere.

C E R O T V M pro capite scdm Bartho. montagna. in suo antidotario. & laudani. gummi elemi sandaracæ. i. uernicis olibani, storacis liquidæ & sicca. resinæ. i. pini ana ad libitum, misce, & fiat cerotum potest addi myrra & esset fortius, & hoc fac apud necessitatem.

Istud cerotum est in usu multum apud chirurgicos.

Gummi elemi apud nostros auctores non reperio scriptum aliquid de eo, tamen est notum omnibus, secundum quosdam est gummi cuiusdam arboris quæ reperitur in regione sic appellata. Alii dicunt quod est gummi arboris dictæ elimus. Alii dicunt quod est gummi cuiusdam arboris quæ reperitur in terris indiæ, cuius fructus linei appellantur. Alii dicunt, & hoc uidi scriptum in uno loco, quod gummi elemi est gummi citri. nam sine dubio gummi elemi est coloris citrini, sed hoc non est affirmatum.

Storax liquida, idest sigia. storax sicca. i. calamita, in isto ceroto debent poni storax liquida & sicca. i. calamita.

C E R O T V M de storace ibidē. & laudani, aspalti, arthanitæ, myrræ, calami aro. squinanti. an. ʒ. s. ameos, amomi. an. ʒ. s. picis naualis. ʒ. viii. fiat ex eis cerotum secundū artem & superaddatur storax calamita.

Istud cerotū non est in usu. Storax scdm Dio. lachrymū est arboris eiusdem nominis. eligenda est autem storax quæ est rufi.

Lumi. ma.

K ii

SECTIO DECIMA

sa & pinguis & resinæ similis frustatim subalbida & odore plena & perseverabilis, quæ cū malaxatione humiditate distillat ex se similem melli viscida naturaliter & odorata calefaciens. Aui. in. 2. can. tria capitula de storace facit. unū quod dicitur lubne. i. arbor. figiæ. aliud de storacæ, & ibi ait. ex mēte Dioscoridi ipsa est species storacis, & apud quosdā est gummi oliuæ, & ipsius quidē suffumigatio ponitur loco suffumigationis thuris in omni re. infra. habet aliud cap. de storace, & ibi ait. storax humida alia est quæ extrahitur per seipsam gummi, & alia est quæ extrahitur cū decoctione, per se autē extracta est citrina, & quando antiquatur declinat ad aureū colorē, & est abundas, sed quæ extrahitur ex cortice est nigra.

Asphaltū secundū Dioscoridē est bitumē iudaicū, & eius aliud est aridū aliud liquidū, sed aridū gignitur in iudea phenice sydonia, quod est primū, & tondī pōt ut cætera pigmēta, liquidū uero generatur in babilonia & apolonia & Sicilia, reperitur autē innatans in fontibus. & infra scribit aliud genus, quod neque ferrū, neque aqua rumpere pōt, nisi tātū menstrua mulierū, aut sanguis hyrcorū, & si uolueris rumpere, sic rumpere tolle filum laneum & intinge eum in sanguine, & sic hinc inde circū ponēdo. Pli. bituminis sulphuri proxima est natura. Est alius limus a iudea lacu emergens in syria circa sidonē oppidū maritimū, asphaltum uero quod bitumen iudaicum est sterco demonis uocatur a quibusdā, & napta & petroleum unius generis sunt. Bartholo. montag. in suis consiliis, in consilio de medicinis habentibus cōmune iuuamentū ad nocumenta stomachi uisus & auditus ait. est autē oleum de napta, oleum de petris factum, & oleum petroleum.

Pix naualis. i. pix usualis quæ nigra est. Pli. pix liquida in europa teda coquitur naualibus muniendis, multosque alios ad usum, lignum eius concisum furnus, undique igni extat circumdato ferro. ut primus sudor aquæ modo fluat canali. hæc in syria cedrum uocatur uel cedria, cui tanta uis est ut in ægypto corpora hominum defunctorum eo perfusa seruauerunt. Aui. pix est duarum specierum, una est marina nigra liquida, quæ ponitur in emplastris, & est de genere picis, & alia est montana syluestris, & syluestris alia est liquida, & est ex arbore aliembuc, & modis aliis pini.

CEROTVM de galbano secundum eundem in suis consiliis in consilio de præfocatione matricis ex nocumento ipsius. & galbani electi. 3. i. bdellii mollis & subalbidi. 3. ii. puluerum matricariae. 3. i. s. myrræ. 3. s. dissoluatur galbanum in aceto & diligenter coletur, deinde superaddantur pulueres superscripti, & fiat cerotum.

Istud cerotum apud nos non est in usu. Ipse Bartholomeus in suo antidotario habet unam aliam descriptionem, sed non est eadem, quia illa solum fit ex galbano extenso solum super uno corio in forma rotunda ad modum unius nebulae. galbanum uero gummi est satis notum.

Matricaria secundum Serap. est achauen. Et dicit de mēte Dioscoridi quæ habet folia similia foliis coriandri, & florē albū circumquaque & in medio citrinū, & habet grauē odorē, & in sapore eius est amaritudo. hic Serap. allegat hæc uerba de mēte Dioscoridi, sed sub isto nomine nō reperitur, uerum est quod Dioscoridē de ipsa facit cap. sub nomine Parthenion, quod idem est.

CEROTVM optimum ad crepatos cum pelle arietina secundū Rainaldū de uilla noua, in lib. 2. in cap. de crepatura. & lythargirii, opii, lapidis sedenegi. i. lapidis sanguinaris, sanguinis draconis, boli armeni, mastice, armoniaci, myrræ, galbani, thuris, costi, lumbricorum terrestrium añ. 3. s. picis naualis. i. usualis colofoniae, ceræ albæ & rubæ añ. 3. i. radice consolidæ maioris mediæ & minoris añ. 3. iii. rosarū myrræ aloes añ. gra. xv. paleæ marinæ combustæ, gallæ, baustiarum, aristologiae rotundæ añ. 3. vi. uisci quercini. 3. ii. sanguinis hominis ruffi lib. i. minus quarta. conficiantur hoc modo. Accipe unā pellem hæc dinā uel arietinā cū omnibus pillis suis, & decoquatur quasi bulliendo per totum diem, quousque quasi tota liquefacta sit, & fiat sicut colla, & parum uel nihil de aqua ibi remaneat, deinde ex illa aqua accipe lib. i. optime cum staminea uel panno colatam. & adde cum eo uiscum quercinum, & in olla noua lento igne fac liqueferi & bullire, & cum baculo semper & continue ducas, aut per

alium ducere facias, deinde lumbricos terrestres post ceram & picem addas, deinde adde terebentinæ. i. gummi albotin. 3. ii. postea colofoniam, masticem, myrram, armoniacum, & galbanum adde, & liquefac in simul, & cum baculo semper ducantur & signum quando erit coctum est, quod ponatur una gutta ex eo super lapidem marmoreum, seu super cultellū oleo unctum quod cum infrigidatum fuerit si malaxetur & optime coaguletur, tunc signum est perfectæ decoctionis. si autem lento igne bulliatur, & fiat, & usui referua.

Istud cerotum est illud quo generaliter utuntur doctores sub nomine ceroti ad crepatos, uel sub nomine ceroti cum pelle arietina, ibi Rainaldus dicit. quod crepatura accidit sæpe iuuenibus & robustis uiris, qui uolunt nimis saltare uel currere uel maxima pondera portare, uel petras grossissimas iactare, uel eas uiriliter eleuare, uel ex nimio & alto clamore. Et Bartholo. montagna. in suo antidotario habet unum emplastrum usuale pro crepatis, sed idē nō est. uerum differunt parum, de quo infra. Gentilis in suis consiliis, in consilio primo habet unam aliam descriptionem, sed non est eadem, nec in usu apud nos est. Moderni uero practicae magis laudant descriptionem Rainaldi quam alias.

Lythargirium est nomē compositum ex lithos quod est lapis, & giros quod est argentum. unde lythargirium. i. spuma argenti. Dioscoridē lythargirium nascitur ex arena molopdianis, quæ combusta liquefit, & sic refunditur, multi ex argento hoc faciunt, & ex plumbo. melius est tamen acticum, secundum hyspanum, tertium siculū, quia ibi plumbum abundat. ruffum uero & limpidum cristis dicitur ex albidum argiritis, quia ex argento fit, aliud capitulum facit de spuma argenti, quæ etiam lythargiros appellatur. Pli. spuma argenti generata eius sunt tria optima quæ cristis uocatur, quæ & actica est. hæc ex ipsa uena fit secundum argiritim uocant, quæ hyspanensis est. hæc ex argento fit, sicut dicit Dioscoridē de lythargirio. alias duas species uide ibi.

Lumbrici terrestres secundū Serap. sunt uermes qui quoniam forditur terra, uel aratur inueniuntur quoniam ipsi teruntur & ponuntur super neruos incisos cōferunt iuuamento manifesto. hi apud Aui. in. 2. can. uocatur caratin, & satis noti sunt.

Colofonia. i. pix græca. Aui. in. 2. can. in cap. de ratinigi ait. ratinigi nominatur colofonia, & est gumma pini, & nominatur arbor eius in sceni alherē. Ioan. Serap. in suo breuiario. in cap. de paralelinquit. gummi granorū uiridium quod nominatur ratenigi. ergo ratenigi est terebentina. idē in cap. de asmate ait. Accipe granorū pinearū super quas est ratinigi, uerū hoc gummi cadit super oēs gummas, sed ratenigi magis conuenit esse colofoniam quæ terebentinam.

Cera rubea secundū quosdā est cera usualis. secundū quosdā est cera qua utimur ad sigillandū litteras, & hæc est optimo plurimū, quia ibi ingreditur cera alba. i. cera artificialis, sicut est notum, & cera rubea. i. artificata, & propter id si ponitur cera alba quæ est artificialis, nō debet intelligi cera rubea, quæ fit ex cynaprio terebentina & cera & oleo. ut est notum apud apothecarios, tamē nō est firmū uidelicet si cera rubea sit cera usualis, aut cera qua sigillantur litteræ.

Consolida maior apud Dioscoridē uocatur simphitum. & ibi ponit quod eius species sunt duæ, tamen apud Modernos inuenitur alia quæ media dicitur, & hæc raro apud nos inuenitur, sed sunt ex hominibus qui loco eius ponunt pondus æquale maioris, sed si haberi poterit est melius.

Palea marina. i. balla marina, alii auctores hanc non ponunt. est autem quædam res rotunda sicut bora, quæ deferretur à ianua ad nos, & ibi eius herba algora uocatur. hæc balla ingreditur puluerem, qui fit contra botium gulæ, ut dictū fuit. & ibi melius ostendi.

Viscus quercinus. i. dabac secundū Dioscoridē. i. lachrymus est arbor lenis & uiridis coloris deintus obtusum & nihil asperæ colligitur & de semine obrotundo quod in arbore drii. i. quercus nascitur folia habēs similia buxo. hoc semen primo tunditur & lauatur, & postea coquitur, multi uero illum mastice cōquassant. fit etiam ex arbore matiani, & de piro, & ex diuersis arboribus, aliquando & in radice arborum, & in fructice inuenitur. apud Auicē. eius fructus est similis ciceri

ceri nigro non sincere rotunditatis, uirgulatus, frangibilis, ex quo manus inuisantur. eius autem minera est arbor ferrens glandes & malus & pirus, in quo sunt uirtus aerea & aquea multiplicatae ualde, & qui ex eo bonus est recens plannus coloris puri interius uiridis exterius teritur & lauatur deinde coquitur. Hodie multi apothecarii qui se omnia scire fatentur loco eius ponunt uiscum, quo utuntur nostri rustici ad capiendas aues, sed uerus uiscus quercinus fit ex quo dam fructu simili piro, qui reperitur super arbores ferentes glandes, seu arbores quercus, & propter id uiscus quercinus appellatur, defertur à Venetis ad nos in formis rotundis, prout succus liquiritiæ.

Sanguinis hominis ruffi. Bartholomeus habet sanguinis humani, & idem est, sed nostri doctores magis laudant sanguinem hominis ruffi seu robusti quam non ruffi, & oportet quod extrahatur ab homine cholericis, quia est fortioris proprietatis in ista materia, & oportet quod iste sanguis sit siccior matus in una scutella lapidea uitreata, & ibi dimittatur sicca tri tantum quod ueniat sicut est sanguis draconis, postea utere ubi oportet. Nico. floren. in lib. 4. in cap. de nocumētis pro uenientibus ex sanguine hominis, & sanguinis & lactis congelatorum inquit, sanguis hominis cholericus ruffi extractus ab eo dum fuerit ab ira & furore semotus si sumptus fuerit in cibo uel potu, quia ipse pro tunc est uehementis cholericitatis & inflammationis in stomacho existens magnam efficit & acutam effumationem ad caput, & cura eius si non fuerit congelatus est uomitus, si uero fuerit congelatus educatur fluxu uentris.

CEROTVM de bdellio secundum Leonardum de preda pallea patauinum, in cap. de cura scrofularū. & armoniaci, galbani, & bdellii antantundem, cuius confectio est ut recipiantur ex his tribus gummis partes æquales. & in aceto uini fortis usque ad tertiam diem dimittantur quousque liquefiant, deinde adde parum sulphuris, & fiat cerotum.

Istud cerotum non est in usu, cerotum uero secundum Mattheum dicitur à cera, quia omne cerotum recipit ceram uel aliquid loco ceræ, & sic istud dicitur cerotum, non quod recipiat ceram, sed loco eius habet gummas, quæ liquefunt prout cera. Et nota secundum Saladinum, quod sicut aloes ut plurimum est materia pillularum, ita cera ut plurimum cerotorum uel unguentorum est materia.

CEROTVM Conciliatoris coadunatiuum scissi cranef in differentia eiusdem. clxxxi. & gummi elemi. ʒ. iii. rasi. næ purissimæ. ʒ. iiii. ceræ. ʒ. vi. olei rosa. ʒ. iii. s. armoniaci. ʒ. ii. terebentine. ʒ. iii. & ʒ. s. fiat unguentum.

CEROTVM aliud eiusdem ibidem, similis intentionis. & gummi elemi. ʒ. iii. oppoponaci. ʒ. ii. bdellii. ʒ. s. rasi. næ pini. ʒ. i. ceræ quantum sufficit, fiat unguentum.

Postquam expeditimus, duce christo cerota, equum est ut transeamus ad unguenta, si idem annuet.

De unguentis super antidotarium diui Mef. ac aliorum doctorum.



VNGVENTVM diafinicon. & adipsi zirbi antiqui mundi & colati. & adipsi uitali antiqui mundi & colati an. lib. i. s. colcothar. i. uirioli citrini. ʒ. iiii. olei antiqui & lythargirii mundi an. lib. iii. terantur lythargirium & colcothar contritione ultima & mudentur per pannum subtilem & spissum, deinde terantur cum oleo & elaboretur in permixtione eorum ante parum ex oleo addendo, & fiat illud, deinde coletur super illud adeps & coquatur cum facilitate, agitando illud sine intermissione cum ramo palmarum, & extremitate eius grossa, abiectione eius, & sint rami super quorum incisione non præterierit spatium, & quotiens exhauritur humiditas rami à medicamine iterum alterius humidi extremitate agitur, necnon & aliorum ramorum partes humidiores incidantur in frusta & ponantur in medicamine, deinde mutantur dum excantur, & hoc fiat donec perficiatur eius decoctio, & fiat in termino horæ ignis aut sicut prunæ aut flammæ tenuis.

Istud unguentum apud nos est multum in usu. Vnguētū

autē dicitur ab unguendo. Isido. in cap. de odoribus & unguentis inquit, unguentum uero est omne quod ex cōmuni oleo cōfectum aliarū specierū cōmixtione augetur odoris iocunditatem sumens, & longius redolens. unguenta autē quædā dicuntur à locis, ut telinū, cuius Iulius cæsar meminit dicens, corpus quæ suauiter telino unguimur, hoc conficiebatur in insula telo, quæ est una ex cæciadibus, sunt & quædā ab inuentorum nomine ut amaricinū, nam quidam tradunt regiū quendam puerum amaricinum nomine complura unguentorum genera ferentem casu prolapsū esse, & maior rem ex cōmixtione odorem creasse, unde nunc optima unguenta amaricana dicuntur. sunt autem ex genere florum.

Diafinicon dicitur à dia quod est cōfectio & finicon. i. de dactylis, nam fenicon est dactylus, tamē Mef. habet unguentum diafinicon, non autē hoc dicitur à dactylis, sed potius à palma, secundum Matth. sylua. diafinicon uocatur unguentum palmæ, quod diacalcadis dicitur. uerum est quod possunt sic dici, tamē Mef. iterum scribit unguentum palmæ, quod non est idem, & differunt inter se. hoc unguentū dicitur diafinicon, quia conficitur cum ramis palmæ.

Zirbus est pinguedo inuoluens intestina, & hæc pinguedo in terra nostra nominatur radicella.

VNGVENTVM arabicum. & foliorum cheiri, saluæ triafilon, acetosi, acori an. lib. i. terantur contritione bona, & funde super ea in uase lapideo olei rosati aut myrtini, & adipsi zirbi antiqui & colati an. lib. ii. s. dimitte per dies. x. deinde accipe myrræ mundæ aloes succotrensis an. aur. viii. sarcocollæ aur. vii. terantur & cribellentur & prouiciantur super ea in uase alio lapideo, uini albi, aut succi armogiosæ lib. i. plantaginis maioris, in quo cocta fuerint ex tollis eandem herbarum an. ʒ. iiii. & sit uini aut succi, quod funditur super ea quantitas sufficiens ad dissoluendum ea, & dimitte per dies sex, deinde redeas ad herbas, & decoque cum oleo, & adipe ebullitionibus duabus, & cola & exprime oleum & adipe, & eius expressionis lib. iiii. s. lythargirii mundi & terti contritione ultima lib. iiii. & in alio lib. iiii. s. calcadis. i. uirioli albi. ʒ. iiii. & terantur & coquantur, sicut superius diximus in unguento diafinicon.

Istud unguentum secundum intentionem Mef. est unguentum diafinicon, postea ait quod hæc est descriptio arabica, & est unguentum arabicum, non autē dicitur arabicum à gummi arabico, sed dicitur arabicum, quia in illis partibus fuit unguentum, & utuntur ipso, sed nos raro.

Cheiri arabicæ est planta, quæ flores citrinos seu aureos producit, & est uiola citrina. Auer. in. 5. col. ait. alcheiri est uiola de romanis. Serap. cheiri est planta nota, habens diuersitatem in specie sua, quæ a diuersitate florum cognoscitur, nam quædam habent album, quædam purpureum, & quædam citrinum, quæ habet citrinum melior est & aptior in medicina, & hæc satis est nota.

Trifolion acetosum. i. trifolium acetosum, quidā dicunt quod est falsum, quia reperitur in Nicolao trifolion. Et ibi dicitur quod trifolion dicitur a uiridibus foliis ruthæ quæ in eo ponuntur & dicunt quod hic idē intelligitur, sed ignoro, nam in aliquibus codicibus Mef. antiquis inuenitur trifolium acetosum, quod melius est, & est herba dicta aleluia siue panis cuculi, quæ in sapore est acetosa. Præterea uide apud Matth. sylua. in cap. de pane cuculi, quæ dicit de isto trifolio.

VNGVENTVM ceraseos magnum. & armoniaci. ʒ. i. bdellii olibani masculi. i. thuris aristologia. i. rotundæ sarcocollæ an. ʒ. v. myrræ galbani an. ʒ. iiii. lythargirii. ʒ. xv. aloes, oppoponacis an. ʒ. ii. s. floris aris. ʒ. iii. resinæ. ʒ. iii. ceræ albæ. ʒ. i. olei quantum sufficit. armoniacum & bdellium dissoluantur in aceto, lythargirium teratur & decoquatur cum oleo donec liquefiant, & tunc remoueat ab igne donec infrigidetur purum, & proice super ipsum armoniacum & bdellium dissoluta in aceto, & reduc ad ignem donec coaguletur, & post illud proice super ipsum reliquas medicinas, & administratur.

Istud unguentū apud nos non est in usu sub isto nomine, uerū secundum chirurgicos est in usu sub nomine unguenti apostolorum, & sic sine dubio si legis hanc descriptionē cū

SECTIO DECIMA

descriptione unguenti apostolorum, quam Aui. describit, uidebis quod ferè sunt idem. Petrus argillata in cap. de medicinis mundificatiuis uel absterfiuis, habet unguentum apostolorum mundificatiuum, & est descriptio Aui. & in fine eius descriptionis ait. & si bulliat usque ad ingrossationem uocat ipse Mesue ceras eos, & dominus magister Anto. de ianua gratia dei, quia mire redificat ulcera maligna. Nico. florentinus in lib. 7. in ca. de medicina absterfua ait sic. Aliud de gummis ad mundificandam sanem grossam. & galbani armoniaci resine & terebentine &c. postea ait, conficiatur unguentum ex eis, & est unguentum apostolorum, & hoc unguentum quando decoquitur donec nigrescat, uocatur à Mes. unguentum celsareos, & à quibusdam uocatur gratia dei, quia mirabiliter mundificat ulcera maligna, sed unguentum gratia dei est aliud apud nos, de quo infra.

VNGVENTVM de arthanita magnū. & succi arthanitæ lib. iiii. succi cucumeris afinini li. i. olei trini. i. de ireos lib. ii. butyri uaccini lib. i. pulpæ colloquintidæ. ʒ. iiii. polipodii. ʒ. vi. euforbii. ʒ. s. quæ terenda sunt tere, & submerge in succis & oleis, & pone in uase uitreato stricti orificii, & stringe caput eius, & dimitte per dies. viii. deinde bulliat totum ebullitione una & coletur, & proice super colaturam serapini aur. v. myrræ aur. ii. ita quod resoluatur prius in aceto uini, & aggrega omnia simul & bulliant, agitando semper cum fustâ usque ad succi ferè consumptionem. tunc proice super ea cere. ʒ. v. fellis uaccini aur. vi. ferueat cum eis usque dum liquefiat cera, deinde pulueriza super ea sicut conterendo scamoneæ aloes mezereon. i. herbe oliuelle colloquintidæ añ. aur. v. euforbii aur. ii. salis gemmæ aur. iiii. turbith. aur. v. piperis longi, zinziberis, camomillæ añ. aur. ii. conficiantur & administrantur.

Istud unguentum est in usu maxime secundum istam descriptionem quæ magnum nuncupatur, paruum uero non tantum, idem Mes. in cap. de arthanita habet duas alias descriptiones, quæ idem sunt.

Arthanita secundum Aui. in. 2. cañ. est buchormarien, tamen miror quod idem in. 3. cañ. in fen. xvi. in cap. de compositione solutiouorū eius, qui habet choliam ex uetustitate aut materia stigmatica, de quibus sunt clisteria, ponit ibi buchormariæ & arthanitæ, ergo falsus est textus secundi cañ. Rasis in. 3. Almanso. in cap. de cholica idem habet. idem in ca. de apoplepsia in clysteriis idem habet. Aui. autem in. 2. cañ. dicit, arbor mariæ est buchormarien. & iam dictum est de ea, & est trium specierū, una species eius sine fructu & duæ cum fructu, ego non intelligo quid uelit Aui. per talia uerba, nam arbor mariæ est rosamarinus & buchormariæ secundū ipsum est arthanita, quod non est possibile, error uero qui inuenitur in ipso apud me nunquam separabitur. hodie generaliter habetur opinio, quod Rasis in illo loco errauerit ponere buchormariæ & arthanitæ sed non recte, quia in hac inuenitur differentia quæ reperitur inter scedenegi sine h, & inter scedenegi cū h, similiter est differentia inter buchormariæ scriptū cū litera r, & inter buchormariæ scriptū cū litera c, nā ibi Rasis habet buchormariæ scriptū cū litera c, & hæc est arbor mariæ siue rosamarinus, si uero reperias buchormariæ est uera arthanita, de qua uide Serap. in cap. de ciclamine, qui inquit buchormariæ. i. ciclamen. in cap. uero de arbore mariæ dicit, quod est libanotis, ergo est rosamarinus, & sic si bene legeris uidebis quod buchormarien est arbor mariæ, & buchormarien est ciclamen seu arthanita. Franci. de pedemontium in cap. 1. de dolore intestinorum & medicinis eius ait, buchormariæ est radix piperis uel maliterræ, quod est falsum. nam buchormarien non est piperum, uerum si diceret buchormariæ est malum terræ, sed non piperum.

VNGVENTVM de arthanita paruum. & succi arthanitæ, & uiscositatis quæ mulgetur ex radice filicis, & succi chamemel. añ. ʒ. viii. succi extremitatū tamarisci. ʒ. ii. olei trini lib. ii. hyssopi humidæ. ʒ. s. armoniaci bdellii añ. ʒ. i. s. aceti quātū sufficit, ceræ citrinæ. ʒ. vi. corticis radicis capparorum. ʒ. i. s. picæ. f. nardi. ʒ. iiii. fiat sicut superius diximus.

Istud unguentum de arthanita paruum non est in usu. Verum sunt ex hominibus qui faciunt unum pro alio, quia in

isto pauciora simplicia ingrediuntur, sed non recte faciunt.

Filix secundum Iūdo. à singularitate folii dicta dicitur ex una uirgula altitudine cubitali unum scissum folium gignitur res applicata uelut penna. Dios. autem de ipsa duo facit capitula. unum de dipteris, aliud de feliteron, secundum uero Matth. sylua. diptaris est polipodium, sed non recte. nam si legis cap. de dipteri apud Dios. cū cap. de filice apud Serap. uidebis quod idem sunt, ipse uero Serap. in uno cap. loquitur de masculo & foemina. Aui. in. 2. can. duo capitula facit, unum de childaru, & aliud de sarace. hæc apud Dios. nascitur sine semine, sine flore, & sine hasta, sed quidam moderatiorum dixerunt, quod in nocte sancti Ioan. aliqui uadunt ad locū ubi filix nascitur, & ibi stant per horas tres, & dicunt quod cito in illa hora filix gerit florem, post semen. deus melius scit.

Camemelis istud uocabulum est corruptum. nā quædam descriptiones dicunt cauhenzigh. quæ dā camaelis, quæ dā cameactis quod melius est, & sic hodie habetur opinio quod debeat dicere cameactis, ergo est ebulus, cuius ortus est iuxta fossos. Columella in lib. de cultu. hortorum ait.

Parturit & rutilus ebuli creat uida baccas.
Nam neque sicca placet, nec quæ stagnata palude.
Perpetitur quarule semper conuitia rana.

Tum quæ sponte sua frondosas educat ulmos.

Hæc est spes sambuci, & est quæ nostri rustici lorice dicunt.

VNGVENTVM alhariel. & alhariel recentium. ʒ. x. assungia porcina. ʒ. xlv. terantur simul & dimittantur marcescere per dies. vii. deinde bulliant & coletur, & feruetur unguentum in uitri uase, & administratur ubi oportet.

Istud unguentum apud nos non est in usu, uerum ut dictum fuit chirurgici utuntur ipso sub nomine raptorii de cantaridibus, & dicunt quod alhariel sunt cantarides. sine dubio uidentur habere eandem uirtutem. Præterea in fine præticæ Dini florentini uidelicet in antidotario habetur unguentū alhariel, & ibi ponit ad litteram quod sunt cantarides, ergo unguentum de alharrel est unguentum de cantaridibus. infra apparebit una alia descriptio sub nomine unguenti de cantaridibus, sed non erit eadem.

VNGVENTVM rosatum. & assungia porcina recentis quantitatem quam uolueris, & lauatur in aqua calida nonies, & tantundem cum aqua frigida lauatiōe ultima, deinde terantur cum ea rosarum rubearum recentium quātum ipsa, & dimittantur marcescere per dies. vii. deinde coquantur cum facilitate, & coletur, & iterum tantundem rosarum terantur & dimittantur per alios septem dies, & fundantur super ipsum succi rosarum circiter partē. s. olei amigdalinii partes. vi. & iterum coquantur cum facilitate usque ad succi consumptionem, deinde reponatur & administratur & quandoque distumpitur in aqua rosata parum opii & proicitur in decoctione, & est mirabile ubi oportet, & proprie quando uigiliae adstant.

Istud unguentum est in usu. dicitur autem rosatum propter rosas quas recipit. Dios. rosa aquosa colore mixta est, duæ generantur in ea qualitates alterne. scilicet scriptica & amara. flores autem eius plus sunt stiptici, & ideo plus desiccatiui.

Assungia porcina pinguedo est satis nota. Serap. ex auctoritate Gal. ait in cap. de pinguedine. quando animal est humidum generatur in eo pinguedo, sicut porcus, & quando est sicum generatur in eo adeps sicut taurus, capra & alia quæ habent cornua. Dios. in cap. de assungia cum tunica ait in illo cap. confectio quæ sine sale est peisariis miscetur assungia porcina & urfina, conficitur sicut docet ibi.

VNGVENTVM uiolarum ualet sicut rosatum & confert pleuresi & inflammationi pectoris, & fit sicut unguentum rosatum. hoc apud nos non est in usu ut est rosatum.

VNGVENTVM basilicon magnum. & ceræ albæ raffinæ. f. raffinæ pini, sæpi uaccini, picis. f. naualis, glutinis, oli bani, myrræ añ. ʒ. i. olei quantum sufficit. in alio ceræ. ʒ. vi. picis. ʒ. iiii. & aliorum añ. ʒ. s.

Istud unguentum est in usu, maxime scdm istā descriptionem, aliud uero quod dicitur minus non tm. Auic. in. 5. cañ. no. habet duas descriptiones sicut habet Mes. sed non concordant cum istis, uerum differunt parum, dicitur autem basilicon.

filicon, non q̄ basilicon. i. ozimum ingrediatur. sed secundum quosdam dicitur basilicon à suo cōpositore. nam basilicon seu uasilicon interpretatur regale seu imperiale. nam gr̄ci uasilica regem seu imperatorem dicunt. inde basilicon unguentum regale est tetracharmacum.

Glutem olibani. i. thus, quidam autē crediderunt q̄ per glutem olibani intelligerentur duæ res. uidelicet per glutē terebentina, & per olibanum thus, & hoc approbant, quia Aui. ibidem habet loco eius glutinis alimbac. i. terebentina, sed ueritas est q̄ per glutem olibani intelligitur solū thus, quod satis est notum sed Leonardus de præda palea, in c. de cura ulcerum in generali. idem habet glutinum albotin: & olibanum. ergo debemus ponere in isto unguento terebentinam, & thus, quia satis conueniunt, tamen secundum intentionem Mes. solum thus debet poni.

VNGVENTVM de bdellio. R. bdellii. ʒ. vi. euforbii. ʒ. iiii. castorei. ʒ. iiii. serapini. ʒ. iiii. ceræ. ʒ. xv. olei sambucini. aut olei de cheiri. ʒ. x. bdellium & serapinum dissoluantur in aqua ruthæ agrestis. i. armolæ. cetera liniatur cū aqua calida, & fiat unguentum, & liniatur cum eo.

Istud unguentum est in usu.

Bdellium est gūmi arboris quæ nascitur in terris arabū, & melius ex eo est illud quod est amarum, clari coloris: & in se non habens ligna nec sordes.

VNGVENTVM filagrios ad spasnum. R. ceræ. ʒ. iiii. hyssopi humidæ. succi ruthæ agrestis an. ʒ. ii. euforbii. pisperis. armoniaci. croci. olei balsami castorei. glutinis, alimbac. i. terebentina. oppoponaci an. ʒ. ii. sigi. i. storacis liquida. ʒ. ii. s. olei quantum sufficit.

VNGVENTVM aureum. R. ceræ citrinæ. i. usualis. ʒ. vi. olei boni lib. ii. s. terebentina. ʒ. ii. rasnæ colofoniæ. i. picis gr̄ce an. ʒ. i. s. olibani masticis an. ʒ. i. croci. ʒ. i. misce, & fiat unguentum.

Istud unguentum est in usu dicitur autē unguentum aureum, quia est optimum & excellentius inter alia unguenta, sicut est aurum preciosum inter metalla. Leonar. de præda palea. in c. de ulceribus ambulatiuis habet unam aliam descriptionem, sed non est eadem. Niculus floren. in libr. 2. in c. de maturatione uariolarum, & cura ipsarum post apparitionem. inquit sic. Et quandoq̄ confectio unguenti de cerusa & lythargirii & unguenti rubei est bona ad ulcera uariolarum, & hoc unguentum est illud quod ponitur in antidotario, & hoc uocat ibi unguentum aureum, hoc ego ignoro, quia Auicē. in. 5. can. habet unguentum rubeum, quod idem non est. Glibertus de anglia. in cap. de cura arthetice. secundum Magistros habet unam descriptionem unguenti aurei, sed non est eadem.

VNGVENTVM de cerusa ad sagma salsum, & scabiem sicca. R. cerusæ merdasengi an. ʒ. vi. plumbi adusti scorix argenti an. ʒ. iiii. masticis olibani. ʒ. ii. s. olei rosati & acetii quantum sufficit, terantur in mortario & ponatur prius oleum post acetum an. parum infundendo, ita q̄ sine intermissione teratur, nunc hoc nunc illud infundendo donec impingatur. si autem eo indiget pruritus habens argenti uiui. ʒ. v. adde & administra, & quādoq̄ apud necessitatem adde ziniar. ʒ. ii.

Istud unguentum est in usu, solum sub nomine unguenti de cerusa ad sagma salsum, sed quādo medicus ordinat unguentum de cerusa simpliciter intelligitur una alia descriptio, quæ inferius apparebit. Bartho. montagna. in suo antidotario habet unam aliam descriptionem, sed nō est eadē, nec in usum uenit.

Cerusa secundum Aui. est cinis plumbi, aut alauoch, & tñ in ea q̄ fit ex alauoch. multū elaboratur in adurendo fit asreng. & acqrit superfluā subtiliationē. q̄nq̄ uero sūt oēs cerusæ cū aceto, & q̄nq̄ cū salib⁹, & q̄nq̄ sūt pluribus modis, scdm q̄ scitur in libris huius hartli. Leona. de præda palea in c. de inflammationibus & uescis inquit. cerusa. i. blaca.

Merdasengi. i. lythargirium, sicut inuenitur apud Auer. in 5. col. Aui. in. 2. can. ait. merdesen est plumbum adustum, & go lythargirium secundum Aui. est plumbum adustum, tamen hic aliud intelligitur, quia ibi ingreditur merdasengi,

& plumbum adustum, quæ idem non sunt, Leonardus de præda palea. in cap. de inflammationibus & uescis in quodam unguento inquit. merdasengi. i. lythargirium. & sic hodie loco merdasengi lythargirium ponunt, plumbum adustum secundum Aui. in. 2. can. est merdasen. i. lythargirium, sed hic aliter intelligitur. Gal. in lib. secretorū in cap. de squantia ait. merdasengi. i. plumbum. plumbum uero uena est terræ similis antimonio ac lythargirio, & satis notum est. Et modus adustionis eius superius habitus est.

Scoria argenti secundum Serap. ex auctoritate Alcanzi est sterco argenti, & est bona scabiei & pruriti. quidam lythargirium putauerunt, quod non est. Liber qui dicitur Bulchafis. in trac. inquit. doctrina qualiter aduruntur scoria argenti & auri ex libro almeiamir, quibus utimur in colliriis. R. de scoria cabrusiæ quantum uis, & tere ipsam in grosso modo, & cōfice cū melle ipsam, & pone ipsam in uase fictili nouo & fac, ut ibi docet Aui. in ca. de gre de alcabrusi loq̄tur.

Argentum uiuum aliud est minerale aliud artificiale, artificiale conficitur ex minio & cinabro, minerale autem inuenitur in mineris metallorū, & propter id inter genera metallorū est positū, quorū species metallorū secundū Irido. sunt septē. scilicet aurum, argentū, plumbum, stannum, es, & argentū uiuum, & ferrū quidā posuerunt argentū sublimatū, cerusam, & lythargirium inter genera metallorū. Glib. de anglia. in cap. de cura lepræ in generali dicit. q̄ fit de mercurio. i. argēto uiuo hoc autē conseruatur in uasis plumbeis, aut uitreis, aut in uasis de terra uitreata, aut in uescis, quia alia uasa corrodit, & ipsum computatur inter uenenosas medicinas.

VNGVENTVM ægyptiacum magnum. R. floris feris aur. v. mellis aur. xiii. acetii fortis, aur. vii. coque super igne donec inspissetur, & sunt qui addunt in eo olibani masculi triti aur. ii. s.

Istud unguentum est in usu, maxime secundum istam descriptionem Rasii in lib. diuisionū in fine. in cap. de medicinis algebra habet unam aliam descriptionem, quæ est quasi eadem. Leonar. de præda palea. in cap. de ulceribus profundis habet unam aliam descriptionem quæ eadem est. Forma autem istius unguenti, efficitur in colore rubeo. nā quando flos coquitur colorem rubeum acquirit.

VNGVENTVM tripharmacum. R. lythargirii triti, sicut alcohol. i. subtiliter, sicut atomi sola res partem unā, & funde super ipsum nunc oleum, nunc acetum, & teratur, & adequetur, & proprie quantum sufficit, & administratur.

Istud unguentum sub isto nomine non est in usu. uerum secundum chirurgicos est in usu sub nomine unguenti de lythargirio, tamen inferius iterū apparebit descriptio unguenti de lythargirio, qua generaliter utimur, dicitur autem tripharmacum à tribus medicinis quæ in ipso ingrediuntur. Auicē. in. 5. can. habet descriptionem unguenti nigri, & eadem est huic.

VNGVENTVM alfericon relatum ad alexandrum. R. cerusæ lythargirii, alfericon, aloes boni, croci, argēti uiui extincti an. partes æquales, olei de oleandro, & acetii quantum sufficit, fiat sicut unguentum de cerusa.

Istud unguentum non est in usu. Aui. in. 2. can. de ipso facit cap. sub nomine asuricon, & dicit q̄ est medicina ad scabiem, facta ex lythargirio calcadis. i. uitrioli & aceto, sine diabio alfericon est medicamen cōpositum, cuius descriptio nē Mes. inferius describit, & si facere uolueris unguentum alfericon similiter oportet facere cōfessionē de alferico.

Oleander apud Dios. uocatur nereon. Irido. ait. rodandam quod corrupte uulgo lorandū uocatur q̄ fit foliis lauri similis, florem ut rosæ, arbor uenenata. interficit. n. animas, & medetur serpentum uexationibus. descriptionē autē olei ipsius describit Rasii, de qua infra erit sermo.

CONFECTIO alfericon quod est medicamen cōpositum. R. lythargirii albi calcanthi. i. uitrioli, uiridis, de quo fit encaustum an. partem unam, floris æris partem mediam, terantur cum aceto uehementer forti in sole tempore æstiuo ferē per diem unam semper ante modicum addendo acetū, deinde ponatur in uase uitreo, & stringatur os eius, & sepeliatur in fimo diebus. xl. deinde administratur.

SECTIO X.

VNGVENTVM palmeum. & olei ueteris lib. iiii. affungia ueteris depurata à sale lib. ii. lythargiri lib. iii. uis trioli. ʒ. iiii. conficiantur sic. oleū & affungia mittantur in stā nato supra ignem & liquefiant. deinde addatur lythargiriū & uitriolum, & ducatur continue cum tribus ramis palmę, & accipe unum ramum palmarum minutatim incisum, & intromittatur, & tandiu bulliat supra ignem lentum factum de lignis siccis donec infietur & redeat ad suum statum: & inspissetur, & densitatem habeat.

Istud unguentum non est in usu sub isto nomine, ueram est in usu apud chirurgicos sub nomine unguenti de colco- tar. & sic sine dubio possunt uti sub isto nomine, nam uide quod Nico. floren. in lib. 7. in. c. de curatione siegmōnis inquit, sic est emplastrum de colcotar, & est istud quod uocat Serap. in suo antidotario diapalmam. Leonar. de præda palea. in. c. 1. de siegmone ait. unguentum de palma. i. de col- cotar relatū ab Aui. & sic est q̄ Aui. in. 5. habet unguentum de calcadis, quod quasi idem est, de quo infra.

VNGVENTVM de flore aris in suo grabadin. in. c. de uulneribus narium. ʒ. ceræ. ʒ. iiii. olei antiqui uel facti ex oliuis immaturis. i. olei onfacini. ʒ. xvi. floris aris puluerizati sicut alcohol, id est subtiliter. ʒ. ii. fiat ex eis, & utere cū lycinio, & quandoq; additur & minuitur ex flore aris, secū- dum q̄ exigit necessitas.

Istud unguentum non est in usu. Aui. in. 5. cas. habet unā aliam descriptionem quæ eadem est, nisi solum in uno, & hoc est q̄ Mel. non ponit resinam. Aui. uero sic. in reliquis idem sunt Ioan. Serap. in suo antidotario habet unguentū de ziniar, q̄ est idem cū unguento de flore aris apud Aui.

Flos aris scđm Simonem Janu. non est uiride aris. uerū hodie ponunt loco eius, quia reperitur in multis locis ubi unus doctor habet florem aris in uno alio loco habet uiri- de aris. nā uide Rasim in sief de calcanto ubi habet ziniar. id est uiride aris. Gualt. placen. loco eius habet florē aris. Petrus de argellata in. c. de medicinis mūdificatiuis uel ab- sterfuiis in unguento apostolorū habet. ʒ. uiride aris. Aui. in. 5. idem habet. ʒ. floris aris. Item Ioan. Serap. in suo anti- dotario habet unguentum de ziniar. Aui. in. 5. cano. habet unguentum de flore aris, quod idem est, & sic hodie unum pro alio ponunt. Sera. dat modum eius, sicut apparebit in- tra in emplastro apostolicon &c.

VNGVENTVM alabastrī nardi spicati, scđm Ni- colaum. ʒ. sauinæ uiridis. ʒ. v. hedera terranæ uiridis mil- lefolii arthemisiæ. i. matris herbarum gallæ, cupressi, fenu- greci, herbæ benedictæ, seminis lini, rorismarini, omnium octo. ʒ. vi. pone hæc omnia simul trita in aquæ sextariis. xii. & dimitte macerari usq; ad tertium diem. postea adde olei sextaria. v. diligenter cum cautela tandiu coque usquequo ad oleum perueniat remota aqua. remota uero ab igne, & colato per sacculum nitidum adde ceræ. ʒ. vii. colofonię te- rebentinæ galbani masticis gummi hedera resinæ olibani myrræ an. ʒ. v. storacis calanite, cozumbri, spicæ nardi, om- nium trium an. lib. i. balsami. ʒ. iiii. quæ terēda sunt tere, que liquefacienda liquefac in simul mixtis omnibus, diu agitan- do cum spatula misce, deinde usui reserua &c.

Istud unguentum alabastrī est in usu. Appellatur autē un- guentum alabastrī nardi, non q̄ alabastrum ingrediatur, ho- dierni autē utuntur unguento alabastrī, & in eo ponunt alab- astrum quod est genus marmoris, sed non recte, quia ex meo iudicio alabastrum in hoc nō debet ingredi. nam hoc unguentum inuenitur in lib. 7. Gliberti anglici. in. c. de retē- tione menstruorū, quod alabastrum non habet. Papias ue- ro ait. alabastrum genus marmoris, unde fit uas in quo de- intus unguenta cōseruantur, & ideo pro ungueto ponitur. nam sine dubio hoc dī alabastrum, quia ipsum cōseruari debet in uno uase factō ex alabastrō. Præterea uide in pas- sione dñi nostri Iesu Christi secundū Marcum ubi dicitur, & cum esset Iesus Bethanæ in domo Simonis leprosi, & re- cumberet uenit mulier ha bens alabastrum unguenti nardi spicati preciosi, & fracto alabastrō effudit super caput eius, & hoc est istud unguentum quo utebatur Maria & Martha sorores, unde per hoc uide apud Leona. de præda palea. in

c. de casu & offensione propria doctrina, ubi sic ait: Nota de unguento alabastrō, quod operatur mirabiliter in contu- sione & attritione & casu & offensione. ac ē in uerberatis, & flagellatis, & tortis cum tortura, & similibus. & uocatur unguentum alabastrum nardi de spica nardi præciosa, quid Romani à Hierusalem attulerunt tempore quo dñs noster Iesus Christus crucifixus est. Bonum & probatum in omni- bus febribus & rigoribus & calculosis doloribus lumborū, petram de uesica rumpit, renum dolorem aufert, & emigra- neum dolorem amputat, casibus matricis optime subuenit. Maria & Martha sorores Lazari hoc unguento usæ fuerūt omnibus diebus uitæ suæ. Scias autem q̄ ueritas est, quod hoc unguentum dī alabastrum nardi spicati, quia cōserua- tur in uase alabastrō, & propter spicam nardi quam recipit. & dicunt sapientes, q̄ hoc potest dici unguentum de spica nardi cōseruato in uase alabastrō.

Sauinæ uiridis, id est recentis. Hedera apud Diosc. uocatur cissos. Plī. hedera species habet tres, candidam, nigram, & elix. Et hæc in species alias diuiduntur. Gale. in lib. ad parthenianum ait. hedera hæsē tur in diuersis arboribus, parietibus, uel petris, & terra, sed hic intelligitur de illa quæ in terra reperitur, quæ satis est no- ta, de qua antiquitus coronabantur poetę. unde Virg. in bu- colicis. Pastores hedera crescentem ornate poetam.

Galla cupressi. i. fructus eius, qui aptus est in medicina. Ifido. in. c. de propriis nominibus arborū inquit. cupressus græce dī q̄ caput eius à rotunditate in acumen erigitur, unū & conon uocatur. i. alta rotunditas, hinc & fructus eius coz- nus, quia rotunditas eius talis est ut conum imitetur, unde cōniferē cyparisi dicuntur. huius lignum cedro penē pro- ximum habet uirtutem templorū quoq; trabibus aptū, im- penetrabili soliditate, nunq; oneri cedit, sed ea qua in princī- pio fuerit firmitate pseuerat. Antiqui cupressi ramos prope- rogam constituere solebant, ut odorem cadauerum dum urerentur comprimerent iocunditate odoris sui.

Millefoliū est herba quæ omnibus nota est. Dio. miriofi- los, siue ut latini millefolium. i. supercilium ueneris. nascitur in palustribus locis, tritum habet ex una radice mollem & subrustum, & quasi manibus linitum, & folia similia fenicu- lo. Plin. miriofilion, quod nostri millefolium uocant.

Herba benedicta secundum compositorum est fit, quæ alio nomine ualeriana uocatur. Simon uero Janu. ait. terra benedicta in antidotario olii in unguento alabastrī, quod ignoro. uerum est quod Glibertus loco herbæ benedictæ habet terram benedictā, sed Leonardus habet herbam be- nedictam. ego uero ignoro quid sit terra benedicta, sed her- ba benedicta est ualeriana, quam meo tempore uidi appo- ni in hoc unguento.

Rorismarinus scđm Dio. est libanotides. scđm uero Sera. est arbor maria, de qua miror q̄ ipse Sera. in suo breuiario. in. c. de hemoroidibus inquit. q̄ arbor maria est arthanita, quod non recte dicitur ab aliquib' corona montis uel mon- tana, eius flores alchilil dicuntur, unde zuccharum alchilil, id est de floribus rorismarini.

Sextarium uero secundum compositorum. Aui. & Sera. est pondus sex dragmarum, & dauich duorum, scđm Gentilē est pondus. ʒ. vi. Leonardus idem inquit. sextarius est pon- dus aur. iiii. aureus uero est quarta pars uncia, in uncia sunt octo dragmæ. Hodierni uero generaliter qñ reperiuntur in receptis sextarium uini uel aquæ intelligunt duas lib. cū di- midia, sed per sextarium piperis uel cinnamomi sex drag- mas intelligunt deus melius scit.

Colofonia. i. pix græca. Dinus florentinus in primo lib. in. c. de eruptionibus exituralibus ait. picis sicca. i. pice græ- ce. Item circa instans. colofonia. i. pix græca. est autem gū- mi cuiusdam arboris quæ in græcia reperitur. unde pix græ- ca. dicitur etiam reperitur in aliis locis. Plin. uocat eam bri- ciam dicens. bricia fit è picea rasina. in hispania autē è picea nostris minime laudata. est enim resinarum amara, & arida, graui odore. unde resina fixa, pix bricia, pix romana, colo- fonia idem sunt.

Cozumbrum secundum compositorum est censura iu- deorum.

deorum. uel timiamatis, uel thus iudeorum. Leonar. ibidē
ioquit. cozumbrum sunt faeces storacis liquidæ. ergo cozū
brum est storax rubea, qua utuntur iudæi in ecclesiis pro fu
migatione. etiam cozumbrum potest dici q̄ interpretatur
omne fumigium odoriferum.

Spica nardi. i. aromatica. istud uero unguentum dicitur
alabastrū nardi propter spicam nardi quam recipit in mul
ta quantitate, & conseruare debes in uase factō ex marmo
re dicto alabastrum.

Balsamus. i. opobalsamum. nam opos est balsamus, ue
lut lac. & similiter oposici uocatur lac ficulneæ ab ipsa. Plī.
aut ait, sed omnibus odoribus præfertur balsamum uni ter
rarum iudææ concessum quondam in duobus tantū hortis
utroq̄ regio altero iugerum. xx. non amplius, altero pau
ciorū, ostendere arbutulam hanc urbi imperatoris Vespas
siani clarumq̄; dictū à Pompeio magno in triumpho arbo
res quoq̄ diximus, feruit nunc hæc & tributa pendit cū sua
gente in totum. alia est natura quam nostri externi quæ p̄
diderant, hoc præciosum est, in nostris partibus raro inue
nitur, sed infra describam quædam olea quæ possunt poni
in omni loco ubi ingreditur balsamus.

VNGVENTVM martiaton ibidem. ℞. ceræ albæ
lib. ii. olei. lib. viii. ruthæ. ℞. vii. maioranæ. ℞. vi. tamarisci. ℞.
vi. esbrii, rorismarini, foliorū lauri an. ℞. iii. lauinæ, id est bra
cheos balsamitæ, lilifagi, ozimi. i. herbæ quæ basilicon odo
riferum uocatur. poli. i. poli montani, calamenti, arthemis
siæ, entulæ, betonicæ, branchæ urfinæ, spergulæ, herbæ uēti,
pimpinellæ, agrimonix, absinthii, herbæ paralesis, herbæ
sanctæ mariæ, cimorum sambuci, herbæ crassulæ, millefo
lii, semperuiuæ, camedreos, centumneruæ, centaureæ fra
gulæ, quinq̄ folii tetrait an. ℞. iiii. s. radicū euisci, cima
rum myrti id est foliorum myrtillorum an. ℞. iii. fenugre
ci. ℞. i. s. butyri. ℞. i. ℞. ii. urticæ uoiarum, papaueris nigri,
menthæ saracenicæ, & aliæ menthæ, lapacioil, politrici, car
duncelli, matrisiluzæ, maturellæ, herbæ muscatæ, aleuiæ,
linguæ ceruinæ, crispulæ, camphoratæ, storacis calamitæ,
medullæ ceruinæ an. ℞. s. adipis ursi, adipis gallinæ, masticis
an. ℞. i. thuris. ℞. s. olei nardini. ℞. ii. colligantur omnes her
bæ in mense madii & in uno die aut in duobus si potest ab
hora tertia usq̄ ad meridiem. conficiantur sic. herbas tritas
diebus septem in optimo odorifero uino infunde, octauo
autem die coquantur lento igne, & cum uinum aliquantū
lum inceperit consumari addatur supradditum oleum, &
bulliant donec herbæ incipiant dimitti, deinde studiose co
lentur, & proiectis herbis iterum super ignem ponantur, &
cum bullire inceperit ponatur storax, & cum modicū bul
lierit ponatur butyrum, & assingia confusa, & oleum nardi
num. i. de spica nardi, & masticæ, & olibanum, & postea cera.
Et cū cera liquefacta fuerit bene cū spatula semper agitādo
ab igne deponatur, & cū coagulātū fuerit i vase reponatur.

Istud unguētum martiaton dī à Martiatone peritissimo
medico à quo fuit inuentum. hoc apud multos apothecar
ios in usu est, sed pauci sunt apothecarii qui ipsum faciāt,
immo emunt à mercatoribus Ianuensibus. & hoc aduenit
quia ibi ingrediuntur multa simplicia quæ difficilia sunt in
ueniri, sed ego considerauī dicens, si in partibus ianuæ ac in
aliis faciunt, nonne idem possumus cōponere nos? nam si
ne dubio idem nos possumus componere, & melius. quia
ego fui in partibus ianuæ & interrogauī apothecarios qui
componunt prædictum unguentum, qui in multis simplicib
bus errant, & ponunt in eo quid pro quo, id est unam rem
pro alia, sed ego taliter agam q̄ nos & alii apothecarii fa
cere poterunt. Gilbertus de anglia in. c. de cura arthetice
scdm Magistros habet unam aliam descriptionem quæ ea
dem est, eandem habet Leonardus de præda palea in. c. i.
de confusione & attritione.

Ruthæ. i. ruthæ domesticæ, hæc satis nota est. scdm circa
instans, si quis est totus circumdatus rutha uiridi secure pōt
accedere ad interficiēdum basiliscum, sed hoc credo quod
apud ipsum nunquam fuit probatum, nec apud me.

Maiorana herba est satis nota. hæc est quam Dio. sanctus
cum uocat, Plī. amaracum, Diocles medicus & sigulagrus

appellauere, quod ægyptus & syria sanctum. In hac sunt di
uerse opinioniones. nam Gilib. loco eius habet armoniacum.
Leonar. nō habet maioranam nec armoniacum, & sic meo
tempore uidi facere ipsum sine maiorana, & sine armonia
co, tamen fac ut tibi placet.

Tamariscus apud Dio. uocatur mirica. Plī. muricem in
Italia nasci quā tamaricē uocat, certum est achia, aut brion
syluestrem insignem, & quod eam satiuam tantum ferat, cui
gallæ similis fructus in syria & ægypto copiosus. Gal. in lib.
ad parthenianum inquit. miricas fructiculum afferre mollē,
frangibilem, & ueluti florem tantum ægypto quidem simi
lem gallæ. huius igitur succus in qua fuerit coctus pedicu
los occidit, & culices & pulices fugat. Hæc apud nos iux
ta aquas nascitur.

Esbrium secundum Compositorem est flos saluiæ. secun
dum uero Matth. sylua. est maiorana. quod non creditur. nā
Leonar. loco eius habet flores saluiæ, quod idem est.

Balsamita idem habent alii, est mentha aquatica seu sism
brium, in hac errauit translator Auic. in. 2. can. in cap. de nes
men dicens, q̄ nemen est sismbrium, quod nō est. nā nemen
apud Serap. est serpilium. Balsamita uero siue mentha aqua
tica est herba habens folia similia foliis menthæ, sed maio
ra cum flore cœlesti. iuxta aquas nascitur. Multi autē igno
rantes apothecarii credunt, sed nō recte, q̄ balsamita sit que
dam herba inuoluēs circa muros, quā nos uulgo balsamina
dicimus, sed aliud est, suum uero nomen de balsamina in la
tino est dictum memordita &c.

Lilifagus. i. saluia. unde Macer. Lilifagus græce, sed saluia
dicta latine. Dio. elifagus, aut lilifagus, aut fagnon. Plī. bes
chion quæ & saluia dicitur, alias tusilago. duo eius sunt ge
nera, syluestris ubicunq̄ nascitur sub esse aquas credunt. ita
altera à quibusdam saluia appellatur similis uerbasco.

Calamentum est herba satis nota. Isido. mentha agrestis
quam græci calamentum nostri uulgo nepetam uocauerūt
est maioris uirtutis & uehemens in calore.

Brancha urfina secundum Petrum de crescentiis calida
est & humida in primo gradu uirtutem habet molliendi se
cundum Moder. duæ sunt species. Quarum una habet folia
magna, sicut folia caulis, sed incisa sicut brancha urfi. in me
dio eorum stipes, in cuius capite sunt multi flores purpu
rei spinosi & conclusi. hæc uero nascitur in montibus in lo
cis umbrosis. Altera uero species habet folia similia foliis
paritariæ, sed longiora, & in ipsis foliis oriuntur flores cons
clusi, sicut prioris purpurei, & quando siccantur efficiuntur
spinosi. hæc apud nos iuxta hortos inuenitur, ponitur hæc
si habere non poteris priorem.

Spargula secundum compositorem & rubea tinctorum
minor, & sic hodie habetur similis opinio. Dio. uocat rubeā
& inquit. rubea quā alii erithrodanum, latini uero rubricam
dicunt. herba est omnibus nota. eius species sunt duæ, una
agrestis, alia quæ appellatur sparthos, ramulos siue tirfos
habens tenues, & quasi nodosa folia, per interualla distantia
atq̄ per singulas enodationes, ueluti stellarum imaginem
mētientia, fructus siue semen rotundum est & uiride, dehinc
rubrum, aut circa maturitatem, nigrum, radicem habet te
nuem & paruam & rubicundam &c. Hæc est forma rubeæ
tinctorum, si autem habere nō poteris minorem ponas ma
iorem. minor uero non est illa herba quam nostri rustici ra
sparellam dicunt, sed est aliud.

Herba uenti. i. herba uenti maior, & est paritaria. eius spe
cies duæ sunt. i. maior & minor. maior uero est paritaria si
ue uitriola, siue alifinē. ut apud Dio. siue herba uitri. ut apud
Aui. idē circa instans ait. paritaria herba est quæ alio nomi
ne dicitur uitriola, quia optime uasa mundificat. hæc apud
nos in muris nascitur, & dicitur à uulgo ueraxium. minor
uero est consolida minor habens florem sicut arthetica, sed
sunt purpurea, & dicunt sapientes, q̄ utraq̄ in hoc unguens
to debet poni.

Agrimonia herba est satis nota, apud nos in pratis repe
ritur. Dio. autem inquit, agrimonia herba omnibus nota,
quæ feraria minor dicitur. nascitur in campis uel circa se
pes, cuius radix græco nomine eupatorium dicitur, eo q̄

SECTIO X.

diuretica sit ualde apud modernos. eupatorium est aliud. Gal. in lib. ad parthenianum de agrimonia, & eupatorio in uno cap. loquitur. in fine uero ait. huius igitur radicem græci eupatorium dicunt.

Herba paralesis secundum compositorum est herba sancti Petri, siue ut alii primula ueris, eius species sunt duæ. maior & minor. maior uero est herba sancti Petri quæ in hortis nascitur cum foliis uiridibus parum incisus, hæc nota est omnibus, minor est illa quam hodie generaliter herbam margaritam dicimus, cuius flos similis camomillæ est. huius in partibus plurimum est.

Herba sanctæ Mariæ secundum eundem est persicaria, seu sanguis christi. secundum uero Matth. syl. est herba ad albedinem tendens cum foliis rugosis, sicut herba quæ dicitur flos finos. i. talus barbalus, sed non recte dicit, quia si compositor dicit quod est persicaria eius forma non est, ut dicit Matth. Præterea Leonar. ait. herba sanctæ Mariæ siue persicaria, & sic est secundum ueritatem & eius forma est, quod habet folia similia foliis persici. intra quæ sunt puncta nigra, apud nos iuxta hortos nascitur, inuenitur alia species quæ caret maculis, sed hæc non est tante uirtutis, quidam uocant ipsam zinziber caninum, alii persicariam cum sigillo. secundum Pet. de crecen. herba sanctæ Mariæ est mentha romana uel sarracenicæ, quod falsum est, nam in isto unguento utriusque ingreditur.

Sambucus est actis. Sera. in cap. de sambuco inquit. quod duæ sunt species, quorum una dicitur in græco actis, & in latino faboca. uult dicere sambucus. secunda nominatur in græco chameactis, & est eius intentio terrena, uel infima actis, & in latino dicitur abolas, uult dicere ebulus, & est arbor ebuli. unde uersus. Sambucus est actis, sed ebulus est chameactis.

Herba grassulæ secundum compositorum est faba grassa, cuius species sunt tres. scilicet crassula maior. i. faba grassa, minor uero est uernicularis, media est cardus benedictus, sed lumen ueris tenebra apothecariorum exponit, quod est uernicularis, sed falsum est. nam uera crassula est herba habens folia uiridia & pingua, ut semper uia cum flore tendenti ad albedinem nascitur autem apud nos iuxta fossos, & est illa quam nostri rustici uulgo fabam græcam dicunt, sed non recte, quia aliud est, sed debent dicere fabam grossam. Infra apparebit oleum frigidi disimum uiride, & ibi melius certificabo, quod crassula non est uernicularis, ut dicit lumen malelucens.

Semper uia apud Auic. uocatur succutum, sed non recte quia succutum est corruptum, & debet dici simphitum. ergo est consolidata maior, sed ipse ignorauit quid esset. apud Dioscoridum uocatur aizon. Macer ait. Diximus acidulam quam græci dicunt aizon. sic dici credunt sapor illi quod sit acetum. Inferius idem ait. Altera uero minor species est illius herbarum, quam semper uiam dicunt, quoniam uiret omni tempore barba iouis uulgari more uocatur.

Camedreos est herba dicta apud nos calamandrina. Pli. camedris herba est quæ latine trizaga dicitur, aliqui camacropem alii teuciam appellauerunt.

Centumnerua secundum compositorum ac Gliber. est arnogiola siue plantago maior. hæc apud Auic. uocatur lingua arietis, & est herba quam nostri rustici bletam syluestre uocant, illud uero lumen fuscum loco centumneruæ habet centauream, quod non recte actum est. nam in isto unguento ingreditur, & centumnerua & centaurea.

Centaurea. scilicet minor, sed lumen malelucens inquit. centaurea. scilicet maior, sed non recte. nam uide quod Mes. in cap. de centaurea ait. quod eius species sunt duæ. scilicet maior & minor. minor uero est melior in omni re. Isido. centauream græci uocant quæ à chironem centauro fertur reperta eadem & limnios, quia locis humectis nascitur eadem & fel terre, propter amaritudinem dicta est.

Fragula est herba gerês fragra. Vnde Ouidius metamorphoseos. Montana quæ fragra legebant. & Virgilius. Qui legitis flores & humi nascentia fragra. Apud nos hæc nascitur iuxta fossos, cuius fructus comeduntur in suo tempore.

Quinq; folium. i. pentafilon. Auic. in. 2. can. duo capitula facit, unum de pentafilon, aliud de quinq; folio, quod idem est, dicitur autem pentafilon à numero foliorum, quia per

singulas adnotationes habet quinq; folia. Auic. in cap. de la tucinio ponit pentafilonem inter species eorum.

Tetraite seu herba tetrahit, ut dicit Leonar. secundum Gliber. est herba iudaica. Idem ait compositor, sed multi hodierni apothecarii credunt quod dicat torathit, sed non recte, quia torathit est fungus nascens in radice rosæ caninæ siue barbæ hircinæ, ex quo fit hypoquistidos, & hoc multi ponunt qui errant, nam aliud est tetraite, aliud est torathit. si uero compositor uult quod tetraite sit herba iudaica, ergo est herbum. nam Auic. in. 2. can. inquit. herba iudaica. i. herbum, & herbum apud Dioscoridum est orobum, cuius aliud est palidum, aliud subruffum, & aliud album. Circa instans dicit. tetraite est herba iudaica, & sic est secundum ueritatem quod tetraite est herba iudaica siue herbum siue orobum, ergo est herbilia, aut illa herba quam rustici elmocho uulgo dicunt.

Euisus. i. maluuisus seu altea. Auic. in. 2. can. ait. altea nomen in græco deriuatum est ex nomine plurium iuamatorum.

Mentha sarracenicæ. i. mentha romana seu nigra. Nam eius planta est nigra ad similitudinem sarracenorum, cuius folia maiora sunt quam mentha hortulanæ, hæc apud nos iuxta aquas inuenitur. Petr. de cresc. in cap. de mentha ait. mentha tres sunt species, est. n. quædam domestica, quæ proprie hortulana dicitur, & est alia syluestris quæ menthastrum dicitur, & est mentha quæ longiora latiora & acutiora habet folia, & hæc est mentha romana, uel sarracenicæ, & uulgariter herba sanctæ Mariæ uocatur, quod falsum est. nam supra in isto unguento posita fuit herba sanctæ Mariæ, ergo non est mentha sarracenicæ, ut inquit ipse. Hic Nico. dicit, & alia mentha, idem dicit alii, ut Gliber. & Leonar. & significat alias species mentharum quas ipse non nominauit. nam species mentharum quinque, de quibus tres nominauit supra per alias duas non nominauit, sed illas quas intelligere debemus, & alias menthas est mentha communis seu hortulana, & menthastrum. Et sic meo tempore uidi in hoc ponere quinque species mentharum, quæ sunt mentha hortulana siue communis, uel odorifera, & syluatica, & est menthastrum, & est alia quæ dicitur sarracenicæ siue romana, & est alia quæ dicitur aquatica siue balsamita, & est alia quæ dicitur mentha non odorifera, & hoc est calamantum, & sic omnes istæ quinque debent poni in isto unguento, sed lumen de quo supra inquit. per alias menthas non intelligitur nisi mentha domestica, sed non recte, ut est notum apud omnes sapientes.

Politricum herba est minuta, cuius stipes uergit ad nigredinem, in puteis hanc uidi & in muris, ac in locis humidis, & hoc est satis notum.

Lapaciolum siue lapacioli secundum compositorum ac Gliber. est lapacium acutum, ergo est acetosa qua generaliter utuntur, & sic est quod illa acetosa qua utimur est acutior omnibus lapaciorum speciebus. Macer ait. Herba solet lapaci uulgo paritella uocari. Illius species dicuntur quatuor esse. Idem ait Dioscoridum in cap. de lapacio. Circa instans inquit. lapaciorum triplex est maneries. scilicet lapacium rotundum acutum, & domesticum, minus efficax est lapacium domesticum, quod folia habet aliquantulum lata & magna, uel medicinæ competunt.

Carduncellus secundum Gliber. est cardus benedictus. idem dicit compositor. ergo est quem Pli. erigeron siue senecionem uocat, de qua Isido. erigonon à græcis dicitur, quod uere primo senescat. unde & eam latini herbam senecionem uocant, non intelligitur de senatione quod dicitur cressonum, sed de alia herba de qua Macer ait. Erigeron græci senecionem nosque uocamus. Quod canis similis uideatur flore capillis. Nascitur in muris & in hortis & tegulatis. hæc apud Dioscoridum uocatur sedum, & apud Gal. in lib. ad Parthenianum uocatur suedo, quæ alii senicionem uocant. hæc uero est herba quæ in numero cardonum est. apud nos in hortis ac in muris inuenitur, & est quam lombardi herbam turcham uulgariter dicunt.

Matrisliua secundum compositorum est oculus lucidus seu caprifollum, de hac apud quosdam sit licium, sed illud licium est debile. Hæc herba apud nos iuxta hortos inuenitur, cuius folia sunt ab uno latere subalbida, & ab altero uiridia, se

dia, se adherentes & inuoluentes sæpius super alias plantas ut est notum. Et est quam Dioscor. periclimenon uocat, & nostri cesoli uulgariter dicunt.

Maturella secundum compositorem est potentilla seu amantilla. ergo est ualeriana seu fu. Matth. syl. dicit, martorella. i. ualeriana, uel fu, uel herba gattæ, sed herba gattæ apud nos etiam habet aliam significationem. nam significat nepitam seu calamentum montanum, ualeriana apud theophrastum dicitur thamara. hæc herba omnibus nota est. Circa instans ait. fu intelligitur radix in medicina. Lumen male lucens non posuit in sua descriptione maturellam, forsitan ignorauit quid esset.

Herba muscata. i. herba muscata maior. Leonardus loco eius habet herbam gariolam, sed non recte. Gilib. habet herbam muscatam secundum compositorem est maior & minor, maior autem facit actus & non redolet, minor nõ facit actus & redolet, quid autem sit communiter ignoratur. non. n. est iua muscata, ut quidam dicunt, nec eius forma est, ut dicit lumen male lucens, ueritas autem est qd herba muscata maior est herba dicta fecabrion, quæ folia habet minuta similia petrosellino aequaliter pilosa, florem habet paruũ tendentem ad rubedinem, & quando flos decidit facit quãdam rem ad similitudinem actus acutam, uel ad similitudinem rostri ciconiæ. hæc suo tempore dum est recens comeditur in uis ac pratis inuenitur, hanc uulgares rostrum ciconiæ uocant, & hanc meo tempore uidi ponere in hoc unguento.

Aleuia idem dicit Leonardus. Gilib. dicit, aleuia est species trifolii, & est herba acetosi saporis. ergo est panis cuculi, unguentum de meo tempore uidi multos in hac errare, reperitur autem super arborem ulmi, quãdã res similis uescicæ, & hæc apud malignos herbatos panis cuculi uocatur, sed non recte, quia panis cuculi est aleuia, & est herba quæ sapore habet acetosum, habens tria folia sicut trifolium, sed sunt parua & tripliciter diuisa, & in acumine cuiuslibet partis est incisa, semina ipsius sunt in uaginis similibus cornibus, quæ cū tanguntur tempore maturationis euolant ab his semina sicut handacho chæ. i. trifolii, tendentia ad rubedinem, hæc raro in pratis inuenitur.

Lingua ceruina secundum modernos est scolopendria, quæ generaliter utuntur. uide de ipsa in syrupo de scolopendria.

Crispula idem habet Leonardus. Gilib. dicit, crispula. i. oculus bouis, secundum autem compositorem est herba cancri, quid autem sit generaliter ignoratur, sed quia Gilib. dicit, qd crispula est oculus bouis, ergo est quãdam herba quæ apud Dioscor. uocatur butalmos, cuius folia sunt similia foliis maratri. i. feniculi, flores habet nigros. Hic textus Dioscor. est corruptus, debet. n. dicere, qd habet flores citrinos plus flore camomillæ, ut dicit Serap. ex uerbo Dioscor. in cap. de cotula, qd idem est. Auic. in. 2. can. ait, bichar & est illa quæ uocatur cheu fem. i. oculus uaccæ, rosa eius est citrini coloris, rubea in medio, grossior rosa camomillæ, & sic est. uide ergo qd crispula est oculus bouis seu butalmos siue cotula, & hæc apud nos in ciuitatibus & in uis nascitur. Rasis in lib. aphorismorum, in lib. 4. de dictis medicinis & cibariis inquit. ladiion. i. oculus bouis seu oculus uaccæ, quod idem est. hanc nostri rustici cotulam dicunt.

Camphorata secundum compositorem est abrotanum syluestre, sed lumen male lucens loco eius posuit camphoram, sed nõ recte factum est. nam Gilib. ac Leonardus. posuerunt camphoratã. i. abrotanum syluestre, cuius folia sunt similia foliis camomillæ, loco eius uidi ponere abrotanum uisuale.

Medulla ceruina seu cerui. Serap. in cap. de medulla ossium inquit, & illa quæ est melior per experientiam est medulla ossis cerui, & post ipsam medulla uituli. Idem dicit Auic. in cap. de medullis. in. 2. can. Dioscor. ait, medulla omnis reces sine sale mollitiua atq; mirificæ uirtutis est inueterata sine sale sumpta recorporatiua efficitur, laxando. uerum de omnibus medullis melior est ceruina, secundo uitulina.

Adeps uris secundum Serap. facit oriri pilos in alopitia, & est conueniens scissuris quæ sunt à frigore & apostematibus sanguineis. Auic. ait, adeps uris & adeps anseris conueniunt alopitia.

Adeps gallinæ nota est. Dioscor. in cap. de assungia inquit, assungia omnis utilis est matri ei, maxime reces anserina uel gallinacea sine sale condita. nam salita contraria est matri ei.

VNGVENTVM aragon ibidẽ. q. roris marini maioranæ radicis iari serpilli ruthæ radicis sicidis an. 3. iiii. s. foliorum lauri, saluicæ, sauinæ an. 3. iiii. pulicariæ maioris, pulicariæ minoris an. 3. iiii. brioniæ. 3. iiii. laureolæ. 3. ix. nepetæ. 3. vi. fol. sicidis. 3. vi. masticeis, olibani an. 3. vii. piretri. eu forbii, zinziberis, piperis an. 3. i. olei muscellini. 3. s. petrolei 3. i. adipis uris, olei laurini an. 3. iiii. herbæ & radices colligantur & in madio, sicut dictum est. nam in mense Iunii non sunt apti nisi primus uel secundus dies, deinde fortiter tunc se in mortario ponantur in oleo per septem dies, septimo uero die super ignem ponantur donec coquantur bene, postea super saccum colentur, & tunc super ignem ponantur, & cum inceperint bullire addantur butyri. 3. iiii. olei communis lib. v. ceræ lib. i. 3. iiii. & cera liquefacta ponatur petroleum & muscellinum & ad ultimum mastix & olibanum zinziber, & piper & piretrum, tunc ab igne deponantur & recondantur.

Istud unguentum est in usu. Aragon. i. adiutorium. Gilib. de anglia. in cap. de dolore renum habet idemmet. Leonardus. de præda palea. in cap. de cura casus & offensionis, ponit unguentum aliud magistrale mirabile, quod uocatur aragon, & est idem, nisi qd ipse non ponit pulicariam maiorem, nec minor, in reliquis idem sunt, unde meo tempore multos in hac uidi errare, & hoc est in pulicaria, de qua infra.

Radicum iari siue iarus est dragontea minor, & est quam Dioscor. uocat aaron. Petr. de crescẽ. inquit, iarus alio nomine dicitur barba aaron, uel pes uituli, quod idem est Gal. in. 6. simplicium ait, ius. i. iarus aaron.

Radicum sicidis. i. radicem cucumeris asinini, cuius succus elactericum dicitur. Leonardus. ibi dicit, radicem sicidis. i. cucumeris asinini.

Pulicaria maior apud grecos conisca uocatur, sed apud Dioscor. coniza, cuius alia maior atq; odoris grauioris, alia minor & odoris iocundi, inter has alia est media grauioribus odoribus. Quorũ prima appellata est etiam coniza lata siue uanitatũ, uel ut latini armentalis. Itẽ secunda uocatur libanotis siue ut latini pix marina, uel striscarum media appellatur etiam coniza cephalos, siue ut latini thymus minor, maior & minor coniza folia oliuæ similia habent, sed aspera & pinguis, minoris uero folia odorata sunt, maioris uero grauius odoris, quæ etiam in fructu maior est. Dioscor. ponit qd spes conizæ sunt tres, sed Pli. nõ ponit nisi duas, quid autem sit comuniter ignoratur. secundum intentionem luminis apothecariorum est elleborus, quod falsum est. nam generaliter apud peritos tenetur qd coniza sit pulicaria, ut inuenitur in 7. simpl. apud Gal. & sic coniza est pulicaria, & secundum intentionem Dioscor. tres sunt spes. i. maior minor, & media. Ipse autẽ Dioscor. dicit, qd media est cephalos siue thymus minor, & thymus maior apud moder. est saturegia. ergo per pulicariam minorem intelligitur saturegia, & per pulicariam maiorem intelligitur coniza maior, seu thymus maior. i. uisualis, & sic si bene consideretur uidebis qd pulicaria maior est thymus, & pulicaria minor est saturegia.

Pulicaria minor secundum intentionem Dioscor. est sicut maior in foliis, sed est odoris grauioris, & sic est qd pulicaria minor. i. saturegia seu timbra habet maiorem odorem quam maior, in foliis idem sunt, & in uirtute sunt quasi idem, in partibus romæ unus grecus dixit mihi, qd pulicaria minor apud ipsos uocatur coniza seu timbra, & fecit uersiculos sic dicẽs Timbra solet græce saturegia dicta latine. Timbra solet græce pulicaria dicta minor. Thymus dictus hæc nos pulicariã maiorem nominamus, & sic meo tempore pro pulicaria maiori thymũ uidi ponere, & pro pulicaria minori saturegiam.

Laureola apud Dioscor. uocatur daphnoides. Sera. uero iter spes lauri laureolã describit, & est quã dicit esse gar. est spes alia quæ dicitur daphnides, & est arbor parua, cuius altitudo est unius brachii, habet uirgas multas subtiles medietales, supra quibus superius sunt folia, & uirgæ eius sunt facile trangibiles, & super ea est cortex fortiter adhærens ligno, &

SECTIO X.

folia eius sunt similia foliis lauri, nisi quia sunt molliora & tenaciora, & ad frangendum difficiliora mordicantia & pungentia linguam, & gulam exasperantia, & habet flores albos, & grana quando sunt matura sunt nigra, & habet radicem nullius ualoris in medicina, nascitur in locis montuosis. Ioannes anglicus in cap. de paraleli dicit, semen laureo, & uocatur cocognidum, quod non est credendum.

Nepeta secundum compositorem est calamentum montanum, sine dubio est consonum quod nepeta sit calamentum, & est herba quae à lombardis gatiaria, seu neuidem dicitur.

VNGVENTVM dialtea ibidē. & radice euisci lib. ii. seminis lini, fenugraeci añ. lib. i. squilla. ʒ. vi. olei lib. iii. cera lib. i. terebentina. gummi, hederæ galbani añ. ʒ. ii. colofonia. i. picis graece, rasinae añ. ʒ. vi. Nota uero quod si ita ponatur radix. i. actis. i. sambuci, aut ciclamini ualet ad consolidationem uulnerum, omnes radices bene abluantur & terantur, postea totum in lib. vii. aquae per tres dies ponatur, & bulliant donec incipiant inspissari paulatim ponatur in sacco, cum exprimere uolueris addatur aliquantulum aquae feruentissime ab extractione illius succi de succo istorum accipe lib. ii. & mitte in lib. iii. olei, & bulliat usque ad consumptionem succi, postea addatur cera, & cum liquefacta fuerit addantur terebentina galbanum & gummi hederæ, ad ultimum ponatur puluis rasinae colofoniae, & coctum ab igne deponatur.

Istud unguentum est multum in usu. Dialtea autem à radice euisci dicitur malasticum. i. molificatiuum. Leonar. de præda palea in cap. de cura casus & offensionis inquit. unguentum malastici dictum dialtea à radice illa euisci, & est idem.

Euisus secundum compositorem est altea, seu malua agrestis. Isid. inquit. altea est malua agrestis siue malua uisita, sed altea quod in altum surgat, & euisus, quia glutinosa est dicitur. Gal. in. 7. simpl. ait. malua syluestris. i. altea. Leonar. de præda palea in cap. de medicinis facientibus nasci carnem in speciali inquit. & radicum herbae quae uocatur talcumen, aliter uocatur herba ungarica, & assimilat malua uisita, & in foliis, & in radice. secundum uero compositorem ungarica est malua agrestis seu bismalua.

VNGVENTVM citrinum quod fit in pomo citrino, ibidem. & boracis. ʒ. ii. camphoræ. ʒ. i. coralli albi. ʒ. s. amēti dulcis. ʒ. i. umbilici marini dragaganti albi, amidi, crystalli, anthali, dentali, olibani, albi nitri añ. ʒ. iii. marmoris albi. ʒ. ii. gersæ serpentariae. ʒ. i. cerusae communis. ʒ. vi. hoc modo fit. tere dragagantum album & umbilicos marinos in mortario marmoreo, pistello ferreo, insimul cetera sigillatim in eodem mortario terantur, & cum panno subtilissimo cribellentur, & cum assungia nouellae porcinae albissimae lib. i. s. serpi caprini, uel pecorini. ʒ. i. s. assungiae gallinae. ʒ. i. confice sic. Caldarium plenum aqua super ignem bulliat & cacabus cum assungia in caldario pendeat in ipsa aqua ut de calore ipsius aquae assungia liquefiant, & liquefactae per subtilem pannum coentur in catinum, & mox totus puluis apponatur præter camphoram, & boracem cum spatula semper agitando ut omnium bona fiat incorporatio hoc facto in uno citro hoc est in uno pomo citrino cauato uel duobus ponantur cum spatula semper agitando, & cum inciperint bullire iterum in caldario ponantur & cum spatula semper agitando pulueres camphoræ & boracis apponantur, & donec incipiat frigescere agitentur, & cum infrigidatum fuerit recondantur. Et nota quod pro libra una pulueris, libras octo assungiae ponere debemus.

Istud unguentum est in usu. dicitur autem citrinum, quia coquitur in pomo quod citrum dicitur & non cedrus. non autem dicitur citrinum à colore, ut quidam crediderunt. nam eius color est albus. Guliel. lombardus in suo antidotario habet unam descriptionem quae idem est. Leonar. de præda palea in cap. de eradicatione uersigiorum eandem ponit.

Inuenitur aliud unguentum nominatum citrinum à colore, unde quando medicus simpliciter ordinat unguentum citrinum de illo intelligitur sed quando dicitur unguentum citrinum coctum in pomo citrino, de isto intelligitur.

Borax. i. capistrum auri, Serap. in cap. de borace inquit.

micar. i. borax, & est ex speciebus salium, & in sapore suo reperitur de sapore baurach, & habet cum eo partum amaritudinis, & est minerale & artificiale, & minera eius est in ripis maris. Idem Serap. ex auctoritate Rasis ait, quod radix eius est urina infantium, & intelligo eius quod est artificiale, & est gluten auri. hæc apud Diosco. uocatur crisocolla, quae in principio habet colorem uiridem ualde, melior est armena secundo macedonica & cypria. eligenda uero est munda sine lapide & sine terra. Aut. in. 2. can. duo facit capitula. unum de eo quo aurum adhaeret. aliud de tincar, & est capistrum auri, eo quod cum ipso auri fabri aurum, ac alia metalla consoldant. secundum autem circa instans borax est gummi cuiusdam arboris quae in partibus transmarinis nascitur, & in aestate effluit, hoc satis est notum.

Amentum dulce secundum compositorem est gipsum coctum, quidam crediderunt quod esset quidam lapis albus qui de uitro coctus fit sed ignoro. Sed si compositor uult quod sit gipsum coctum ergo idem debet poni, & sic meo tempore uidi gipsum coctum ponere, & modus coctionis eius est quod ponatur gipsum super ignem, & ibi dimittatur tantum quod in colore efficiatur album, sicut fit de albumine rochæ.

Umbilici marini. i. bellerici marini, eorum forma est quasi sicut forma umbilici hominis, & sunt lapides parui & albi, & inueniuntur in ripis marinis coherentes sicut dentales, deferuntur à uenetis ad nos, & sunt noti.

Crytallus. i. lapis crytallus est de genere berilli, ipsum. n. reperitur in fluuiis. hoc notum est eius puluis lac mulieribus præbet. secundum Serap. crytallus est de genere nitri. Anthali sunt ossa facta, sicut dentali utriusque maiora, sed non habent superficiem leuem sicut dentali, sed uirgulam & totam albam. oriuntur sicut illi, & eandem habent uirtutem in partibus marinis inueniuntur.

Dentali sunt ossa satis alba, & sunt sicut canini dentes sed longiores, & intus perforati & inanes. i. uacui, oriuntur in cauernis lapidum existentium in profundo maris, & sunt noti.

Marmor album inter genera marmoris lapis alabastrum est positum, & hæc est opinio compositorum. Item uide apud Ioan. anglicum. in cap. de lepra. ait. n. sic. & aliquando alius qui addunt de lapide alabastrum, quod idem est cum marmore albo. hic uero lapis nascitur in alabastris aegypti & damasco. Isid. in cap. de marmoribus ait. Post lapidum genera uenimus ad marmora, Nam inter lapides & marmora differentia est. Nam marmora dicuntur eximii lapides quae maculis in coloribus commendantur, marmor sermo graecus est à uiriditate uocatus, marmorum colores & genera innumerabilia sunt. idem ibidem ait. alabastrides lapis candidus intertinclus uariis coloribus, ex quo euangelici illius unguenti uasculum fuit. cauant enim ad uasa unguentaria quoniam optime seruari incorrupta dicitur. nascitur circa thebas aegyptias, & damascum, siriae ceteris candidior, probatusque uero in India &c.

Gersæ serpentariae secundum compositorem est lac serpentariae, uel colubariae uel uiperinae, quidam crediderunt quod esset cerusa communis sed non recte. nam ibi cerusa communis ingreditur. Circa instans inquit. cerusa est flos plumbi siue gersæ appellatur. Verum gersæ dici posset cerusa si illud non subiungeret, sed hic dicit gersæ serpentariae, quod aliud est. Gilib. autem de anglia in cap. de pilis, & rugis tollendis ait. gersæ fit ex iaro uel de uiticella, sicut de serpentaria extrahitur succus radice, & colatur, & ponitur ad solem, & eum recesserit aqua superior proicitur, & ponitur aqua alia & residet & proicitur, & sic fit quousque substantia exiccatur, & est gersa calida & sicca sed cerusa est frigida. meo tempore uidi facere gersam ex serpentaria minori, hoc modo puluis subtilissimus ex radice ipsius conficitur cum aqua rosata, & ponitur ad solem donec aqua ex toto consumatur, & ita fit quater uel quinque tantum quod eius puluis efficitur albus, & usui reseruat, & uocatur gersæ serpentariae siue cerusa serpentariae, idem potest fieri de serpentaria maiori.

VNGVENTVM fuscum. i. nigrum ibidem. & olei lib. i. s. ceræ nouae. ʒ. iii. colofoniae. i. picis graece, sapi porcini, gummi. i. arabici, serapini, picis naualis collatae añ. ʒ. ii. mastice,

massi. is, galbani, olibani, terebentina an. ʒ. i. confice sic. oleum in olla super ignem mittatur & bulliat, tunc apponatur cera, deinde colofonia qua liquefacta ponatur pix naualis. postea gummi serapini terebentina, ita tamen ut omnia terantur prius præter picem naualem & terebentinam. pul. masticiæ & olibani, & cum spatula agitando semper omnia liquefiant, & bene coctum sit, deinde cum infrigidatum fuerit usul referuetur.

Istud unguentum apud nos est in usu. Fuscum dicitur quia est nigrum Rafis in. 7. Almanfo. in. c. de medicinis generantibus carnem ponit unguentum nigrum quo utendum est cum uulnus est siccum & fuscum, sed non est idem. Niculus floren. in lib. 7. in. c. de uulneribus euenientibus pectori habet aliam descriptionem huic conformem nisi in una re, & hoc est quod Niculus habet armoniacum. Nicolaus nō. Leonar. de præda palea in. c. de cura ulcerum in generali ponit unguentum fuscum. i. nigrum & est idem. Idem habet Giliber. de anglia in. c. de uulneribus capitis & eorum curis.

VNGVENTVM populeon. ibidem. ʒ. oculorum populi lib. i. s. foliorum papaueris nigri, foliorum mandragoræ, cinarum rubi tenerrimarum, foliorum iusquiami, foliatri, uermicularis, lactucæ, bardanæ, semperuiuæ, utolæ, scatuncelli an. ʒ. iii. assungitæ nouellæ porcina, sine sale lib. iii. oculi populi per se bene pistentur, & magdaleones informentur per duos dies dimittantur. tertio uero die omnes herbe supradictæ colligantur per se bene terantur, & cum magdaleonibus iterum terantur, & misceantur & formatis magdaleonibus per nouem dies referuentur. postea uero magdaleones illi frustatim in caldario cum lib. ii. uini optimi odoriferi ponantur, & bulliant usque ad consumptionem uini cum spatula semper agitando, & postea per faccum bene expressum cola, & colatum dimitte infrigidari & in uase reconde.

Istud unguentum est in usu. Dicitur autem populeon, quia fit de oculis arboris quæ populus nominatur, & fit in tempore ueris. Leonar. de præda palea in. c. de inflationibus & uescicis habet idem populus autem est arbor satis nota. eius species duæ sunt sicut patet per Dio. qui de ipso duo facit cap. unum sub nomine agiros. aliud sub nomine populus. in ea uero de agiros ait. aliqui etiam perhibent eius lachrimum id est gummi arboris in rhodanum distillatum & coagulationem & succinum facere. Hic uidetur quod hæc est arbor de qua fit charabæ, nam sine dubio charabæ est gummi arboris secundum Auicennam. dictæ haur romanum quæ iuxta rhodanum est nascens.

Papauer nigrum. s. papauer qui gerit semine nigrum. nam inter papauer album & nigrum, in foliis est parua differentia, & sunt ex hominibus qui ponunt unum pro alio. nam non distinguunt nisi in semine tamen hodierni apothecarii. si nigrum habere non possunt, ponunt rubeum sed non recte, & hæc est quæ à Dio. anemomoni uocatur, & à nostris rusticis dicitur rosella, sed hoc non conuenit, quia papauer nigrum est frigidum, & rubeum calidum.

Madrageoræ. s. folia apud nos raro inuenitur, sed moderni herbatarii reperunt speciem unam mandragoræ in partibus Comi & illa utuntur, & si hanc habere non possunt ponunt folia brionia. Leonar. autem ibi inquit foliorum mandragoræ, & loco eius fabæ inuerse, faba uero inuerfa apud Dio. inter species strigni describitur, & est tertius strignus id est solatrum.

Rubus alius batus ferens mora. alius rubus canis, quod apud Dioscorid. cinosbatus uocatur, sed hic intelligitur de rubo qui fert mora.

Iusquiamus. i. dens æquinus siue simphoniaca, & est herba quæ in sterquilinis locis inuenitur, apud nos iuxta hortos, ac in ciuitatibus inuenitur. hanc Papienses uulgo herbam pinulam dicunt.

Vermicularis secundum compositorem est semperuiua minor, quidam portulacam agreis uocant. hæc apud Dio. alizon minus uocatur, nascitur in parietibus, in ciuitatibus, & super tecta. hæc nota est.

Bardana secundum compositorem est illapheos seu lappa,

quidam lapagonem maiorem dicunt. Ibid. ait. lappa dicta, quod habeat caulem ingentem per terram dispositam, hæc à grecis filioanthropos uocatur, supra de ipso dictum est in filioanthropo antidoto.

Scatuncellus secundum compositorem est umblicus ueneris. Idem dicit Leonar. de præda palea ibidem. sed hodierni apothecarii, maxime ignorantes loco eius ponunt illum cardum qui à Dio. uocatur dipsacus cuius frutex est spinosa habens folia similia lactucæ, & hoc utuntur fullones ad garzandū pãnos & bireta, & sic meo tempore uidi multos ipsum ponere. sed errant nam ut dictum fuit. Niculus compositor uult quod scatuncellus sit umblicus ueneris. Idem dicit Leonar. & sic est secundum ueritatem. hæc à Dio. uocatur cotilidon. apud nos nascitur in tectis domorum, & ecclesiarum, ac aliis locis, & uocat ipsum uulgo herbam rotundellam, aut cimbalariam.

VNGVENTVM agrippæ. ibidem. ʒ. brionia. i. cucurbitæ agreis lib. ii. radices ficcidis. i. cucumeris asinini. lib. i. squilla. ʒ. vi. ireos. ʒ. iii. radi. silicis. ʒ. ii. radi. ebuli. ʒ. ii. tribuli marini. ʒ. ii. oēs radices ter uel quater abluantur, & terantur in pila marmorea, & in lib. iii. olei de leuco uel lentiscini ponantur per duos dies. 3. die superponantur & tandem bulliant donec incipiant radices dimitti. postea ponantur in sacco, & exprimendo coentur, & cum colata fuerint iterum super ignem mittantur, & cum bullire inceperint ponantur. ʒ. xv. cere albissime, liquefacta cera ab igne deponatur, & dum infrigidatum fuerit, collige in uase & serua.

Istud unguentum est in usu, dicitur autem agrippa quia agrippa rex utebatur, uel quia ab eo, uel eius causa fuit inuentum. Leona. de præda palea in. c. cura casus & offensionis habet idem.

Ebulus est species sambuci, & est chameadis, de forma ipsius apparebit infra in unguento ebulino.

Tribulus marinus. i. cicer imperiale. hic apud Auicennam. in. 2. can. uocatur hasech. eius species duæ sunt. s. domesticus & agreis, sed ille qui hic intelligitur est ille qui fert quandam fructum ad similitudinem castanæ, & propter id multi uocant ipsum castaneolum, & isti fructus abundant in locis uicinis sanctæ Mariæ de monte, & ibi uocatur lagani ab incolis, & sunt primo uiridis coloris, deinde nigrescunt, & habent angulos acutos, apud nos idem inueniuntur ultra padum, maxime in aquis, & hic fructus piscatoribus nocet, eo quod inuoluitur circa rethæ, & pisces fugiant.

Oleum de leuco. i. oleum album de oliuis, nam leucos græce albu interpretatur, & tale est oleum antiquum, quia quanto oleum est antiquius tanto albius est, in hac sunt diuersæ opiniones. nam secundum multos non debet ingredi nisi oleum de leuco. i. album. sed in ista descriptione habet oleum de leuco, uel lentiscinum, & hæc littera ut puto fuit superaddita. nam in codicibus Nicolai uetustis non reperitur nisi oleum de leuco. uerum hodie generaliter ponunt oleum de lentisco, sed non recte faciunt.

Lentiscus autem arbor est quæ in nostris partibus non reperitur, immo nisi in chio insula. huius arboris lachrimum massis est, ut uolunt moderni. Serap. in. c. de terebinto de lentisco loquitur. in isto unguento ingreditur oleum de leuco. i. album uel lentiscinum. i. de granis lentisci, sed melius est ponere solum de leuco, ut dictum fuit. si tamen ponere uolueris oleum de lentisco. Modum ipsius inuenies apud Dioscorid. sub nomine olei squinini, huius modus est sicut olei lauris nisi scilicet de semine ipsius. in chio insula fit in multa quantitate, & utuntur ipso in cõuiuiliis loco olei oliuari, & ad faciendum lumen hoc defertur de ianua ad nos, sed raro utimur.

VNGVENTVM de diapnosfoligos secundum Galienum in tracta. 2. ad Glauconem, in capitulo de curatione cancri, seu cancri ulceris. ʒ. pulueris plumbi usti lauati, ponso ʒ. ligos, olibani an. ʒ. iii. absinthii. ʒ. ii. cere. ʒ. iii. olei rosati. ʒ. v. uua lupinæ, ex fructu succi quod sufficit, & coques & facies unguentum.

Istud unguentum non est in usu sub nomine unguenti ponfoligi, immo apud chirurgicos est in usu sub nomine unguenti de thutia. nam ponfoligos aut ponfolix est thutia, sicut patet si legis capitulum de ponfolix apud Dio. cum. c. de thutia

Lumi. ma.

L

SECTIO DECIMA

aptid Serap. & Aui. uidebis q̄ idem sunt, sed Dinus floren. in suo antidotario habet prædictum unguentū, & inquit p̄o foligos uel spodiū, quod nō est bene dictū (ut iam dixi) ipse Gal. in libro secretorum in. c. de conseruanda sanitate oculi inquit. alceonia. i. thutia in da idem in. 8. de simpli. ait. chati mia. i. thutia unde per hoc dico q̄ unguentum diaponfoli/gos est unguentum de thutia.

Vua lupina. i. solatri sc̄dm modernos non est stasifagra, ut quidam crediderunt, miror q̄ Mesue in. c. de alfescera di cat. nascuntur super ea botri, sicut botri uuarum & uocatur uua lupina, sed apud modernos non recte. nam uua lupina apud Serap. in. c. de solatro est idem. Auer. in. 5. coll. inquit. hupne phatalep. i. uua uulpis quæ in latino nominatur uua canina hæc herba. Luua uulpis uel maurella. Præterea Aui c̄. in. c. de chechingi ait. uirtus eius est proxima uirtuti uue lupina, & proprie uirtus foliorum eius. nā sine dubio chechengi est species solatri siue uua lupina, quod idem est. Item circa instans strignū uua lupina solatrum morella idē est, & sic ex meo iudicio dico q̄ uua lupina est solatru quæ apud Diosc. strignus uocatur. à uulgo dicitur herba mora. Papias ait. uua lupina dicta q̄ semē eius uua simile est. hæc strignos græce dicitur.

VNGVENTVM de ziniar sc̄dm Io. Serap. in suo antidotario. & ziniar. 5. ii. cera refinē. s. pini an. 3. v. misce. & liquefiat cum oleo & administretur.

Istud unguentum non est in usu. Hoc unguentum uides tur concordare cum unguento de flore aris quod scribit in 5. cañ. Aui. & sic sine dubio idem est.

Ziniar aut̄ secundum intentionem Simonis Ianu. nō est flos aris, ut apparet in. c. de erugine aris, & in cap. de flore gris ergo unguentum de ziniar, non debet esse unguentum de flore aris, sed moderni generaliter loco floris aris ponunt ziniar. i. uiride aris, & sic si consideras intentionē Aui. ac Sera. uidebis quod ziniar & flos aris idem sunt. Io. anglicus in. c. de ulceribus & uulneribus nasi dicit ziniar. i. uiri de aris, sc̄niar autem est ancusa. i. lauca afini, ut apud. Aui cen. in. 2. canonis.

VNGVENTVM de melle sc̄dm Rafim in. 7. Almā foris in cap. de carbunculis. & sarcocolla, mellis partes æquales, deinde sarcocolla puluerizata cum melle misceatur & recondatur.

Istud unguentum non est in usu. Dubitant nostri chirurgi ei an istud unguentum sit unguentum de melle, an de sarco colla quod ignoro, quia sc̄dm intentionem Rafis est de melle, & sic credo, quia istud unguentū inuenitur apud Nicolū floren. in lib. 6. in. c. de ademul & forniculo spina siue claua, ubi ponit unguentum de melle, quod idem est.

VNGVENTVM de flore aris secundum Aui. in 5. can. seu in suo antidotario. & floris aris. 3. ii. cera refinē an. 3. v. teratur flos aris, & liquefiat reliquæ medicinae cū oleo mensura quæ est necessaria, & proiciatur desuper flos aris, & comoueat̄ donec æquetur & administretur.

Istud unguentum non est in usu. Mesue in suo grabadin describit unam aliam descriptionem, sed non est idem. ut dictum fuit, tamen differt parum. Ioā. angli. in. c. de ulceribus nasi habet idem, sed non est simile, immo est idem cum illo Mesue. Ioan. Sera. in suo antidotario, habet unguentum de ziniar, quod idem est in omnibus, & secundum intentionē utriusq̄ flos aris, & ziniar idem sunt.

VNGVENTVM de calcadis ibidem. & adipis. zirbi. i. pinguedinis seu panniculi cooperientis intestina antiqui lib. iii. olei antiqui li. iii. calcadis. 3. iii. liquefiat adeps, & teratur calcadis, & misceatur cum lib. iii. olei, & terantur lib. iii. lythargirii, & misceantur cum eis, & cū adipe in mortario, deinde ponatur in frixorio mundo, & permisce ea cum spatula quæ sit abs̄cisa ex palma donec æquetur & administretur.

Istud unguentum in usu non est secundum Leonardum de præda palea in. c. de flegmone, est unguentum de palma, nam ibi inquit. unguentum de palma. i. de colcothar relatum ab Aui. in suo antidotario.

Calcadis uero apud Aui. in. 2. cañ. in. c. de atramento est

uitriolum album. Leonar. loco calcadis habet uitriolum. su pra fuit positum unguentum palmeum, quod idem non est.

VNGVENTVM rubeum ibidē. & lythargirii contriti & cribellati eminam. i. olei oliuē lib. ii. aceti lib. x. cōcutiantur donec coagulentur, & ponantur super ipsa postquā coagulantur lib. i. de uenis tinctorum.

Istud unguentum non est in usu, secundum intentionem Nicolī florentini est unguentum aureum, tamen Mes. ponit unguentum aureum quod idem nō est, ut ostensum fuit. Leonar. de præda palea. in cap. de medicinis facientibus nā sci carnem, habet idem quod est huic conforme.

Emina secundum ipsum Aui. maxime romana est. 3. xx. sed emina italica & ægyptiaca est. 3. xvi. & sic secundum modernos emina est. 3. xvi.

Vena tinctorum secundum intentionem Aui. est rubea tinctorum, quidam crediderunt ipsam esse uenam citrinam, sed non recte, secundum intentionem Nicolai uena tinctorum est rubea tinctorum, & uena citrina est radix celidonia, seu curcuma.

VNGVENTVM apostolorum ibidem. & terebentina, cera alba, resina. s. pini an. 3. xiiii. oppoponaci, floris aris an. 3. ii. armoniaci. 3. xiiii. aristologia longæ, thuris masculi an. 3. vi. myrræ, galbani an. 3. iii. bdellii. 3. vi. lythargirii. 3. ix. infundatur bdellium in aceto uini, & coquantur in æstate cum duabus lib. olei, & in hyeme cum lib. iii.

Istud unguentum secundum intentionem Aui. est unguentum apostolicum, & nominatur unguentum ueneris, & dicitur q̄ est medicina. xii. apostolorum. Petrus argillata chirurgicus in cap. de medicinis mundificatiuis & absterfuiis habet idem. in fine uero eius descriptionis inquit. uocat ipsum Mesue cerasos, & magister Anto. de ianua gratia dei. quia myrræ rectificat ulcera maligna, ut dictum fuit in unguento cerasos. Leonar. de præda palea in cap. de ulceribus uirtutibus habet idē, & est simile, & sic apud nos est multū in usu.

Flos aris loco eius. Petrus argillata habet uiride aris. et go est ziniar, & sic moderni uiride aris in ipso ponunt.

VNGVENTVM de calce secundum eundem in. 4. can. in fen. 4. in cap. de medicinis quæ sunt ad combustionem secundum intentionem secundam. & calcem, & abluatur sepius donec separetur eius acuitas tota. deinde conquassetur cum oleo rosato aut oleo oliuē, & pauca cera si indiget ea, & fortasse adduntur super ipsum chimolea & albumen oui, & parum uini, & fiat unguentum.

Istud unguentū nō est in usu, idem habet unam aliam descriptionem ibi subsequenter, & utraq̄ est optima contra combustionem ignis. Bartholo. montagna. in suo antidotario habet idem. Leonar. de præda palea in cap. de combustionibus ignis uel aquæ uel olei, ponit unguentum mirabile de calce quo usus fuit in abbate, quem assiduit, fulmen, & ille abbas erat de uilla cararia Paduanensi, & combustus erat ab una parte integre per medium corporis, & per mammillam cordis, & destruxit ferrum id fulmen absq̄ læsione uaginarum, & combusit camissam absq̄ læsione aliorum pannorum, & ante ipsum à latere mortuus est unus suus famulus, & mortui sunt duo canes distantes per. xx. pedes & plus. & calcem uiuam & decies extinctam in aqua feruentissima, & postea exiccatam sparfa aqua cum pecia, & exiccatam calcem ad umbram reserua. & tempore quo uolueris uti, utere ut ibi docet.

VNGVENTVM comitisse secundum Guliel. uari rignana in cap. xx. de his quæ à cōmuni natura magis sistant menstrua mulierū. & corticū medianorū castanearū, & glandiū & arborū glandiū, myrtinorū, caudæ caballinæ gallarū, corticū fabarū, acinorū uuarū, sorbellarū siccarū, mespilorū maturorū, radicū celidonia, foliorū prunorū syluestriū anterantur grosso modo, & coquantur in aqua plantaginis, & colentur. & ergo tunc ceram quātam uis, & dissolue illā cū oleo myrtino, & laua eā nonies cū prædicta aqua semper in nouādo aquā qualibet uice. Post hoc. & iterū cortices prædictorū. i. castanearū, & glandiū, & arboris glandiū an. partē unā, cineris osium cruris bouis, myrtillorū, acinorū uuarū an. partē mediam, terantur & fiat puluis. & ergo huius pulueris

ueris partes duas, trocif. de charabæ partē unā. misceantur & cū prædicta cera, & oleo myrtino, & oleo masticino añ. quantum sufficit fiat unguentum, ex quo cum expedit renes & pecten, & omnes partes circumstantes inungantur.

Istud unguentum est multū in usu, maxime scdm descri-
ptionem istius auctoris, hoc multi moderni faciunt per aliā
uiam, sed ista descriptio est nobilior aliis, quia inuentor pri-
mus istius unguenti fuit Guliel. nam ibi Gulielmus sic ait,
ego uero in restrictione menstruorū mirabilē habeo expe-
rientiā cum hoc unguento, quod propria industria inueni
pro comitissa uadre, ipsa enim prægnans existens pp pressu-
ram gentiū sibi factā in festo sancti Grisogoni iam inceperat
abortiri, & sanguis & aqua iam in magna quantitate egressa
fuerant, perunxi ergo se tñ semel cū ipso & sanata est partū
cōseruans ut debuit, & postea semper, propterea uocauī ip-
sum unguentū comitissæ, & cū ipso et postea plurimas alias
sanauī, & si ex eo et renes à sursum usq; deorsum inungan-
tur, sistit hemorrhoides, & ibi ponit duo experimēta mirabilis-
sima in restrictione menstruorum, magister Ioan. cōcoregius
in. c. de partu innaturali. habet idē, sed istud est nobilius. Ni-
colus floren. in lib. 6. in. c. de fluxu humiditātū à matrice, po-
nit unguentū utile quo utebatur ducissa austrig, & à gbuldā
dī unguentū comitissæ. & est idem, sed Nicolus nō fuit pri-
mus inuentor, magister Antonius guainerius in. c. de appro-
ximandis ab intra, & cura superfluitatis mēstruorum ab he-
morrhoidibus matricis prouenientibus seu rupturæ uenæ fri-
gidæ describit hoc idem scias q; multi hodierni medici ac
apothecarij quærebant prædictum unguentum in Guliel.
lombardo, & hoc aduenit, quia non habuerunt cognitio-
nem Guliel. de uarignana.

Castanea fructus est satis notus. Isid. ait. castaneam latini
à græco appellant uocabulo. hanc. n. græci castaneā uocāt.
pp quod fructus eius gemini in modū testiculorū intra folli-
culū reconditi sunt, qui dum efficiuntur quasi castrantur.

Glans nota est. Serap. de grande & castanea in uno. c. lo-
quitur. sicut et Au. in. 2. can. Guliel. inquit. & glandium hoc
est mediani corticis glandium, sicut habet Nicolus.

Arbor glandis seu glandium nota est omnibus. Guliel-
mus inquit & arborum glādium. i. corticum medianorum
arboris glandium siue quercus. Nicolus loco arboris glan-
dium inquit. & iterum cupularum glandium, sed hoc Guliel.
non habet, uerum est q; hodierni copulas glandium in ip-
so ponunt quæ sunt laudatæ.

Cauda caballina est cauda æquina, & est quam Dio. hippo-
purim uocat. Nicolus loco eius habet caudam æquinam,
quæ idem est. Serap. in. c. de cauda æquina inquit, aliqñ ues-
ro ægreditur à muris in quibus nascitur, & declinat inferius
propter similitudinem foliorum quæ sunt sicut coma, ut uis
deatur uelut cauda pendens in muro, & pp hoc sic nomina-
tur. moderni autē duas ponūt spēs, una est maior & asperior
qua tornitores scifos poliūt, & alia tornatilia. aliqñ asprella
dī, aliqñ troxia. Guliel. lombard. ait. cauda æqui est asprella.
hæc apud nos in fossis ac iuxta aquas inuenitur.

Faba. f. corticū ipsarum. Isid. in. c. de leguminibus inquit.
faba græca etymologia à uescēdo uocabulū sumpsit, quasi
faga fagæ enim græce comedere dī. primum enim homi-
nes hoc legumine usi sunt, cuius spēs sunt duæ, quarum al-
tera cōis, altera ægyptia faba frisa dicta, eo q; eam homines
frendant. i. frangant, & molendo cōinuunt, ipse Isido. des-
cribit fabam græcam inter species leguminis, sed scdm mo-
dernorū opinionem faba græca est fructus cuiusdam arboris
magnæ, quæ apud Dio. agrifolium uocatur.

Acini uuæ scdm quosdam sunt acini uuæ dictæ lambro-
schæ. quia habet maiorē stipticitatē q; aliæ. Nicolus & magi-
ster Anto. guainerius loco acinorū uuarū hnt arborū uuarū
ergo sunt grana uuæ, seu semina quæ magis laudata sunt.

Sorba uero apud Sera. est zarur, sed apud modernos nō
recte, uerum est q; ponunt unum pro alio, & eius arbor si-
cut narrat Sera. est spinosa, cuius formam uide in electuario
de sorbis. Gal. in. 8. simpl. ait. nix. i. sorba. arbor eius fructus
à multis dicitur omnia.

Mespilla scdm Dio. semen habet rotundum & minutum

maciano simile tria ossa habes. unde & triconum dī, & alia
quæ in hispania nascitur, quam multi epinelidā uocant se-
men rotundū habens hoc aptum est ad edendū, & stipticū,
& tarde maturescit. & hæc apud Serap. est. c. de sorba. & sic
si legis. c. de mespila apud Dio. cum. c. de sorba apud Sera.
uidebis q; idem est. Isid. ait. mespila arbor spinosa fructui si-
milis malorum, sed paulo breuiore. unde & appellata q; pil-
ulæ formam habeant. eius poma. Guliel. cōpositor, & magi-
ster Anto. guainerius ponunt mespila, sed Nicolus habet
mespilam, & sic hodie nespulam in eo ponunt.

Prima syluestria scdm modernorum opinionē sunt fru-
ctus ex quo acatia fit, de qua liber qui dī Bulchafim inquit,
modus extrahendi succū prunorū syluestriū ex quo fit aca-
tia. lumen malelucens loco eius habet folia pini syluestris,
sed non recte, quia compositor & Nicolus habet folia pru-
norum syluestrium. compositor autē Nicolus & magister
Anto. guainerius non ponunt dosim ipsarum rerū, tamen
notum est q; qñ dicitur ana significat æquale, & sic in prædi-
cto unguento idem intelligitur, & pōt fieri in magna quanti-
tate, & in parua, sed magis fit in magna q; parua. si uero fa-
cere uolueris istud unguentum de manipulis duobus pro-
qualibet rerum supradictarum dosim ceræ ac aliarum re-
rum ostendam infra.

Plantago herba est satis nota, compositor ait. coquātur
in aqua plantaginis. Nicolus inquit. coquātur in succo uel
decoctione plantaginis. cera. cera usualis, cōpositor & alii
inquunt. ceræ quantum uis, hoc est quantum oportet. su-
pra dixi q; ana significat æquale, & si prædictum unguentū
facere uolueris de manipulis duobus cuiuslibet prædictarū
rerum debet poni libra una. & 3. iiii. ceræ nouæ, & dis-
solue ipsam, ut docet compositor.

Olei myrtillorum descriptionem docet dñs Mesue in tra-
ctatu de oleis, de quo infra compositor, nec alii non ponūt
dosim istius olei, sed generaliter ponitur tantum olei quan-
tum ceræ. postea dicit ceræ quantum uis, & dissolue illā cū
oleo myrtino, & laua eam nonies cum prædicta aqua sem-
per in nouando aquam qualibet uice. Nicolus dicit semper
in nouando eam unaquaq; uice accipiēdo de ipsa omni ui-
ce portionem eius sufficientem ad lauandum, & hoc factū.
& ut dicit compositor. Ana. i. equaliter, compositor ait. añ.
partē unam. f. rerū supradictarū. & debet esse pro qualibet.
3. ii. & p partē mediam q; ponitur inferius, intelligitur. 3. i.

Troc. de charabæ. descriptio inuenitur in pluribus aucto-
ribus, ut dictum fuit, sed generaliter faciunt secundum descri-
ptionem Mes. quā superius posui, dicitur autē charabæ quasi
rapiens paleas, & est gummi arboris dictæ haur romanum.
Ioan. anglicus in. c. de feb. æthica ait. charabæ, & est chara-
bæ idem quod uernix, sed charabæ idem quod ambra. pon-
dus eorum debet esse. 3. iii. 3. vi. Oportet iterū addere oleū
myrtinum. & oleum masticinum, sed compositor nō dicit.
si debent esse loto aut non. Nicolus autē ait. oleo myrtino
loto. addito eis oleo masticino non loto. quidam tamen la-
uant ipsum simul cū illis postquam omnia sunt simul com-
mixta, & confecto unguento, ex quo unguēto ungantur re-
nes à sursum usq; deorsum. dosis uero istorū duorū oleo-
rū. f. myrtini & masticini. i. de mastice debet esse an. lib. ii. &
3. iii. & fiat istud unguentum, debet confici cum optima di-
ligentia pp optimam utilitatem quæ in ipso inuenitur.

VNGVENTVM psilotrum secundum Dinum flo-
rentinum in suo antidotario. & calcis fortis supra quam po-
natur septuplum aquæ, & per tres dies sic dimissa coletur
postea in hac aqua. vi. partis calcis ponatur, & per tres dies
morentur. his gestis sexta pars arsenici citrini in prædicta
aqua mittatur, & tandiu ad solem dimittantur donec penna
immixta depiletur, cum extrahitur uero locus fricetur. id
enim cito abradit pilos.

Istud unguentum non est in usu. liber qui dicitur Bul-
chafim in tractatu primo scribit modum psilotri noti, sed
non est idem. uerum superius posuit modum faciendi mes-
dicinam depilatam pilos una hora, & hoc uidetur esse mes-
licius unguentum psilotrum pro psilotro intelligitur medica-
men depilatorium.

SECTIO DECIMA

VNGVENTVM genetricū commune secundum Ioan. anglicum est cap. de cura quartanæ. & florū genestꝛe. 3. vi. butyri Maii. s. facti de mense Maii. uel alterius. si hoc haberi nō posset assungia porcina recentis lib. i. cere modicū. uel fiat liquidum. uel potest cōfici cum oleo camomillæ. & tunc cera plus ualebit. ibi cōterantur flores cū istis prædictis uel cū aliquo istorū. & tunc ista per. x. dies continue agitando. & ad sojē ponendo. & tunc ultimo ponantur in patella ferrea ad ignē. & dissoluantur. & liquefiat pinguedo uel butyrū. & tunc deponatur ab igne. & cito post coletur per mezdium panni linei bene comprimendo. & erit unguentum.

Istud unguentum apud nos non est in usu. Idē in eodem cap. describit duas alias descriptiones quæ idē nō sunt. ego uero solū scripsi istam descriptionē. quia cōpositor intulit ipsum unguentū genetricum cōmune. Genestra autē frutex est omnibus nota. hic apud Dios. uocatur spartus. Plin. geniste uinculi usum præstant. flores apibus gratissimi. dubito an hæc sit quæ græci auctores sartōn uocant. quidā myricā uocant. sed nō myricæ. Mes. inquit. albrachin est capistrū arboris. & est arbor montana. super cuius stipitem eleuatur densitas fustium multæ rectitudinis. & dum plicantur nō patiuntur fracturas. unde ligantur ex eis arbores. & producant flores figuræ lunaris citrinitatis multæ. & profert folliculos secūdū semitā orobi habētes semina distincta sicut lens. sed in lingua latina genestra siue myrica appellatur. Electio. ultra marina est melior. & oēs quæ in partibus orientabilibus oriuntur. Gal. in. s. simpli. ait. spargamum. i. genestra.

VNGVENTVM de talpa. secundum eundem in cap. de cura lepræ. & talpam combustam. cortices auellana rum. nucum maiorum. castanearum. & cum his apes & muscas. & omnia ista comburantur. deinde recipe capillorū ueneris recentium. spicæ nardi. laudani. bulliant omnia in oleo laurino. & addatur cera. & fiat unguentum.

Istud unguentum non est in usu.

Talpa animal est quod uocatur irbea. & est notū. Papias inquit. talpa dicitur quod sit damnata cæcitate perpetua. est. n. absq; oculis terram semper fodiens. quæ græ. dicitur talpas. Isido. in cap. de minutis animalibus inquit. talpa dicta quod sit dānata cæcitate perpetua & tenebris. est. n. absq; oculis semper terrā fodit. & humum ægerit. & radices subter frugibus comedit. quæ græci affalan uocant. cōburatur autē istud animal ut comburitur lepus. cuius modus patuit supra.

Apes sunt positæ inter minuta animalia. & hæc notę sunt. Isido. inquit. apes autē dictæ uel quod se pedibus inuicem alligant. uel pro eo quod sine pedibus nascatur. nam postea & pedes & pennas accipiunt. hæc solertes in generandi mellis officio assignatas incolunt sedes. domicilia inenarrabili arte cōponunt ex uariis floribus fauam condunt. textisq; ceris in minera prole casta replent exercitium. & reges habent. prælia mouent. famam fugiunt. tumultu exasperantur. has pleriq; experti sunt nasci de boue & cadaueribus. nam pro his creandis uitulorum occisorum carnes uerberantur. ut ex putrefacto cruore uermes creentur. quæ postea efficiuntur apes. proprie tamen apes uocantur ortæ de bobus. sicut crabones de equis. fuci de mulis. uespe de asinis. Dio. in ca. de melle inquit. mel est ros coelestis. quem apes colligunt.

Musca apud omnes nota est. Isido. musca ex græco uenit. sicut & mus. hæc sicut & apes necatæ in aqua aliquoties post. i. horæ spatium reuiuiscunt. reperitur alia species muscæ quæ uocatur cinomia apud græcos. & est musca canina. nam cinos græce canis uocatur.

VNGVENTVM de castoreo secundum eundē in cap. de spasmo. &. piperis nigri. castorei. euforbii añ. 3. ii. piperis. costi amari añ. 3. ii. costum resoluatur in. 3. iii. uini albi per unam diem & noctem in crastino addantur. 3. iii. olei. & bulliant usq; ad consumptionem uini. & postea addantur pulueres. & fiat unguentum.

Istud unguentum apud nos non est in usu. uerum secundum intentionem compositoris est expertum in illa materia. ipse uero in principio non dicit quod istud sit unguentū de castoreo. immo in fine eius descriptionis ait. & fiat unguentum. quod ego uoco unguentum castorinum.

VNGVENTVM ebulinum. secundum eundem in cap. de dolore iuncturarum. & foliorum ebuli. M. iii. coquantur in aqua diu. deinde extrahantur & conterantur sicut si deberēt comedi. & pistentur in mortario. & tunc modicum assungia porci uel butyri de maio. & flores genestꝛe misceantur. ut per mediū panni linei extrahantur. & erit unguentū optimū in causa frigida. sicut ego probaui in uno podagrisco & sciatico pingui ualde. nec ualuit sibi aliquid aliud.

Istud unguentum non est in usu. tamen secundum intentionem compositoris est mirabile in illa materia. Ebulus autem est species sambuci. unde uersus. Sambucus est actis. sed ebulus est cameactis. de quo Serap. in cap. de ebulo de utraq; loquitur. & ibi describit de forma ipsorum dicens. quod illa species quæ dicitur cameactis est minor prima & habet ramos magis herbae pertinentes quadratos. in quibus sunt multi nodi. & folia inuicem distantia in singulis nodis similia foliis amigdalæ in summitatibus suis. nisi quia habet uenas. & sunt longiora eis habetia grauem odorem. & in summitatibus ramorum sunt capitella seu coronæ simile coronæ supradictæ speciei. & flos similiter. & habet radicem longam in grositudine digiti. & apud nos in uis ac in multis locis nascitur. & uocant ipsum rustici lorex.

VNGVENTVM quercinum ibidem. &. uisci quercini rubæ minoris. ebuli & mediani. corticis sambuci. añ. 3. s. coquantur in aqua camomillina. & fiat unguentum quercinum. est enim secretis simum.

Istud unguentum non est in usu.

Viscus aut quercinus secūdū Serap. ex auctoritate Dios. Melior ex eo est nouus qui est similis in colore suo porris. exterius uero subrubens sine asperitate. & sine fursureitate. & fit ex fructu rotundo qui nascitur in arbore glandium. idē Serap. dicit reperitur autē in arbore maiorū & pirorum. & aliis multis arboribus. Ego uero uidi prædictum fructū qui est in grositudine ciceris. & parum plus. etiam sunt ex hominibus qui dixerunt quod inuenitur aliquando eius fructus in magnitudine piri parui. & aliquando in magnitudine ciceris. sed parum plus secundum diuersorum locorum uarietatem. & nascitur super quercum. cuius folia sunt citrina longiora & paruiora. & inuenitur in hispania. compositor in fine descriptionis istius unguenti ait. & tamen loco uisci quercini potest poni uiscus alterius arboris. & est quoddam uidi de inter ramos arboris nascens. & per totum annum est uiri de. & habet baccas & grana sicut foliatum. & folia talia qualia crassula maior. sed sunt strictiora. & ualet in omni gutta fomentata & emplastrata & inuncta ut satis uidi. & uiscus quercinus est optimus in epilepsia. & uocatur ab Auic. in. 2. cañ. cap. de corallis. lignum crucis.

VNGVENTVM de euforbio. secundum Petrus de tusignana in cap. de paralesi tremore tortura & spasmo ex repletionem. &. olei antiqui multum lib. i. ceræ rubæ. 3. ii. liquefiat cera cum oleo ad ignem. & proiciantur de super euforbii. 3. i. castorei. 3. s. & fiat unguentum. hoc. n. mirabile est in passionibus neruorum. apud nos in usu est.

VNGVENTVM de corticibus castanearum secundum Bartholo. montagna. in suo antido. &. olei de mastice lib. i. olei myrtini. citoniorum añ. 3. vi. mastice. acacie. sanoguis draconis añ. 3. i. corallorum rubeorū. 3. i. charabæ terræ sigillatæ añ. 3. i. corticum castanearum. scoræ ferri præparatæ uidelicet in aceto. ut ostensum fuit añ. 3. ii. s. refinæ. 3. pini. 3. i. ceræ quantum sufficit. & fiat unguentum.

Istud unguentum non est in usu. maxime apud nos.

Castanea est fructus omnibus notus. Sera. de castanea & glande in uno cap. loquitur. Apud Aui. de castanea nō inuenitur cap. immo de ipsa loquitur in cap. de glande. glans. n. generale est uocabulum ad plures fructus sicut ad castaneas nuces &c. unde nucem dicimus iuglandem quasi iouis glandem cui est dicata. Pet. de crescen. in lib. 5. in cap. de natura arborum. & de utilitate fructuum ipsorum inquit. castanea est arbor nota. & earum quædam domesticæ. quædam sylue fies. & domesticæ quædam mediocres fructus faciētes. quæ castanæ dicuntur. & quædam faciunt fructus ualde grossos quos Mediolanenses marones uocant uulgariter.

Vnguentum

VNGVENTVM pro uermibus ibidē. & succi perficariæ, absinthii, abrotani, centaureæ minoris, maliterræ, foliorum persici, foliorum lupinorum, radicum ebuli, corticū granatorum añ. ʒ. i. porrorum non transplantatorum, sunt porri dicti purixilli. ʒ. ii. nasturtii aquatici lib. i. aceti fortissimi. ʒ. iii. ceræ quantum sufficit, fiat unguentum.

Istud unguentum est in usu, tamen non ualde idē compositor describit duas alias descriptiones, sed hanc opinatur esse nobiliorem aliis.

Persicaria secundum Nico. est herba sanctæ Marię, cuius folia sunt similia foliis persicorū, nascens iuxta hortos, eius species duæ sunt, quarum una in medio foliorum habet maculam fuscā, alia uero est absq̃ macula, sed prima & melior est quam persicariam cum sigillo uocant.

Malū terræ est ciclamen aut buthormariē. Nasturtium aquaticū. i. senatio. hoc apud Aui. in. 2. cañ. uocatur pupilla oculi. de nasturtio aquatico uide supra in dianasturtio.

VNGVENTVM de mucillaginibus ibidē. & mucillaginis, fenugræci, seminis lini alteæ añ. lib. s. coquantur omnia donec inspissentur, & quando coquitur semper aspergatur cum aceto, deinde sumatur lib. s. merdasengi. i. litargii, & coquatur in lib. i. olei sisamini, lento igne deinde proiciatur super ipsum mucillago, & proiciatur super marmor & malaxetur cum manu, & fiat unguentum mollificatiuum & lenitiuum.

Istud unguentum de mucillaginibus secundū modernos est diaquilon, & sic sunt ex hominibus qui faciunt istam descriptionē sub nomine diaquilon sine gummis, nam Matth. Sylua. in litera diaquilon ait, diaquilon est male scriptum, & debet dicere diachilon. i. compositio facta cū succis uel mucillaginibus. Præterea Ioan. Serap. in suo antidotario inqt. unguentum de mucillaginibus, & est diaquilon. idem dicit Gentilis super quintum cañ. Aui. infra apparebit emplastrū diaquilon magnum, & ibi melius ostendam.

VNGVENTVM peccorale ibidē. & pinguedinis anatis, pinguedinis gallinæ añ. ʒ. i. s. butyri recentis. ʒ. i. croci. ʒ. i. olei uiolati. ʒ. ii. ceræ albæ. ʒ. vii. fiat unguentum molle quod postea lauetur duabus uicibus cum aqua ordei tepida.

Istud unguentum est multum in usu, sed sunt ex hominibus qui faciunt ipsum secundum istam descriptionē, & sunt ex hominibus qui faciunt ipsum secundum aliam descriptionem. tamen moderni doctores laudant istam descriptionē adiungendo in ipso mucillaginis fenugræci, & seminis lini añ. ʒ. v. Mes. in cap. de asmate habet unam aliam descriptionem quæ satis laudata est ut apparet in cap. allegato. infra apparebit una alia descriptio.

VNGVENTVM mirabile de elleboro ad tineam ibidē. & olei laurini. ʒ. ii. myrræ ellebori albi añ. ʒ. i. s. litargii. ʒ. ii. ceræ. ʒ. ii. misce & fiat unguentum molle.

Istud unguentum non est in usu apud nos.

Elleborus secundum Mes. est barba asfugi secundū Auer. in. 5. col. elleborus est condisi, quod non creditur. uerū multi moderni computant condisi inter species ellebori eo quod sternutationem commouet, tamen nostri doctores non ponunt species ellebori nisi duas. s. album & nigrum, qui satis noti sunt. infra in oleo de euforbio ostendam melius quod condisi non est elleborus. secundum intentionem Mes. quando niger nascitur apud radices arboris fructuosæ sunt fructus eius solutiui. Papias inquit. Anticira est insula ubi abundat elleborus ad capitis purgationem necessarium, & ponitur pro elleboro antiqua parte templi quæ ortus respicit. hæc ab aliquibus dicitur uelax, & ab aliquibus dicitur stradella eo quod puluis ipsius in naribus posita sternutationem commouet.

VNGVENTVM de semperuua ibidē. & olei uolarum, olei rosarum añ. ʒ. i. pinguedinis anseris. ʒ. vi. succi semperuue. ʒ. iii. bulliant usq̃ ad consumptionem succi. postea adde croci. ʒ. i. & fiat unguentum.

Istud unguentum non est in usu.

Semperuua. s. maior secundum circa instans dicitur, quia semper uiridis reperitur. Aui. in. 2. inquit. semperuua est succum.

in cap. uero de succo inquit. succum dicitur quod est semperuua, & dicitur quod est species seminis mādragoræ, sed non recte, quia illud cap. de succo est corruptum. nā apud arabes est simphitum. ergo est consolida maior, & sic si legis illud cap. de succo apud Aui. cū cap. de simphito apud Dios. uidebis quod idem sunt. semperuua apud Dio. uocatur. aizon maius. dicitur quod omni tempore folia uiridia habet, dicitur & butalmon quod non est. nā butalmon est oculus bouis, aut zotaimon, aut ambrosia quod non est. Aliud facit cap. de aizon minori, & hæc est uermicularis, & ambæ notæ sunt. aizon uero est proprie nomen suum, quia componitur ab ai quod est semper. & zon quod est uiua. unde semperuua dicitur, quia semper folia uiridia habet, nascitur super tegulas plurimum, & in locis quibus stercorea projecta fuerit, & alibi.

VNGVENTVM de succo enulæ ibidē. & succi radicem enulæ, & lapacii añ. ʒ. vi. salis nitri, sarcocollæ, merdasengi. i. litargii, mastice añ. ʒ. s. uitrioli aluminis iameni añ. ʒ. i. s. argenti uiui mortificati. ʒ. ii. butyri. ʒ. v. terebentine. ʒ. iii. picis naualis. ʒ. ii. & fiat unguentum. butyrum & terebentina dissoluantur simul, deinde cum eis incorporantur species omnes, & ultimo omnia cum succis bulliant lento igne usq̃ ad consumptionem succorum, & referua.

Istud unguentum non est in usu.

Enula est herba omnibus nota uide de ea in electuario de enula. Sal nitrum secundum modernorum opinionē est sal quod ignem accendere facit, & est sal quo bombardarii utuntur, nascitur in muris ueteribus, quod quidam florē parietis uocant. Liber qui dicitur Bulchafim in trac. 2. ponit operationem salis alchali, & est sal nitrum quod ingreditur in medicinis multis, & hoc sal ut docet ibi fit ex cinere cuiusdam herbæ quæ uocatur chali. seu ushen, ut apud Serap. & est sterco passeri.

Argentū uiuū inter metalla est cōputatū. mortificatur aut argentū uiuū cū salua secundum artē. Auic. in. 4. cañ. in fen. vi. de argento uiuo loquitur dicens, quod plurimi qui bibunt ipsum non læduntur eo. egreditur. n. cū dispositione sua per inferiorē regionē & c. Nico. autē florē. in lib. 4. ad ultimum inquit. argentum uiuum interius cū sumitur sicut est. secundū plurimū nullā aut paruam efficit læsionem, & per hanc causam existimauerunt quidā quod argentum uiuum nō sit in numero uenenorum, uerum ueritas est quod est uenenum. immo ut dicitur multa uenena ex eo conficiuntur, & si maneret in spatio sufficienti, & non egrederetur uelociter interficeret, ut fuit de quodam apothecario qui sitiens in nocte bibit argentum uiuum, & mane mortuus est, & ipsum quidem extindum cum salua deterioris est uenenositatis.

VNGVENTVM de amilo ibidē. & olei sambucini. ʒ. i. olei uiolati rosati añ. ʒ. i. s. ceruicæ. ʒ. x. thuris mastice añ. ʒ. i. camphoræ. ʒ. i. amili. ʒ. x. aquæ rosarum. ʒ. i. albumina duorum ouorum. cerę. ʒ. v. coquantur simul oleum & cera. deinde addantur species aliæ proprie infrigidationē. postea incorporantur simul albumina, & ultimo addantur boli armeni. ʒ. x. diligenter agitando cum spatula, & fiat.

Istud unguentū nō est in usu. Amilū. i. amidū. Gal. in li. ad parthenianū inquit. amilum omnibus notum est, est. n. quasi medulla frumenti. nā apud nos amilum est succus frumenti in aqua diu macerati colatus & desiccatus. amidum autem apud apothecarios nostros nō est ualde in usu. sed in partibus Venetiariū apothecariū magis utuntur in faciendo quamdam mixturam quæ fit ex zuccharo albo aqua rosa & amido, & hæc tria bene coquantur simul addendo si erit necessitas parum olei amigdalorum dulcium recentium, & fiat inde confectio in moricellis, quam Veneti sauoniam uocant.

Oleum sambucinum. i. oleum quod fit ex floribus zamobac, cuius descriptio inferius apparebit.

VNGVENTVM de terebentina ibidē. & pulueris serpentariæ. ʒ. i. sarcocollæ ablutæ. ʒ. ii. s. sandaracæ idest uernicis. ʒ. iii. thutig præparatę uidelicet, ut docet Bulchafim. ʒ. ii. terebentine lotæ cum aqua sumiterræ lib. iiii. s. camphoræ. ʒ. s. unguenti de succo enulæ. ʒ. vi. misce, & fiat unguentum.

SECTIO DECIMA

Istud unguentū apud nos non est in usu. Terebentina laschrymū est arboris satis notum. hanc quidā uulgo largatū uocant. Moderni multi computant abiectum inter species terebentinæ, eo quod manibus cito inuiscatur & arbor autē terebentinæ botin dicitur. & eius fructus granū uiride. Matth. autem sylua. in litera t, inquit. terebentina est gummi arboris quæ uocatur terebintus. idem in litera g, dicit gummi albotin. i. lacca. uide ergo quod sibi ipsi contradicit.

Serpentaria. i. dragontea maior seu colubrina, uide de ipsa in hiera Hermetis.

Sarcocolla abluta. i. lota aut nutrita in aqua rosata aut in lacte asinæ uel mulierum, ut ostensum fuit.

Vnguentum de succo enulæ. i. eleni, eius descriptio fuit posita superius secundum ipsum.

VNGVENTVM uiride secundum chirurgiam ibidem. R. celidoniæ, leuistici, herbæ centrigalli, lilifagi. i. saluigean. M. s. myrræ. ʒ. iiii. ceræ terebentinæ an. lib. i. pinguedinis anatis lib. iiii. olei cōmunis li. vii. aloes. ʒ. v. fiat unguentum.

Istud unguentum apud nos non est in usu, tamen secundum intentionem compositoris est quoddam unguentum uiride quo utuntur chirurgi.

Centrigalli. i. galli crista, & est quæ gallitricū uocamus, reperitur ex eo domesticum & syluestre. de quo uide supra.

VNGVENTVM de cerusa secundum Gulielmum bardum seu placentinum in antidotario. R. cerusæ. ʒ. v. lythargirii. ʒ. ii. scorix argenti aur. i. draganti. ʒ. i. terantur & cribellentur & sumatur ceræ albæ. ʒ. i. liquefiat cū. ʒ. iiii. olei rosati, & proiciantur. & incorporetur medicinæ in mortario. remouet. n. excoarationem & adustionem ignis.

Istud unguentū est multū in usu, sed hodierni apothecarii nō faciunt ipsum secundū istam descriptionem. illa uero descriptio qua generaliter utuntur pro unguento de cerusa cocto, fit solum ex cerusæ & olei rosati añ. partibus æqualibus, & ambo bulliant ad ignem leuem, & fiat ex eo pasta in magdaleonibus, & usui reseruetur. quidā addunt in ipso partem lythargirii, sed raro. Leonar. de præda palea in cap. de medicinis consolidatiuis ponit cerotum siue unguentum durum de cerusa coctum cum sæpo castrati. istud est uerum unguentum, de cerusa coctum si adinuatur sæpum, in reliquis est idem cū descriptione quæ omnibus cōmuniter est in usu, & hoc satis est notum, reperitur alia descriptio quæ dicitur a multis unguentū de cerusa crudū, & a multis dicitur unguentū album, & ab aliquibus dicitur unguentum de biacha crudum, & ambæ descriptiones sunt in usu, sed hæc descriptio infra apparebit pro unguento albo, quod idē est.

Cerusa. i. biacha, & est arugo plumbi, apud Aui. l. 2. cañ. est cinis plumbi, aut alaunoch, quod idē est. secundū circa instans cerusa est flos plumbi siue gersa, gersa etiā fit ex succo serpentariæ sicut dictum fuit in unguento martiatonis.

VNGVENTVM pro capite puerorū contra crustam & crustosam scabiem secundum Rainaldum de uilla nota in lib. 2. in cap. de scabiæ seu pruritu. R. butyri recentis, terebentinæ, assungix gallinæ recentis, olei uiolati an. ʒ. i. ceræ. q. s. & fiat unguen. quo ungatur caput ter in die, & post supponatur folium sicliæ. i. biætæ aut brasicæ. i. caulis.

Istud unguentum est in usu, sed non ualde, sed uere a me fuit probatum contra crustam & scabiem puerorum mirabiliter ualere utendo ipso, ut docet compositor.

VNGVENTVM de cicuta secundū Nico. florenti. in lib. 5. in cap. de duritie splenis. R. de tota herba cicuta. ʒ. vi. armoniaci. dimittantur nouem diebus in aceto. nono die bulliant ad ignem donec armoniacum bene dissoluatur. postea coletur per pannum fortem, & illa liquositas iterum bulliat, & addito oleo & cera fiat unguentum. Est enim potissimum contra omnem duritiem.

Istud unguentū apud nos nō est in usu. Magister Petrus argillata in cap. de duritie splenis habet unum quod idem est.

Cicuta uero aut sucharā est herba satis nota apud Dioscoridum. uocatur conios, hastas habet nodosas sicut maratrum. folia similia ferulæ, sed angusta apud Aui. in. 2. cañ. uocatur sucharā, & inquit sic inquit Dioscoridus. crus huius plantæ est sicut crus ferulæ, & folia eius sunt sicut folia cucumeris. Hic textus

Aui. est corruptus, quia debet dicere hastas habet nodosas sicut maratrum, folia similia ferulæ, sicut dicit Dioscoridus. Liber qui dicitur Bulchafim in trac. 2. inquit. forma extrahendi succū ex sucharam. i. iusquamio quod falsum est. nā Serap. in ca. de cicuta ait. sucharam sic nominatur apud medicos, sed arabes nominant eam scicharam uel zuccharā, & sic est quod zuccharum uel sucharam est cicuta. Idem Serap. in fine eius capituli inquit. Et quando ponitur cicuta super testiculos puerorum nō dimittit crescere eos. melior autem ex hac planta est illa quæ nascitur in creta, & in chio, & in attica, etiā apud nos in multis locis hæc reperitur. unde si fricaueris folia ipsius recentia grauem odorem referunt &c.

Armoniacum lachrymum seu gummi est satis notū. Nicotico. & magister Petrus argillata non ponunt dosim armoniaci, sed si ipsum facere uolueris. adde. ʒ. iiii. armoniaci, & confice, ut ipse Nicolaus docet.

VNGVENTVM de ranis ultimū in lib. 7. in cap. de curatione dolorū iuncturarū per medicinas cōferentes a proprietate. R. ranarū fluuialiū euisceratarū & excorticatarum quod uolueris, & laua eas nouies in aqua dulci & olla lapidea in solo sufficienti coquantur usque ad consumptionē uel dissolutionem carniū earum. postea coletur per pannum rarum fortiter manibus exprimendo carnes earū. hoc enim oleum pedibus unctum. & iuncturis optime confert etiam locis cancriosis iunctum.

Istud unguentum apud nostros doctores est in usu, tamē nō ualde, sed utuntur magis medici Mediolanenses, quia in ipso inueniunt mirabilem experientiam in illa materia. uerū est quod hæc descriptio nō est illa quæ in usu est. nam Nicolaus dicit, quod est unguentum de ranis. infra uero dicit. hoc n. oleum pedibus unctum, & iuncturis optime confert, ergo descriptio Nicolii reducit ad modum olei, uel ad modum apozimatis, sed melius est fieri unguentum de ranis. secundum intentionem Petri de tusignana positam apud eū in cap. de podagra sciatica & arthetica. quorum hæc est descriptio. R. sæpi ranarum. ʒ. i. s. butiri agrippæ. s. unguenti de agrippæ an. ʒ. i. olei camomillæ, olei anethi, olei costini an. ʒ. ii. olei rosati. ʒ. iiii. uistrioll. ʒ. ii. ceræ albæ. ʒ. i. euforbii. ʒ. i. rasi næ. ʒ. ii. & misce fiat unguentum, & ungetur locus. Hæc uero descriptio a Modernis doctoribus pro unguento magis laudata est quam illa Nicolii. uerum infra apparebit una alia descriptio quæ est magistralis, & hæc est illa quæ ab omnibus usitatur, de qua infra.

Rana secundum quosdam est de genere piscium quæ satis notæ sunt omnibus. Ipse Nicolaus in lib. 4. in cap. de speciebus serpentum facit cap. de ranis & buffonibus. & inquit. buffo est de speciebus ranarum, & rana magna a quibusdā dicta boirax, & est turpis aspectus uentrem habens latum & grossum, & cutem durissimam difficiliter penetrabilem, & color eius declinat ad citrinitatem obscurem, & oculi eius sunt ualde lucentes &c. Idem in cap. de animalibus aquaticis uenenosis inquit. & ex eis est rana quæ dā rubea maligna inuadens animalia pertransientia ut mordeat ea, & si non possit mordere insuffiat ad ipsa sicut buffo insufflatione nocua. sine dubio species ranarum sunt multæ, sed non uti mur nisi quadam specie earum quæ morantur in paludibus, quæ notæ sunt.

VNGVENTVM diuinum optimum secundū eundem in eodem lib. in cap. de medicina generatiua carnis. R. pimpinellæ, uerbenæ, betonicæ an. M. i. terantur & bulliant in uino optimo albo usque ad consumptionem quartæ partis uini. deinde coletur, & post colationem sumatur tota substantia dictarum herbarum, & ponatur in sacculo de panno lineo, & fortiter stringendo præmatur cum torculari uel baculis supra aliquod uas, donec tota substantia herbarum cadat in eo. deinde. R. de tota substantia herbarum & terebentinæ an. ʒ. vi. ceræ uirginis albæ. ʒ. iiii. & pone in uase terreo nouo ad ignem donec dissoluatur, & misceantur cum dicta substantia herbarum, deinde supermittatur masticeis. ʒ. i. & lactis mulieris. ʒ. ii. & bulliant omnia sufficienter donec sit coctum, quod cognoscitur quando modicum ex eo proiectum in aqua frigida adhæret digito tangentis.

Istud

Istud unguentū apud nos est in usu, sed nō ualde, sed quā uis nō sit ualde in usu apud nos, forsan eo in aliis locis magis utuntur. Leonar. de præda palea. in trac. de neruis. in ca. de uulneribus. ponit unguentum diuinū à deo datum, & est magistrale. ibi habet unam descriptionem, sed non est idē.

Verbena seu berbena est herba quæ apud Dios. gerebotanum uocatur, quidam uocant ipsam sacram herbam quæ sagmen. i. sanctimē antiquitus dicebatur, eo quod pagani in sacrificiis, & omnibus expiationibus ea utebantur. hæc autem herba inde nomen accepit quod sacerdotes eam purificationibus adhibere consueuerunt in passionario habetur quod si medicus uisitando infirmum ipsam in manu portauerit egroto in sciēte. & dicet egroto qualiter habes. si æger dicet bene sanabitur, & si dicet male morietur. hæc apud nos in ciuitatibus nascitur. hanc quidam rustici herbam sancti Ioannis uocant, sed non recte. Papias berbena herba sagmen dicitur dicta quasi pura. Hæc & gerebotane dicitur græce.

VNGVENTVM de lilio sine de radice lili in eodem lib. in cap. de sudationibus. & radice lili in aqua decoctæ, & optime trita. 3. i. incorporentur cum. 3. assungia recentis liquefactæ, & colla & cum. 3. i. aquæ rosatæ, deinde superaddantur cerusæ puluerizatæ. 3. ii. pulueris mastici oli bani añ. 3. s. camphoræ. 3. i. & optime incorporentur & usui referuntur.

Istud unguentum non est in usu, maxime apud nos. Liliū planta est, cuius species sunt multæ, de qua Sera. in suo cap. loquitur.

VNGVENTVM album in eodem lib. in cap. de combustionibus ignis uel rei ardentis aquæ feruentis uel olei & similia. & olei rosati. 3. iiii. ceræ albæ. 3. ii. cerusæ quantum sufficit ad incorporandum & inspissandum, & in fine addantur duo albumina oui.

Istud unguentum est multum in usu. uerum est quod sunt ex hominibus qui utuntur ipso sub illo nomine. quidam utuntur sub nomine unguenti de biaca crudi, aut de cerusa crudi ad differentiam codi, quod superius scripsi. Ras. in lib. de diuisionibus. in cap. de aduisione inquit. confert aduisione ignis unguentum de calce, & unguentum de cerusa, & magis ultimum, quod experti sumus. ad hoc est unguentum album, & cum est res magna plurima indiget sebotomia ex latere diuerso aut opposito. deinde curetur cum unguento albo. uolo quod intelligatur per unguentum album, quod est factum de cerusa & oleo rosato & cera, & non de pluribus. idem hodierni faciunt.

VNGVENTVM de cantaridibus in eodem lib. in cap. de saphati tinea, & aliis pustulis capitis. & cantaridarū purgatarum puluerizatarum. 3. ii. sulphuris. 3. s. corticū nucis. i. nucis communis dictæ carea basilica seu regalis. 3. ii. si naps. myrræ añ. 3. i. mellis & aceti quantum sufficit, & fiat, & teneatur super locum per unum diem postea eo amoto superponatur folia sicæ. i. bletæ uel caulium.

Istud unguentum nō est in usu apud nos. Gilib. de anglia in cap. de paralesi habet idē, sed nō est omnino simile. Hoc unguentum secundum intentionem Dini Florentini. est unguentum alharial. hanc intentionem habent hodierni chirurgici, & eius descriptionem describit Mel. in suo antidotario de quo uide supra.

Cantarides secundum Nico. sunt muscæ uirides, quarum ortus est in frumentis ac aliis locis. secundum intentionem compositoris debent esse purgatæ uidelicet à malitia sua. Dios. inquit. cantarides uirtutem habent putrefactiuam. sunt autem bonæ ad repositionem. in triticea segete colliguntur quæ missæ in uase fictili, & desuper ligato panno imponuntur supra cacabum ubi acetum bulliat, ut uapore aceti bullientis eadem inclusæ necentur, quæ postea lino inferuntur uel in uase non picato. i. uitreato reponuntur. meliores autem sunt uariæ grossæ & longiores, quæ super testam postquam combustæ uirtutē habent sipticam. Liber qui dicitur Bulchafim. i. seruator in trac. 3. docet formam colligendi cantarides, & reponendi eas, sed eius forma nō est ut docet Dios. ipse uero loco aceti ponit oleum uetus. Moderni uero ponunt acetum & non oleum.

VNGVENTVM de plumbo scdm Leonardū de præda palea Paduanensem in. c. de herispila. & plumbi uisti cum sulphure secundum seruitorem. 3. ii. lythargiri. 3. ii. cerusæ, antimonii añ. 3. i. olei rosati quantum sufficit. fiat unguentum molle.

Istud unguentum est in usu, maxime secundum istam descriptionem. Idem in. c. de cura cancri habet idem in. cap. de uulneribus ambulatiuis habet idē. Sed uterque ab isto differet. Plumbum uero apud Auic. uocatur alaunoch, & alhar bar. utum uero cum sulphure secundum seruitorem superius in quadam sief ostendi.

VNGVENTVM de lythargirio secundum eum in. c. de pruna & igne persico. & pulueris lythargiri. 3. ii. cerusæ. i. biachæ. 3. s. olei ros. & aceti añ. quantum sufficit. fiat unguentum in catia decoctum ad ignem, sed melius adhuc est ut fiat in mortario sine decoctione.

Istud unguentum est in usu, maxime scdm istam descriptionem. Pet. de argillata in primo cap. de siegmone habet idē, & est simile nisi quod deficit acetum. Ras. in. 7. Alman. in. c. de his quæ ulcera consolidant, & in uulneribus multam habentibus humorositatem carnem generat, & ipsorum remouent humorositatem. habet idem, sed non est in usu. idem habet Guliel. placentinus.

Lythargirium scdm Dio. est scoria argenti, idem est secundum Plin. eius uero species sunt multæ, quia quædam species eius est quæ fit ex plumbo, & quædam fit ex argento, & quædam fit ex auro, & quædam ex eis est nigri coloris, & quædam aurei. quæ quidem melior est cæteris. nam unguenta quæ sunt ex tali lythargirio declinant ad albedinē, & sunt nobilissimæ bonitatis, sed si lythargiriū fuerit nigrum aut habens in se aliquid plumbi erit unguentum quod fiet ex eo nigrum & turpe. hoc est satis notum.

VNGVENTVM diabution ibidem. & minium & indicum & terram nigram, de quibus tribus pingunt pictores añ. 3. s. olei. 3. iii. salis cōis bene pistati. 3. ii. pone hæc omnia ad ignem in catia lento igne semper cū spatula agitando, & decoquatur donec ad formam quanuis ut reducat, & maxime ad formam ceroti.

Istud unguentum diabution non est in usu. Auic. in libr. 4. in fen. 2. in. c. de curatione prunæ & ignis persici in fine cap. inquit cum ergo quiescit inflammatio, & remanent ulcera curentur cum eis quæ sunt sicut emplastra de merdasengi. i. de lythargirio, & emplastra diabutiaron. Auic. ibi nō ponit descriptionem, sed solum de ipso loquitur, & si facere ipsum uolueris descriptionem habebis.

Minium est res rubea qua pictores utuntur. Gal. in lib. ad parthenianū inquit. armentanum uel minium optimum dicitur quod est leue & quale ceruleum frangibile, sine lapidibus uires habet crisocolle. hoc apud Dio. uocatur armenium. nam ibi Diosco. dicit idem quod dixit Gal. sed Simon non cognouit ipsum.

Indicum siue indicum est quædam res qua utuntur pictores ad pingendum colorem turchinum, & eius color tēdit quasi ad celestem. Pictores de ipso habent cognitionē, quia eo utuntur. & hoc notum est, & fit de flore cuiusdam herbæ quæ arabicæ dicitur nil quo panni tinguntur. Macer uocat ipsum ofatim. unde uersus.

Ofatis à græcis est uulgo guaido uocatus.

Non modicum quæstum præbens tinctoribus herba. Moderni existimant ipsum esse uerum gualdū seu telassam, & est herba cum qua tingitur blauetum.

VNGVENTVM mirabile de cancri fluuiialibus secundum eundem in. c. de cura cancri. & de cineribus cancrorum fluuiialium recentium, & de climia auri, & de aqua solatri quod sufficit, fiat unguentum per optime ducendo in mortario de plūbo cum pistello aut sup tabulā plūbeam.

Istud unguentum non est in usu. Cancris maxime fluuiiales noti sunt. Liber qui dicitur Bulchafim. i. seruator in trac. 3. ponit formam combustionis fartas. i. cancris, & ait. accipe cancris fluuiiales uiuos quoniam sol fuerit in signo arietis. xiii. die mensis, intelligo lunaris, & pone in furno panis quousque comburantur, & non conuertantur in cinerem.

SECTIO X.

Climia auri secundum Auic. mellior est illa quae aurea est ut cinctus glacie cineritii coloris recens, & laminosa grossior. Guliel. lombar. inquit. climia auri est superfluitas quae adharet parietibus uasis in quo purificatur aurum. climia argenti est superfluitas quae adharet uasi in quo purificatur argentum ultimo fit climia ex aere, & marchesita est sicut climia auri.

VNGVENTVM de dragantibus scdm eundem in. c. de medicinis facientibus nasci carnem. & dragati. 3. s. & ponatur ad mollificandū in aqua calida ad tantam quantitatem ut reduci possit ad formam collē. nam istud unguentum est ualde conglutinatiuū. & si uis potes addere de sanguine draconis, & sarcocollae ana parum.

Istud unguentum non est in usu scdm intentionē Luminis malelucentis. hoc unguentū nō reperitur ab auctorib⁹.

Dragantum gumma est quae apud Dio. uocatur tragagantum. sed apud Serap. dragagantum. Pli. ait. tragagantum ē spinae albae radice multum plantata apud medos & caucasum nascitur. Eligēdum est dragantum album & limpidū & lucidum & dulce & leue, hoc satis est notum.

VNGVENTVM incarnatiuum secundum eundē, ex auctoritate Esculapii primi medici bonū in. c. de incarnatiuis in generali. & herbae dictae licii, quae herba est tantae puritatis quae cecatis pullis harundines tangunt oculos cum dictis foliis, & faciunt cum dicta herba reuidere, & dicta herba reducatur ad formam pulueris. & resinae pini an. 3. ii. olei & cereae quantum sufficit, & fiat unguentum, quoniam est mirabile.

Istud unguentū non est in usu, sed scdm intentionē Leonar. est ex auctoritate Esculapii primi medici, quod ualet mirabiliter in illa materia, & est certū quod Esculapius primus medicus fuit inuentor medicinae ut existimant hodierni. Isidor. inquit. medicinae autem artis auctor ac repertor apud graecos perhibetur appollo. hanc filius eius Esculapius laude & opere ampliauit, sed postquam fulminis ictu Esculapius interit, interdicta fertur medendi cura, & ars simul cum auro defecit. Latuitque per annos pene quingentos usque ad tempus Artaxerxis regis persarum, tunc eam reuocauit ad lucē Hippocrates Asclepio patre genitus in insula choo.

Licium apud Moder. fit ex succo fructus arboris quae darsifahan dicitur. quidam hanc uocant bugiam sicut Matth. syl. in littera p. qui ait. puluis bugiae. i. puluis de radice arboris berberis ipse Leonar. in. c. de undimia inquit. Licium est succus fructus cornastrelli, de ipso uero uide supra in descriptione pillularum lucis minorum, ubi melius fuit ostensum.

VNGVENTVM de floribus salicis scdm eundem in. c. de incarnatiuis in generali. & florum salicis uel succi florum ipsius. 3. ii. lachrymi uel terebentinae loco eius. 3. ii. aspalti, uernicis humidae an. 3. i. colophonae. i. picis graecae. 3. ii. olei & cereae. q. l. & fiat unguentum.

Istud unguentum non est in usu. Salix autem est arbor quae in aquis locis semper nascitur ut est notum omnibus. Serap. in. c. de salice dicit. quod flos & rosa ipsius administrantur ab omnibus medicis in unguentis desiccatiuis. Isidor. ait. salix dicta quod celeriter saliat, hoc est uelociter crescat, arbor leuata uitibus habilis uinciendis. Auic. in. 2. can. tria de ipso facit. c. anum sub nomine ata, & ibi dicit quod est algarab dicta in. c. de gammi. aliud. c. facit de garab. quod est salix uel species eius, & aliud sub nomine salicis. haec apud graecos ita uocatur. Circa instans ait. salix cortex & flores & folia usui medicinae competant. Pet. de crescen. dicit salix est arbor nota sic dicta, eo quia eius plāta in altum salit. Pli. salicis fructus ante maturitatem in arenam abit.

Lachrymum. i. lachrymū arboris balsami. nam ipse Leonar. in. c. de fistulis ait. olei uitii seu lachrymum, quod idem est. uel terebentinae loco lachrymi sine dubio scdm intentionem compositoris lachrymum est oppobalsamum, quia ipse dicit quod loco eius ponitur terebentinae ut faciunt multi alii.

VNGVENTVM de pulegio ibidem. & succi pulegii montani, succi calamiti, succi centaureae uel pul. istorum an. 3. i. olei myrtini, & cereae. q. l. & fiat.

Istud unguentum non est in usu. Pulegium herba est satis nota maxime pulegium coe id est pulegium regale, Isid.

inquit. pulegium apud indos pipere praeciosius est. Circa instans ait. pulegium in tempore florum colligitur, per annum seruatur, folia cum floribus abiectis stipitibus in medicina ponuntur. gliconium etiam est pulegium.

VNGVENTVM de centaurea, scdm eundem in. c. de medicinis consolidatiuis. & centauree minoris. 3. i. aristoloch. lon. 3. v. uenae tinctorum. i. rubear tinctorū & laccæ an. 3. ii. terebentinae. 3. i. olei mastice. 3. i. cereae. q. l. fiat unguentum.

Istud unguentum non est in usu. Centaurea uero herba est nota. Io. anglicus in. c. de fluxu uentris ponit uersus. de centaurea quae ipsa optime ualet in hemorrhoidibus.

Centaurea iuuat neruos pectusque, scdm. i. secundinam. Elicet & uulnus solidat uisum meliorat.

Incisas carnes radix contrita reducit.

Tusibus atque scia ualet & muliebria ducit.

Si desiccetur & post bene puluerizetur.

Stringit hemorrhoidas oleo si commisceatur.

Plin. inquit. centaurea hac dicitur curatus chiron cum Hercules exceptus hospiti pertractanti arma sagitta ei excidisset in pedem, quare aliqui chiromon appellant. alia est centaurea maior, sed ista non est nota, nec fuit non tempore Macri. nam Macer inquit.

Sunt centaureae species maiorque minorque.

Ut supradictis dixi de pluribus herbis.

Sed quia per paucas species est cognita maior.

Hanc praetermittens uires narabo minoris.

Quam notam cunctis credo uulgaribus ipsis.

Apud nos in locis aquosis nascitur.

VNGVENTVM citrinum ibidem. & terebentinae. 3. ii. cerulae. 3. i. olei myrtini. 3. ii. argenti uiui cum salua extracti. 3. s. cereae. q. l. & fiat unguentum in mortario sine igne propter argentum uiuum ne saliat.

Istud unguentū est in usu, sed sunt ex hominibus qui conponunt per alium modū. dicitur autem citrinum, quia eius color efficitur citrinus Guliel. lombar. habet idem sed non est in usu, inuenitur aliud unguentum dictum citrinum. quia conquitur in pomo citrino, sed hoc non habet colorem citrinum, immo eius color tendit ad albedinem, cuius unguentū descriptio superius ostēsa fuit. infra apparebit una alia descriptio quae generaliter usui uenit & c.

VNGVENTVM de hedera scdm eundem in. c. de combustionibus ignis uel aquae uel olei. & granorum & foliorum hederae & pistentur peroptime & extrahatur succus, olei communis ana. partes aequales, cereae albae quantum sufficit. omnia infusim decoquantur usque ad consumptionem succi, & postea proiciatur supra acetum album, & malaxetur illud unguentum.

Istud unguentum non est in usu. Hedera apud Auic. in. 2. can. uocatur cussus, & sunt eius species tres. scilicet nigra alba & ru. & omnes sunt acres stipticae, & una quidem specierum eius est quiddam quod nominatur laudanum, & cussus quidem in radice est laudanum, aut aliud. ambo enim sunt propinquarum dispositionum. Serap. de hedera loquitur in. c. de uolubili in fine eiusdem capituli inquit. edem. i. laudanum colligitur ex una specie cussus & nominatur laudanum. apud Dio. hedera uocatur cissos, & dicit quod multae sunt species, sed tria sunt genera. scilicet alba nigra & elix. Haec ab Auic. dicitur ru. bea. alba uero semē affert album nigrum aut croceum, quae multi dionysiam uocant. elix uero non habet semen. ibi à Dio. confunditur sermo de hedera uolubili hypoquistidos & laudano. ex quo uidetur textus falsus, nam hypoquistidos non est hedera, nec est species eius. uide Serap. de hypoquistidos separatum. c. facit. & illud quod dicit Dio. in. c. de cissos. idem dicit Serap. ex auctoritate ipsius in. c. de hypoquistidos. & si bene consideretur uidebis quod ille textus Dio. est corruptus Gal. in. 7. simpl. inquit. cissus uel laudanum. infra ait. cissus uel hedera. Idem in lib. ad parthenianum inquit. Hedera nascitur in diuersis arboribus parietibus uel petris uel in terra. Isidor. hedera dicta quod arboribus reptando adharet. dicitur etiam hedera, quia libenter à capris editur, uel dicitur hedera, eo quod hedis lactis abundantiam in escam teneris praebet.

VNGVENTVM

VNGVENTVM de vitro scdm eundem in.c.de eradicatione uestigiorū. & unum collum angieftarē uitri albi, & accendatur in igne & extingatur nonies in succo lymoniū, & hoc facto vitrum subtilissime tere, & loco ipsius ualet spuma uitri, & est melius si haberi potest. si aut nō potest accipite supradictum uitrum. 3. ii. pulueris sandalorum alborum, & pul. crystal. an. 3. i. & diu omnia super porfidū idest lapidem quendam sic uocatum bene ducantur cum aqua lymonum, donec tu scias unguentum extendibile super locum quando uolueris extendere.

Istud unguentum non est in usu. Collum unum angieftara dicitur uulgarī nomine, sed à latinis dicitur infula. & hic est sermo uenetorum & astantium regionum.

Vitrum maxime album est laudabile secundum Aui. uisum est inter lapides sicut stultus inter homines, spēs autē uiri sunt multæ. nam est uitrū albū, rubeū, citrinum, uiride, & azuriniū, sed nobilior cūctis est illud quā colorē habet albū.

VNGVENTVM de sandaracha mirabile secundū eundem in.c.de cura uulnerū. & ceræ albæ. 3. iii. terebentinæ. lotæ. 3. viii. mastice. 3. i. s. sandarachæ sarco collæ. thuris an. 3. vii. misce & fiat unguentum malaxando in forti aceto. uel in bono uino montano albo, & habeas ipsum pro secrete quia bonam operationem facit in omnibus membris carniformibus & neruosis.

Istud unguentum non est in usu. sed Leonard. habuit ipsum pro secreto.

Sandaracha scdm Dio. in eisdem locis nascitur, in quibus aurum pigmentum. Eligenda quoque est quæ colore est rufafaualde & facile teribilis munda colorem cynabri habens. hanc multi græci crediderunt esse aurumpigmentum rubeū, sed non recte. nam apud Arabes sandaracha est uernix, & idem est apud Moder. Item Serap. in.c.de uernice ait. sandarachæ. i. uernix. Item Ioan. angli. in.c.de reumate ait. uernix quæ uocatur sandaracha penultima genitiui producta, quia ipsa breuiata uel correpta, tunc est idem quod auripigmentum. unde uersus. Est sandaracha uernix medicorum nō tinctorum. Sandaracha. f. auripigmentū rubeum uel citrinum, quia color citrinus aliquando uocatur rubeus apud græcos, sed non recte ut dictum fuit.

VNGVENTVM de uulpe scdm eundem in.c. ut supra. uide licet in.c.de cura uulnerum. & olei iuniperi, terebentinæ sublimatæ an. 3. vi. assungiat porci. 3. ii. piretri, gentianæ, piperis lon. baccatur lauri, aristolo. f. rotundæ castorei, myrræ salis an. 3. ii. adipis ursi, adipis gatti, adipis tassi, melis crudi, ceræ rubeæ an. 3. ii. armoniaci, assæ fetidæ, galbani, serapini, olei petrolei an. 3. i. euforbii, nigellæ, sinapis laudani, mastice, olei. f. cōis an. 3. i. s. omnia suo modo terantur & ponantur in uulpe ad ignem, & coquatur bene donec uulpes bene cōsumpta sit cum omnibus supradictis rebus, & fac unguentum secundum artem ex ingenio mirabile.

Istud unguentum apud apothecarios Moder. Papienses non est in usu, sed mediolanenses utuntur ipso. magister Petrus argillata in.c.de podagra siue gutta frigida ponit unguentum de uulpe ipsius Mesue. & uulpē integrā interioribus euulsis, & pone in uase cū aqua calida uino & oleo, & ultra hoc pone in isto uase saluam, roremarinum, iuniperum, anhetum, origanum, & maioranam, omnia ista bulliant usque ad uini consumptionem & aquæ & tantum bulliant quod caro uulpis ab ossæ separetur, & postea in cocleari exprimat & coletur, & ex ista colatura fiat unguentum. hæc descriptio magistri Pet. uidetur esse oleum uulpinum quæ est de mēte Mesue. sed apud nos aliud est unguentum de uulpe, aliud est oleum uulpinum. terum quidam sapientes dixerunt quod si addatur in illa colatura ceræ quantitas conueniens potest dici unguentum de uulpe.

Vulpes apud arabes uocatur taleb. Aui. in. 2. can. narrat uirtutem suā dicens, quod quæ uulpes coquantur in aqua & embrocatur iuncturæ dolorosæ ex ea confert uehemēter & c.

VNGVENTVM mirabile quod uocatur irinum propter colorem irinum secundum eum in.c.de ulceribus uuluentis. & olei irini. i. facti de foliis liliorum cœlestium. 3. iii. ponatur dictum oleum in bacili bene terfo & mundo,

deinde. & salis armoniaci. 3. i. s. frica tādū in oleo donec illud oleum remaneat cœlestis coloris, deinde recipe rasiñæ pini, & terebentinæ an. 3. i. pul. Indici. 3. s. & ceræ. q. f. & fiat unguentum.

Istud unguentū non est in usu, infra apparebit aliud unguentum quod uocatur de ireos, sed istud fit ex puluere radice ireos de quo infra.

VNGVENTVM de minio secundum Petrum argillatā in cap. de siemone. & minii. 3. i. olei rosa. uel myrtini secundum quem uis. 3. ii. secundum quantitatem quam uis facere, misceantur omnia in cazola & bulliant ad ignem cum paruo & lento igne usque ad consumptionem olei, & semper misce cum spatula ne aduratur, & fiat unguentum in bona forma.

Istud unguentū non est in usu apud chirurgicos ac alios. Leonar. de præda palea, in cap. de medicinis consolidatiuis ponit cerotum de minio, & est idem.

Minium uero apud Aui. in. 2. can. uocatur sirengi. Serap. uero uocat ipsum minium. & inquit asrengi. i. minium. Alexander Paulus & alchindus dicunt quod ipsum est azarcon, & alii dicunt quod est asrengi, & fit ex plumbo quādo ponitur in igne & inflatur & fit rubeum, pictores eo multum utuntur.

VNGVENTVM de ireos secundum eum in cap. de medicinis facientibus nasci carnem. & serpi uaccini. 3. vi. olei rosa. 3. iii. ceræ. 3. ii. radicum ireos. 3. i. thuris mastice, sarco collæ, aloes. f. succotrini aristologia. f. rotundæ an. 3. i. terebentinæ. 3. ii. & fiat unguentum.

Istud unguentum nō est in usu Bartho. montagna. in suo antidotario habet idem. Leonar. de præda palea, in cap. allega. habet unguentum irinum, quod est factum de oleo irino facto de floribus liliorum cœlestium.

Ireos uero est radix lili cœlestis. Serap. in cap. de lilio inquit. quod habet stipitem super quem est flos habens colores diuersos. & sunt albus citrinus purpureus & cœlestis, & propter diuersitatem istorum colorum nominatur ireos. i. arcus demonis. f. ab illo arcu demonis qui apparet in aere tempore pluuioso, & habet radices duras nodosas quæ habent odorem bonum. & hæc satis est nota.

VNGVENTVM gratia dei secundum eundem & ibidem ualet in cap. de medicinis facientibus nasci carnem. & ceræ albæ, rasiñæ. f. pini. armoniaci an. 3. vi. terebentinæ 3. iii. galbani, olibani, mastice, myrræ claræ an. 3. s. aristologia rotundæ 3. ii. terenda terantur & infundantur in uino in quo decocta fuerint bethonica uerbenæ, consolidæ maioris & minoris, centaureæ, pimpinellæ, hypericon, herbæ gratia dei, bautiæ an. M. i. & postea extrahantur & malaxentur cum lacte mulieris. hoc unguentum generat carnem & cōsolidat, & est commune ad omnia uulnera.

Istud unguentum generaliter est in usu, sed moderni non componunt ipsum secundum istam descriptionem. illa uero descriptio qua utuntur est magistralis quæ ab auctore non reperitur, sed hodierni chirurgici mirabiliter istam descriptionem laudant, quia mirabiliter generat carnem & consolidat. & est cōmune ad omnia uulnera, fasciculus medicinz in sua anotomia habet idem, sed non est simile. inutilis diuersitas inter multos est in hoc unguento. nam quidam dicunt quod dicitur gratia dei. i. à deo datum. Alii dicunt quod dicitur gratia dei, à quadā herba quæ gratia dei uocatur quæ eius compositionem intrat, cuius formam infra ostendam, & sine dubio est consonum quod debeat dici unguentum gratia dei, ab illa herba quam recipit, ut dicimus unguentum de lythargirio à lythargirio quod recipit, dicitur & sic de singulis, sed quia hæc descriptio in usu non est ualde. hoc aduenit quia pauci inuenerunt eius descriptionem: infra uero apparebit alia descriptio quæ est magistralis. hoc unguentū apud quosdam dicitur unguentum ceraseos.

Herba gratia dei apud Moder. herbatikos uulgo sic est uocata, & est herba, cuius longitudo est unius palmi, aut parum plus. folia habet similia hyssopo. florem habet inter folia paruum, cuius color tendit de bicoloribus ad album & purpureum, sicut herba quæ dicitur uolubilis quæ in uineis nascitur radicē habet paruum & paucam. apud nos in præ-

SECTIO X.

tis ualde abundat & cognoscitur, propter saporem foliorū. nam folia ipsius habent amaritudinem prout centaurea minor aut parum plus.

VNGVENTVM de climia secundum eundem in cap. de medicinis cicatrizatiuis. & climia adusta colcotar adusti añ. ʒ. ii. ceruse lythargirii añ. ʒ. iii. puluerizentur. & cum oleo myrtino & aceto uini granatorum & uino stiptico. i. forti misceantur, & fiat unguentum.

Istud unguentum non est in usu. Climia uero secundum Moder. est res sicut fuligo quæ adhæret superioribus partibus fornacis in depuratione auri, & tunc dicitur climia auri uel argenti, tunc dicitur climia argenti uel aliorum. & modū eius adustionis docet liber qui dicitur Bulchafim in primo tractatu.

Colcotar est uitriolum citrinum. Gal. in lib. secretorum in cap. ad omnes ægritudines dicit quod est atramentum album, ergo est uitriolum album, sed non recte. Io. anglicus in cap. de ulceribus & uulneribus nasi ait. colcotar. i. atramentum citrinum. & ita dicit Aui. in cap. de atramento, nos uero Io. co eius uitriolum uiride generaliter, aut uitriolum romazum ponimus.

VNGVENTVM de uermibus incarnatiuum secundum eundem in cap. de medicinis incarnatiuis. & utriusque consolidæ pilosellæ utriusque plantaginis añ. M. i. uermium terrestrium. ʒ. vi. terantur omnia & ponantur in lib. i. s. olei cōmunis per septem dies, deinde bulliant modicum & coletur & exprimatur, & tunc addatur sapi arietini mundati li. i. picis naualis. ʒ. vi. picis græce. ʒ. iii. armoniaci, galbani, opoponaci, terebentinæ añ. ʒ. i. thuris, masticis añ. ʒ. s. dissoluantur gummi in aceto, & fiat unguentum, quod mirabiliter ualet.

Istud unguentum non est in usu. Vermes. s. terrestres sunt multum laudati, lisd. in cap. de uermibus inquit. uermis est animal quod plerumque de carne. uel de ligno. uel de quacunque re terrena sine ullo cōcubitu gignitur, licet nomē quod & de ouis nascuntur ut scorpio, sunt autem uermes, aut terræ, aut aquæ, aut aeris, aut carniū, aut frondium, aut lignorum, aut uestimentorum. O quanta admiratio est quod in corpore humano generantur lumbrici longitudinis duodecim brachiorum, & isti uermes apud quosdam uocantur solea picis. Serap. de uermibus duo fecit capitula. unum de lumbricis terrestribus ubi dicit. iculi uel lumbrici terreni. Aliud de uermiculis ualorum quos dicit esse uermiculos paruos, qui quādo tanguntur inuoluunt seipsos & sunt uirides. Aui. in. 2. cañ. uocat ipsos charathin, & sunt lumbrici terrestres. Leonar. de præda palea. in cap. de medicinis & solidatiuis inquit. puluis uenæ terræ, id est lumbrici terrestris. hi satis noti sunt.

Pilosella herba est satis nota, dicitur autem pilosella propter abundantiam pilorum quos in foliis habet. ego nō inueni auctorem authenticum qui de ipsa speciale faceret ca. sed apud Moder. pilosella est herba nascens in locis lapidosis siccis cum foliis quæ expanduntur super faciem terræ, & super ipsa folia habet pilos ab uno latere, & ab alio cum flore rubeo. hic à multis dum est recens comeditur. Existimauerunt quidam quod hæc sit quam Aui. in. 2. cañ. uocat fistulā, sed non approbo.

VNGVENTVM de matrisfilua secundum eundem in cap. de fractura cranei. s. ossis capitis. & ex matrisfilua recentis, & fac ipsam bullire in uino usque ad consumptionē medietatis, deinde coletur, & in ipsa colatura addatur oleum & cera, & bulliat usque ad consumptionem, & pone super duram matrem.

Istud unguentum non est in usu. Leonar. de præda palea in cap. de cura ulcerum in generali habet idem, sed non est conforme, uerum differt parum. hoc unguentum uidetur esse idem cum uno emplastro quod describit Nico. florentinus sub nomine emplastri bouini quo communiter utuntur, cuius descriptio inferius apparebit.

Matrisfilua apud Dios. uocatur periclimenon siue spezion siue splenaria, & est herba seu frutex, ut dictum fuit supra in unguento martiatonis. Leonar. inquit. matrisfilua. i.

caprifolium. idem dicit Nico. de hac multi faciunt licium, sed est deterior in bonitate aliis speciebus licii.

Olei. s. olei oliuæ, ceræ. s. usualis. hic magister Petrus non ponit dosim de istis duabus rebus, sed Leonard. ponit olei communis. ʒ. vi. ceræ. ʒ. iii. Nico. uero ponit ceræ citrinæ, terebentinæ añ. ʒ. iii. olei rosati. ʒ. ii. Magister Petrus nō habet resinam nec terebentinam. Lonar. habet. resinæ terebentinæ añ. ʒ. iii. bulliant omnia ad consumptionē medietatis succi, & fiat unguentum.

VNGVENTVM de uespertilionibus secundum eundem in cap. de podagra siue gutta frigida. & uespertiones numero decem, & pone in caldario, & cooperi cum aqua plus uiali, & coque usque ad medi. consumptionem aquæ & cola, fiat unguentum &c.

Istud unguentum non est in usu.

Vespertilio est animal quod de nocte uolat. Aui. in. 2. cañ. de uespertione sic ait. dicitur quod scriazirac est lac eius, & dicitur quod est urina eius. Lafrancus chirurgicus in cap. de panno. lentiginibus gutta rosacea cicatricibus ulcerum, & eorum cura inquit. puluis paruorum murium siue uespertilionum, quod idem est.

VNGVENTVM de formicis ibidem. & terræ formicarum cum ouis & toto. ʒ. iii. farina ordei & fabarū añ. ʒ. rosarum. ʒ. s. maluæ, mandragoræ añ. ʒ. vi. coque rosas maluam & mandragoram in tribus libris aquæ usque ad medietatem, & cola, & confice cum reliquis medicinis in mortario puluerizatis addendo tria albumina ouorum & utere.

Istud unguentum non est in usu.

Formica est animal paruum omnibus notum, etiam formica aliquando accipitur pro quadam ægritudine, de qua Aui. in. 4. can. in fen. tertia cap. de formica miliari inquit. formica est pustula, aut pustulæ quæ egrediuntur & faciunt accidere apostema purum, & ambulant, & fortasse ulcerant, & fortasse resoluuntur, & tu iam sciisti causam cuiusque illorum, & color quidem formicæ ad citrinitatem est decliuus, & est inflammata cum substantia uerrucali & rotunda, & secundum plurimum habet radicem latam, nisi quædam species eius acruhaurod, & est radicis paruæ quasi sit pendens, & sentitur in omni formica sicut punctura formicæ &c. Leonar. de præda palea, in cap. de formica inquit. formica dicitur esse pustula parua granata de cholera adusta denominata sic tali nomine per formam coloris citrini, & per quantitatem paruitatis, & similitudinē illius animalis apparet. s. in colore formicæ citrinæ, & paruitate illius animalis & punctione.

Postquam dixi de formica quæ pustula uocatur, nunc uero uolo narrare de natura quæ inuenitur in formica. nā lisd. inter minuta animalia computat ipsam. & inquit. formica dicitur eo quod ferat micas farris, cuius solertia multa est prouidet enim in futurum, & præparat æstate quod hieme comedit, in messe autem eligit triticum, ordæum nō tangit dum pluit, & super frumentum totum elicit. dicuntur in æthiopia esse formicæ ad formam canis, quæ harenas aureas pedibus eruant, quas custodiunt ne auferantur, captantesque ad necem persequuntur.

De unguentis magistralibus.

VNGVENTVM de adipibus magistrale quod in usu est. & olei camomillæ, olei uio. añ. ʒ. vi. butyri recentis adipis gallinæ añ. lib. i. ceræ quantum sufficit.

VNGVENTVM gratia dei. & galbani, oppoponacis, uiride æris, thuris, aristologiæ longæ masticis, myrræ añ. ʒ. i. armoniaci. ʒ. ii. ʒ. ii. ceræ. ʒ. viii. olei communis. lythargirii añ. ʒ. xviii. bdellii. ʒ. ii. adamantis calamitæ, lapidis ematitidis, id est sanguinaris añ. ʒ. i. conficiantur secundum artem addendo. ʒ. vi. terebentinæ. ʒ. iii. abiezii, & fiat in magdaleonibus, ut est notum.

Istud unguentum est in usu generaliter, uerū est quod sunt ex hominibus qui componunt ipsum secundum istam descriptionem, & sunt ex hominibus qui componunt per aliam descriptionem secundum diuersitatem locorum, quando autem hoc facis eius color est tripliciter. Scias autem quod hodierni chirurgici laudant unguentum gratia dei, secundum descriptionem Petri argillatæ, & illud uocatur unguentum gratia dei.

dei. propter herbam gratia dei, quam recipit de quo supra.

Thus dicitur à vulgo incenso. Circa instans ait. olibanum idem est quod thus. gummi est cuiusdam arboris. iuxta alexandriam nascitur quod alexandrinum dicitur, & est melius & purius. nascitur etiam iuxta damascum, & Damascenum dicitur quod est album purum & inuenitur thus grossum quod thus masculum dicitur.

Adamas. f. lapis adamas. Serap. in cap. de lapide adamas dicit, quod lapis adamas est mes fluminis in quo est lapis de mes, & est flumen ad quod nunquam iuit aliquis nisi Alexander. & est in finibus corascen, & color eius approximat coloris falis armoniaci, non est lapis magnes, ut quidam putauerunt. Simon Ianuen. ait. adamas lapis durissimus, inter preciosas gemmas computatus sex angulos habens ferruginei coloris, quod multi mentiti sunt non posse frangi nisi cum hiracino sanguine, aut plumbo, quod auri fabri experti negant, aliquando adamas magnes uocatur, sed falso.

Calamita. f. lapis calamita quæ à multis vulgari nomine sic est uocata, sed apud Dioscoridum uocatur lapis magnes, & est lapis qui inuenitur circa littus oceanum apud trogoditas, & in India ab inuentore sic uocatus. iste est lapis qui attrahit ferrum sicut est notum omnibus. Aui. in. 2. can. inquit. magnes est lapis qui attrahit ferrum, cum ergo aduritur fit ematites, dant mihi admirationem uerba Aui. dicentis quod quando magnes aduritur fit ematites. f. lapis ematites, quod ignoro, quia lapis ematites est in colore rubeo, & magnes nigro, quod non conuenit nisi forte ut arbitror acquireret illum coloré ex aduisione.

Abietinum est gummi abietis, & est sicut terebentina, sed non est ita subtilis, ut est notum. Isido. in cap. de propriis nominibus arborum inquit. abies dicta quod præceteris arboribus longe eat, & in excelsum promineat, de qua Virg. ait. Et casus abies uisura marinos, quia ex ea arbores nauium fiunt. hanc quidam gallicum uocant propter candoré. Pet. de crescen. dicit. abies picea & arexes seu larices quasi eadem arbores sunt.

VNGVENTVM stasifagrium. R. stasifagria, saporis mollis añ. 3. ii. assungit porcina. 3. iii. argenti uiui extin. 3. i. s. misce, & fiat unguentum.

Istud unguentum est in usu sub nomine unguenti stasifagrii, aut sub nomine unguenti pro piatellis, aut pro pediculis, aut pro soldatis, quod idem est.

Stasifagria aut secundum Serap. est granum capitis, & est dicta passula montana. Aui. in. 2. can. ait. stasifagria est uua passula montana, & est granum capitis, in monte libano inuenitur de eo plurimum, & est granum nigrum sicut cicer nigrum. circa instans inquit. stasifagria quæ etiam caput purgium dicitur, semen & herba simili nomine appellantur, dicitur. n. caput purgium, quia caput purgat, multæ est efficacis, semen uisui medicinæ competit per decem annos durat. Isido. stasifagria, hoc est herba quinq; digitorum. huius semen &c.

VNGVENTVM optimum magnum de anthera. R. anthera. 3. vi. rosarum rub. balauiliarum, corticum granatorum, gallarum, nucis cypressi, gummi ar. myrræ, myrtillorum, draganti, terræ sigil. coriandrorum præparatorum, boliar. sandalorum rub. añ. 3. iii. sanguinis draco. masticis, thuris, hyppoquistidos añ. 3. iii. s. acatix sumach añ. 3. v. bdellii, spodii, corallorum rub. añ. 3. ii. camphoræ. 3. i. copularum glandium. 3. vi. charabæ, seminis plantaginis añ. 3. iii. olei ro. lib. i. olei myrtillorum, olei citoniorum, olei masti. añ. 3. vi. misce, & fiat unguentum secundum artem.

Istud unguentum est in usu, sed sunt ex hominibus qui componunt ipsum secundum istam descriptionem, & sunt ex hominibus qui componunt ipsum per aliam, tamen ista descriptio apud hodiernos doctores multum est laudata, & sunt ex hominibus qui uocant hoc unguentum constrictiuum, infra apparebit una alia descriptio.

Anthera autem secundum communem opinionem est semen cuiusdam fructus qui dicitur à vulgo gratacul. Ioan angli. in cap. de fluxu uentris in febre inquit. anthera. i. semen rosarum. idem dicit in cap. de cura fluxus sang. circa instans.

anthera dicitur flos rosæ, est autem quoddam quod reperitur inter rosam, eius fructus apud Aui. in. 2. can. uocatur rubus, cuius fructus est sicut oliua habens interius lanam. idem Serap. in cap. de rubeo inquit. sed rubus canis est maior rubus, nam assimilatur in magnitudine sua arboribus. & folia eius sunt latiora foliis myrti, in ramis eius sunt spinæ duræ, habet florem album, & fructus eius est oblongus similis nucleo oliuæ, qui quando maturauerit fit rubeus, & habet interius similis lanæ qui quando desiccatur auferitur quod interius est. & hæc est planta quæ apud Dioscoridum uocatur cynosbatus, in cuius summitate nascitur quædam res similis spongiæ, & in ea interdum uermes inueniuntur. & hæc apud ignorantes spina alba seu bedeguard uocatur.

VNGVENTVM aliud de anthera. R. olei rosæ. 3. vi. ceræ antheræ añ. 3. i. acatix. 3. iii. sandalorum rub. rosarum rub. añ. 3. ii. boli ar. 3. i. misce, & fiat unguentum.

VNGVENTVM rubeum camphoratum. R. olei rosati lib. i. & 3. viii. lythar. 3. ii. minii. 3. iii. s. cerusæ. 3. i. s. thutix, camphoræ añ. 3. iii. ceræ. 3. ii. in ætate, & in hyeme. 3. i. fiat unguentum in mortario plumbeo cum pistello plumbeo, & sunt qui addunt chimoleæ. 3. vi.

Istud unguentum est in usu, maxime apud chirurgicos. dicitur autem unguentum rubeum camphoratum ad differentiam alterius descriptionis quod dicitur album.

Camphora autem apud Serap. & Aui. est gummi arboris, ut dictum fuit, sed secundum circa instans. camphora est succus cuiusdam herbæ quæ in fine ueris colligitur, & teritur, & succus eius exprimitur quod seculentum est residet & abicitur, quod purum est & liquidum retinetur, & soli exponitur & desiccatur, & reducitur in substantiam camphoræ. Ioan. anglicus in cap. de sterilitate ait. similiter camphora frequenter odorata multum impedit erectionem, & ideo dicitur in uersu communi. Camphora per nares castrat odore mares.

VNGVENTVM aliud de camphora albū. R. olei rosati lib. i. ceræ nouæ albæ. 3. iii. cerusæ. 3. xii. albumina ouorum numero. vi. in quibus dissolutæ sint. 3. ii. camphoræ cum aqua rosata, & fiat unguentum secundum artem.

VNGVENTVM pectorale. R. mucilaginis psylli, dragaganti, gummi ar. seminis lini, fetuigræci añ. 3. i. pinguedinis gallinæ, medullæ uituli, butyri recentis loti cum aqua uiolarum añ. 3. i. s. olei uiolati, olei amigdalorum dulcium. añ. 3. i. ceræ albæ quantum sufficit, & fiat unguentum molle pro pectore.

Istud unguentum est illud quo generaliter utuntur, uerū supra est posita una alia descriptio, quæ est ex auctoritate Bartholomei montana. sed non est idem. uerum est quod hodierni auctores laudant etiā illā, sed in usu non est tantū. hæc descriptio in partibus mediolanensibus est multum in usu.

VNGVENTVM de lapacio. R. olei uiolati. 3. vi. ceræ uirginis. 3. ii. succi lapacii in aceto infusi. 3. vi. cerusæ, lythargiri añ. 3. ii. & 3. ii. camphoræ. 3. ii. misce, fiat unguentum, & lauatur cum aqua solatri, & optimam est.

Istud unguentum est in usu, maxime secundum istam descriptionem. eius autem descriptionem non repperi ab auctoribus. uerum est quod Petrus argillata in cap. de corrosionibus capillorum laudat unguentum unum factum de succo lapacii scriptum ab ipso, ut inquit. infra in cap. de tineâ. ego autem uidi prædictum cap. totum & prædictum unguentum non repperi, uerum est quod ipse in illo cap. describit duo unguenta, & in utroque illorum ingreditur succus lapacii, sed non habeo certitudinem si sint de lapacio, aut non, lapacium autem est rumex, quod apud omnes notum est.

VNGVENTVM pro stomacho quod in usu est. R. masticis. 3. i. aloes. 3. ii. garioflorum, cinnamomi, calami aroma. añ. 3. iii. aquæ rosæ, & uini citoniorum añ. 3. iii. olei masti. 3. iii. ceræ quantum sufficit & fiat unguentum, quod est bonum & expertum.

VNGVENTVM citrinum usuale quod in coloré citrinum efficitur. R. tereben. olei communis añ. 3. vi. rasæ pini. 3. iii. ceræ citrinæ. 3. iii. s. gummi elemi. 3. s. misce, & fiat unguentum secundum artem.

SECTIO XI

VNGVENTVM ad scabiem quo si plantæ pedū & manuum ungantur omnem scabiem delet. & olei laurini. ℥.iii. thuris albi, ceræ mundæ añ. ℥.ii. argenti uiui mortificati, cum salua. ℥.ii. pinguedinis porci mundi. ℥.v. salis cōmuni triti. ℥.viii. succi plantaginis, & fumi terræ ad libitum omnia misceantur, & fiat unguentum, & est mirabile.

VNGVENTVM mollitiuum quo utuntur ueneti. & mucillaginis alteæ, mucillaginis fenugræci mucillaginis feminis lini añ. ℥.vi. lythargirii auri. lib.ii. terebentine medullæ cruris uaccæ añ. ℥.iii. ceræ. ℥.iiii. ireos puluerizati, olei feminis lini lib.ii. s. misce, & fiat unguentum in bona forma.

Vtilis tractatus de unguentis coadiuuante uniuersi orbis conditore feliciter expletus est. Sequitur nunc tractatus de emplastris super antidotarium. do. Mes. ac aliorum doctorum in sacra medicina scribentium.



EMPLASTRVM diaquilon magnū & lythargirii mundi triti & cribellati. ℥.xii. olei irini. i. de ireos, & camomillini, & anhetini añ. ℥.viii. mucillaginis feminis lini, mucillaginis fenugræci, & radicū alteæ, & mucillaginis sicuum pinguium, mucillaginis passularum, & succi ireos, & succi squillæ, & hyssopi humidæ, & glutinis alchanac añ. ℥.xii. s. terebentine. ℥.iii. rasinæ pini, & ceræ citrinæ añ. ℥.ii. conficiantur hoc modo, lythargirium & suprascripta olea diu in mortario lapideo cum pistello ferreo conquassentur per spatium mediæ horæ, deinde bulliāt super ignem leuem cum facilitate semper agitando cū spatula donec coaguletur totum, tunc deponatur ab igne & dimittatur infrigidari deinde. & mucillagines ac alia & simul iterum bulliant donec efficiatur eius forma dura, deinde ab igne deponatur, & ponatur super marmor, & fiat in magdaleonibus, inquit filius Zachariæ acquiritur ei ex decoctione ut descendat, à molitie, & accedat ad spissitudinem unguentorum, & liniatur in panno, & superponatur ubi oportet.

Istud emplastrum est in usu, maxime secundum istam descriptionem, ipse autem Mes. intitulat hoc emplastrum diaquilon, sed secundum Modernorum opinionem debet dicere diachilon. i. compositio facta ex mucillaginibus & succis, & propter hoc à multis dicitur cerotum de mucillaginibus sine gummis, aut diaquilon sine gummis, & sic si bene legis expositiones nostrorum doctorum uidebis quod emplastrum diaquilon magnum, & cerotum de mucillaginibus, & unguentum diaquilon sine gummis idem sunt, & qui nō credit uideat in antidota. Ioan. Serap. quod dicit. unguentū de mucillaginibus & est diaquilon. idem dicit Gentilis super quintum can. Aut magister Pet. argil. in. c. de scrofulis, ponit unguentum diaquilon, quod idem est, & ibi docet ipsum conficere cum gummis, de quo infra supra est positum unguentū de mucillaginibus ex auctoritate Bartholomei montagna. qd̄ potest fieri pro diaquilon sine gummis. Scias autē quod generaliter apothecarii, maxime apud nos faciunt emplastrum in forma molli, & cerota in forma dura. de quo apothecarii neapolitani admirantur, quia ipsi faciunt contrarium. nā emplastra faciunt in forma dura, & cerota in forma molli. Leonar. de præda palea. in cap. de ulceribus profundis ponit emplastrum diaquilon descriptione Alexandri, sed dicitur emplastrum. i. dura cōfectio, eadē est opinio Nicolai.

Gluten alchanach siue alchamach siue alzanach quid sit generaliter ignoratur uere nunquam uidi nec audiui ab aliquo uidisse auctorem authenticum de eo mentionem facere. uerum secundum consuetudinem apothecariorū est colla piscium, quod non nego nec affirmo. certe in partibus Romæ dictum fuit mihi quod in rei ueritate glutē alchanach est quidam uiscus qui reperitur in arabia super arbore affæ fetidæ, tamen deus scit. Magister Pet. argil. qui sæpe & sæpius utitur isto unguento quod ipse describit in cap. allegato. & ibi loco glutinis alchanach ponit uiscum cum quo capiuntur aues, sed nos intelligimus uiscum quercinum quod conuenit in isto casu, tamen ego non affirmo quid sit, sed generaliter loco eius ponitur colla piscium, sed intentio nostrorum chirurgicorum uiscus quercinus etiam ualet. Si autē

facere uolueris unguentum diaquilon seu emplastrum de mucillaginibus cum gummis oportet facere, ut docet magister Petr. argillata. in cap. allegato. ubi sic ait. in fine descriptionis dicens. conficiatur sicut ipse Mes. docet in antidotario. & si cum istis addatur bdellium serapinum armoniacum añ. ℥.i. erit diaquilon gummatum siue cum gummis, tu uero scias si ponas supra unguentum diaquilon sine gummis aut cerotum de mucillaginibus sine gummis illas tres gummas quas nominauimus, tunc erit diaquilon cum gummis.

EMPLASTRVM de granis lauri. & olibanī, masticeis, myrræ añ. ℥.i. granorum lauri. ℥.ii. cyperi, costi añ. ℥.s. mellis colati. q. s. ad aggregandum & extendatur in panno, & calidum superponatur ubi oportet. si autem triplicetur cyperum, & de stercore uaccarum aut caprarum sicco ad pondus omnium inuenitur mirabile ad hydrophisim.

Istud emplastrum est in usu, tamen non ualde. Pet. de crescen. inquit. laurus est arbor satis magna, cuius frondes sunt lateæ & longæ, & folia semper uiridia & odorifera ualde, quæ arbor baccas facit quæ sunt fructus parui nigri, quorum magnitudo est sicut auellanae parua super quas sunt cortices nigri subtiles qui compressione franguntur in duas partes, & illæ sunt quæ competunt medicinæ.

EMPLASTRVM de gallia. & galliæ muscata. sicut nanti añ. ℥.i. s. ramich, sumach, acacia hypoquistidos, laudani, gallarum non perforatarum, calami aro. rosarum & feminis eius, quod anthera à multis modernis dicitur, sandalorum alborum & rubeorū, masticeis, xilaloes. i. ligni aloes gario. spicæ. i. spicæ nardi, olibanī, myrræ, costi, cyperi absinthii añ. ℥.ii. fiat eorum contritio bona, deinde accipe succi foliorum, myrræ humidæ foliorum lauri, aquæ rosæ, & uini pontici añ. ℥.i. s. & submerge in eis calefactis tortellurū de seni. ℥.ii. dactylorum siccorum numero. xii. dimittantur per diem & noctem, deinde terantur, & fiat sicut puluis, & misceatur cum muç aromaticæ. i. cum speciebus. ℥.iii. aut. ℥.iiii. gummi asii. gummi ara. ℥.vii. coquantur omnia lento igne usque ad spissitudinem mellis, deinde aggrega cum puluere rerum & tere diu in mortario, donec fiat totum uiscosum, deinde lini ex eo super lamina & suffumiga cū ligno aloes & epithimetur cum eo.

Istud emplastrum non est in usu, dixerunt autem quod appellatur emplastrum de gallia propter troc. de gallia quos recipit. Alii dixerunt quod dicitur de gallia, quia in gallia prouincia repertum fuit, & utuntur ipso. Bartholomeus montagna. in suo antidotario habet unguentum de gallia muscata, quod in usu non est.

Ramich uero est quedam cōfectio facta ex uariis rebus & reducta ad formam troscorum, sicut apparuit supra. gallia. i. gallia asiana, gallarum alia sunt perforata alia non, sed non perforata sunt magis laudata in medicinis quā perforata. Circa istans ait. gallia est fructus quercus, quedam inuenitur grossa & leuis & perforata quæ modicum ualet, alia reperuntur in asia & aphrica, & dicuntur asiana, quia parua sunt, & non perforata. quæ uero inter eas inueniuntur grossiores meliores sunt.

Tortellg de leni. i. panis asii, siue panis biscotellus. & eius modum ostendam infra in cōfectione emplastri diaquilon. Vinum ponticum. i. forte, nam ponticum est sapor dictus fortis, potest etiam dici ponticum ab insula quadam sic nominata, sed non est ad propositum.

EMPLASTRVM relatum ad andromachum. & saxariet. in. picis añ. ℥.xviii. auripigmenti rubei & citrini, aluminis iameni. i. aluminis scissi, calcis non extinctæ añ. ℥. xv. armoniaci. ℥.ii. dissoluatur armoniacum cum uino rubeo, & dissoluatur in igne, & dissoluatur cum eo olei lib. ii. & puluerizanda puluerizentur, & aggrega omnia simul secundū decentem modum præparationis eius, & utere ubi oportet expansum in lamina.

Istud emplastrum non est in usu.

Aurumpigmentum latinum nomen est ab aureo colore. Isido. in cap. de coloribus inquit. arsenicum quod latini ob colorem auripigmentum uocant, sine dubio aurumpigmentum & arsenicum eiusdem sunt generis, sicut patet si legis cap.

cap. de arsenico apud Dio. in. c. de auripigmento apud Serap. uidebis q̄ idem sunt. sp̄s aut̄ arsenici uel auripigmenti, sc̄dm Dio. sunt duæ. s. rubeū & citrinum, sed sc̄dm Aui. sunt tres. s. album citrinum & rubeū, de quo uide supra. Liber q̄ uocatur Bulchasis, in lib. .i. docet modū comburendi & al̄bificandi auripigmentum, & sublimandi ipsum, & comburendi & uertendi citrinū in rubeū, & de sublimatione arsenici, & de modo uertendi arsenicum citrinum in rubeum.

EMPLASTRVM synapsis mūdā, descriptione Democriti. s. sicuum siccarū pinguium partem unā, & infunde in aqua tepida per diem & noctem, tūc exprime fortiter ut nullus humor in eis remaneat, deinde sinapi tritam cū aceto cum eis misceas diligenter diu cōmiscendo, & sit sinapis pars una, & sicuum pars alia, si uehementioris uirtutis face re uolueris pone de synapim partes duas. si aut̄ minus ex sicubus partes tres, & ex synapi partem unam. q̄n aut̄ applicatur loco dimittatur in eo, & auferatur antequam uulnere tur locus, & pprie q̄n solū calefacere oportet, & quandoq̄ dimittitur donec uulnere tur, & pprie q̄n profundarū materię exclusionē quaris sicut in talibus. in defectu uero synapis squibalæ caprinæ ponantur pridie in aceto infusæ, & est ad hydropisim & duritiem & dolorem splenis efficax. & q̄nq̄ additur in eis simus columbarū agrestis, & radix enulæ, & semen nasturtii, & grana lauri, & confert ad frigidas & uentosas & gritudines uiscerum & splenis & hydropisim & similia, & est expertum ab antiquis medicis.

Istud emplastrum apud nos nō est multū in usu. d. Rasis in libro diuisionū. in. c. de sciatica & dolore iūcturæ anchæ. habet et̄ hoc emplastrum. Synapsis aut̄ semen est satis notū. Columella in lib. de cultu hortorum inquit. Serq̄; laceffentis fietum fractura synapsis. hæc apud arabes cardeidel dicitur. Serap. aut̄ in. c. de synapi ex auctoritate Dio. inquit. eligendum est illud quod non est sicuum nimis neq̄ extenuatum habens granum grossum, & quando frangitur est album inærius & est humidum. nam istud tale est nouum bonum.

Squibalæ caprinæ apud auctores non inuenitur cap. sub hoc nomine, sed squibalæ apud græcos stercora sunt. unde per squibalas caprinas intelliguntur stercora caprarum, & sub isto uocabulo Aui. & alii de eis loquuntur.

Columbi agrestes secundum multorū sententiam sunt columbi quos rustici fauacios dicunt, quorum ortus sunt in arboribus. d. Rasis in lib. .i. aphori. inquit. alchenebir. i. colūbæ syluestres. Extimauerūt quidā q̄ columbus syluestris sit ille qui apud Aui. in. .x. can. d̄r. guarescen. sed nō est certum.

EMPLASTRVM diafinicon descriptione Alexandri. s. dactylorum uicinorū maturitati sine ossibus. s. v. tellarum de seni. s. i. citoniorū & pprie carniū eorū decoctorum in uino stiptico. i. forti. s. i. s. storacis. s. calamitæ, mastice, laudani an. s. iii. acatiæ succi agreste, florum uuarū agrestium, rosarum, sandalorū citrinorum, marchasitæ, ramich, myrræ, xilaloos an. s. iii. ceræ. s. iii. olei ro. s. xv. uini pontici. q. s. ad infundendū infundenda & confice ipsum secundum artem, & lini ex eo super laminam, & cum xilaloos suffumiga & superpone.

Istud emplastrum est multum in usu, maxime sc̄dm istam descriptionem quæ est de mente Alexandri. ipse uero Mesue describit unam aliam descriptionem, sed non est tantæ utilitatis ut est ista, tamen infra apparebit.

Tortellæ de seni. i. panis assus, & ab aliquibus uocatur panis azimus, & ab aliis biscotellus, & eius modus est multiplex sc̄dm diuersa loca. nam secundū quosdā est panis biscotus factus de flore farinæ de illa contracta uel de illa regione quæ dicitur seni. Ioan. Mattheus gradi. in. c. de fluxu uentris in generali. inquit. huic quoq̄ addatur panis biscotus de syria. sup. q̄n intendimus facere confectioem ad modum emplastri ad magis incorporandum. nam talis panis sic biscotus infunditur in uino uel aceto, & cū pulueribus facta expressione reducitur ad formā emplastri, & talis panis biscotus appellatur tortellæ de seni. & à Mesue ponuntur in emplaistro diafiniconis, sine dubio tortellæ de seni in emplaistro diafiniconis intrant, sed eius modus non est, ut docet Ioan. Mattheus gradi, & ignoratur quid sit. Guliel.

placen. in troc. de uiperis docet modū faciendi, ut ostēsum fuit ibidem, t̄n melius infra iterū ostendā. Matth. aut̄ syl. inquit. passime. i. tortellæ panis azimi biscotæ de seni. i. de terra hierusalem, q̄n ibi arabes impastat eas cum aqua decoctionis mastice passularum, uerū sunt ex hominibus qui solum impastant cum aqua decoctionis mastice, sed nō reete. nam hodierni maxime sapientes impastant ut dixi. & eius modus est q̄ accipiatur farinæ frumenti purgatæ à fure fure quantitas quam uolueris, & impastetur ea cum aqua decoctionis mastice & passularū quātum oportet. & fiat ex eis panis in forma panis qui māducatur, & decoque in furo tantum q̄ in colore efficiatur niger, & quod facilius teratur, & postea utere ubi oportet. Istud panis azimus est panis non fermentatus. nam azimus est sine fermento sincerus acrimus leuiter fermentatus, quasi acroazimus. Flores uue agrestis sunt flores lambruscæ. & hæc est quæ Dio. enanchitū uocat. Matth. syl. in. c. de enatio inquit. ex auctoritate Dio. Enantium flos est uitis agrestis quæ cum fecerit flores colligendi sunt & desiccandi, & alio nomine uocatur uitis, flores eius optime redolent, & siccantur in umbra, & in testa reponendi sunt, melius nascitur in syria. idem in litera I. ait. inantum. i. flos lambruscæ, & est flos uitis agrestis. idem dicitur in litera mastice, marchasita est lapis qui ab aliquibus uocatur luminaris, eo q̄ percussus ferro ignem emittit. d. Mesue in. c. de lapide stellato de ipso loquitur, & hic est lapis q̄ à Dio. uocatur lapis pyrites. & dicitur à pyr quod est ignis, quia percussus ferro ignem emittit.

EMPLASTRVM diafinicon confortatiuum stomachi. Prius fiat cerotum cum ceræ. s. ii. olei ro. olei nardi ni an. s. iii. deinde. s. dactylorum siccorum numero. xl. tellarum de seni. i. panis usti. s. v. deinde funde biduo in uino odorifero, & accipe carniū citoniorum decoctorū in uino. s. viii. & tere cū dactylis contritione ultima, & misceatur cum ceroto, & contundantur in mortario donec aggregetur, deinde proice super ea mastice, olibani, absinthii romanici an. s. ii. s. ligni aloes, macis, myrræ aloes, spicæ, acatiæ, galliæ, rami, calami aro. an. s. i. laudani. s. ii. & iterū conterantur donec permisceantur, deinde lini super laminam ex eo, & suffumiga cum xilaloos, & pone super stomachū & epar & uiscera. de meliori autem operatione est ut mastix & laudanum cum ceræ & oleis misceantur. & sic cū cæteris emplastrum fiat.

Istud emplastrum est in usu, sed non tantum ut prædictū: quod dicitur esse ex descriptione Alexandri. d̄r autem emplastrum diafinicon. i. de dactylis. species aut̄ dactylorū secundum modernorum opinionem duæ sunt. s. domestici & syluestres, domestici aut̄ sunt fructus ex palmis domesticis, & isti sunt noti syluestres uero sunt dactyli dicti acetosi, & isti sunt tamarindi, ut allegat. d. Mesue in. c. de tamarindis. eius arbor à multis alcori uocatur. unde Ioan. Serap. in cap. de debilitate epatis inquit. oleum de calcala. i. oleum de floribus dactylorum.

EMPLASTRVM filii Zachariæ. s. ceræ citrinæ. s. iii. medullæ cruris uaccæ, adipis galliæ, mucillaginis, seminis lini an. s. iii. olei de lino. q. s. si autem fortius facere uolueris adde mucillaginis alteæ, & mucillaginis fenugraci partes conuenientes, & pro oleo de lino ponatur oleū de cheiri citrina. i. de uiola citrina uel utrunq̄, & si adhuc fortius facere uolueris adde hyssopi humidæ, & glutinis danaham quantum de una mucillaginum, & miraberis effectum ad ea quæ diximus.

Istud emplastrū apud medicos Papienses non est multū in usu, immo est in usu apud medicos Mediolanenses, quia in ipso inuenitur uirtus mirabilis. nā lenit duritiem nodositatū & iuncturarū, & multa alia operatur. Glutē aut̄ danahā uel zanach. de ipso uide in emplaistro diachilon supra.

EMPLASTRVM de alliis descriptione Alexandri. s. spicarum alliū mūdaturū. s. iii. s. storacis, aloes boni, bdellii an. s. iii. terebentinæ. s. iii. assungia porcine recentis, adipis anseris an. s. v. mastice, olibani an. s. i. s. euforbii. s. i. croci. s. s. ceræ citrinæ. s. xii. olei nardin. i. de spica nardi, & uini odoriferi ana quantum sufficit.

SECTIO X.

Istud emplastrum non est in usu. Alium autem dicitur quod oleat, maxime allium domesticum, & est illud quod intelligitur quando simpliciter ponitur, & est aliud allium quod agreste uocatur, & istud appellatur scordeon seu tyriaca rusticorum. Sera. in. c. de allio ex auctoritate Dio. inquit. allium aliud est domesticum & aliud agreste, & est quoddam ex eo quod inuenitur in babylonia quod non est diuisum in dentibus &c. Columella in lib. de cultu horticorum inquit. allia quae in fractis spicis & olentia &c.

EMPLASTRUM relatum ad Aristarcum. &c. cere citrina. 3. i. terebentina. 3. vi. assungia porcine recentis, adips anseris, medulle cruris uaccae an. 3. iiii. bdellii, myrrae, oli bani, storacis, oppoponacis, aloes, mastice an. 3. i. s. armosini. 3. iiii. colofonia. i. picis grae. 3. vii. aluminis. f. aluminis quod a uulgo de pluma uocatur. 3. i. spica. 3. vi. folii. i. mala batri, pone macer loco eius, calami aro. euforbii granorum lauri an. 3. vii. olei balsami lib. i. olei nardini & uini odoriferi. q. l. confice sicut saepe narrauimus & utere.

Istud emplastrum apud medicos Papienses non est multum usuale, sed apud medicos Mediolanenses magis.

EMPLASTRUM de melliloto. &c. melliloti. 3. vi. florum camomil. fenugrae. granorum lauri radicum alteae & absinthii an. 3. iiii. seminis apii. cordumeni, ireos, cyperi, ameos, anisi. i. seminis feniculi romani, spicae, castiae an. 3. i. s. sanfuci. 3. iiii. aromati. 3. x. storacis, bdellii an. 3. v. terebentinae. 3. i. s. ficuum pinguium numero. xii. sepi caprini, resinae an. 3. ii. s. cera. 3. vi. olei sanfucini, & olei de spica. q. l. aquae decoctionis fenugraeci & camomillae & melliloti. q. s. ad infundendum infusione diligenti misceantur & conficiantur, & epithimetur cum eo.

Istud emplastrum est in usu apud omnes maxime secundum istam descriptionem, quia inuenitur in ipso mirabile iuuamentum ad omnem duritiam quae est in stomacho & ad multa alia. Bartho. Montag. in suis consiliis in consilio de indigestione habet hanc descriptionem, sed non est omnino similis nec usualis. Ioan. concoregius in. c. de spasmo & theta no & cuzez ponit emplastrum etiam mollitium compositum, & est emplastrum de melliloto. ponitur a Mesue in suo antidotario, & sic ista descriptio Mes. est nobilior aliis. Mellilotum autem est nomen compositum a meli & lothos quod est trifolium. unde mellilotum inter species trifolii enumeratur, quidam fertulam campanam uocant, eo quod fertu antiqui coronabantur, & propter id uocatur et corona regia. Sera. in. c. de melliloto ex auctoritate Isaac eben amra inquit. elchil lemelich est herba quae habet folia rotunda uiridia & ramuli eius sunt subtiles multum, & folia rara & fructus habens uaginas subtiles rotundas sicut uirgae puerorum paruulorum, & sunt in eis grana pauca glauci coloris rotunda maiora granis synapis, & quod de ipsa administratur sunt illae uaginae cum eo quod est in eis ex granis, miror quod hodierni generaliter ista herba non utuntur nisi floribus & non seminibus ut uult Isaac, & Auerrois in. 5. coll. ait. alchil lacme Iec. i. mellilotum uel corona regia. Circa instans ait. mellilotum herba est, cuius semen simili nomine appellatur corona regia, semina cum ipsis cornibus colliguntur, per quatuor annos seruat, semine cum cortice in medicinis ponitur. ob quod miror ut dictum fuit, quia apothecarii id non faciunt, haec autem herba apud nos in ciuitatibus inuenitur cum flore croceo boni odoris ut est notum.

Cordumeni. i. carui agreste, & alio nomine a romanis charda uocatur, sed apud nos cheisim campestre dicitur.

Sanfucus secundum Dio. a ficulis amaracus nominatur, herba est ramosa. multas uirgas super terram spanfas habens cum foliis paruis & rotundis non dissimilibus neptae. i. calamento montano, & haec est herba quae a nobis maiorana uocatur quae nota est.

MIXTVRA ad uulnera sananda. &c. garioflatae, radicem arthemisiae, pimpinellae, camomillae, pentastemonis, uiolarum, herbae uenti, caulis rubei, canapis renatae, omnium an. M. i. rubeae quantum de omnibus. haec omnia bulliant in uino usque ad medietatem. postea cola & colaturae adde tertiam partem mellis, & cum eo bulliat, deinde cola & usui reserua.

Garioflata herba est similis agrimoniae, cuius radix odor rem garioflorum refert. haec apud nos iuxta fossos inuenitur, & a multis sanamunda uocatur, & apud herbaticos dicitur pes leporinus, quod falsum est.

Herba uenti. i. herba uenti maior quae paritaria uocatur, minor autem uocatur consolida minor, ut dictum fuit supra in unguento martiaton. paritaria autem apud Aui. in. 2. can. uocatur herba uetri, sed apud Dios. uocatur alfinen aut parthemon quod falsum est, quia parthemon apud ipsum est herba quae a modernis uchuue uocatur, & apud Serap. matricaria & sic si legis cap. de parthemon apud Dios. cum cap. de matricaria apud Serap. uidebis quod idem est. ergo parthemon non est paritaria. haec paritaria apud nos nascitur in tectis, & uocant eam rustici ueragulum.

Caules rubei sunt caules sic nominati, quia eorum color rubeus est, in ortis inueniuntur, quorum folia & stipites rubrum habent colorem.

Canapis renata. i. syluestris, & secundum quosdam iste textus est corruptus, quia debet dicere canapis syluestris aut summitates canapis. Dynus autem florentinus in suo antidotario habet eandem mixturam, & loco eius habet summitates canapis.

Rubea. i. rubea tinctorum, de qua diximus supra.

EMPLASTRUM apostolicum secundum Nico. in suo antidota. &c. lythargirii. 3. vi. cere ru. colofoniae. i. picis grae. an. 3. ii. propolei, uisci quercini an. 3. i. armoniaci, lapidis calaminaris an. 3. vi. mastice, oli bani, mummiae an. 3. i. terebentinae, galbani, bdellii, myrrae calcicumenon, sarcocolae, lepidos calcis, diptami, aristologiae longae, prasi uiridis oppoponacis an. 3. iiii. conficitur sic, galbanum armoniacum & oppoponacum aliquantulum confusa ponantur in uino una nocte, ita ut bene cooperiantur & mane bulliant donec liqueant, & per captiam colentur, & iterum bulliant ad consumptionem uini, deinde lythargirium in subtilissimum puluerem redactum cum sufficienti oleo in caldario distemperetur, & super ignem mittatur, & cum spatula agitando tandem bulliat donec superpositum lapidi in modum cere inspissetur, & statim addatur cera, qua liquefacta addatur colofoniae, postea addatur mastix, oli banum, & myrra, & factu interuallo ponatur bdellium, & uiscus quercinus liquefacto uisco ponatur terebentina, ea liquefacta ponatur caldarium in terra, & tunc gummam in ipso caldario paulatim ponantur, iterum super ignem ponantur & cum spatula agitando aliquantulum dimittantur bullire, postea addatur sarcocola, deinde lapis calaminaris, factu interuallo ponatur flos aris & lapidos calcis, post haec calcicumenon semper cum spatula agitando, donec aliquantulum rubere inceperit, ad ultimum diptamum & aristologia rotunda, deinde infundatur in aqua frigida, & ab aqua abstractum manibus exprimendo & malaxando ita tractetur ut tota aqua inde exeat, & inunctis manibus oleo laurino magdaleones informetur, & usui reseruentur.

Emplastrum dicitur dura coeactio apostolicon. i. suprapositum uel supra missum interpretatur. Gilib. de anglia. in cap. de uulneribus in partibus interioribus habet unam aliam descriptionem quae eadem est, hoc emplastrum est in usu.

Propoleum uel propoleos secundum compositorem est fauus siue cera. Gilib. ibidem dicit quod propoleos est cera alba, sed hoc non approbatur a sapientibus. nam propoleos est sordidus alueariorum apum quae uocatur mum, quod patet per Dios. qui de cera propolei singulare facit cap. & ingt. quod utilis est ruffa, & odorata sicut storax, & mollis non ualde, quae manibus si uolueris duces ut storacem, haec uidetur esse cera quae apud Aui. i. a. can. uocatur mum, ubi sic ingt. quod mum purum est paries domorum apum. in quibus faciunt oua & pullos, & adducunt eis mel, & mum quidem nigrum est sordes fenestrarum intrinsecarum & forinsecarum. Auer. in. 5. coll. ait. alumene. i. cera citrina. Serap. in cap. de cera, de ipso mum loquitur, & inquit ex auctoritate Dios. sed mum est superfluitas & sordes quam apes proiciunt extra domicilia sua, & reperitur in aluearibus, & melius est mum illud quod est rubei coloris, odoris boni simile storacem non dure substantia, sed potest malaxari sicut storax, haec est sordes uasorum apum quae

quæ inuenitur in orificiis alueariorum ipsarum apum, & hanc uidi ponere in dicto emplastro non inconuenienter. nam emplastrum ex ea redditur attractiuum, ut uult compositor.

Viscus quercinus lachrymum est arboris lene, & uiridis coloris, intus obruffum & nihil asperum habens, supra de ipso melius ostensum fuit in unguento quercino.

Lapis calaminaris scdm compositorum est lapis magnes. Glibertus ibidem dicit lapidis calaminaris. i. calamitæ quæ apud modernos ignoratur cõter, quia lapis calaminaris non est lapis calamitæ. i. magnes, immo lapis calaminaris est lapis qui à uulgo calamina dicitur, quo tingitur es. in antidotario uero uniuersali in eodẽ emplastro est positum giro. i. lapis calaminaris, lapis uero calamitæ est lapis qui attrahit ferrum. scdm intentionem Simonis Iani. lapis calaminaris est spes thutiæ, sicut apparet in c. de cadmia, & apud nos est notum quod lapis calaminaris, & lapis calamitæ idem non sunt.

Calcecum enim. i. es uisum. Glibertus ibidem dicit. calcecum enim. i. aris uisum. Dio. in. c. de ære uisum dicit. quod alii calcecum enim uocant, & sic est.

Lapidos calcis uel lapidos calcu. i. squamma aris. inuenitur autem in aliquibus descriptionibus istius emplastri scriptum lapis calcis, sed debet dicere lapidos calcis, quia Glibertus ibidem dicit. lepidos calcis. i. battituræ aris. Dio. in. c. de lepida dicit bona est quæ ex acutis ciprinis fit, quæ & patia dicitur aut elitis nugax quæ ex tenero cramine fit. hæc apud arabes tubel uocatur seu squamma seu battituræ aris, seu cuiusque metalli, circa instas dicit. ferri ferrugo & squamma ferri eiusdem sunt uirtutis. idem dicit Matth. syl. tñ aliud est erugo aliud ferugo, & aliud squamma uel scolia. nam squamma uel scoria, est illud latum uel tenue quod euolat per concussionem à ferro, ferrugo est quæ per excoctionem liquefit à ferro, alia uide ibi.

Prassium uiride secundum compositorum est flos aris. prassium autem album est marubium, flos autem aris apud multos est uiride aris sed secundum Simonem Iani. aliud est uiride aris. aliud est flos aris. uerum hodie pro flore aris ponitur. inuenitur autem in antido. Ioan. Sera. unguentum de ziniar. i. uiride aris. Aui. in. s. can. habet unguentum de flore aris, quod idem est. ergo flos aris & uiride aris idem sunt. ut ostensum fuit supra. uerum est quod Serap. in libro de aggregatione simplicium facit. c. de ziniar. i. erugine aris siue uiride aris, & aliud cap. facit de ære, & quæ ex eo fiunt. Et tibi docet modum faciendi florem aris, & inquit. flos aris fit scdm hunc modum, quoniam liquefit æs in botis metallo rum & extrahitur à clinia. & est in botis aliquantulum teræ incensæ de subtus infundo, & æs purificatum dimittitur currere in loco ubi colatur. tunc purificatores eius proiciunt super ipsum aquam dulcem donec coaguletur, & faciunt hoc donec infrigidetur, & est aqua clara, ex hoc ergo quod accidit ari ex aggregatione partium adiuicem fit hoc substantia, & est flos aris. alia uide ibi.

EMPLASTRUM oxicroceum ibidem. & croci, picis naualis, colofonia, cera an. ʒ. iiii. terebentina, gaibani, armoniaci, myrræ, olibani, masticis an. ʒ. i. & ʒ. iiii. fiat autem hoc modo. galbanum & armoniacum confusa in sufficiens aceto ponantur per noctem, & mane ponantur ad ignem usque ad liquefactionem & liquefacta colentur per catinam paruum, & coquantur iterum ut aliquantulum consumatur. tunc addatur pix naualis bene colata. liquefacta pice adde ceram, & ea liquefacta addatur colofonia & terebentina interuallo facto ponatur mastix olibanum & myrra, & semper cum spatula agitando, ad ultimum cum fuerit bene coctum in aqua frigida infundatur, & ab aqua extracta manibus exprimantur ut aqua inde exeat & super marmor inunctum oleo laurino cum puluere croci superposito malaxetur, & factis magdaleonibus usui recondatur.

Istud emplastrum est in usu & maxime secundum istam descriptionem. dicitur autem oxicroceum ab oxi quod est acetum, & croceum à croco dicitur, ualet proprie ad fracturam ossium & ad dolorem eorum & ad multa alia. Glibertus de anglia in. c. de uulneribus in partibus interioribus habet unam aliam descriptionem quæ idem est. Bartho. mon

tagna. in suo antidotario habet unam aliam, sed non est similis huic nec in usu est crocus. autem de quo intelligitur est crocus orientalis seu communis qui à uulgo zaffran dicitur. Papias ait. crocus dicitur ab oppido ciliæ quod uocatur coricum.

EMPLASTRUM de caseo secundum Rasim in lib. de ægritudinibus iuncturarum, in. c. de cura propria lapideis tatis. & caseum antiquum longi temporis, & nasturtium & pulueriza simul. postea accipe pedes porci antiqui salis & coque, & cum illa aqua accipe nasturtium & milce caseum & fac emplastrum super iuncturas lapideas, & rumpe tur cutis & exhibit uentositas omnis & sic patiens sanabitur, & expertus sum illud sepe.

Istud emplastrum non est in usu. Caseus secundum Aui. in. 2. can. quandoque fit ex lacte quandoque ex sero, & est ille qui nominatur recocta natura, recens uero est frigidus & humidus in tertio & salitus antiquus est calidus & siccus in eo. Isidorus in cap. de efscis ait. caseus uocatur, quod careat sero quasi carenum.

EMPLASTRUM mirabile relatum ad andromacum secundum Aui. in suo antido. & granorum quæ inueniuntur in fructu plantæ quæ dicitur aumeli, baurach tubei. i. salis rubei, salis armoniaci, aristologia cretica, & radices cucumeris asinini, & gummi albotin omnium añ. aur. xx. piperis, & macropiperis, armoniaci, & amomi, & xilobalsami ana. aur. x. thuris masculi, & myrræ, & resine sicæ, & aldabac frigida an. aur. x. lactis arboris mori aur. x. cera. au. xxx. & adipis capræ aur. xv. amurcæ olei de lilio quantum sufficit ad conficiendum medicinam. terantur medicina sicca & fricetur etiam & inungat qui fricat eas manus suas, ex amurcæ olei de lilio. ita ut cum permixta fuerint omnia bene resonantur & referuentur, & cum necesse fuerit uti eo ad auferendam laxitudinem. tunc sumatur de eo. ʒ. iiii. & adipis anatis. ʒ. iiii. & olei de alcanna. ʒ. iiii. & permisceantur & admixtetur.

Istud emplastrum non est in usu, hic Aui. dicit. & granorum quæ inueniuntur in fructu plantæ quæ dicitur aumeli, sed non dicit quæ planta sit. uerum ipse in. 2. can. de ea capitulum facit dicens. quod aumeli est oleum dulce ualde spissum sicut mel, & spissius eo extrahitur ex crure arboris quæ est in terra muræ zig dulcis, & fit ex eo oleum, & cum eo admiscetur et oleum de flore eius, & nominatur aumeli & oleum mellis, & melius ex eo est quod est magis clarum & spissum, & antiquius & c. neque per id cognoui quid sit. Isid. inquit. oleum mella nascitur in palmaria syriæ ciuitate ex eo ita appellata, quod ex trunco oleum defluit in crassitudine mellis saporis luauis.

Aldabach siue dabach est uiscus quercinus, sicut apparet apud Sera. in. c. de uisco. Idem dicit Aui. in suis synonymis.

Amurca olei de lilio. i. fex olei de lilio. Dio. inquit. amurca fex est olei nigra & aquosa cum premitur, quæ coqui solet ad mellis spissitudinem, & sic uetustate accepit. Leonar. de pradâ palea in. c. de cura scoffularum inquit. amurca olei antiqui. i. fex olei. Item Ioan. angli. in. c. de paralesti. dicit. fex olei oliuarum quæ uocatur amurca. Sera. in. c. de oliuis dicit. amurca olei quando coquitur in uase aris cabrafci quousque ingrossetur, & fiat sicut mel.

Oleum de alcanna. i. oleum de ciprino, unde oleum de alcanna. i. oleum ciprinum, & modus eius infra apparebit.

EMPLASTRUM aureum scdm eundem in lib. 4. in fen. iiii. in. c. de curatione eorum quæ sunt difficilis consolidationis, & aliorum quæ sunt in ultimo malitiæ. & merdasengi aurei boni, eminam unam, cera, & radices almezereon an. aur. xxxvi. floris aris, aur. xviii. limaturæ auri trite, limaturæ almerdasengi an. aur. xl. olei antiqui lib. iiii. ponantur super ipsum in primis merdasengi, & aurum, & flos aris, deinde relinque medicinæ, & iterum sumatur ostracum furnorum, & cinis uenarum, & plumbum combustum ablutum, & fiat ex eis emplastrum cum oleo myrtino, & oportet ut sit illud oleum inspissatum cum merdasengi. uerbi gratia. ʒ. i. & aceti acuti, i. triplo ipsi, & ex oleo, aut oleo myrtino, aut oleo aneti. ʒ. i. moueatur cum facilitate donec resoluetur merdasengi, & inspissetur, & non aduratur & aceruat de eis cortices aris, & flos aris, & calx abluta si

SECTIO X.

ne exquifitione fiat ex eis puluis, & antecedit & liniat ea cum melle, deinde puluerizetur fuper hunc puluerem contritum aris partes.ii. ceræ. x. diffoluantur digitis in fole, & adminiftratur aut cerufæ & aluminis añ. partes. viii. corticū aris, falis gemmæ, thuris, floris aris, corticum granatorum omnium añ. partes. ii. calcis partē. i. ceræ partes. x. olei myrtini quantum fufficit, & iterum merdafengi olei añ. lib. i. galularum non perforatarum, arifto logiæ añ. ʒ. i. armoniaci. ʒ. i. minuti thuris. ʒ. ii. fiat ex eis linimentum fuper ignem, & mo ueatur cum radice cannæ.

Iftud emplaſtrū nō eſt in uſu, dicitur autē emplaſtrū aureū ab auro, eo q̄ limatura auri ingreditur, nō dicitur autē à lythargirio auri, ut quidā crediderunt, aurū autē inter metalla eſt poſitū. Plin. ait. auro effuſo ineſt argentū uario pondere alibi dena alibi octaua parte, in uno tamen galliæ metallo quod uocant albucrareneſe triceſima ſexta portio inuenitur, ubicunq; una argenti portio eſt, electrum uocatur &c. electrum etiā uocatur ſuccinū. i. chachabre, circa inſtans ait. aurum temperatius eſt aliis metallis, aurum de uena terræ fit per decoctionem, & in decoctione id quod ſuperfluum eſt ab auro ſeparatur & cathimia ſeu ſpuma auri uocatur. Sera. in cap. de auro inquit. limatura auri confert cardiacę melan cholicę. infra ait. & dixerunt antiqui, quando accipitur anulus aureus aut argenteus, & ponitur in igne, & cauterizatur cum eo alę columbarum ueniunt cito, & libentur ad turrim ſuam, & non ſeparantur ab ea.

Merdaſengi aureum. i. lythargirium aureum. nam merdaſengi. apud Auer. in. ʒ. col. eſt lythargirium. idem dicit. Ioan. anglicus. in cap. de ulceribus & uulneribus naſi inde merdaſengi aureum. i. lythargirium aureum. infra in iſto emplaſtro habet almerdaſengi, credo q̄ fit lythargirium argenti.

Almezereon. i. mezereon.

EMPLASTRVM de uiolis ſecundum Bartholo. montagna. in ſuo antido. ʒ. uiolarum ſecarum. ʒ. vi. rofarū. ʒ. ii. ſ. ſpicæ maſticis añ. ʒ. i. ſ. ſorum camomillæ. i. bebonigi & melliloti. i. coronæ regiæ, farinæ ordeſi, ſeminis alteæ añ. ʒ. x. farinæ ſeminis lini. ʒ. i. ſ. quinanti, cyperi, calami aroma. añ. ʒ. i. fiat emplaſtrum cum aqua communi quod applicetur omni die ſemel.

EMPLASTRVM de eupatorio. ibidem. ʒ. eupatorii. M. ii. camomillæ, melliloti. añ. M. s. cyperi, maſticis, ſquinanti, ſpicæ añ. ʒ. i. ſ. ſandalial. & rubei, calami aromati. ab ſynthii añ. ʒ. ii. ſ. ſpodii. ʒ. i. mucillaginis alteæ. ʒ. iii. olei de maſtice, de ſpicæ, farinæ ordeſi añ. ʒ. ii. aceti parū & fiat emplaſtrum cum decoctione eupatorii.

Iftud emplaſtrū nō eſt in uſu. Eupatoriū autem eſt herba quæ apud arabes gaſit uocatur. ſecūdum uero circa inſtans eupatorium eſt ſaluia agreſtis, quod nō eſt, ut oſtenſum fuit ſupra, in confectione de eupatorio.

EMPLASTRVM uſuale pro crepatis. ibidem. ʒ. picis naualis. i. uſualis. ʒ. iii. lythargirii, armoniaci, galbani, maſticis añ. ʒ. ii. ceræ albæ & rubæ colofoniæ. i. picis, græ. aloes, arifto logiæ longæ & rotundæ añ. ʒ. iii. uifci quercini boli ar. añ. ʒ. vi. gipſi, myrræ, thuris añ. ʒ. s. glutinis albotin loti cum aceto. ʒ. iii. lumbricorum terreſtrium. ʒ. iiii. radicis cōfolidę maioris & minoris añ. ʒ. s. mumix, ſanguinis drac. bdelli añ. ʒ. i. pellis arietinæ à pilis mundatæ & fruſtatim in ciſę partē unamur ſanguinis humani lib. i. & conſicit, ſic. bul liat pellis in aqua quouſq; fit liquefacta, poſtea ſupra addantur prædictę glutinis ſcriptorum, glutinis caprini, glutinis pi ſcium añ. ʒ. ii. bene incorporentur omnia & ceteris gum mis liquefactis ſimul & pulueribus additis fiat emplaſtrum, & malaxetur cū oleo myrtino & ſant magdaleones, & po nantur in uafe terreo uel æreo, & uſui ſeruentur, & cū opus fuerit ſuper corio extendantur.

Iftud emplaſtrū ſecūdū intentionē cōpoſitoris eſt uſua le pro crepatis, & eſt illud quo utimur. uerū ſupra eſt poſitū cerotum ad crepatis cum pelle arietina, & ſecūdum illam deſcriptionem à multis fit, ſed quia etiā in iſta deſcriptio eſt laudata in illa materia eam ſcripſi, & fac illam deſcriptionē quæ tibi placet, quoniam ambæ ſunt optimæ.

Gluten ſcriptorum ſecūdum multos eſt colla quæ uoca

tur taurocolla, quæ fit de coriis, ſed Nico. floren. in lib. 7. ſn cap. de curatione herniæ ſiue ramicis inquit. addatur gluten carpentariorum. i. quo ligna cōnectuntur adinuicem, & glu tinis ſcriptorū. alias piſcatorū. i. colla de piſcibus. ergo glu ten ſcriptorū ſecūdū intentionē Nicolī eſt colla piſciū, ſed ſecūdū intentionē Bartholomei aliud eſt, quia in iſto em plaſtro utriq; gluten ponitur, ergo non ſunt idem.

EMPLASTRVM de cruſta panis ibidem. ʒ. maſticis, menthæ, ſpodii, corallorum rub. ſandalorum rub. & alborum añ. ʒ. i. cruſtæ panis aſſi inſuſæ in aceto per mediam horam. ʒ. ii. olei de maſtice, & citoniorum añ. ʒ. i. farinæ or dei. q. ſ. & fiat emplaſtrum.

Iftud emplaſtrū apud nos nō eſt in uſu. Panis autē ſecūdum Auī. in. 2. can. oportet q̄ fit panis mundus ſalitus, maſ ſam habens cōſectam fermentatus cōctus bene in tanor ul timæ una noctæ permanens, & nō comedatur calidus ſicut eſt electio panis de ſimula nutritibilior eſt aliis, & eius nutri mentum eſt melius, ſed eſt tardioris penetrationis.

EMPLASTRVM de caricis ſecūdum Leonar. de præda palea. in cap. de cura carbunculi. ʒ. caricarum bene pinguium & ſecarum lib. i. ſinapis. ʒ. iii. farinæ ſenugræci, & ſeminis lini añ. ʒ. i. bdelli. armoniaci, galbani añ. ʒ. i. diſſoluā tur gummi in oleo liliorum, & poſtea ſimul omnia miſcēā tur pinguedinibus prius colatis, & fiat emplaſtrum adden do farinæ ordeſi quod ſufficit ad inſpiſſandū.

Iftud emplaſtrum apud chirurgicos eſt multū in uſu, ſub nomine emplaſtri de ficibus, nam caricæ ſunt ficus ſiccę pin gues, de quibus Ioan. angli. in cap. de lapide renum inquit. fiat emplaſtrum de caricis. i. de ficibus ſiccis. Ficus autē pro morbo uocantur durities ulcerofæ habentes in ſe grana ſi cut ficus, hæc apud quofdam ueruca. i. porrus uocatur.

EMPLASTRVM mirabile de pentadactylis, ſecū dum eundē. in cap. de medicinis maturatiuis. ʒ. granorum mirafolis mundatorum nume. xxx. amigdalorum dulcium numero. xx. foliorum rutæ, & cicutæ, & celidoniæ añ. M. ii. aſſungia porci. ʒ. iii. olei communis quod ſufficit, & fiat em plaſtrum ſecūdum artem.

Iftud emplaſtrum non eſt in uſu, ſed ſecūdum intentio nem Leonar. eſt mirabile in illa materia. ipſe uero Leonar. inquit. emplaſtrum de pentadactylis, & poſtea dicit. ʒ. mira folis. ſ. granorum ipſius, & idem eſt. Idem in cap. de ulceri bus putridis inquit. alcherua. i. mirafol. ergo eſt cataputia maior. liber uero qui dicitur Bulchaſim. i. ſeruitor in tracta tu. 2. ponit formam excoriandi grana alcheruę, & ut inquit ipſe, eſt cataputia maior ſiue pentadactylus &c. eius autem ſpecies duæ ſunt. ſ. maior & minor, de qua Serap. duo cap. facit. unum in quo dicit cataputia maior eſt arbor ſicut ficus cuius ſemē eſt factum ad modum zechiaron, quæ inueniuntur ſub uentre beſtiarum. maior uero eſt planta habēs folia longa in longitudine unius digiti aut duorum. & ambæ in hortis naſcuntur. Et minor apud ruſticos herba chagarola uocatur, & ambæ ſunt notæ. Meſ. de utriſq; loquitur. in cap. de albamefuch. Dioſco. autem uocat eam cici ſiue ſiſamum agreſtem.

Cicuta autem herba eſt quæ apud Dioſ. conioſ uocatur, & apud Auī. ſucharam. ſed ipſe ignorauit eam, ut dictum eſt in unguento de cicuta. Iſido. cicuta autem eſt dicta q̄ inter cannarum nodos lateat in indicis ſtagnis naſci harundines calamiq; dicuntur, ex quorum radicibus expreſſum ſuauiſſi mum ſuccum bibunt. unde & Varro ait.

Indica non magnum in arbore creſcit harundo.

Illius, & lentis præmitur radicibus humor.

Dulcia cui nequeunt ſucco concedere mella.

EMPLASTRVM de centaurea ſecūdum Pet. ar gillatam. in cap. de fractura carnel. ſ. oſſis capitis. ʒ. centau reæ minoris. M. vi. temperentur per unam noctem in uino albo, deinde coquantur uſq; ad conſumptionem medieta tis uini, deinde coletur, & colatura bulliat uſque ad mellis ſpiſſitudinem, de qua accipias. ʒ. i. ceræ nouæ uirginis. ʒ. ii. lactis mulieris. ʒ. ii. terebentinæ lib. i. ceræ nouæ. ʒ. iii. reſinę. ʒ. i. s. thuris, maſticis, gummi arabi. añ. ʒ. miſcē, & fiat empla ſtrum, & mirabiliter ualet.

Iftud

Istud emplastrum apud nos non est in usu.

Centaurea autem maxime minor est herba quæ satis est nota. Serap. autem duo cap. facit unum de centaurea maiore, aliud de minore, sed maior apud nos non inuenitur nec inuenta fuit tempore Macri. Minor uero nascitur in locis aquosis, & est similis herbe hypericon, aut pulegio montano. habet uirgam longam quadratam unius palmi, & florè tubum uergentem ad purpureitatem similem flori plantæ quæ dicitur ambes, & habet folia parua oblonga sicut folia rutæ. & semen sicut granum frumenti, & habet radicem parua in qua nullum est iuamentum. Idem in fine sui libri de uirtute centaureæ loquitur.

Lac mulieris secundum Aui. in. 2. cañ. in cap. de lacte ait. Lac quod melius omnibus est lac muliebre, & melius est quod ex ubere sugedo bibitur aut sicut mulgetur. & melius ipsius est quod uehementis albedinis æqualis essentia quod super unguè distillatum figitur & non curit & est passus animalis ipsius planta bona & non est in ipso sapor extraneus declinans ad acetositatem, aut amaritudinem, aut acredinem, aut odor extraneus horribilis.

EMPLASTRUM de bethonica ibidem. R. succi bethonica, succi plantaginis, succi apii, colorum añ. lib. i. resina: ceræ nouæ añ. ʒ. iiii. terebentina lib. i. coquantur primo usque ad succorum consumptionem, ultimo addatur terebentina, & fiat emplastrum.

Istud emplastrum est in usu, maxime apud Mediolanenses. Bethonica uero est herba quæ apud Dios. uethonica uocatur. Auer. in. 5. coll. inquit. alchison quæ in latino dicitur bethonica, & in persica lingua berahuem. Apud quosdã dicitur etiã lingua bubali, & ab aliquibus dicitur lingua æqui. uide supra in syrupo de bethonica, quia etiã aliquid de ea ostendi. Hæc est herba quæ apud nos in pratis inuenitur.

EMPLASTRUM bouinum quo communiter utimur nos apothecarij secundum Nicolaum florentinum in lib. 7. in cap. de cura fracturæ cranei per potionem. R. matris siluæ recentis uel passæ, uel etiã siccæ ad libitum & decoq. in optimo uino donec minuatur tertia pars ipsius, deinde coletur, & tunc habes terebentina, & ceræ citrinæ añ. ʒ. iiii. olei rosa. ʒ. ii. liquefiant, & coletur supra dictum uinum, dein de tãdiu cum ipso uino ducatur cum spatula donec infrigidatum fuerit, & tunc collige & utere.

Istud emplastrum secundum Nico. est emplastrum bonum quo communiter utimur. ego uero existimo quod istud emplastrum sit in usu. in partibus Florentiæ sub nomine emplatri bouini, sed apud nos est unguentum matris siluæ, & sic si legis istud emplastrum bouinum cum unguento matris siluæ, quod supra positum fuit uidebis quod quasi idem sunt.

EMPLASTRUM de adipibus secundum Gal. in lib. secretorum. R. adipis agni, adipis porci, urfi, uituli, cerui, hirci, asini syluestris, anatis, gallinæ, uulturis añ. omnium. ʒ. i. olei sisamini, olei de cherna, olei lentiscini, medullæ cruris uaccini, olei amigdalorum amararum, ceræ albæ, omnium añ. ʒ. s. ceræ rubæ, butyri uaccini, omnium añ. lib. i. liquefiat, & coletur & administretur.

Istud emplastrum non est in usu. uerum loco eius utimur unguento quod appellatur unguetum de adipibus, de quo uide supra.

Agnus autem ac porcus uerus uitalus ceruus hircus sunt animalia quæ omnibus nota sunt.

Asinus syluestris, de asino syluestri nullum auctorè inuenio mentionem facere. Aui. uero in. 2. cañ. facit capitulum de asino, sed non dicit an sit domesticus an syl. & dicit quod cinis carnis asini & epatis eius cum oleo ualeat superpositus fissuris frigoris.

Vultur est auis maligna quæ alias aues offendit unguis ipsius ac cum rostro ut est notum apud aucupes. Papias inquit. uultur à uolatu tardo nominata dicitur. idem infra uultures, sicut & aquilæ ultra maria cadauera sentiunt.

Oleum sisaminum. i. de granis sisami. oleum de cherna. i. de pentadactylo seu cataputria maiori. oleum lentiscinum. i. de granis lentisci quæ in insula chio inuenitur, & secundum multos gummi ipsius arboris mastix appelletur & c.

Expleta sectione de unguentis, emplastris, ac cerotis, eam

quæ ultima est iuxta ordinem præmissum sectionem de oleis aggrediemur, si nos oleo gratiæ sit perfuderit dominus cuius influxu deficiente in nihilum tendunt uniuersa, quæ ex acta huic operi nostro finem statuemus, ad alia forsitan non uiltiora accessuri.



LEVM de amigdalibus dulcibus, oleum de amigdalibus amaribus, oleum de nucibus, oleum de auellanis, oleum de chrysomilis, oleum de persicis, oleum de been, oleum de cherua, oleum de carthamo, oleum de nuce indica, oleum de cerebis, oleum de amachaleb, oleum de granis citri & citrangulorum, oleum de filicis, oleum de pineis, & sic de singulis.

Oleorum genera sunt multiplicia. quædam sunt quæ ab ipsis feminibus fiunt, & hæc sunt simplicia sicut oleum de amigdalibus dulcibus ac amaribus ac alia supradicta, quæ dã sunt composita quæ artificialiter per impositionem medicinarum in oleo antiquo fiunt. non oportet enim narrare modum & formam faciendi olea supradicta, fiunt enim per expressionem eorum, ut docet Mes. ad quem si necesse fuerit recurramus. hæc autem olea plurimis nota sunt.

Amigdala dulcis dicitur ad differentiam amara. Amigdalus aut arbor est, eius folia fructus, & gummi medicinae competunt.

Amigdala amara aptior est in medicina, sed dulcis esui. Pet. de cresc. ait. amigdalus est arbor satis nota. eius quidam diuersitates in fructibus duæ sunt, quoniam quædam faciunt fructus dulces quædam amaros. Dulces esui hominum in cibum competunt, amari quia sunt calidiores magis competunt usui medicinae. Item quædam sunt ualde grossum & durum habentes corticem quædam subtilem, & quædam amigdalata est longa, quædam quasi rotunda, & quædam grossa, quædam parua, eligenda sunt grossum rotundum, & subtile corticem seu testam habentes, amant aerem clarissimum.

Nux grossa. i. usualis uidelicet illa quæ comeditur de qua fit oleum quo aliquando utimur pro faciendo lumen loco olei seminis lini, aliquando utimur in cibariis loco olei oliuæ, & hæc nux est illa quæ apud Dios. uocatur carea basilica. i. alexandrina, quam multi persicam dicunt. quidam uocant ipsam nucem regalem quæ idem est. Pet. de cresc. inquit. nux à nocendo dicta, eo quod eius umbra noceat aliis arboribus. Ioan. angli. in cap. de discrasia calida epatis laudat ipsam, & facit uersiculos sic. Nux homini salus est si sumitur ut medicina. si uelut esca datur non est salus immo ruina.

Auellana autem est fructus satis notus, maxime auellana usualis. Isido. ait. auellana ab auellano campaniæ oppido ubi abundant cognominata sunt. hæc à grecis ponticæ appellatur, eo quod circa ponticum mare abundant. Auellana aliquando pro pondere sumitur. Ioan. angli. in cap. de discrasia calida epatis laudat auellanam, & est uersiculus sic. Dic auellanas epati semper fore sanas. Sanant reumaticos frigidos & hydropicos. s. quando assantur. Idem in cap. de passionibus stomachi ait. dico tantum hic de auellanis, quod in ter fructus post ficus, & uuas sunt meliores.

Chrysomila apud nos est fructus similis persicis & copulans ipsam inter genera ipsius. Pet. de cresc. uocat ipsam moniachã, & ait. moniacus est arbor quædam quasi similis pruno, sed est magis nodosa, & eius fructus est magnitudinis oium prunorum, sed similis fructui persicorum in forma, est tã ualde odoriferus & in colore auri. Bartho. montagna. in consilio de exiccatione & consumptione hemorroydarum, & restrictione immoderati cursus earum inquit. approbatum est oleum de chrysomilis, & sunt fructus parui persicis aliquantulum similes coloris aurei cum maturescunt, & ideo nominantur chrysomila acris græce quod est aurum, & milion malum. unde chrysomila quasi aurea mala, ex quorum nucleis tale perficitur oleum, ut dicit Mes. Gal. in lib. 3. de alimentis ait. armeniacis & præcocis. i. chrysomilis. Isido. armeniacum dicit quod primum genus eius ab armenia sit adductum.

Persica fructus sunt satis noti. Pli. aut à regionibus distinguit eius genera. Pet. de cresc. ait. persicus est arbor nota, quæ parua est, cito tamen crescit, & paruo tempore uuit.

Lumi. ma.

M iii

SECTIO XI.

Ben. f. de granis been. hoc oleum à multis ignorantibus dicitur muscellinum, sed non recte. nam muscellinum dicitur à musco. Mes. de ipso facit capitulum & inquit. been est granum almesus, & eius aliud magnum, aliud paruum. magnum autem est in magnitudine fructus auellanae triangulatum. paruum uero est sicut cicer & utrunque habet medullam unctuosam leuem & albam, & hoc apud Dios. uocatur bala nus perficus, cuius semen est semini arboris simile miristico .i. tamarisco, ut habet Serap. in eodem cap. ex uerba Diosc. Aui. in .2. cañ. de been duo facit cap. unum de ben scriptum cum uno e tantum. & hoc est granum ben, aliud scribit cum duobus e, & ista sunt illa radices quibus generaliter utimur pro been albo & rubeo. Ioan. anglicus in cap. de sterilitate inquit. oleum de ben. i. de pipere albo est optimum in illo casu. item Dinus floren. in lib. 2. in cap. de cura apostematũ duri inquit. oleum de been. i. cataputia illa alba grossa quã speciarũ piper album uocant. hic tex. est falsus. nam oleum de been non est de cataputia, nec aromatarũ eius semen uocant piper album, etiam opinio luminis malelucis est quod been sit semen cataputia, quod nõ est, quia uide quod hic Mes. docet modum faciendi oleum de been, & oleum de cherua .i. cataputia, ergo non sunt idem, nec est piper album, quia piper album apud omnes est notum, & uocatur leucopiper de quo infra in oleo de piperibus, descriptio ipsius olei inuenitur. idem reperitur apud Dios. sub nomine olei balani ni, quod conficitur ut amigdalinum.

Cherua. i. cataputia maior. Mes. de ipsa facit capitulum sub nomine albemefuch, & dicit quod est granum regum, & est ex eo aliud magnum aliud paruum, & dicitur quod magnum est cherua, magnum & paruum competunt usui medicine. Aui. in .2. cañ. in cap. de oleis inquit. oleum de cherua est bonum lentiginibus & panno. idẽ in quinto habet duas descriptio nes de hoc oleo, est unum compositum quod in usu non uenit. Aliud simplex quo magis utimur. hic possumus uidere ueritatem quod been non est cataputia ut dicunt multi, cherua autẽ apud Dios. uocatur cici siue sisamus agrestis, sed apud Serap. uocatur cataputia maior, & ab aliquibus dicitur pentadactylus, & ab aliis mirafol, & ab aliquibus custos horti, & ab aliquibus solsequia, minor uero est sicut planta habes folia longa, & in hortis nascitur.

Nux indica. i. nux magna quæ de india uenit. apud Aui. nux indica est neregil, & bona ex ea est recens, uehementis albedinis, & aqua quæ in ipsa est, est sruais, & cum in ipsa nõ inuenitur aqua significatur quod est antiqua, & oportet quidẽ ut ab ea tollatur cortex medullæ eius. hanc nucem ego uidi tantę magnitudinis quod ex ea potest formari uasculum quod impleatur uino loco cantari.

De cerebis habitus fuit supra sermo diffusus. Recurre les tor ad id loci.

Machaleb secundum Nicolaum est granum cerasi syluestris, & de eo in prioribus abunde diximus in Eldra descriptio.

Citrus secundum Dios. est arbor cui omnibus partibus suis non una eademque uirtus continetur, & hoc est pomum dictum citrum, de acetositate cuius conficitur syrupus in tẽpore hiemali qui appellatur syrupus de acetositate citri. Non est autem cedrus ut quidam crediderunt. nam Diosc. aliud facit cap. de cedro cuius gummi à moder. alchitra seu pix liquida dicitur. Mes. inquit hic oleum de granis citri & citrangulorum. i. citronisolorum, inferius habet oleum de pomis citranguli, & hoc est pomum apud moder. dictum arancius.

Fistici. i. pistacia. Dios. inquit. pistacia quæ in siria nascuntur similia strobilibus. i. pineis sunt. Aui. fisticum natura dicitur quod est uehementioris caliditatis quam nux & amigdala, & est calidum in fine secundi, & est in ipso humiditas, & existimauerunt quidam quod est frigidum sed errauerunt.

Pinus arbor nota est, cuius fructus pineæ dicuntur. Dios. pineæ ex nucleis fortissimus cibus est, & humores optimos gignit. Aui. in .2. can. inquit. geloum est granum pini maioris & est melioris nutrimenti quam nux, sed est tardioris digestionis. Infra aliud facit cap. de grano pini, sed si bene consi

deretur uidetur quod illud cap. de geloum sit cap. de auellana malori.

OLEVM laurinum. & de granis lauri maturis quantũ uolueris, & dum adhuc sunt recentia tere in pila, & fac bulam cum aqua in caldario, deinde exprime in zainari plano non habente concuum, & collige ex aqua quod supernat oleum. deinde iterum exprime grana contrita in zainari habenti uacuum & infunde aquam calidam & collige oleũ, & repone & administra ubi oportet, oleum de granis uiridibus, & oleum de stinco eodem modo fiunt.

Istud oleũ est in usu pro oleo de urbavis, eius descriptionẽ idẽ Dios. describit.

Laurus arbor est satis nota, eius granum apud Auicẽ. est granum ademe. hoc granum est satis notum melius de ipso ostensum fuit supra in electuario de baccis lauri.

Granum uiride secundum Aui. in .2. can. est fructus arboris terebinti. unde terebentina colligitur. Matth. autem syl. in littera g. ait. gummi albotin. i. lacca, quod ignoro. uide supra in ung. de terebentina, quia sibi ipsi contradicit, nõ est autem rasina ut quidam putauerunt.

Stinchus secundum Dios. est animal, quod in india inuenitur. uide de ipso in electuario de stincho.

OLEVM de balsamo fit ex planta longitudinis cubiti unius aut duorum ad plures simili ruthæ agrestis cortici cuius si acciderit scarificatio aut scalpellatio ex parte ortus solis fluunt sicut lachrymę pinguedinis & est dimei balsen. i. pinguedo balsami, & quandoque accipiunt palmites plantæ in principio ueris & terunt in pila, & coquunt in aqua, & exprimunt in zainari, & uocatur oleum balsami, & quandoque terunt palmites & funditur super eos oleum antiquum, & ponitur in sole diebus. xl. deinde coquitur in duplici uase, & iterum innouantur in eo alii palmites, & ita tertio, deinde de colatur & reconditur.

Hoc oleum secundum istam descriptionem est illud quo utimur, sed apud nos non potest confici, quia eius planta non reperitur in partibus nostris.

Balsamus autem secundum Aui. est arbor ægypti nascens in loco qui dicitur oculus solis, sed quia in partibus nostris prædictum oleum non potest confici, hodierni doctores composituerunt olea quæ dicunt administrari in omnibus locis ubi ingreditur balsamus, & docto. isti sunt Petr. de ebano, Guil. placen. etiam Bartholio. montagna. scripsit modum faciendi balsamum artificiosum, quod in omni probatione ualet ut balsamus, de quo infra.

OLEVM de granis sisami, oleum de semine lini, oleum de granis papaueris, oleum de semine lactuca, oleum de semine cucurbitæ, oleum de semine citrulli, cucumeris, & melonis. hæc omnia fiunt eodem modo.

Istud oleum quod fit de granis sisami ingreditur in multis confectioibus, sed hodierni apothecarii non cognoscunt ipsum. Ego uero habui prædictum semen delatum ex uenetis, & fieri feci prædictum oleum, sicut oleum de amigdalis, & inueni eum optimum & in cibis delicatissimum, & in colore clarum, unde per hoc dico quod bonum esset quod omnes idem facerent & uterentur ubi oportet. Plin. ait. sisama ab indis uenit ex ea oleum faciunt, color eius est candidus. Matth. syl. in littera f. ait. fefudegi. i. confectio de melle sicut penidæ, & in lingua nostra uocatur sisami.

OLEVM de semine lini est in usu, & est duplex. unum quod solum fit ex semine ipsius, & hoc dicitur oleum linosæ purum quod aptum est esui. aliud fit cum aqua, tamen non multum, & hoc dicitur oleum linosæ compositum. hoc lucernæ aptum est. Isido. in cap. de linis ait. linum ex terra specie nitenti oritur deshexumque; nomen eius ex greco, nam linum graeci linarin dicunt, siue quod sit molle & lene, hoc oleum à quibusdam dicitur oleum lineleon.

OLEVM rosatũ completũ. & oleum de oliuis, aut oleum sisaminũ recens, & lauatur cum aqua fontium lauationibus pluribus, deinde accipe folia rosarum rub. recentium contusarũ quantitatẽ sufficientem & sepellas in oleo quod modo lauasti, & reconde in uase uitreo, & obtura orificium eius & exponas soli dies. vii. deinde coque in uase duplici per horas tres,

tres, deinde fac permutationē foliorum rosarū & utere aliis recentibus. & dimitte per alios dies. vii. deinde exerce permutationem in eo sicut fecisti prius. & fac denuo permutationē foliorum rosarum & profice super illud aquæ infusionis rosarum quam tradidimus in cap. de syrups sicut est quātitas olei & stringe orificium uasis & dimitte in sole per dies. xl. deinde excola, & iterum expone soli & dimitte tempore extenso & utere ubi oportet.

Istud oleum apud nos est multum in usu, secundum autem intentionem Mesue est oleum rosatum completum. ipse. n. docet facere ipsum tribus modis, sed solum scripsi unū modum, quia ab hodiernis in usu non est secundum illum modum. Nicolaus habet oleum rosaceum. i. rosatū, quod magis apud modernos in usu est uerum est quod sunt ex hominibus qui accipiunt foliorum rosarū recentū & comminunt cum forficibus quātitatē quā uoluerint, & superponunt oleū cōmune, & exponunt soli p̄ dies. xl. deinde administrant ubi oportet. Circa instans in cap. de rosis inquit, oleū rosatum sic fit, quidā decoquunt rosas cū oleo & colāt & reseruant, alii terunt rosas uirides, & ponunt in oleo, & in uase uitreo soli p̄. i. dies exponūt. & hoc optimum est. Diosc. ait habet oleum rosa. sed non est idē. uerū ipse docet ipsum cōponere tribus modis, ut facit Mesue.

O L E V M camomellinum est oleum benedictū, & modus operationis eius est sicut olei rosati præterquam oportet ut fiat cum oleo de oliuis completo, aut oleo sissamino no cum illis modis præparationum quos diximus.

Istud oleum est in usu, sed eius modus apud modernos non est idem, ut docet Mesue, uerum est quod faciunt ipsum sicut dixi de oleo rosato. Mesue inquit quod oleum camomilinum est oleum benedictum. Io. anglicus in c. de dolore iuncturarū ait. Item in gutta indurata ualeat oleū camomilinum in quo coquātur flores hyacinti crescētis in campis. uoco istud oleum hyacinti.

O L E V M uiolatum & modus operationis eius est sicut olei ro. excepto quod debet fieri cum oleo rudi, aut amigdolino, aut sissamino cum illis modis operationum quos enarrauimus.

Istud oleum est in usu secundum intentionem Mesue fit sicut rosatum, excepto quod debet fieri cum oleo rudi. i. oleo de oliuis immaturis, quod onfacinum appellatur. nā idem in c. de oleo ro. inquit, rudis aut materia est ex oliuis, quibus nondum accidit cōpletio & maturatio. Præterea Sismon ianuenis inquit, oleū uiolaceū. i. de uiolis ex onfacino oleo fieri debet, & sic intelligendum est pro oleo rudi oleū oliuarum immaturarum.

Viola autem flos est satis notus. Bulchasis. i. seruior in tractatu 2. in c. de modo desiccandi uiolas dicit, qui uult colorem & odorem earum seruare sicut est. uiolæ montiū sunt meliores hortulanis, & lib. x. ex recentibus cōuertuntur ad unam quando sicca fuerint.

O L E V M anhetinum, & modus operationis eius est sicut olei camomilla.

Istud oleū est in usu, & modus eius apud modernos est, accipiantur flores aneti, & similitudinem habet cum feniculo, & assimilatur plantæ ipsius, & ponantur flores cum oleo & exponantur soli p̄ xl. dies, deinde utere ubi oportet.

O L E V M de lilio. & ex foliis liliorum. 3. ix. masticis, castami aromati, costi, carpobalsami. i. seminis balsami añ. 3. i. garioflorū, cinnamomi electi añ. 3. s. croci. 3. iii. omnia præter folia liliorum infundantur in aqua sufficienti, & dimittantur die ac nocte, postea bulliant ebullitione una, aut duabus deinde profice olei sissamini super ea, aut olei de oliuis completis lib. ii. & pone in uase uitreo cum foliis liliotū, & dimitte in sole p̄ dies. xl. deinde cola & administra.

Istud oleū est in usu sub nomine olei liliorū cum sp̄ibus, aut sub nomine olei de liliis cōpositi ad differentiā alterius descriptionis secundū quā sit oleū de liliis simplex, cuius descriptionis inuenitur in antidotario Ioan. Serap. de qua infra. Diosc. habet idem sub nomine olei susini. i. de liliis.

O L E V M irinū. & radicū ireos quantitatem aliquam, & florum eius duplum, & aquæ decoctionis radicum

eius. q. l. Et funde super ea olei sissamini, aut de oliuis maturis quantū oportet, & decoque in duplici uase. deinde permuta radices & folia liliorū, & fac ut diximus de oleo rosa.

Istud oleum est in usu sub nomine olei de ireos, aut irini, aut liliorum purpureorum. nam oleum irinum est oleum factum cum radice ireos, & est radix liliū quæ purpureum florē gerit. Gal. inquit, ireos ad similitudinem iris quem in cœlo uidemus dicitur, & hinc cognominatur, quoniam illa plures & dissimiles habet colores, sic & uarios, & differentes mittit flores, aliqui enim sunt albi, aliqui cerulei, & aliqui purpurei. Vnde Virg. de iri loquens ait. Mille trahens uarios aduerso sole colores.

O L E V M de cheiri quod est ex cheiri citrina est melius & subtilius, deinde quod ex alba. est autem oleum de cheiri resolutiuum sedatiuum dolorum qui sunt in neruis & iuncturis & pectore, renibus, & uesica, & eius modus est sicut olei de camomilla.

Istud oleum est in usu & debet fieri, quia ingreditur in multis locis.

Cheiri autem est uiola citrina dicta apud quosdam sara cenica. Auerr. in 5. coll. inquit, alcheiri. i. uiola de romania. hæc apud nos in hortis ac bladis inuenitur. Atii. in 3. can. in fen. xxii. in c. de potionibus ad solutionem faciendam, & de illis quæ conferunt eis inquit, albesed, de quo dixit quidā, quod est alcheiri rubea. Hic tex. Au. apud arabes est corruptus. nam albesed est corallus, sicut apparet apud Serap. in proprio cap. de corallo. Nicolaus floren. in lib. 7. in c. de cura dolorum iuncturarum in speciali, & proprie sciatici inquit. Dixit Gal. medicamen cōfectum cum cheira citrina plures dissoluit apostemata dura accidentia in articulis. Idem ibi ait, inquit Dio. hæc est descriptio medicaminis cheirini citrini qualiter debet fieri, & debet intelligi de flore eius, quod & appellatur cheiri ruffa, & appellatur bassad. Similiter textus Nicoli est corruptus dicentis quod cheiri ruffa appellatur bassad. nam uide in omnibus libris de arabico translatis in latinum, & uidebis quod bassad est corallus, & alcheiri est uiola citrina, quæ satis est nota.

O L E V M de melliloto non est in usu. Mellilotum autem componitur à melli, & lothos quod est trifolium. nam sine dubio mellilotum est sp̄s trifolii, & dicitur quod est trifolium odoratum, ut dictum fuit in emplastro de melliloto.

O L E V M de nenufare confert sicut oleum uiolatū, & fit sicut illud quod apud nos est in usu. Sed componunt ipsum ex floribus nenufaris, & oleo onfacino posito soli per dies. xl. & postea utantur.

Nenufar autem apud Dio. uocatur nymphæa siue ut alii cacabus ueneris. i. papauer palustre siue ut latini alga palustris, scdm Au. est caulis aquæ, de nenufare uide in electuario de farsara: quia ibi clare determinatum est de eo.

O L E V M de citoniis. & carniū citoniorum tritorū, cum cortice suo, quibus media accidit maturatio & succi eorum ana partes æquales, olei ex oliuis incōpletis quantum sufficit, pone in uase uitreo per dies. xv. ad solem: deinde decoque in uase duplici per horas quatuor post illud fiat permutatio citoniorum, & succi eorū, & fiat sicut diximus bis uel ter, deinde cola & reconde.

Istud oleum est in usu. Citonium autem fructus est satis notus, existimant autem quidam quod istud oleum sit illud quod à Dio. mellinum dicitur.

O L E V M myrtinum fit sicut oleum de citoniis.

Istud oleum apud nos est in usu. Myrtus uero est arbor, cuius semen myrtillus dicitur eius species secundum moder. duæ sunt. i. albus & niger, albus autem est cubeba, seu myrtus agrestis. niger est ille quo utimur generaliter. Irido. ait. myrtus à mari dicta, eo quod magis littorea arbor sit. unde & Virgil. Littora myrtetis letissima, & amantes littora myrtæ. Hinc est quod à græcis myrenæ dicitur. Medicorum autem libri hanc arborem aptam scribunt mulierum necessitatibus plurimis.

O L E V M de pomis iabrol & sunt poma mādragoræ, & expressionis eorum completorum, & olei sissamini ana partes æquales, decoque in uase duplici usque ad succi cō-

SECTIO XI.

sumptionem, deinde cola & reconde in uase cum eiusdem succi expressione, sicut quartę partis & utere.

Istud oleum non est in usu. Nicolaus in suo antidotario habet hoc oleum, sed non est omnino idem.

Pomum iabrol est pomum mandragorę secundum intentionem Mes. Aui. in. r. can. inquit. iabrol est radix mandragorę syluestris, & est radix omnis mandragorę magna similitudinis formę hominis, & propter hoc nominatur mandragora. est enim nomen imaginis naturalis. sicut planta existens in forma hominis. hic textus Aui. est falsus. nam mandragora non est sicut forma hominis, ut apparet apud Dio. & Serap. Præterea Pet. de crescen. inquit. mandragora non desinitur ab auctoribus, cuius duę sunt species. s. masculus & femina, & quidam ut Auicē. & alii dicunt feminam formatam esse ad modum femine. masculum ad modum uiri, quod falsum est, & sic certum est qđ mandragora nō est in similitudine formę hominis. uerum itali herbatici, & maxime falsificatores accipiunt radicem brionię, & cum certis instrumentis faciunt quandam imaginem ad similitudinem formę hominis, & dicunt qđ illa est uera mandragora, quibus non creditur. Serap. in. c. de mandragora. narrat de pomo ipsius de mente Ras. & ibidem dicit. dixerunt mis hi quidam ex antiquis babilonia qđ puella quędam comedit quinq; poma mandragorę, & cecidit sincopizata, & facta est tota rubicunda, & quidam superueniens effudit sup caput aquam niuis totiens donec surrexit.

O L E V M de enula. r. radice enulę contusa & succi eius radice, & olei sisamini añ. partes æquales. uini odoriferi partē. s. fac sicut diximus in oleo myrtino. Alius modus operationis eius est. adde permixtioni prædictę foliorum lauri, cordumeni. i. cheisim hortulani, spicę inde, calami aromatici ana sextam partem unius, & decoque sicut diximus.

Istud oleum non est in usu. Enula est herba satis nota.

O L E V M de cinnamomo confert sicut oleum de enula, & modus operationis eius est sicut illius.

Istud oleum nō est in usu. Dio. habet descriptionem huius olei. s. d non est eadem huic. Cinnamomi autem scđm Serap. species sunt plures sicut apparet in suo ca. Macer aut inquit. Cinnama tres species dicuntur habere. Sed harū est preciosa magis qđ plus subtilis habetur. Et quę plus mordet mixta dulcedine linguam & c. scđm intentionem Macri eius spēs sunt tres, sed secundum Serap. sunt plures. Ioan. anglicus in. c. de passionibus stomachi inquit. item utantur homines frequenter cinnamomo, quia os redolere facit, & ualet contra reuma frigidum, & præseruat à corruptione humorū, & ideo dicitur cur morietur homo qui sumit de cinnamomo. supposito bono regimine.

O L E V M de rutha, modus operationis eius est sicut olei myrtini.

Istud oleum secundum intentionem Mes. fit sicut oleū myrtinum. fit autem sicut oleum de citoniis. hoc est qđ accipiatur foliorum ruthę, & succi eorum anapartes æquales, olei oliuarum incompletarum, quantum sufficit ponantur hæc tria in uase per dies. xv. & obturetur os eius, deinde coque in uase duplici per horas quatuor, postea colentur fortiter manibus comprimendo & bis uel ter hoc reiteretur, deinde cola & reconde.

Rutha autem herba est satis nota.

O L E V M nardinum est oleum benedictum. r. spicę aromaticę. ʒ. iiii. uini & aquę an. ʒ. ii. s. olei sisamini. ʒ. vi. decoquatur in uase duplici lento igne quasi per horas quatuor, & frequenter moueatur omni hora.

Istud oleum est in usu. maxime secundum istam descriptionem. uerū est qđ Mesue ponit qđ ipsum potest fieri duobus modis, sed primus est magis in usu. si aut facere uolueris iuxta secundum modum infra apparebit.

Olei autē nardini. i. de spica nardi, seu spica aromatica: Aui. in. ʒ. can. habet unam descriptionem sed non est idem. Ras. in. ʒ. Almanfo. in. c. de dolore stomachi proveniente ex apostemate indurato ponit oleum nardinum sed nō est in usu. Dio. ait. oleum nardinum diuerse conficitur cum folio malabatri, & sine isto miscetur. Ioan. anglicus in. c. de

modo abluendi oleum. habet descriptionem huius olei, sed non est similis.

Oleum sisaminum. i. oleum quod fit ex granis sisami cuius modus superius fuit positus, sed non oportebat quod dñs Mesue diceret oleum sisaminū, quia hodierni apothecarii apud nos generaliter ponūt loco olei sisamini oleum oliuarū pro hoc oleo cōficiēdo, sed erāt errore maximo.

O L E V M nardinum secundum alium modū. r. spicę indę. i. nardi. ʒ. iiii. sansuci. i. maioranę, xiloaloes. i. ligni aloes, enulę. folii indi, calami aro. foliorum lauri, ciperi, squinanti, cordumeni. i. carui agrestis, seu sileris cretici an. ʒ. i. s. proiciantur super ea prius qđ fuerint contrita uini & aquę fontis. q. s. olei sisamini lib. vi. deinde fiat sicut primū, & coquatur horis sex, & agitetur omni hora.

Istud oleum secundum istam descriptionem apud nos non est in usu. idem Mesue ponit qđ ipsum potest fieri per tertium modum, sed non est in usu.

O L E V M masticinum. r. masticis. ʒ. iiii. olei sisamini kist. i. coque in uase duplici. Secundus modus operationis eius est. r. olei rosa. ʒ. xii. masticis. ʒ. iiii. uini boni. ʒ. viii. decoque sicut primum ad uini consumptionem.

Istud oleum est in usu, scđm intentionem Mes. potest ipsum confici duobus modis, sed primus apud nos non est in usu, immo secundus est ille quo generaliter utimur. Aui. in. ʒ. can. habet unam descriptionem, quę est eadē cū prima.

Mastix uero gummi est satis notum. Ibi. mastix arboris lenticis gutta est, melior aut in chio insula gignitur. odoris boni, scđm Gal. mastix est gluten romanum.

Chist est pondus secundum modernorum opi. lib. i. cum dimidia. Aui. in. ʒ. can. in tractatu de pōderibus inquit. chist apud gentes quę lingua gręca loquuntur cognitum est. super mensuram uero non cōueniunt omnes, & illud est, quod quidam eorum utuntur alia qđ utantur alii. Chist enim apud romanos capit lib. i. s. & sextam. quare est. ʒ. xx. & chist italicum lib. i. s. & lib. est. ʒ. xii.

O L E V M de storace. r. olei sisamini. ʒ. xii. storacis. ʒ. iiii. fiat sicut oleū masticinū, deinde coletur & administretur.

Istud oleum nō est in usu. idem Aui. in. ʒ. can. habet unā aliam descriptionem quę eadem est. Dio. habet descriptionem huius, sed non est eadem.

Storax. s. storax calamitę quę satis est nota. Mes. in suo grabadin. in. c. de ægritudinibus neruorū habet duas descriptiones, olei de stigia, & est storax liquida, sed nō sunt in usu.

O L E V M costinum. r. costi amari. ʒ. ii. casfię. i. casfię lignę. ʒ. i. extremitatū sansuci. ʒ. viii. uini odoriferi quantum sufficit ad infundendū noctibus duabus olei sisamini lib. iiii. decoquatur sicut oleum nardinum horis sex.

Istud oleum est in usu. Aui. in. ʒ. can. habet duas descriptiones, sed non sunt eadem.

Colum uero est radix amara.

O L E V M de alcanna. r. florū alcannę. ʒ. iiii. olei antiqui. ʒ. x. fiat sicut oleum ro. In defectu autē florum fiat cū foliis, & iteretur decoctio eius cum modico uini.

Istud oleum non est multum in usu. Dio. habet aliam descriptionem sub nomine olei ciprini, qđ idem est. nā oleum de alcanna apud arabes est oleum ciprinum apud grecos. Idem Dio. aliud de ipso facit. c. sub nomine cipri arboris, cuius folia sunt oliuę similia, sed uiridiora & paulo grossiora, & semen nigrum, & florem album germinat cum odore bono. apud moder. duę sunt species. s. alba & rubea. alba uero scđm existimationem pluriū modernorum est frutex sicut arborosa quę iuxta hortos ac in campis inuenitur, & est quam nostri rustici cauerox uulgariter dicunt, de cuius flore mulieris inficiūt capillos, rubea uero apud nos non inuenitur.

O L E V M de sansuco fit sicut oleum de myrto uidelicet fit ex foliis sansuci, & ipsius succo secundum modum supra prædictum in oleo de citoniis.

Istud oleum non est in usu. Dio. habet unam aliam descriptionem, sed non est eadem huic.

Oleum uero sansucinum est oleum de maiorana. Dio. sc. inquit sansucus à ficulis amaracus nominatur. Idem dicit Plin.

Plin. sed scdm Auic. amaracus est alacoen siue uchen, ut apparet apud eundem in .5. can. in trociscis andaracharon, uerum generaliter hodierni habent opinionem qd amaracus sit maiorana. uerum cōtraria est opinio Simonis Ian. in c. de alacoen. Isid. dicit sanfucus est quem latini amaracum uocant cuius nomine usus est. Virgil. et Ad uenerē referēs ubi mollis amaracus illum Floribus & dulci aspirans amplexatur umbra. Vnde & nomen traxit amaracus à puero cuiusdam regis qui casu lapsus dum ferret unguenta nomē & gratissimum ex effusione unguenti odorem creauit.

O L E V M de mezereon. R. foliorū mezereon. ʒ. iiii. & proice super ea aqua dulcis libr. i. dimitte die ac nocte: deinde fundantur super ipsum lactis dulcis & recentis. ʒ. vi. olei sisamini. ʒ. viii. coquantur usq; ad lactis & aqua cōsumptionem, deinde coletur & reponatur.

Istud oleū est in usu, & debet fieri scdm istam descriptionem. Idem in c. de mezereon habet unam aliā descriptionem, sed non est eadem huic. Leonar. de præda palea in c. de fistulis, habet unam aliam descriptionē quæ est eadem.

Mezereon apud Dio. uocatur camelea siue cocognidiū ut dictum fuit in electuario de mezereon.

O L E V M de hasec & est oleum sericinū. R. Hasec. ʒ. iiii. zinziberis. ʒ. i. s. funde super ea in uase uitreato succi extrematū hasec. ʒ. iiii. olei sisamini. ʒ. xiiii. aque dulcis. q. l. decoque usq; ad aqua consumptionem. Modus alius. R. olei sisamini, & succi hasec, & lactis uaccinū recentis an. lib. ii. albarum penidiarum. ʒ. v. zinziberis albi. ʒ. xii. decoquantur usq; ad succi & lactis consumptionem & administretur.

Istud oleum non est in usu. scdm aut intentionem Mes. oleum de hasec est oleum sericinum, & sic credo. quia Io. Serap. in suo antidotario inquit oleum alsek. in fine descriptionis ait, coquatur donec consumatur aqua & remaneat oleum sericinum, & ibi docet ipsum facere duobus modis, ut facit Mes. Auic. in .5. can. habet tres descriptiones. Mes. uero dicit. R. hasec. Ioan. Serap. dicit alsek. Auic. hasec. si hæc tria idem sunt est thimus. si aut non, est hyssopus usualis. nā in isto oleo primo habet hasec, inferius habet extremitatē hasec. i. thimi, & sic quidam sapientes dixerunt qd per hasec intelligitur hyssopus, & per hasec thimus. Mesue ponit in alia descriptione penidiis, unde Ioan. Sera. inquit. in descriptione alia non dicitur uaccinū, & dicitur qd illud accipitur ex penidiis.

O L E V M de cucumere asinino. R. succi cucumerum eius completorum olei sisamini an. ʒ. vi. coque usq; ad cōsumptionem succi & utere.

Modus alius. R. succi radicum eius, & radicum eius contritā an. ʒ. vi. olei sisamini lib. i. coquatur sicut diximus, & administretur.

Istud oleū est in usu, tamen non multū. Dio. habet unam aliā descriptionē sub nomine olei sicinū. i. olei de radice cucumeris asinini, eius succus apud eundē electerium dicit. Mes. in c. de cucumere asinino inquit. cucumer asininus est fructus sicut cucumer paruus qui satis est notus, & melior pars eius plantæ est fructus ipsius, & proprie eius completi succus & post ipsum radix, & melior fructus eius est cōpletus citrinus iam expoliatus à uiriditate, & qui est uere amaritudinis, & cui succus est albus hñs sicut de pinguedine aliquid. Incōpletus uero est malus, & melius tps operationis ei est finis æstatis, & collectionis, radice ei est finis ueris.

Operatio succi. R. ex succo eo quantitatē quā uolueris & pprie qñ citrinescūt, & sunt maturitatis cōplete, & fiat extractio succi cū facilitate nō cū cōpressionē & expsione la boriosa, & exiccetur sicut exiccatur scamōea & aloes, & cōseruatur succus ei triēnio, & est administrāndus post. vi. mēses.

O L E V M de pomis citrangulis. R. poma citrangulorū num. xii. & sint proprie antiqua, & pone ea integra in uase figuli uitreato. funde super ea olei de oliuis, aut olei sisamini. ʒ. xxvi. aut plus secundum magnitudinem & paruitatem citrangulorū, & aqua fontis, & aqua maris an. lib. i. coquantur ad consumptionē aqua, deinde funde super ipsum aqua dulcis clarę lib. i. s. & proice sup ea penidiarū albarū. ʒ. viii. decoque usq; ad aqua cōsumptionē, & administretur

in potibus & cibis & pulmentis de farina.

Istud oleum non est in usu. Superius fuit positum oleum de granis citri & citrangulorum, & hoc est de pomis citrangulis, & de hoc pomo testatur Simon Ianuen. qd nunquam inuenit aliquem de eo mentionem fecisse, sed secundū Mordenorum opinionē est pomum dictum arancium. Matth. Sylua. inquit. pomum arancie. i. citrangulum uel citroniolū. nam hoc pomum in colore est citrinum. Auic. in lib. i. in fen. 2. doctrina. 3. cap. 2. de significationibus coloris urinæ inquit. ex coloribus urinæ sunt gradus citrinitatis sicut palearis, de inde citrinus, post flauus, deinde rufus, postea citrangularis postea igneus qui tinetur croci assimilatur.

Vas figuli. i. terra argillæ. Isid. in cap. de uasis escariis ait. uas dictum a uescendo, qd in eo escæ apponantur, cuius diminitium uasculum quasi uesulum. Mes. habet in uase figuli. i. de argilla siue terra figuli. unde uasa sunt dicta ab argis ubi primo ipsa uasa facta sunt. Papias argilla terra humida ab argis dicta, apud quos primum ex ea uasa facta sunt.

O L E V M de croco. R. croci. ʒ. i. myrrę puræ. ʒ. iiii. cordumeni. i. leuistici hortulani. ʒ. ix. calami aromatici. ʒ. viii. anis fundantur medicina in aceto diebus quinque, præter cordumenum. die sexta proiciatur super ea cordumenum, & dimittatur die una. deinde fundatur super ea olei lib. i. s. & coquantur lento igne usq; ad aceti consumptionem, & sunt qui loco aceti uinum ponunt.

Istud oleum est in usu, tamen non multum. Auic. in .5. can. habet unam aliā descriptionē, sed nō est eadē huic. Crocus. i. zaffarum, & est crocus orientalis seu cōmunis. inuenitur alius crocus qui hortulanus dicitur, & hic est carthamus.

O L E V M de piperibus. R. trium piperum an. ʒ. iiii. chebulorum, bellericorum, emblicorum, & indorum an. ʒ. v. radicum apii, feniculi an. ʒ. iiii. s. serapini, oppoponaci, iusquia mi albi an. ʒ. ii. s. turbiti albi boni. ʒ. xii. zinziberis. ʒ. iiii. caulis recentis, hasech humidi, foliorum ruthæ humidæ, quantum de singulis capi potest. decoquantur omnia post cōtitionem earum cum aqua lib. xxiiii. usq; ad tertiam partem, deinde coletur & proiciatur super ea olei de cherua emine. ii. & coquantur usq; ad consumptionem aqua, & sunt ex hominibus qui addunt in eo ireos. ʒ. vi. taptia. ʒ. ii. anisi cordumeni. i. charui agrestis an. ʒ. i. s. calami aroma. ʒ. ii. s. spicę indæ. i. nardi. ʒ. i. expressionis alasec, sextaria tria, & administretur ubi oportet, & sunt qui loco olei de cherua ponunt oleum irinum. i. de ireos, aut oleum de cheiri. i. de uioia citrina, aut oleum de amigdalibus amaris, aut ex omnibus partibus conuenientes.

Istud oleum est in usu, maxime apud Mediolanenses. dicitur autem de piperibus propter tria genera piperis quæ in eo ingrediuntur, & sunt proprie albi dicti leuci, nigri dicti melani, longi dicti macri, & hæc tria genera nota sunt apud thecarios, sed apud medicos non tantum, quia opinio multorum medicorum est qd piper album fit cataputia, aut granum ben, quod non est credendum. Et ego summe admiror qd doctores supradicti in descriptione olei de ben sint decepti in re tam facili, cum habeant cap. speciale & clarissimum a Serap. quia hæc tria genera apertissime declarat.

Hasec humidæ. i. recentis & est thimus. nam inuenitur in aliquibus codicibus Mes. ubi dicitur hasec humidæ, ergo hasec est uerus thimus, sicut apparet apud Serap. in cap. de thimo. quidam dixerunt qd est hyssopus, deus uero nouit.

O L E V M de cherua est oleum quod fit ex semine, qd dicitur granum regum siue cataputia maior, ut apparet supra. Emina secundum Auic. in .5. can. in cap. de ponderibus emina italica & ægyptiaca est. ʒ. xvi. & emina romana est. ʒ. xx. Papias ait. emina appendit libram unam quæ geminata sextarium facit, habet dragmas centum.

Taptia secundum Dios. dicitur taptia, quia primo in insula taptio fuit inuenta. ab Auic. uocatur thexifis, & dicit qd est gummi ruthæ agrestis, & secundum Halyabatem taptia est rutha agrestis Auer. in .5. col. inquit. taptia. i. gummi ruthæ agrestis, secundum quosdam medicos, quidam prauè crediderunt qd esset rubea tinctorum, sed non recte. uerum est qd taptia secundum Simonem ex auctoritate Pauli est rubea

SECTIO XI.

tinctorum, sed aliud est. Aui. in. 4. cañ. in cap. de cura albuginis & albaras in quodam medicamen habet taphiam & rubeam tinctorum, quod non esset si essent idem. sunt ex hominibus qui loco taphiam ponunt ratham sylue. & sunt ex hominibus qui ponunt cassiam ligneam. & sunt ex hominibus qui ponunt lepidium quod est genus eruce siue seitaragi indi.

Sextarium secundum Aui. in. 5. cañ. in cap. de ponderibus est. 3. vi. idem dicit Gentilis super illum passum. Moder. uero generaliter opinantur quod sextarium sit pondus duarum librarum cum dimidia, maxime quando inuenitur sextarium uini uel aquae uel succi. si uero inuenitur sextarium cinnamomi aut piperis intelligitur pondus dragmarum sex. in hoc sunt diuersae opiniones.

O L E V M de euforbio. R. euforbii. 3. s. olei de cheiri. i. olei quod fit ex uiola citrina. 3. v. uini odoriferi. 3. v. decoque usque ad uini consumptionem & utere.

Istud oleum est in usu. Mes. ponit quod istud oleum potest fieri duobus modis, & sic est quod sunt ex hominibus qui faciunt ipsum secundum primum modum, & sunt qui faciunt ipsum secundum alium modum. uerum nostri doctores magis laudant secundum modum quam primum. Aui. in. 5. cañ. habet unam aliam descriptionem quae uidetur esse eadem cum secunda descriptione, & sic aliam describam.

O L E V M de euforbio secundum alium modum. R. staslagria, condisi an. 3. iiii. piretri. 3. vi. calamenti montani succi. 3. xii. costi. 3. x. castorei. 3. v. tere & decoque in uase uitreo cum uini odoriferi lib. iiii. s. postquam infusa fuerint in eo diebus duobus usque ad medium uini, deinde frica manibus fricatione uehementi, & cola & fundes super ipsum olei de cheiri. i. de uiola citrina aut olei sisamini lib. i. s. & decoque usque ad consumptionem uini. deinde proice super ipsum euforbii recentis & albi. 3. iiii. trita contritione ultima, & coquatur cum eo & utatur.

Istud oleum est illud quod magis laudant nostri doctores. Euforbium uero est gummi satis notum.

Staslagria secundum Aui. in. 7. cañ. est uua passa montana & est granum capitis, & in monte libano inuenitur de ea plurimum & est granum nigrum, sicut cicer nigrum, & haec ab aliquibus dicitur pedicularia, eo quod pediculos occidit.

Condex. i. condisi, & est id quod Dioscor. uocat structium, & sunt radices quibus utuntur lanarii ad suffumigandum lanas intentionem Dioscor. ego nunquam potui scire quid esset. uirtutem etiam habet ad prouocandum sternutationem, & propter id multi crediderunt ipsum esse elleborum album sed non recte sicut patet per Dioscor. propterea Macer uocat id structium, & inquit. quod non minus prouocat sternutationem quam elleborus albus. Dinus autem floren. in lib. 2. in cap. de cura scrofularum inquit. condisi. i. elleborus albus, quod falsum est. idem dicit Auer. in. 5. col. uide etiam Auicē. in. 4. cañ. in fen. vi. in summa secunda uenenorum ex plantis qui ait. de condisi & elleboro albo. ergo idem non sunt. uerum hodierni putant ipsam esse speciem ellebori, & loco eius potest poni elleborus eo carentes, & nullo modo audeant huiusmodi interius propinare.

O L E V M uulpinum. R. uulpem integram cuius interiora sint euulsa, & pone in uase & funde super ipsam aquae fontium, & aquae marinae an. kist. i. lib. i. s. olei antiqui clarissimi. ii. s. decoque lento igne cum salis. 3. iiii. usque ad aquae consumptionem, deinde pone in uase, & proice super ipsam herbae anheti & alafca. i. thimi an. lib. i. & funde super ea aquae dulcis ubi cocta fuerint ex iisdem herbis an. M. i. manipulus est tantum quantum capi potest una manu. decoque sicut prius usque ad aquae consumptionem & administretur, est enim mirabile. & quandoque praeter oleum coquitur uulpes in aqua fontium & aqua salis, & sit aquae quantitas multa cum eisdem herbis, & administratur lauando in tina & est efficax, hoc quoque non praetermittimus quod uulpes tandiu debet coqui siue in faciendo oleum siue aquam ad abluendum donec sic cocta sit ut eius artus omnes laxentur & dissoluantur.

Istud oleum est multum in usu. Ioan. angli. in cap. de do-

lore iuncturatum inquit. oleum uulpinum est medicamentum ultimum ad arteticam & podagram & dolorem renum & dorsi, quod ita fit ut docet. do. Mes. Petrus argilla. in cap. de podagra siue gutta frigida ponit unguentum de uulpe ipsius Mes. R. uulpem integram euulsa interioribus, & pone in uase cum aqua salita uino & oleo, & ultra hoc pone in isto uase saluam rorem marinum iuniperum anhetum origanum & maioranam. omnia ista bulliant. ut docet ipse ibidem. miror ob talia uerba. nam primo Mes. non ponit unguentum de uulpe. Praeterea descriptio olei uulpini non est eadem. sed uide supra in unguento de uulpe, uulpes uero apud arabes dicitur thaleb. Gal. narrat uirtutem ipsius dicens quod oleum in quo decoquitur uulpes confert multum doloribus iuncturatum, & multi medicorum ponunt ipsam uiuam in uase cum oleo & decoquantur, quidam ponunt eam mortuam sed hoc oleum non est plus resolutiuum quam oleum in quo coquitur adeb. nam quando coquitur in oleo est uirtus eius resolutiua multum, & nos quidem diximus quod medicinae quae hoc faciunt attrahunt ab interioribus corporis.

O L E V M de scorpionibus. R. scorpiones circiter. xx. uel plus uel minus secundum quantitatem eorum & pone in uase uitreo, & funde super eos olei amigdalorum an. lib. ii. & stringe caput uasis, & dimitte in sole diebus. xxx. deinde cola & utere.

Istud oleum est in usu. Mes. docet ipsum exponere duobus modis. Et sic sunt ex hominibus qui componunt ipsum secundum primum modum. sed nostri doctores magis laudant secundam descriptionem quam primam, & sic illam describam.

O L E V M de scorpionibus secundum alium modum. R. aristologiae ro. gentianae, cyperi, corticum, radices capparis an. 3. i. funde super ea olei amigdal. amararum kist. i. & pone in sole. xx. diebus, deinde proice super ea ex scorpionibus a. x. usque ad. xv. & iterum stringe orificium uasis, & dimitte in sole per dies. xxx. deinde cola & referuetur, est enim mirabile.

Istud oleum maxime secundum istam descriptionem est illud quod magis laudant nostri doctores. uide etiam apud Rasim in lib. de diuisionibus in cap. medicinarum urinae una descriptionem quae eadem huic est. Ioan. anglicus in cap. de lapide renum habet hanc descriptionem, scorpiones autem satis noti sunt supra narraui de ipsis in cap. de tyriaca quae ualet contra scorpiones.

O L E V M de serpentibus. R. ex serpentibus nigris circiter lib. ii. & sint serpentes nigri integri, & funde super eos olei sisamini kist. i. s. & pone in uase terreo uitreato stricti orificii, & sigilla orificium uasis, & decoque lento igne usque dum dissoluantur serpentes, & cauet sibi operator a uapore eius, & cum coctum fuerit dimittatur infrigidari & recondat in uase uitreo, & administretur liniendo cum penna.

Istud oleum non est in usu.

Serpens autem accipit nomen quia occultis accessibus serpit. Aui. in. 5. cañ. habet unam aliam descriptionem quae est similis huic. idem habet Leonar. de praedapala in cap. de fistulis. Glib. de anglia in ca. de paralesi habet unam aliam descriptionem, sed non est similis isti species autem serpentum multae sunt. Auicē. in. 2. cañ. de serpente facit cap. sed ibi non narrat eius species. uerum idem in. 4. in fen. vi. in ca. de speciebus serpentum de ipsis loquitur, & narrat de mortu basilisci. i. reguli, quoniam habet coronam, cuius longitudo est duorum palmorum, & caput est acutum ualde, & oculi eius sunt tabei, & color eius ad nigredinem & citrinitatem decliuus est, qui adurit totum super quod incedit, & non oritur in circuitu cauernae eius aliquid, & cum opponitur habitationi eius auis moritur ipsa auis, & secundum plurimum qui tangit eum cum uirga moritur, & est mediante uirga, & propter illud iam tetigit illum miles quidam cum lancea sua & statim mortuus est miles & animal eius, & tetigit ipse labium aequi, quare mortuus est aequus & miles, & hi quidem serpentes multiplicantur in terra aroth & nebiae. uerum de numero serpentum primi ordinis reponuntur species quaedam draconum interficientium sicut basiliscus statu eorum, de quorum

de quorum numero fuerunt dracones. de quibus recitat Aristot. in lib. de proprietatibus elementorum & plantarum quod tempore regis Philippi erant in duobus montibus, inter quos montes erat posita uia ducens ad ciuitatem, & quotquot per illam uiam transibant quando erant inter illos duos montes moriebantur, & tunc Socra. ingeniatus est ad mortem ipsorum, & fecit fieri caueam uitream, & intrans in eam illuc perrexit, & uidit illos quorum flatus inficiebatur aer, per cuius respirationem & contactum inficiebant transeuntes & moriebantur. dicunt etiam quidam quod regulus serpens interficit suo sibilo & suo uisu. regulus etiam est auis paruissima omnibus nota nullius effectus ad opera medicinae.

O L E V M de ranis. Ranarum aquaticarum capita circiter. 3. vi. & funde super ea in uase uitreo olei sisamini kist. s. & obtura orificium uasis, decoque sicut diximus in oleo serpentino. ex multis autem rebus fiunt olea secundum hunc modum, quae rerum ex quibus fiunt uirtutem habent, de quibus multi ex scriptoribus scripserunt, in quibus sermonem non extendimus.

Istud oleum non est ualde in usu. Ioan. angli. in cap. de dolore iuncturarum habet descriptionem huius olei, species autem ranarum multae sunt. Auic. in. 2. can. de ipsis loquitur, sed non distinguit species earum uerum idem in. 4. can. in fen. vi. in tracta. 2. de uenenis ebibitis quae sunt ex animalibus loquitur de ranis lacunalibus uiridibus & marinis rubeis, & de ranis citrinis, & ibi loquitur de uenenositate quae est in ipsis. nam sine dubio omnes ranae sunt uenenosae. Sera. in cap. de ranis inquit. ex auctoritate Dioscori. ranae quae sunt in paludibus quando coquantur cum sale & oleo & administrantur in cibo sunt bezaar uenenis, nam bezaar est tyriaca contra uenenum, etiam bezaar est lapis contra uenenum. Isido. in cap. de piscibus inquit. ranae garrulitate uocantur eo quod circa genitales strepunt paludes & sonos uocis importunis clamoribus reddunt. ex his quaedam aquaticae dicuntur quaedam palustres quaedam rubetae. ob id quia in uepibus uiuunt grandiores cuniarum aliae calamites uocantur, quoniam inter harundines & fructices uiuunt. minutae omnium & uiridissimae mutae & sine uoce sunt. agridulae ranae paruae in sicco uel agris morantes. unde & nuncupatae, negant quidam canes latrare, quibus in ossa rana uiua fuerit data.

O L E V M de ouis. Vitella ouorum elixatorum circiter. xxx. & comminue ea manibus, & pone in sartagine lapideae, & frige super ignem mouendo cum ligneo aut ferreo cocleari donec rubescant & resoluatur ab eis oleum, & tunc exprime ea cum cocleari & manabit abunde.

Istud oleum non est in usu, secundum intentionem Mesopotem. potest componi tribus modis. Leonard. de praeda palea in cap. de fistulis habet etiam hanc descriptionem.

Ouorum species sunt plures. Auic. in. 2. can. ait. oua nota sunt & meliora ex eis sunt oua gallinae recentia, & melius quod in eis est, est uitellus, & melius eorum artificium est ut non cum alio congelentur. Gal. autem inquit. oua quae eligimus sunt oua gallinarum, non ergo oportet quod narremus naturam aliorum ouorum.

O L E V M de frumento, modus operationis eius est, pone frumentum super laminam ferream ignitam non multum & comprime & manabit oleum. secundus modus, ponatur frumentum excorticatum in uase sublimationis, & fiat sicut dicemus.

Istud oleum est in usu. Leonard. de praeda palea in cap. de fistulis habet huius olei descriptionem. Frumentum. i. triticum. Isido. ait. frumenta sunt proprie quae aristas habent. fruges autem reliqua, frumenta autem uel fruges a fruendo hoc est a uescendo dicta sunt. nam frumen. dicitur summa pars gulae. primitiae proprie quae sunt de frugibus percipiuntur. triticum uel a tritura dictum, quod purissimum horreo condatur, uel quia granum eius commolitur & teritur.

O L E V M sinapinum, modus eius est sicut olei de frumento.

Istud oleum est in usu, secundum intentionem Mesopotem. operatio est sicut operatio olei de frumento. ego autem uidi fieri oleum de sinapi sicut fit oleum de amigdalibus. sinapis

autem duae sunt species. s. nigra & alba. nigra autem est illa quae intelligitur quando simpliciter ponitur, & utraque nota est.

O L E V M de iunipero. R. ex lignis iuniperi quantitate sufficientem & scinde in frusta & imple ex eis dolium magnum uitreatum interius, cuius orificium sit artum, & fac foueam in terra, & praepara parietes eius cum terra figuli, deinde pone ollam uitreatam ex directo in fundo foueae habentem orificium amplum, & cooperiatur lamina ferrea subtili perforata foraminibus multis sicut cribatorium tritici. ita quod lamina undique ollae orificium cooperiat, deinde super lamina praeparetur orificium dolii ex inuerso, & praeparetur cum terra figuli ut nihil ex utrisque orificiis respiret post illud accende ignem super totum corpus dolii, & dimitte ardere sic per horas duas. manebit enim ex arte hac oleum, quod reconde & administra ubi oportet.

Istud oleum est in usu. Leonard. de praeda palea in cap. de fistulis, habet etiam hanc eandem descriptionem.

Iuniperus autem apud Auic. est cupressus syluestris, & eius quidem alia est parua, alia magna & arbor multiplicatur in terris romanorum & occidente, & assumuntur ex ea ligna ad fabricas magnas & granum ipsius apud eundem uocatur abel, sed ille textus est corruptus, nam abel est fauina quae uocatur bracteos, & sic si bene legis illud ca. de Abel apud Auic. uidebis quod est falsum. nam Serap. in cap. de iunipero inquit ex auctoritate Dioscori. iuniperus est una ex speciebus cupressi masculi, & omnes sunt quatuor species, & sunt iuniperus. i. pinus indus. & abel. i. fauina, & serbin & gar. uidelicet iuniperus quae nominatur arconas, & gummi ipsius secundum Moder. opinionem est sandaracha, seu uernix scriptorum.

Terra figuli. i. terra seu argilla. unde uasa fiunt. Isido. in ca. de pulueribus & glebis terrae inquit. argilla ab argis uocata apud quos primum ex ea uasa confecta sunt. creta ab insula creta ubi melior est. Ioan. anglicus in cap. de sterilitate ait. argilla anglice clei, & est terra rubea uiscosa & tenax.

O L E V M fraxinum ualeat sicut oleum de iunipero, & confert spleniae & fit sicut illud.

Istud oleum apud nos non est in usu.

Fraxinus autem est arbor satis nota, eius semine apud Modernos dicitur lingua auis de fraxino, apud nostros doctores reperiuntur uarie opiniones, quidam uolunt (ut Matth. sylua.) quod haec arbor sit illa quae ab Auic. in. 2. can. dicitur arbor cimicum, sed non recte, uerum Matth. sylua. inquit. dirdam uel dirdar est arbor cimicum siue fraxinus, quod falsum est. nam dirdar est ptelea, & ptelea apud graecos est ulmus. & sic est quod dirdar, siue arbor cimicum est ulmus. fraxinus autem secundum Isido. uocari fertur quod magis in asperis locis montanisque fragis nascitur. hinc per deriuationem fraxinus sicut a monte montanus.

O L E V M de gagatis & est oleum sacratum. R. ex lapidibus gagatis quantum uis, & fac ex eis sicut diximus in oleo de iunipero. secundus modus est cum opere sublimationis, ut dicemus.

Istud oleum non est in usu, secundum intentionem Mesopotem. est oleum quod fit ex lapidibus qui gagates dicuntur, & ipsum est oleum sacratum.

Gagates autem secundum Dioscorum est lapis qui inuenitur in licia circa ripam quae ganges appellatur. color niger & aridus & quasi luminosus mediocriter leuis ualde. Et est melior qui facile exarserit igne, & odorem asfalti habens. secundum Plin. optimus est qui ad lucernam accenditur. quidam extimauerunt ipsum esse oleum petroleum, alii dixerunt quod est caraba, sed aliud est.

O L E V M philosophorum. R. ex lateribus antiquis multae antiquitatis, & proprie factis ex terra rubea, & comminue eos in frusta, & accende super eos ignem carbonum sine fumo usque dum inflammentur & rubeant, deinde submerge eos in conca plena oleo de alchechil, aut oleo anti quo claro usque dum imbibantur imbibitione ultima, & pone in cazola & permittit exiccati per se. post illud comminue eos comminutione ultima, & pone in cazola, & sigilla orificium cazolae cum orificio alembici, & sigilla cum luto alchimistarum, & pone in fornace, cuius ignis sunt prunae & co-

SECTIO XI.

quatur usq; dum distillet oleum, & tu ordinabis uas sub ro-
stro alembici in quo fluat oleum, deinde reconde illud &
stringe orificium uasis in quo recondis, & administra ubi
oportet, & quanto antiquius tanto melius.

Istud oleum est in usu, sed oportet ipsum fieri cum bona dis-
ligentia. secundum intentionem Mes. est oleum in quo con-
cordati sunt antiqui, & uerificauerunt esse oleum secretorū
iuuamentorum. Alii illud oleum sapientiae dixerunt, & alii
oleum benedictum, & alii diuinum, alii uero sanctum, & a
pluribus oleum perfecti magisterii uocatum est, ipse Mes. in
sua distinctione de oleis ponit duas alias descriptiones olei
quae uocantur oleum benedictum, & sunt oleum camomil-
lae & oleum nardinum. & hoc quia sunt olea multae utilita-
tis, sed proprie oleum benedictum est oleum philosopho-
rum. nam uide apud Rasim in suo tractatu de oleis qui ha-
bet oleum benedictum, & est idem, in fine uero eius descri-
ptionis inquit. hoc oleum est de secretis philosophorum
& ualet sicut oleum balsami. Liber qui dicitur Bulchafim. i.
seruitor in tracta. 1. habet unam aliam descriptionem quae
eadem est isti. uerum Mes. dicit q; accipiantur ex lateribus
antiquis multae antiquitatis. Albuchafim autem inquit. Acci-
pe lateres rubeos nouos quos aqua non tetigit. Leonar. de
praeda palea in cap. de fistulis, habet unam aliam descriptio-
nem quae est similis huic quam ponit Mes. Ioan. agl. in cap.
de dolore iuncturarum ait. petroleum, & est oleum benedi-
ctum factum de lateribus, tamen fetidum est, sed summe pe-
netratium.

O L E V M alchichil. i. oleum quod fit ex floribus ro-
rismarini. Bulchafim. i. seruitor habet oleum uetustissimum.
Leonar. habet oleum oliuae uel oleum antiquum clarum, si
uero componere uis cum oleo de alchichil accipiatur flo-
rum alchichil. i. rorismarini. 3. x. & proliciatur in lib. i. s. olei
oliuae, aut sisamini, & dimittatur soli donec accipiat uirtute
rorismarini, & postea coletur & administratur.

O L E V M balsaminum secundum Petrum de ebano
in cap. de egritudine cordis. 8. myrrae electae, aloes epati-
ci, spicae nardi, sanguinis draconis, thuris, mummiae, oppo-
ponacis bdellii, carpobalsami. i. seminis balsami armoniaci,
sarcocollae, croci, mastice, gummi ar. storacis liquidae. añ. 3.
ii. laudani electae, succi castorei añ. 3. ii. s. musci. 3. s. terebenti-
nae ad pondus singularium rerum, misce omnia haec pulue-
rizando cum terebentina, & pone hoc totum in alembico
& ingeniose distilla. est enim ars sicut de aqua rosata, & pos-
tea usui reseruetur.

Istud oleum est illud quod meo tempore uidi compone-
re & uidi ipsum poni in tyriaca, metridato, diacurcuma, au-
rea alexandrina, ac aliis confectionibus in quibus ingreditur
balsamus. uerū supra fuit posita una alia descriptio olei qd
ex ligno balsami manat. & illa est nobilior ista, sed quia illud
apud nos non potest fieri, nostri doctores composuerunt des-
criptiones olei cum tanta diligentia q; potest poni in omni
loco ubi ingreditur balsamus, & sic ista descriptio magis est
laudata quam alia descriptio. sin autem secundum istam
descriptionem facere nolueris infra apparebit alia descri-
ptio ex auctoritate Gulielmi placentini, & oleum quod fit
secundum illam descriptione potest poni in omni loco ubi
ingreditur balsamus etiam ostendam facere balsamum arti-
ficiosum sicut docet Bartholo. monta. Succu castorei. haec
littera est corrupta. debet enim dicere sicci castorei, aut cas-
storei sicci, quod idem est. Castoreum autē est animal quod
uocatur castor, Gal. in lib. ad parthenianū inquit. castoreum
animalicū quadrupes, & castor appellatur testiculus eius.

O L E V M frigidissimum uiride sic fit secundum Nico.
& olei communis albi uel abluti lib. iii. cimaram rubi, tener-
rimarum, foliorum uiolarum, uermicularis, cimbariae, sem-
peruiuae, folatri, foliorum papaueris, iusculami, mandrago-
rae, crassulae maioris, portulacae, lactuca, bardanae, omnium
añ. 3. iii. haec omnia simul terantur, & in supradicto oleo mit-
tantur per tres dies, post tres uero dies super ignem ponan-
tur & usq; ad spissitudinem bulliant. postea coentur bene
expressa cum panno. deinde iterum in stannato uase ponan-
tur super ignem & bulliant ad succi consumptionem, tunc

ab igne deponantur & residere permittantur, & illud clarū
quod supernat colligatur & usui reseruetur.

Istud oleum non est in usu, dicitur oleum frigidissimum
uiride ab herbis frigidis & uiridibus quae in ipso ingredun-
tur, & sic ipsas herbas quae difficiles sunt declarabo.

Vermicularis secundum Compositorem est semperuiua
minor, aut portulaca agrestis in tectis domorum nascitur. se-
cundum autem Lumen malelucens est crassula, quod fals-
sum est, quia in isto oleo utriq; ingreditur. Macer ait. Sem-
peruiua minor species est istius herbe. Quam semperuiuam
dicunt quoniam uiret omni tempore. Barba iouis uulgaris
more uocatur. secundum intentionem Macri barba iouis est
semperuiua minor. secundum uero Matth. sylu. barba iouis
est herculis uel bonades. i. sticados citrinum. secundum autē
Nico. est sticados citrinum seu santonicum marinum. ergo
est herba marina. i. herba lumbricorum. Aduertendum est
autem q; Macer non dicit ipsam uocari barbam iouis nisi a
uulgaribus, sed deus hoc nouit.

Cimbalaria umblicus ueneris scantuncellus idem apud
Dios. uocatur cotilidon, siue ut alii cimbalion, siue ut latini
umblicus ueneris haec est herba quae folia habet rotunda &
lata quae in muris nascitur, & est quam nostri rustici herbam
rotundellam uulgariter dicunt.

Crassula maior secundum Compositorem est faba gros-
sa, secundum aliquos est semperuiua maior, sed non recte.
nam in isto oleo possumus certificari q; idem non sunt, quia
in hoc ambae ingrediuntur. Crassula uero species tres sunt
.i. maior minor & media. maior uero est herba quae habet
folia uiridia & pinguiora, ut semperuiua, & florem tenden-
tem ad albedinem. nascitur autem apud nos iuxta fossos. &
haec est faba grassa. minor uero est uermicularis, & media se-
cundum Compositorem est cardus benedictus.

O L E V M de liliis purum secundum Ioan. Serap. in
suo antidotario. 8. ex liliis albis mundatis. 3. ii. s. prolician-
tur in lib. iii. olei sisamini, & maneant donec accipiant uirtu-
tem liliorum, & coletur, & administratur.

Istud oleum est illud quod apud nos est in usu sub nomi-
ne olei de liliis puri, aut simplicis. Guliel. pla. in suo antidota-
rio habet oleum de liliis simplex, quod idem est. supra fuit
positum oleum de liliis compositum, quod etiam est in usu,
sed non tantum.

O L E V M darisafahan. ibidem. 8. scelib & est darisafahan.
3. vi. cassiae lignae. 3. viii. costi. 3. iii. cinnamomi. 3. v. calami
aroma. 3. ii. olei li. vii. s. decoquantur omnia bene ieto igne
& coletur & administratur.

Istud oleum non est in usu. Darisafahan uero est arbor quae
apud Dios. uocatur aspalium, ut dictum fuit in confectione
de chifodea.

O L E V M fenugraeci secundum Rasim in suo tractatu
de oleis. 8. fenugraeci lib. i. elacterii lib. viii. ciperi lib. ii. casa-
mi aroma. lib. i. pone in oleo per decem dies quotidie mo-
ue ter & exprime oleum & reserua.

Istud oleum non est in usu. Dios. habet unam aliam descri-
ptionem sub nomine olei telini, sed non est simile huic.

Fenugraeci farinam multi buceron, aut egloceras, aut lo-
ton appellauerunt, uide apud Gal. in 8. simpl. q; telinum est
fenugraecum, & ista nomina non sunt referenda farinae, sed
ipsi fenugraeco. buceron enim sonat bouis cornu, egloce-
ron uero capre cornu. nam semina ipsius in corniculis simi-
libus faxeolis sunt. & hoc semen notum est. inuenitur apud
nos quaedam herba quae multum sibi assimilat in foliis &
in reliquis. & haec apud quosdam dicitur capricornu, & de
hoc semine multi falsi herbatici uendunt aromataris igno-
rantibus loco fenugraeci, sed errant.

Electuarium siue elacterium, ut apud Dios. & est succus
cucumeris afinini. uide supra ubi posita fuerunt pillulae de
elacterio, & ibi melius ostensum fuit.

O L E V M salmentae ibidem. 8. salmentam, & pista &
pone in aqua, coque, & pone oleum, & coque ad ignem &
serua colatum.

Istud oleum non est in usu, secundum intentionem Rasim
est oleum de salmenta, sed textus est corruptus. debet enim
dicere

dicere oleū de saluunca. i. spica celtica. scdm Matth. syl. sed non recte, quia Dio. ac Plin. de saluunca speciale faciūt. c. & est aliud, sed scdm plurimum loco saluuncę spica celtica ponitur. & sic hodie herbatice uendunt apothecariis saluuncā prospica celtica, quę idem non est, ut dictum fuit, tñ potest poni loco eius, licet sit debilior. hanc teutonice & alię gentes apud quas nascitur saluuncam uulgari nomine appellāt. nascitur apud teutonicos plurima, in alpius Italiae, & in montibus pireneis in desertis & asperis summitatibus montium, & est cibus caprearum siue dammarum.

O L E V M de oleandro. ibidem. & succi oleandri lib. i. rosarū lib. s. olei onfacini libr. ii. coque donec consumatur succus cola & serua. nā ualet scabiei, & aufert eā omnino. Istud oleum non est in usu.

Oleander autē scdm Aui. in. 2. can. est syluestris & fluuiatilis, & ipse cōputat ipsum inter species uenenosorum idem in quarto in fen. vi. in cap. summa. 2. nenenorū ex plātis inquit oleander plurimum interficit homines & animalia. & hęc planta est quam Dio. nereon uocat. hęc plura nomina habet. nam ab aliquibus dicitur neredendron, & ab aliis rododendron, & ab aliis lorandrum, & ab aliis rododaphne, & ab aliis nereon. eius folia sunt similia amigdalę, sed maiora & pinguiora, & florem habet similem rosę, in locis maritimis nascitur. Leona. de præda palea. in. c. de pruna & igne persico inquit. oleum de dandrod. i. de oleandro.

Oleum onfacinum. i. oleum de oliuis nō maturis. Aui. in. 2. can. in. c. de oliuis inquit. oleum quandoq; exprimitur ex oliuis ultime maturis, & oleum onfacinum est illud qđ expressum est ex immaturis, & qñq; exprimitur ex oliuis rubris mediis inter immaturas & ultime maturas.

O L E V M de usneæ secundum Aui. in. 5. can. & usneæ sextaria. v. costi. 5. x. casti. i. ligni. calami aroma. an. 5. iii. marmacor. 5. ii. storacis. f. calamitę. 3. v. olei myrtini lib. i. s. terantur medicinę & infundatur in aceto & dimittantur tribus diebus continuis, & coquantur cum oleo donec consumatur acetum & remaneat oleum, & coletur & recodatur.

Istud oleum nō est in usu, de usneæ uide in electuario de usneæ, quia ibi ample determinatum est.

Marmacor. i. melissa. quidam crediderunt esse marrubiū, sed non recte. nam uide Serap. in. c. de melissa qui inquit. be derangia. i. turungem, & dicitur marmacor. i. melissa. Aui. in. 2. can. in. c. de maru. inquit. Maru dicunt indi q; sunt spēs plures. est enim quædam species eius quę est boni odoris & est marmacor. ibi ipse Aui. in. in plures species distinguit. Leona. de præda palea in. c. de ademenul inquit. semē almaru. i. semen buglossę siue linguę bouis sine dubio almaru est eius species, sed pro marmacor intelligitur melissa siue ozimum citratum.

O L E V M de stasifagria secundum Ioan. angli. in. c. de cura tinnitus aurium. & stasifagrię. 3. i. s. coquantur in succo ruthę uel in aqua feniculi, deinde apponatur oleum laurinum uel nardinum ad pondus. 3. vi. uel libr. i. coquantur usq; ad consumptionem quartę partis & coletur, & fiat oleū de stasifagria.

Istud oleum non est in usu. Stasifagria apud Aui. est uua passa montana & est granum capitis. Diosc. stasifagria quę latini pediculariam uocant, & nominatur hoc nomine, quia interficit pediculos & lendines. quidam uocāt ipsam caput purgium, eo qđ caput à pediculis purgat.

O L E V M de laudano secundum eundem in lib. 5. in cap. de modo abluendi oleum. & laudani. 3. i. olei laurini lib. i. conficiatur simul, & est oleum de laudano simplex qđ ualet in confortatione stomachi mollificati, & capillos cadentes detinet.

Istud oleū nō est in usu. Idē in. c. de lepra habet hoc oleū. Laudanum autem est notum.

A D F A C I E N D V M balsamum scdm Barth. mō tagna. in suo antidotario. & terebentine lib. i. thuris albi. 3. iii. gummi elemi. 3. vi. granorum lauri. i. baccarum lauri. 3. iii. mastice, galangę, garioflorum, cinnamomi, zedoarię, nucis muscatę, cubebę, ligni aloes bene triti an. 3. i. omnia simul mixta ponantur ad distillandum primo cum lento

igne. & prima aqua dicitur aqua balsami. 2. iterū pone alia, & sic fac ter, & tunc ueniet balsamus in omni probatione, sed quanto plus distillatus fuerit tanto erit fortior, serua in uase bene obturato.

Iste est modus artificii balsami secundum quem secundū intentionem Bartholomei ueniet balsamus in omni probatione prout balsamus naturalis. uerum supra est positū oleū balsaminum quod apud nostros doct. satis est laudatum. si autem illam descriptionem facere nolueris fac istam Bartho. si autem istam Bartholomei facere nolueris fac descriptionem Guliel. de qua infra.

O L E V M quod ponitur loco balsami & est nobilior secundum Guliel. placen. & myrrę, carpobalsami. i. seminis balsami, nucis indę an. 3. s. hypericon. i. perforate. 3. ii. terantur groslo modo & misceantur cum. 3. v. olei. uel. 3. i. s. largati, & in fine addantur gra. v. musci. & gr. iii. ambrę. & 3. i. olei de lateribus. hoc enim loco balsami potest poni in omni loco, facit enim operationes ut balsamus.

Istud oleum maxime secundum istam descriptionem potest poni in omni loco ubi balsamus ingreditur. & secundū intentionē Guliel. facit operationes ut balsamus. uerum ipse Guliel. describit duas alias descriptiones olei quod ponitur loco balsami, sed secundum intentionem suam ac Moeder. doctorum ex illis tribus hęc est nobilior, sed ipse Guliel. non ponit qualiter ipsum oleum debeat componi. uerū est qđ in secunda descriptione melius docet, & est qđ omnia bene terantur & malaxentur ad inuicem in mortario, & ponantur in uase alembici, & distillantur ut aqua rosacea. Lumen maleucens habet unam descriptionem secundum intentionem Guliel. sed ipse Guliel. non scripsit talem descriptionem in suo antidotario.

Alargatum. i. largatū & est uulgare uocabulum, sed à largitis terebentina nuncupatur, & nō rasina. nam in multis locis ubi ipsa inuenitur uocatur largatum.

Oleum de lateribus. i. oleū phorum seu oleū benedictū, eius enim descriptionem describit idem, & est similis descriptioni quę inuenitur in antidotario Mes. de qua supra.

O L E V M de calce scdm Leonar. de præda palea Paganensem. in. c. de curatione corruptionis ossis. & calcis uiuę unum frustum integrū anteq; distilletur & infundatur in oleo cōi donec distilletur & calx in puluere reducatur. & postea pone in alembico uitreo & distilletur & emanabit oleum, quod uocatur oleum calcinum.

Istud oleum non est in usu, tamen secundum intentionē compositoris ualet mirabiliter in illa materia.

Calx secundum Serap. ex auctoritate Diosc. quędam est quę fit ex conchiliis marinis. & quędam quę fit ex lapidibus, & quędam fit ex marmore, quando hęc comburuntur in igne donec fiunt alba intus & exterius & fiūt calx, sed melior omnibus est calx quę fit ex marmore.

O L E V M de tartaro secundum Pet. argil. in. c. de his quę abstergunt faciem. & tartarum puluerizatum & funde in aceto postea ponatur in pāno lini, deinde ponatur in stupis balneatis, & ponatur sub cinerib; postea ponatur in scutella uitreata per tres dies, ita tamē qđ scutella stet plicata & distillabit quędā humiditas magna uergens in subruffum, & hoc est oleum de tartaro.

Istud oleū est in usu, maxime apud prostitutas, eo qđ ex ipso lintunt faciem. Dinus floren. in suo antidotario. habet hoc, sed lumen tenebrosum inquit. quod hoc oleū est magistrale, quod falsum est.

Tartarum uero scdm Nico. est lapis uini. apud nos uulgariter dicitur greppo. Leonar. de præda palea in. c. de remotio ne carnis superflue inquit. pul. tartari. i. facis uini adharētis parieti. uidelicet uasis ubi collocatur uinū quia uulgari sermone dicitur greppo. de hoc inuenitur albū, & rubeum, sed album magis ad faciendum hoc est laudatum.

Tractatus de oleis magistralibus.

O L E V M de hypericon mirabile. & summaticum hypericon. 3. iii. infundatur in uino odorifero. q. c. tribus diebus & noctibus, deinde bulliant in duplici uase id est in balneo marie bene obturato, & fiat expressio fortis. postea

Lumi. ma.

N

SECTIO XI.

Et totidem hypericon bene contusi, & infundantur in supra scripto uino tribus diebus & noctibus, deinde addantur te bentinæ. ʒ.iii. olei antiqui. ʒ. vi. croci. ʒ. i. & misceantur, & coquantur in bociā in duplici uase ad cōsumptionem uis ni, deinde referuetur in uase uitreo.

Istud oleum non est multum in usu.

Hypericon autē herba est satis nota, quæ à Dios. uocatur hypericon. Aui. inquit. hypericon nominatur arabice alhas rib, & nominatur syriace uua demonis. Dio. de hypericon facit tria capitula, & distinguit ipsas spēs. unū facit sub nomi ne asquiron, aliud sub nomine corim, quod est rapa rustica, aliud de hypericon. sed Sera. in. c. de omnibus loquitur, sed illud hypericon quo utimur habet folia parua, & in eis fora mina minuta, & pp id uocatur perforata siue herba sancti Ioānis, siue fuga demonū, apud nos in ciuitatibus nascitur.

O L E V M de sulphure. ʒ. sulphuris citrini, terebentis næ an. ʒ. iii. uini boni. ʒ. ii. olei rosa. lib. i. bulliant omnia ad consumptionē uini lento igne, & fiat oleum de sulphure.

Istud oleum est in usu, maxime apud Mediolanenses.

Sulphur citrinum. i. uisuale, quod satis est notū. Dio. dicit sulphur eligendum uiuum, colorem habens limpium, & resplendens, & perlucidum, & sine lapide, quod missum in focū uiridem & pinguem colorē facit, nascitur in melosda & liparia. istud est capitulum de sulphure uiuo, quod hic non debet intelligi, de ipso uide in dia sulphur.

O L E V M de capparibus. ʒ. corticum radicem cappa rorū. ʒ. vii. ireos, agni casti, tamarisci an. ʒ. iii. olei cōis lib. ii. uini. ʒ. iii. hæc omnia bulliant simul usq; ad consumptionem uini, deinde coletur & referuetur.

Istud oleum est multū in usu. Miror tñ ex quo apud docto. & Moder. & antiquos erat multum uisuale, q̄ eius descriptio apud auctorem authenticum non inueniatur. uerū liber qui dicitur Aggregator paduensis inquit. in illo. cubi hoc ualet, oleum de capparibus ponit Gal. ad Glauconem. ego aut miratus fui, quia legi omnia cap. Gal. quæ sunt ad Glauconem, & id non reperiri, tñ ista descriptio fuit approbata in duritie splenis, quod multum ualet.

Cappares siue kappares noti sunt. Serap. aut in. c. de cap paro inquit. in fine ex auctoritate Rasis. attulit mihi quidā amicus meus confektionem quandam capparorum recensitum, & cum comedissem ex eis induxerunt mihi tenasmos nem, & consueui facere clistere ad sciaticam cum succo cap parum, & iuuat multum.

Tamariscus est arbor satis nota. Dio. dicit. miricæ. i. tamariscus. isid. miricæ quam latini tamaricam uocant ex amaritudine nominata. gustus enim eius nimis amarus est hæc arbor in solitudine & saxoso humo nascitur, ex qua enim arbore maleficiis artis ministra. i. odia concitari dicuntur.

O L E V M muscellinum. ʒ. olei cōis lib. vi. aquæ lib. iii. folii, spæ costi, masticis an. ʒ. i. s. storacis calamitæ, croci, myrræ, castiæ lignæ, xilobalsami. i. ligni balsami an. ʒ. vi. gariofi, carpobalsami. i. seminis balsami, bdellii an. ʒ. iii. musci laginis. ʒ. i. alii dicūt q̄ debet dicere muscilaginis. ʒ. i. nereggii. ʒ. ii. hæc omnia terantur grosso modo, & bulliant simul ad consumptionem aquæ, deinde coletur & reponatur in uase bene obturato.

Istud oleum est in usu. dicitur autem muscellinum propter muscum quod recipit, quidam prauè putauerunt hoc est oleum balaninum. i. de granis been, sed non recte, ille uero qui dedit mihi istā descriptionem istius olei, dixit quod ipsum inuenitur in antidotario Galeni, & dixit quod Gale. composuit ipsum.

Nereggii. i. nuc indica secundum Serap. in. c. de nucē indica, ut dictum est supra.

O L E V M de castoreo bonum & expertum. ʒ. castorei, storacis calamitæ, galbani, euforbii, castiæ lignæ, croci, oppoponacis, carpobalsami, spicæ nardi, costi an. ʒ. ii. cyperi, squinanti, piperis longi, bracteos, piretri, piperis nigri an. ʒ. ii. s. olei oliuarum lib. iii. uini albi & boni lib. ii. bulliant omnia simul ad consumptionem uini, deinde exprime & referuetur.

Istud oleum est in usu, ualet enim in omnibus ægritudi-

nibus, & confert tremori, & tetano, & doloribus neruorum & iuncturatum.

Castoreum autem secundum Serap. sunt testiculi animas lis, quod castor appellatur. uide de ipso in diacastoreo.

Bracteos. i. fauina, sicut apparet apud Serap. in cap. de ius nifero. idem est secundum intentionem Macri.

O L E V M sambucinum. ʒ. florum sambuci. ʒ. ii. ponatur in lib. i. olei oliuarum, & dimittatur in sole per dies quinque, deinde bulliant cum lento igne, postea colatur, & usui referuetur in ampulla tantum debet conseruari.

Istud oleum est in usu.

Sambach uel zambach idem est, sed apud Serap. uocatur ieseminum, & inquit. iesemin. i. zambach. quoddam ex eo est album habens florem, & quoddam citrinum, & citrinum est minus in caliditate & siccitate quam album, & similiter est minus in operatione sua & citrinum reperitur in bylonia. est etiam species alia ex eo cuius flos est cœlestis coloris, secundum intentionem Serap. huius tres sunt species, sed apud nos credo q̄ non reperiatur nisi album, & a uulgo nominatur gesemin. Bulchasis. i. seruator in lib. 2. ca. de modo colligendi herbas medicinales ait. zambach. i. iesemin. Item Christophorus barzicius in ca. de cura cephalæ ait. & Rasis laudat epithima ex oleo sambucino, & fiat ex floribus sambuci siue gesimini. Aui. in. 5. can. in trac. de colliriis. in colirio quodam sic ait. colirium iuuamentum factum cum iesemin. & ait. ʒ. acatiæ & succi sambach. uide hic q̄ loco iesemini habet sambach, quod idem est. Gale. in. 7. simplicium ait. leuconia. id est ieseminum. Auerrois in quinto coil. gesemini, id est uiola ultramarina, apud nos in hortis reperitur.

O L E V M pro doloribus puerorum optimum & expertum. ʒ. olei anheti, olei camomillæ an. ʒ. vi. olei ruthæ, storacis liquidæ an. ʒ. iii. pul. cimini. ʒ. ii. bulliant omnia una ebullitione, deinde coletur & usui referuetur. & quando oportuerit ungetur locus dolorosus, & expertum est.

ENCAVSTRVM nigrum. ʒ. aquæ pluuialis bocalia. 64. galei rupti lib. vi. coquantur ad consumptionem medietatis, tunc addantur gummi ara. lib. iii. uitrioli pisti lib. iii. misce & fiat secundum artem.

ENCAVSTRVM autem scriptorum multis modis conficitur. nam Diosc. in cap. de atramento scriptorum inquit. quod fit ex teclarum lignis cuius unctis tribus una admiscetur gummi. conficitur præterea ex ligno rasnæ, & ex pictorum fauilla. eius enim centum & xx. ʒ. accipiunt gummi & taurini glutinis. ʒ. vi. & atramenti sutorii. ʒ. i. s. & adaptantur admixta stipticis medicaminibus quæ dissententia conueniunt. Item Diosc. aliud cap. facit de atramento sutorum quod foditur in metallis. Plin. atramentum sutorum quod calcantum uocant est uitriolum uiride de quo fit encaustrum. Papias autem dicit atramentum dictum quod fit atrum, cuius species picturæ & quotidiano usui necessaria est. huius uas atramentum dicitur. Auicē. in secundo can. de atramento facit cap. & facit differentiam inter atramenta alba & rubea & citrina & uiridia, & inter colcotar & calcadis & calcantum & alsuria. nam colcotar est uitriolum citrinum, calcadis est album, calcantum est uiride, & alsuria est rubrum.

CASSIA fistula pro clisteriis magistralis. ʒ. prunorū uiridium lib. iii. tamarindorum lib. ii. passularum. ʒ. vi. liquiritiæ. ʒ. ii. uolarum, capillorum ueneris, bletæ, centaureæ minoris, mercurialis, maluæ an. M. ii. s. ordeii lib. i. bulliant hæc omnia in xvi. lib. aquæ usq; ad consumptionem medietatis deinde fiat bona contritio & infusio supradictarum rerum, & aquæ cui aquæ calidæ distemperentur castiæ fistulæ extractæ lib. vi. mellis dispumati lib. xii. & omnia simul ponantur ad ignem, & coquantur usq; ad spissitudinem mellis, & usui referuetur.

Hæc descriptio istius cōfectionis est multum in usu. Ego non repperi aliquē auctore authenticum ponere eius descriptionē, sed uidi aliquos eam componere secundum istā descriptionē. uerū sunt ex hoibus qui faciunt secundū istā descriptionē, & sunt qui faciunt scdm aliā scdm diuersa loca, & dicitur

clitur pro clysteris, eo q̄ ea ut plurimum ponitur in clysteris eo q̄ ipsa ponitur in quodam instrumento facto de corio. Matth. syl. dicit clystere est quoddam instrum̄ medicorū omnibus notum, & sc̄dm aliquos debet dicere clystere per la clepo clepe quod est furor furaris & stercus. inde hoc clystere huius clysteris, uel clysterium est instrumentum quod stercus infirmi in uentre induratum facit exire, sic dictū clystere, quasi clepens. i. furans stercus, uel dicitur clystere quasi colus stercoris, quia per ipsum colatur stercus extrinsecus, uel dicitur clystere à cleo cles. quod est inclinari, quia stercus facit inclinari. Ista habentur in Catholicon. in littera cli. uel dicitur clystere per r secundum quosdā, & componitur à crisi & tergo tergis. nam crisis habet tria significata. s. aurū iudaicum & secretū. unde clystere componitur à crisi quod est secretum, & tergo, inde clystere. i. secreta tercio.

Si quærat quata sit uirtus cuiusdam auis quæ nominatur trigulus in frangendo lapidem in renibus, dicatur q̄ est æstimata magni ualoris, & hanc auem allegat Ioan. Sera. in suo breuiario. in. c. de illis in quibus generatur lapis, & magnificatur. & sic inquit. ad frangendū lapidē in uesica est auis quæ nominatur atrugulutus. Est enim auis in forma sua minor reliquis auibus, præter auem quæ nominatur basilica, cuius intentio est regulus. Item Raynaldus de uilla noua. in. c. de uitio lapidis. in renib⁹ & in uesica laudat eā mirabiliter. Et sic meo tpe uidi in ipsa mirabilē experiētiā in illa agritudine, & existimo q̄ ista sit illa auis quæ ab Auic. in. 2. can. uocatur safuruhum. & dicit q̄ est auis cuius nomen est hoc nomen in francia. sed an sit illa aut non melius idem decla-

rat in. 3. can. fen. xviii. in. c. de medicinis cōminuētibus lapidē ubi sic ait. & melior omnū est auis quæ græce nominatur tragulidos, & auis est de genere paruorum minor omnibus auibus excepta aue regia. & color corporis eius est inter uiridem & cineritium, & citrinū, & super alas eius sunt pennæ aureæ, & super caudam ipsius sunt alba pūcta, & plurimum apparitionis eius est in hyeme, & apud piscinas, & apud parietes, & ipsius uolatus apud parietes non est fixio, immo uolat parū & cantat & garrit semper & mouet caudam, & ipsa comeditur cruda sicut est, quod melius est, & comeditur elixata & assata & salita, & reseruatur, ut caro salita, & quicquid aduritur sicut est in furno qui nō sit cū illa caliditate. s. cū quantitate qua dominetur ei adustio. & destruitur uirtus, & sit in uitreato uase, & sc̄dm modum qui dictus est ad scorpiones & c. hæc uero est auis quæ apud nos multum inuenitur in æstate ac hyeme. uerū in æstate nō uadit in ciuitates, immo in hyeme uolat in ciuitatibus & piscinis, & eius forma est, sicut dixit Auic. & hæc auis apud Lombardos uulgo cauda tremula uocatur, & ab aliquibus beuerina.

HÆC DISTINCTIO de oleis tractatum nostrū cōcludit in quo aggregauimus ex uariis auctorū uoluminibus ea quæ intentioni cuiuslibet practican̄tis satisfacere, ac eis subsistentibus apothecariis necessaria uidebatur. Pius si uhi Saluatoris ac eiusdē gloriosæ Matris auxilio mediante, quib⁹ infinitas habeo gratias, nūc equum est ut parū quiescamus, ut gete restaurati, ad alia nō minus uilia accingamur.

FINIS.

INDEX ELECTVARIORVM CONDITORVM LOCH SYRVPORVM ET CÆTERARVM DESCRIPTIONE, QVÆ IN HOC ANTIDOTARIO REPERIUNTVR. ET PRIMO DE ELECTVARIIS.

E lectuarium de aromatibus. fol. 2	Confectio alia Gal. 6	tionem Mesue. 10	dines neruorum. 13
Electuarium de gemmis. 3	Confectio de prunis. 6	Hiera archigenis descrip. 10	Confectio anacardina secundum Rasim. 13
Confectio alchermes. 3	Electuarium de sorbis. 6	Hiera diacolloquintidos. 10	Confectio diahyrundinis. 13
Confectio de xiloaloes. 3	Tyriaca diatesaron. 6	Hiera ex inuentione nostra. 10	Confectio medicaminis de gētiana. 14
Descriptio elec. sarbonteg. 4	Triphera farace magna. 7	Hiera constantini. 10	Electuarium de orobo. 14
Modus elec. de citro. 4	Triphera graece. 7	Triphera persica. 10	Confectio filonii persici. 14
Confectio de musco dulcis. 4	Triphera multata. 7	Confec. alharif. 11	Electuariū. Conciliatoris. 14
Cōfectio testiculorū uulpis. 4	Triphera Gal. 7	Confec. elec. Indī magna. 11	Confec. diacasias fistula. 15
Cōfe. alia testiculorū uulpis. 4	Triphera minor ex arte fenoris. 7	Electuariū indum minus. 11	Confec. de spica romana. 15
Confectio de galanga. 5	Triphera minor. 7	Confec. de dactylis, & est diaphinicon. 11	Aurea Alexandrina. 15
Diarodon descriptione cōi. 5	Diacurcuma magna. 7	Electuariū de psilio. 11	Adrianū dictū ab adriano. 15
Aromaticum rosatum. 5	Diacurcuma minor. 7	Electuarium de electos. 8	Acaristum. 15
Aromaticum rosatum. descriptio Gabriel. 5	Diamorusion. 8	Confectio hamech. 8	Athanasia. 15
Aromaticum ro. minus. 5	Dialacha magna. 8	Confectio rosatum. 8	Alcanchalon. 15
Aromaticum gariofi. 5	Dialacha minor. 8	Confectio alia hamec. 8	Anthamaron. 16
Aromaticum nardinum. 5	Confectio de rauedseni. 8	Confectio de alphescera. 8	Antidotum emagogum. 16
Diaciminum bonum. 5	Diacostum. 8	Confectio manne ex inuentione Gal. 12	Blanca. 16
Dianisum. 5	Cōfectio elec. ex inuentione nostra. 8	Confectio de mezereon. 8	Benedicta simplex. 16
Diambra. 5	Confectio alcanzi. 8	Confectio de eupatorio. 8	Cōfec. aliptæ muscatæ. 16
Cōfectio de cinnamomo. 5	Confectio. i. de assa. 8	Alchelengi. 8	Confectio cuminata alexandrina. 16
Cōfectio de granis myrti. 6	Confectio anacardina. 8	Confectio de zinzibere. 8	Diamargariton. 16
Diacamentum def. Gal. 6	Confectio filonii ex inuentione prima. 9	Confectio de iacur siue diacodio multis modis præparata. 12	Dianthos. 17
Diatriton pipereon. 6	Confec. filonii desc. hamec. 9	Confec. de succis nucum. 13	Diasatyron. 17
Diaciminum. 6	Egepteia. i. sagzenea. 9	Confectio de sticados. 13	Diaprunis. 17
Confectio de seminibus. 6	Athanasia magna. 9	Confectio tripheræ & epithimo. 13	Diaaprasion. 17
Confectio de citoniis. 6	Diasulphur. 9	Confectio mirabilis ad epilepsiam. 13	Diaolibanum. 17
Confectio de cito. cum succo citoniorum. 6	Confectio de storce. 9	Confectio de piretro. 13	Diarodon abbatis. 17
Electuarium de pomis. 6	Confectio hieræpigre Gal. 9	Confectio conditi ad agritum. 13	Diapenidion. 17
Electuarium de persicis. 6	Hiera hermetis. 9	Lumi. ma. 13	Diaciminum. 17
Elec. quo utuntur reges. 6	Cōfec. hiera archigenis. 9		Diagregantium frigidum. 17
Electuarium de fructibus. 6	Hiera hermetis secundū intentionem. 9		Diacastoreum. 18

N ii

I N D E X

Diacatholicon.	18	Electuarium de cineribus.	27	Syrupus ex inuentione nostra	37
Diacostum.	18	Electuarium de margaritis.	28	expertus ad quartana.	37
Diakis de melle.	18	Confectio de medullis.	28	& consumptis.	33
Diacamentum.	18	Medicamē de marchasita.	28	Loch ad asma.	33
Diacodion.	18	Confectio mixtura cor.	28	Loch de amigdalīs.	33
Diapapauer.	18	Confectio manufcripti cum		Loch de alliis.	33
Diafene.	18	perlis.	28	Loch de caulibus.	33
Diafene alia.	18	Confectio diacoralli.	28	Loch de pulmone uulpis	33
Efdra.	18	Electuarium de caulibus.	28	Loch de femine lini.	33
Electuarium dulcis.	19	Confectio diagarici.	29	Loch albotin.	33
Electuarium pliris arcotico.	19	Electuarium diacubebe.	29	Loch de farfara.	33
Electuarium de succo rosar.	19	Confectio alia diacubebe.	29	De iulep syrupis & rob.	33
Electuarium dihyssopum.	19	Dianasturtium.	29	Modus opositionis iulep.	33
Electuarium ad restaurationē		Confectio diarob cū reubar		Operatio ifusionis rosar.	34
humiditatis.	20	baro.	29	Modus iulep uio.	34
Electuarium contra lumbricōs.	20	Confectio diarob cum tur		Iulep aliud rosatum.	34
Filoantropos.	20	bith.	29	Iulep uiolatum.	34
Gallia muscata.	20	Cōse. diarob cū agarico.	29	Iulep alchermes.	34
Aqua rosata.	20	Cōse. diarob cū sene.	29	Syrupus de pomis.	34
Iustinum.	20	Confectio de fifticis.	29	Syrupus de piris.	34
Catarticum imperiale.	20	Confectio diamufci matricis		Syrupus de citoniis.	34
Litontripon.	20	lis.	29	Syrupus de succo acetose	34
Metridaton magnum.	20	Confectio pro uermibus.	29	Syrupus de succo cucurbitae	34
Mula aëna.	21	Confectio diaturbith cū reubar		Syrupus de granatis acetosis.	34
Micleta.	21	barbaro.	29	Syrupus de granatis dulcibus.	34
Rosata nouella.	21	Electuarium de ouis.	29	Syrupus de corticibus citri.	34
Rubea trociscata.	21	Electuarium de lepore com		Syrupus de acetositate citri.	34
Tyriaca magna Gal.	21	busto.	30	Syrupus de agresta.	34
Triphera magna.	22	Electuarium de sebesten.	30	Syrupus de granis myrti.	34
Trifilon.	22	Electuarium de polipodio.	30	Syrupus de albelach.	34
Triafandali.	22	Confectio diacartami.	30	Syrupus de papauere.	34
Theodorici anacardinū.	22	Electuarium subline confer		Syrupus dinarii.	34
Vomitus uolens tertianæ.	22	uans sanitate oculorū.	30	Syrupus acetosus.	34
Hierapigra magna.	22	Diabutrum.	30	Syrupus acetosus cum radice	
Hieralogodion mesitum.	22	Diapigamum.	30	bis.	35
Cōsec. electuarii lacuna.	23	Electuarium de ficibus.	30	Syrupus de canni s.	35
Electuarium altalisafar.	23	Electuarium de cicadis.	30	Syrupus de portulaca.	35
Electuarium de macæ.	23	Medicamen de fisleos.	30	Syrupus de uiolis.	35
Electuarium de heil.	23	Electuarium de iua.	30	Syrupus de iuiubis.	35
Confectio de usneæ.	23	Electuarium de anagalico syl		Syrupus de papauere.	35
Confectio tyriacæ cōtra scor		uestri.	30	Sermo in aqua mellis.	35
piones.	23	Confectio boli armeni.	31	Secaniabin purum.	35
Electuarium ad scabiem.	23	Confectio de moris.	31	Secaniabin de radicibus.	35
Electuarium de nucleis fru		Confectio de chifodea.	31	Syrupus de mentha ex inuen	
ctuum.	23	Confectio diaspoliticon.	31	tione nostra.	35
Electuarium de seminibus.	23	Diacapparis.	31	Syrupus de absinthio.	35
Confectio tyriacæ de terra si		Diaceraseos.	31	Syrupus de fumoterre maior.	35
gillata.	23	Diadragantum calidum.	31	Syrupus de liquiritia.	35
Confectio tyria. ad morsum		Diapente.	31	Syrupus de hyssopo.	35
rutellæ.	23	Diacasia fistula.	31	Syrupus de prasio.	36
Cōse. elec. lactificantis.	24	Electuarium lenitiuum.	31	Syrupus de calamento.	36
Electuarium p oī epilepsia.	24	Electuarium de farfara.	31	Syrupus de eupatorio.	36
Electuarium preciosum.	24	Electuarium cōtra pestem.	31	Syrupus de sticados.	36
Confectio de scoria ferri.	24	De conditis.		Syrupus de epithimo.	36
Electuarium de baccis lauri.	24	Secacul conditum.	32	Syrupus de thimo.	36
Confectio de enula.	24	Zinziber conditum.	32	Sermo i mellierato qdito.	36
Confectio ad crepatos.	24	Bautia condita.	32	Modus conditi cum citoniis	
Tyriaca prima Auicē.	25	Acorus conditus.	32	& est miua.	36
Confectio metridati de com		Zuccharum rosatum.	32	Miua citoniorum cum specie	
munī.	25	Zuccharum uiolatum.	32	bis.	36
Confectio filonii romani tar		Zuccharum buglossati.	32	Seru. in aceto squillitico.	36
senis.	26	Zuccharum alchilil.	32	Oximel squillitico. d. demo.	37
Confectio filonii perfici.	26	Conditum de citro.	32	Oximel Iuliani.	37
Confectio de hyacinto.	26	Conditum de buglossa.	32	Acetum passularum.	37
Electuarium de granis uiridi		De loch.		Syrupus cōferens ad ea quæ	
bus.	27	Loch de pino.	32	diximus.	37
Electuarium anide.	27	Loch de papauere.	33	Syrupus de psilio.	37
Electuarium de camphora.	27	Loch de squilla.	33	Syrupus sapor.	37
Electuarium de stinco.	27	Loch de alfecera.	33	Syrupus de berberis.	37
Triphera maior.	27	Loch sanum & expertū.	33	Syrupus de endiua.	37
Electuarium de passulis.	27	Loch ad caliditatem.	33	Syrupus de epatica.	37
		Loch aliud ex inuentione no		Syrupus de nenufare.	37

Trocisci

I N D E X

<p>Trocisci de absinthio. 43 Trocisci de eupatorio. 44 Trocisci de aniso. 44 Trocisci alii de aniso. 44 Trocisci de lacca. 44 Trocisci de terra sigil. 44 Trocisci alandahal. 44 Trocisci de sandalis. 44 Trocisci de ciperis. 44 Trocisci de capparibus. 44 Trocisci de caraba. 44 Trocisci de alchechingi. 44 Trocisci alchadicon. 44 Trocisci orobi. 44 Trocisci de gariofilis. 45 Trocisci de uiolis. 45 Trocisci nostri de agarico. 45 Trocisci de spica. 45 Trocisci de siliquis. 45 Trocisci de alumine. 45 Trocisci de dactylis. 45 Trocisci diarodon. 45 Trocisci diani. 45 Trocisci idiocri. 45 Trocisci croci magnetis. 45 Trocisci diacoralli. 45 Trocisci de tyro. 45 Trocisci de herbo. 45 Trocisci muscati. 45 Trocisci de olibano. 45 Trocisci de agno casto. 46 Trocisci de balauftis. 46 Trocisci de thure. 46 Trocisci de myrra. 46 Trocisci alcarmescit. 46 Trocisci alindaracaron. 46 Trocisci squilla. 46 Trocisci de uiperis. 46 Trocisci chochion. 47 Trocisci de mezereon. 47 Trocisci de rubea. 47 Trocisci de cuscute. 47 Trocisci stellar. 47 Trocisci de croco. 47 Trocisci de elleboro. 47 Trocisci de bdellio. 47 Trocisci de carta cobuffa. 47 Trocisci alchadicon. 47 Trocisci de celidonia. 48 Trocisci de calamento. 48 Trocisci de scolopendria. 48 Trocisci de cicadis. 48 Trocisci asfodilorum. 48 Trocisci de calce. 48 <p style="text-align: center;">De sief.</p> <p>Sief citrinum. 48 Sief rosatum. 48 Sief album. 48 Sief de thure. 48 Sief de plumbo. 48 Sief rubeum. 49 Sief uiride. 49 Sief de calcanto. 49 Sief de felibus. 49 Sief memite. 49 <p style="text-align: center;">De pillulis.</p> <p>Pillula aefangine. 49 Pillula stomatice. 49 Pillula aggregatiua ex inuentione nostra. 49 Pill. aggregatiue maiores. 49 Pillula de eupatorio maio</p> </p></p>	<p>res. 50 Pillula de reubarbaro. 50 Pillula de alchechingi. 50 Pillula inda. 50 Pillula de sarcocolla. 50 Pillula fetida maiores. 50 Pillula de serapino. 50 Pillula de euforbio. 50 Pillula de rauedfeni. 50 Pillula de mezereon. 50 Pillula lucis maiores. 50 Pillula lucis minores. 50 Pillula stomatice nostra. 50 Pillula alandahal. 50 Pillula de agarico. 51 Pillula de turbith. 51 Pillula de lapide lazuli. 51 Pillula de lapide armeno. 51 Pillule ad omnes morbos carri. 51 Pillula de serapino experite. 51 Pillula de lilio maiores. 51 Pillula de bdellio ex inuentione nostra. 51 Pillula de colloquintida. 51 Pillula de oppoponaco. 51 Pillula de hermodactylis maiores. 51 Pillula de hermodactylis minores. 51 Pillula de hermodactylis ex inuentione sua. 51 Pillula febelia. 51 Pillula bechichia. 51 Pillula de croco. 51 Pillula alia conferentes ad omnes reumaticas passiones. 51 Pillula de storace. 52 Pillula de hiera simplici. 52 Pillula mastice. 52 Pillula de quatuor rebus. 52 Pillula de spica. 52 Pillule sine quibus esse nolo. 52 Pillula aurea. 52 Pillula de castoreo. 52 Pillula optomere. 52 Pillula stiptice. 52 Pillula de quinque generibus mirabolanorum. 52 Pillula de benedicta. 52 Pillula arthetica. 52 Pillule ante cibum & post. 52 Pillula de electerio. 52 Pillula de cinoglossa. 52 Pillula arabica. 53 Pillula de hiera magna. 53 Pillula ad febre quartana. 53 Pillula de gariofilis. 53 Pillula communes. 53 Pillula cochia. 53 Pillula de hermodactyl. 53 Pillula de tapfia. 53 Pillula de dende. 53 Pillula de sandaracha. 53 Pillula de fumoterra. 53 Pillula de opio. 53 Pillula de reupontico. 53 Pillula de diamusco. 53 Pillula assaieret. 53 Pillula imperiales. 53</p>	<p>Pillula ad quartanam. 54 Pillula de hiera composita. 54 <p style="text-align: center;">De suffuf & pil.</p> <p>Suffuf de ligno aloes. 54 Suffuf aromaticum. 54 Suffuf bonum. 54 Suffuf de granis myrti. 54 Puluis capitalis. 54 Puluis pro oculis. 54 Puluis pro botio. 54 Puluis cordialis. 54 Puluis ad prouocadu lac. 54 Sacculus temperatus pro corde. 54 Sacculus frig. pro corde. 54 Sacculus carminatiuus. 54 Sacculus pro stomacho frigido. 54 Saccul' p stomacho alius. 54 Sacculus ad fluxum uetris. 54 Pomum de laudano. 55 Pomum odoriferum contra pestem. 55 Tracea confortans stomachum. 55 Tracea uales odori urinae. 55 Medicamen de turbith. 55 Puluis contra dolores post partum. 55 Puluis expertus ad epilepsiam. 55 Puluis ad fragedu lapide. 55 Puluis pro exitu intestini. 55 Puluis pro stomacho. 55 Puluis ducis. 55 Puluis galatine. 55 Puluis piperatus cois. 55 Epithima pro corde. 55 Hysopi cerotum. 55 <p style="text-align: center;">De cerotis.</p> <p>Operatio hysopi humide. 55 Hysopi cerotu. d. flagrii. 55 Hysopi cerotum. d. pauli. 55 Hysopi cerotum diatesse. 56 Cerotu Gal. p stomacho. 56 Cerotum diapente. 56 Cerotum alexandrinum. 56 Cerotum de sandalis. 56 Cerotum Gal. 56 Cerotum de euforbio. 56 Cerotum pro capite. 56 Cerotum de storace. 56 Cerotum de galbano. 56 Cerotu opti. ad crepatos. 56 Cerotum de bdellio. 57 Cerota duo Cociliatoris. 57 <p style="text-align: center;">De unguentis.</p> <p>Unguentum diafinicon. 57 Unguentum arabicum. 57 Unguentum ceraseos. 57 Unguentum de arthanita magna. 57 Unguentum de arthanita paruum. 57 Unguentum alhariel. 57 Unguentum rosatum. 57 Unguentum uiolatm. 57 Unguentum basilicon. 57 Unguentum de bdellio. 58 Unguentum philagrios. 58 Unguentum aureum. 58 Unguentum de cerufa. 58 Unguentum egyptiacum. 58 Unguentum triapharmacu. 58 Unguentum alphefericon. 58 Confectio alphefericon. 58 Unguentum palmeum. 58 Unguentum de flore aris. 58 Unguentum alabastru. 58 Unguentum martiaton. 59 Unguentum aragon. 60 Unguentum dialtera. 60 Unguentum citrinum. 60 Unguentum fuscum. 60 Unguentum populeon. 61 Unguentum agripppe. 61 Unguentum diaponfoligos. 61 Unguentum de ziniar. 61 Unguentum de melle. 61 Unguentum de flore aris. 61 Unguentum ad calcadis. 61 Unguentum rubeum. 61 Unguentum apostolorum. 61 Unguentum de calce. 61 Unguentum comitille. 61 Unguentum psilotrum. 62 Unguentum genestricum. 62 Unguentum de talpa. 62 Unguentum de castoreo. 62 Unguentum ebullinum. 62 Unguentum quercinum. 62 Unguentum de euforbio. 62 Unguentum de corticibus castanearum. 62 Unguentum pro uermibus. 63 Unguentum de mucillagini bus. 63 Unguentum pectorale. 63 Unguentum mirabile de eleboro. 63 Unguentum de semperuua. 63 Unguentum de succo enulae. 63 Unguentum de amilo. 63 Unguentum de terebentina. 63 Unguentum uiride secundum chirurgicos. 63 Unguentum de cerufa. 63 Unguentum pro capite puerorum. 63 Unguentum de cicuta. 63 Unguentum de ranis. 63 Unguentum diuinum. 63 Unguentum de lilio. 64 Unguentum album. 64 Unguentum de cataridibus. 64 Unguentum de plumbo. 64 Unguentum de lythargirio. 64 Unguentum diabution. 64 Unguentum mirabile. 64 Unguentum de dragatibus. 64 Unguentum incarnatiuum. 64 Unguentum de flore salicis. 64 Unguentum de pulegio. 64 Unguentum de centaurea. 64 Unguentum citrinum. 64 Unguentum de hedeta. 64 Unguentum de uitro. 65 Unguentum de sandaracha. 65 Unguentum de uulpe. 65 Unguentum mirabile de cancris. 65 Unguentum de minio. 65 Unguentum de ireos. 65 Unguentum gratia dei. 65</p> </p></p></p>
--	--	---

I N D E X

Vnguentum de climia. 65	Emplastrū filii Zachariae. 67	Oleum uiolatum. 70	Oleum de frumento. 72
Vnguentum de uermibus. 65	Emplastrum de alliis. 67	Oleum anhetinum. 70	Oleum synapinum. 72
Vnguentū de matris silua. 65	Emplastrum relatum ad aris- tarcum. 67	Oleum de lilio. 70	Oleum de iunipero. 72
Vnguentum de uespertilio- nibus. 65	Emplastrum de melliloto. 67	Oleum irinum. 70	Oleum fraxinum. 72
Vnguentum de formicis. 65	Mixtura ad uulnera sanan- da. 67	Oleum de cheiri. 70	Oleum de gagatis. 72
Vnguentum de adipibus ma- gistrale. 65	Emplastrum apostolicum. 67	Oleum de melliloto. 70	Oleum philosophorum. 72
Vnguētū aliud gratia dei. 65	Emplastrum oxycroceum. 68	Oleum de nenufere. 70	Oleum alichichil. 72
Vnguentū staphisagrium. 65	Emplastrum de caseo. 68	Oleum de citoniis. 70	Oleum balsaminum. 72
Vnguentū optimū magnū de antera. 66	Emplastrum mirab. relatum ad andromacum. 68	Oleum de myrtinum. 70	Oleum frigidissimum. 72
Vnguentū aliud de antera. 66	Emplastrum aureum. 68	Oleum de pomis iabrol. 70	Oleum de liliis purum. 72
Vnguentū rubeum campho- ratum. 66	Emplastrum de uiolis. 68	Oleum de enula. 70	Oleum darsifahan. 72
Vnguētū aliud de campho- ra album. 66	Emplastrum de eupatorio. 68	Oleum de cinnamomo. 70	Oleum fenugraci. 72
Vnguentum pectorale. 66	Emplastrū de crusta panis. 68	Oleum de rutha. 70	Oleum salmentę. 72
Vnguentum de lapacio. 66	Emplastrum de caricis. 68	Oleum nardinum. 70	Oleum de oleandro. 73
Vnguentū pro stomacho. 66	Emplastrum mirabile de pen- tadaetylis. 68	Oleum nardinum aliud. 70	Oleum de usneę. 73
Vnguentum citrinum. 66	Emplastrum de centaurea. 68	Oleum masticinum. 70	Oleum de staphisagria. 73
Vnguentum ad scabiem. 66	Emplastrum de bethonica. 69	Oleum de storace. 70	Oleum de laudano. 73
Vnguentum molliū. 66	Emplastrum bouinum. 69	Oleum costinum. 70	Ad faciēdum balsamum. 73
De emplastris.	Emplastrum de adipibus. 69	Oleum de alcanna. 70	Oleū quod ponitur loco bal- sami. 73
Emplastrum diachilon ma- gnum. 66	De oleis.	Oleum de sansuco. 70	Oleum de calce. 73
Emplastrū de granis lauri. 66	Oleum de amigdalīs dulci- bus. 69	Oleum de mezereon. 71	Oleum de tartaro. 73
Emplastrum de gallia. 66	De amigdalīs amarīs de nuci- bus &c. 69	Oleum de halsca. 71	Oleum de tartaro. 73
Emplastrum relatum ad an- dromacum. 66	Oleum laurinum. 69	Oleū de cucumere asinino. 71	Oleum hypericon. 73
Emplastrū sinapis mundae. 67	Oleum de balsamo. 69	Oleū de pomis citrāgulis. 71	Oleum de sulphure. 73
Emplastrū diafinicon deseri- ptione Alexandri. 67	Oleum de granis sisami. 69	Oleum de croco. 71	Oleum de capparibus. 73
Emplastrū diafinicon confor- tatiuum stomachi. 67	Oleum de semine lini. 69	Oleum de piperibus. 71	Oleum muscelinum. 73
	Oleum rosatum cōpletū. 70	Oleum de cherua. 71	Oleum de castoreo. 73
	Oleum camomillinum. 70	Oleum de euforbio. 71	Oleum sambucinum. 73
		Oleum de euforbio aliud. 71	Oleum pro doloribus puero- rum. 73
		Oleum uulpinum. 71	Encaustrum nigrum. 73
		Oleum de scorpionibus. 71	Cassia fistula pro clysteris. 73
		Oleū de scorpionib⁹ aliud. 71	
		Oleum de serpentibus. 71	
		Oleum de ranis. 72	
		Oleum de ouis. 72	

Finis indicis.

LUMEN APOTHE-
CARIORVM EXCELLENTISSIMI
MEDICI MAGISTRI QVIRICI
AVGVSTI TERTHONENSIS.



HI IPSI cogitanti quid me-
moria dignum mea hac iuuenili
etate commemorarem uenit in
mentem hoc præsens institutum,
ne ociose uita hæc nostra trāseat.
Comperi fere materiā oēm occu-
patam esse ab illustribus doctori-
bus, tam antiquis q̄ modernis. Et
ni tuæ petitiones Ioannes Franci-

ſce mi optime frater meam inci-
dissent in mētem, profecto tenera hæc ætas sine labore des-
currebat, & sine honore & fama consumebatur. quare glo-
ria tibi erit qui me sopitum excitasti & inertem, tuis arduis
petitionibus accelerasti. Audias igitur quid Quirico Au-
gusto fratri tuo scribere coegisti. Hoc enim meo in opuscu-
lo cōpositiones oēs describam quæ aromataris necessarię
sunt quæq; cōiter sunt declarando obscura uocabula, tam
græca q̄ arabica & latina quæ ab antiquis doctoribus ob-
ſcuro sermone tradita sunt. Materia enim utilis & necessa-
ria. Heu summam ignauiam. Infiniti quidē errores & mor-
tiferi solent sæpe accidere apothecariorum quorundā im-
peritia & uocabulorū obscuritate. Quantave infamia domi-
nis medicis, & uiris egregie doctis inde eueniat excogitari
uix potest, qui credentes infra sanitatis rite composita esse
ægro salutem promittunt. Sperantes huius artis artifices di-
ſpenſas suas scdm mētem Mesue dispensare. Et ipsi ausu te-
merario quid pro quo addunt, & tunc medicinæ uirtus di-
uerſificatur. ut princeps medicorum scribit Aui. 5. can. c. de
tyriaca. Et consequenter uulgi infamiam apothecariorum
ignauia medici incurrit. Tu enim hoc meo opusculo nō
indiges. Cum huius artis tandiu & doctrina & experientia
comprobatus fueris. Sed uolui tibi tanquā cariori dignio-
riq; ad corrigendum destinare. Quare illum excutias: abii-
ciasq; si quid in eo superfluum comperies, demū illū in lu-
cem adire permittas, ut tuo ingenio libelliq; doctrina rus-
des te imitari conentur. Qui soles tua prudētia non solum
apothecarios, sed & novos medicos in ordinando dirige-
re. Vale diu felix.

Opus quod aggredior in quinque & decem distinctiones
erit diuisum. Prima erit de confectioibus aromaticis. Et
continet descriptiones. xxii.

Descriptio prima.



LECTVARIVM de gemis Me-
sue, cuius iuuamentum est magnum ad
agritudines cerebri cordis stomachi
epatis & matricis frigidas, & nos sum-
experti, inquit Mesue bonitatem eius
ad tremorē cordis, & sincopim & debi-
litate stomachi, & qn̄ aliquis tristatur &
nescit radicem, & ei qui diligit solitudi-

nem, & sunt eo usi reges & magnates, trahit enim eos in cō-
sequentiā honorū morum & nobilitium, & dilatat animā
& facit corporis odorem & colorem bonū. & albarū mar-
garitarum. 3. ii. fragmentorum zaphiri hyacinti sardinis gra-
natorū feruzegi. i. s. emeraldi. an. 3. i. s. zedoarię doronigi cor-
ticum citri macis, se. alphelense misc. i. ozimi gariofilati an.
3. ii. corallorum rubeorū charabæ limaturæ eboris an. 3.
ii. behē albi & rubei, sunt quedam radices quæ de armētia
deferuntur gariofilorū zinziberis piperis longi croci spicæ
folii. heil. i. cardamomū maius. an. 3. i. Trociscorum diaro-
don. Ligni aloes an. 3. v. cinnamomi galangę zurbet est
radix aromatica an. 3. i. s. foliorum auri & argenti ana aur.
i. s. 3. ii. & grana. v. Musci boni. 3. s. Ambra. 3. ii. Pulueri-
zetur & referuntur in uasē uitreato & obturetur os uas-
ſis. In hac compositione multa sunt uidenda pro clario-
ri ipsius doctrina. Primo quid sit sardis, est enim lapis rus-

beus spissus cum substantia parua seu transparente. & dis-
citur q̄ eius uirtus est quæ accendit animum ad gaudium
& acuit ingenium, ideo merito in hoc electuario positū est.
Sed quia cognitio huius lapidis nō est apud apothecarios,
ideo loco ipsius ponuntur rubini. Et hoc confonum est cuius-
dam receptę inuentę in uno antiquissimo Mes. quæ dicebat
quinque generum fragmentorum communium præciosorū
rum. & sic erit litera bona, quia si scriptum reperires quinque
generum fragmentorum cōmunium præciosorū de quinque
supradictis deberes intelligere. s. de zaphiri Hyacinti Rubi-
ni smeraldi granatę fragmentis, & non de aliquibus aliis.

De al. scias q̄ al per se nihil significat nisi articulū. s. hoc.
Nā ubi nos dicimus hoc Arabes dicunt al. & ideo quando
al miscetur cū aliqua dictione significat articulū in illa dictione.
ut alhase. i. lo thimo &c. Felienimusc. differētia est de
eo inter doctores, quidā dicunt q̄ est ozimū gariofilatū, &
illud est semē citrinū odoriferū quod colligitur à basilicone
habente folia minuta. & hæc opinio uera est. Alii uero dicūt
quod est semē melissę. Alii quod est cinnamomū, quæ duæ
opiniones à doctoribus reprobantur & prima tenetur. Pre-
ciosa fragmenta & mineralia cū in aliqua compositione in-
trant sunt ultimate cōterēda usquequo possint per satis spissam
telam transire, ac etiā omnes lapides, ut coralli lapis iu-
daicus, & ita ea administrare ut docet nos q; monet Aui. cū
lapidē iudaicū in calculo iubet dari illū super cotem uel la-
pidem molarē ducere iubet ut magis subtilis sit. igitur nun-
quā in trititando eos fessis sis, quia quāto subtiliores tāto
perfectiores existunt. Zurbet nō est zedoaria, ut Mat-
th. sylua. exponit cū Aui. 2. can. diuersa de eis faciat capitula
sed zurbet est quādā radix similis cypero grossio zedo-
aria intus subcitri odorē aromatica & sapore acuto, minus
tū zedoaria, sed si carem? ea loco ipsius zedoariā ponim?.

De aureo pondere differētia est inter doctores de eo &
magna, quidā dicunt ut Gentilis q̄ est pondus. 3. i. s. & hoc
affirmat simon Ianuē. Alii dicunt q̄ est septima pars unciæ.
Sed communis & uera decisio est q̄ si inueniatur aureum. i.
ut in hoc loco & in omnibus aliis medicinis non solutiuis
idē est quod. 3. i. s. i. medicinis uero solutiuis si reperitur idē
est quod septima pars unciæ & nō plus. Insuper quia cō-
fectio hæc & sequētes propter lasciuia hominū fieri solēt in
morsellis quātitas speciēri ad zuccharū declarāda est. Ideo
ad omnē libram. i. zuccha. apponi debet. 3. i. speciēri cribel-
latarū. cribellatarū dico propter simplicia quæ cribellari nō
possunt ut amigdalæ dactyli semina omnia &c. Ad omnem
uero lib. i. mellis speciēri cribellatarū, ut supra. 3. iiii. Et hoc
modo faciēdo, habent domini medici & ægri uirtutē medi-
cinarū à doctoribus limitatā. Secus autē faciunt apothecarii
nostri tēporis auaritia ducti, q̄ ignoscant illis deus &c. No-
ta in super q̄ Mes. dicit. cōfice cū melle emblicorū, & collatu-
ra geleniabin. Ideo si forte illa facere uis, scias q̄ mel embli-
corū hoc modo fit. & mirabo. embli. 3. ii. aquæ cōmunis li.
ii. Teratur subtiliter dicti mirabolani & infundantur p̄ dies.
viii. in dicta aqua, postea bulliant usq; ad cōsumptionē me-
diētatis. deinde colentur cū panno lineo manibus exprimē-
do, & in dicta colatura addatur mellis boni lib. i. & bulliant
simul usq; ad cōsumptionē aque & cōctionē mellis, & refer-
uetur. hoc. n. dicitur mel emblicorū. Accipe ergo mel embli-
corū geleniabin. i. mel rosatū. an. lib. s. suprascriptarū specie-
rū. 3. iiii. & simul misce, & habebis electuariū de gemmis in
forma liquida ut scribit Me. & dosis est ab aureo medio usq;
ad aureū unū. De geleniabin inter doctores est differētia.
nā Aui. 5. can. cap. de cōditis dicit. q̄ geleniabin idē est qd̄
rosa condita siue cū melle siue cū zuccharo. Et sit tam zuc-
charum rosa. quā mel rosatum secundum eum appellari po-
test geleniabin, & hoc idem tenet Halyabas. Raf. uero. 3. Al-
mālo. dicit. geleniabin est mel rosatum. Quas opiniones re-
probat Matth. sylua. dicēs q̄ geleniabin idem est quod mel
rosatum. Sed geleniabin. i. zuccharum rosatum, geleniabin
i. syrumpus rosatus, & hæc opinio ad aliis omnibus doctori-
bus tenetur. Igitur. geleniabin. i. mel rosatum &c. Et hoc de
electuario de gemmis.

Descriptio. II.

In pade-
tis scribi-
tur alfe-
lengemi-
ze. i. ozimū
gariofilatū
& i Mes.
alfeleses
mic.

In pade-
tis scribi-
tur alfe-
lengemi-
ze. i. ozimū
gariofilatū
& i Mes.
alfeleses
mic.

DISTINCTIO I.

DIAMUSCUM dulce Mesue faciens ad pulsum cordis & ægritudines melancholicas & ad eum qui tristatur sine causa, & cõfert ad ægritudines cerebri sicut est uertigo & epilepsia & tortura & paralyfis & ad ægritudines pulmõnis & difficultati anhelitus. R. croci dorõnigi zedoariæ li gni alo. macis an. ʒ. ii. albarum margarita. setæ crudæ adu sã charabæ coralli rub. an. ʒ. ii. s. galliç mus. ozimi citrariç. i. melissæ an. ʒ. ii. s. been albi & rub. Folii spicæ. gariofilorũ an. ʒ. i. zinzibe. cubebæ piperis lon. an. ʒ. i. s. musci boni. ʒ. ii. Puluerizentur & conficiantur cum melle crudo q̄ sit qua druplum ponderis omniũ. hoc est q̄ dicit Mesue in hac cõ positione, & dosis eius est an. ʒ. i. usq̄ ad. ii. Circa hæc des criptionem. Nota de seta cruda adu sã. Accipe de follicu lis sirici noui qui nondum pertranseunt annum, & aperi, & extrahe uermes quos intus reperies mortuos, & mûda per optime, deinde pone in olla noua dictos folliculos, q̄ co opertorio lapideo bene tegatur, deinde in furno ponatur, & tñ permittatur q̄ possint puluerizari, deinde extrahantur & usui reseruentur. Hæc enim cõbustio fit ut desiccet ac ut conteri possit. In una alia cõfessione infra reperies sub tiler incidatur. est et ut bene teratur. igitur per hoc intelligis q̄ uterq̄ modus laudatur. Tamen ego nõ soleo hoc in ele ctuario nec in aliis cõfessionibus cordialibus setam cõbu rere, sed subtiliter incidere. Sed si cõburere uis ut uerba Me sue sonant. Caueas q̄ illa adu sã nõ sit incinerans. imo pru denter fieri debet, & taliter q̄ sericum solum sit puluerizabi le & remaneat seta scdm formã suam, dicit et crudæ, quia p coctionem uirtus eius extrahitur &c. De ozimo. Quãdo enim in compositionibus reperies scriptũ ozimi gariofilas ti. tunc idẽ est q̄ semen basiliconis citrinum. Si uero ozimi simpliciter idẽ est q̄ semen basiliconis nigrum, & hoc colli gitur à planta basiliconis habent folia lata. Citrinum uero à planta faciente parua folia, & hoc est ipsorum differentia. Citrinum. n. magis aromaticũ est & cordiale magisq̄ cali dum. Varia reperitur littera de citraria. Vna. n. dicit ut pre scripti & hæc bona est. & idẽ est qd̄ melissa. Alia enim dicit citrati & alia citrati & ambæ corruptæ. Hic bene aduertẽ dum est de behen. Behen enim scriptũ duplici ee & cum h. idem est q̄ radix alba & rub. quæ ambæ portantur de parti bus armenia. Sed ben scriptũ solum cũ uno e. & sine h. idẽ est quod semen cataputiæ, quare bene nota litteras ipsas cũ in cõposito reperies. Spica, aliqñ enim reperitur scriptũ spicæ nardi uel spicæ indæ, & ambo idẽ sunt, aliqñ spicæ ro manæ uel spicæ celticæ, & hæc duo idẽ sunt, quare &c. Mel crudũ est quod non est coctum. Igitur si modo descripto à Mesue facere uis. Accipe mellis pari lib. i. suprascriptarum specierũ. ʒ. iii. & permisce, & sic habes mente auctoris. s. mel crudũ quod est quadruplũ ponderis omnium. Si uero non habes mel purum, potes hoc modo facere. Accipias unam quantitã mellis quã uolueris & pone ad ignẽ ad bulliẽ dum, & semper illud dispumabis quousq̄ mûdũ sit, deinde ab igne amoueatur, & post frigidationẽ suprascripta specie rum quantitas apponatur, & hoc modo habes mel crudũ & à superfluitatibus depuratũ. Alii uero dicunt q̄ mel cru dum est illud quod manibus absq̄ igne exprimẽdo à fauo mellis habetur & extrahitur, & hæc opinio non omnino si ne ratione est fundata, uel illud uel præscriptum accipias qa conueniunt. Sed quia cõfessio hæc cõter fit in forma solis da accipias zucchari cocti lib. i. suprascriptarum specierũ. ʒ. i. & facias in morsellis.

Descriptio III.

DIAMUSCUM amarum ualens ad omnia ea que dicta sunt de diamusco dulci, & ad exsiccandum humiditas tes stomachi & putrefactiones eius. R. suprascriptarũ spe cierũ diamusci dulcis quantitatem oẽm suprascriptã, & his addas absinthii rosarum. s. rubearũ an. ʒ. iii. aloes optimi. i. succotrinĩ ablati. ʒ. s. Mel. dicit. ʒ. iii. castorei keissim. i. leuis stici an. ʒ. i. cinnamomi. ʒ. ii. s. Et confice cũ melle crudo q̄ sit quadruplũ ponderis omnium. s. q̄ sit quadruplũ ad sum mam specierũ, & facias ut supra tibi monstraui uel in forma solida uel melli &c. & dosis est dicta supra.

Aloes succotrinum d̄ aloes optimũ, quia inter omnes

alias species aloes est melius. Et lauatur hoc modo. teratur quantitas aloes tibi necessaria & roborabis illum aqua pluuia li uel endi. hæc enim lotio fit ut ipsius acuitas amoueatur & confortatio augetur donec tñ ab aqua sit madefactũ. de inde folii exponatur ad desiccandũ, & permittatur usquequo possit denuo puluerizari. deinde iterum contere & cũ præ dicta aqua irora & soli exponas. Et illud idẽ tertio facias, demum post exiccationem reserua & utere illo. De aloẽ iterum est notandum. q̄ sunt qui illum comburunt quẽ po nere uolunt in hac cõfessione. & non lauant dicentes q̄ p combustionem amouetur sua gummõstas per quam laxa bat & stomachum debilitat. & per hoc magis ei appropria tur alia uirtus & alia operatio quæ est confortare, & ideo tunc melius confortat. Et ob hoc notandũ est q̄ si aloes da tur ad laxandum non comburitur nec lauatur. Sed si ad cõ fortandum uel abluatur uel comburitur, quanquam combu stio ipsius de raro fiat. Modus comburendi est. ponatur in olla munda & super prunas permittatur donec aduratur. Semen leuistici in compositionibus apponendum est. Non autem planta neq̄ radix neq̄ folia.

Descriptio IIII.

DIAGALANGA Mesue ualens contra morbos uentositatum grossarum & acetosam eructationẽ, & est me dicina experta ad malitiam digestionis & bonificã opera tionem stomachi, & epatis frigidorum, immo emendat defe ctionem ipsorum. R. galangæ ligni aloes an. ʒ. vi. gariofilorũ, macis keissim. i. se. leuistici an. ʒ. ii. zinziberis, macropi peris. i. piperis longi cinnamomi, piperis albi. an. ʒ. s. cala menti sicci, menthæ. s. domesticæ siccæ an. ʒ. i. heil. i. carda mi aro. ʒ. i. s. puluerizentur omnia suprascripta debito mo do. zucchari tabarzet. i. albi uel illius prouinciç. ʒ. x. mellis colati & dispumati. ʒ. x. Et fiat cõfessio decoquendo mel & zuccharum debito modo. Sed quia cõter fit in morsel lis, accipe lib. i. zuccharis, & post coctionem & aliqualem infrigidationem adde suprascriptarum specierum. ʒ. i. & sic facias in sequentibus, & dosis est an. ʒ. ii. usq̄ ad aureos. ii.

Intelligendum q̄ in omnibus cõfessionibus & compo sitionibus cordialibus stomachicis epaticis & breuiter exce ptis in medicinis uomitiuis, semper apponendum est cinna momum subtile. In uomitiuis uero grossum apponendum est, eo q̄ illud uomitum prouocat parumq̄ sustinet de deo coctione & contritione & minus subtile iterum sustinet.

Quando simpliciter piper descriptum in compositionibus reperitur de pipere usuali seu nigro intelligendum est.

Calamentum & mentha sicca in hac cõpositione ponun tur, quia ficcioris sunt complexionis. Et de mentha domesti ca & calamento môtano est intelligendum, non de aquatis co. Nonnunquã continget apothecario reperire in quis busdam cõpositionibus mel tabarzet. Ideo declarabo qd̄ illud sit. Et dico q̄ est mel album de celo cadẽs ad modũ roris. Et est albius q̄ sit mel apum, & quasi tendit ad naturã zucchari. Sed quia illo caremus loco eius ponimus mel al bum uel zuccharum secundæ coctæ. Et hoc mel tabarzet ponitur à Mesue in cõfessione de zinzibere. distinctio quarta circa finem.

Descriptio V.

AROMATICVM rosarum descriptione Gabrie lis ualet contra stomachi defectionẽ, & omnia nutritionis membra confortat. & est contra stomachi humiditatem & mollificationem medicamen expertũ, & oẽm putrefactio nem in eo corrigit, cerebrum & cor confortat appetitũ ex citat, digestionẽ procurat, conualescentibus & debilibus mi re subuenit. R. rosarum rubearum. ʒ. xv. liquiritiæ rafa & mundæ. ʒ. vii. ligni aloes boni sandalorũ macoziri. i. citrino an. ʒ. iii. cinnamomi electi. ʒ. v. macis gariofilorũ an. ʒ. ii. s. gummi arab. dragati. an. ʒ. ii. & partes duas alterius. ʒ. i. ʒ. ii. nucis muscatæ cardamomi. s. maioris & minoris galage an. ʒ. i. spicæ. ʒ. ii. musci. ʒ. ii. ambraç. ʒ. s. syrupi rosati & de corticibus citri an. lib. i. & fiat electuariũ puluerizatis prius puluerizandis. Si in forma solida facias ut in suprascriptis tibi ostendi. Accipiendo lib. i. zucchari & ʒ. i. specierũ &c. & dosis est an. ʒ. iii. usq̄ ad. v. Duplex solet littera reperis ri in hac

In pand. dicitur o zimum. i. basilico, sed falso. herenge misch a rab. ozis mũ gra ce latine basilicon gariofi. nõ ergo scribatur. per. c.

Me. dicit zucchari tabarzet. ʒ. x. mel lis dispu mati quã tum suffi.

In Mes. antiquo habetur ʒ. ii. amõ brç. ʒ. ii.

In confe
ctione de
cinnamo
mo hoc
meli⁹ de
clarare vi
detur.

ri in hac recepta de sandali. una enim dicit sandali mazuc
chari. Alia sandali mafurnæ. Et una & altera potest stare qa
idem est qd sandali citrini. sed sunt qui exponunt & dicunt
q idē est q sandali rubei, & expositio hæc falsa est, & prima
uera. Quid aut intelligatur per duas partes alterius drag
mæ ut auctor supra ponit. Dico q duæ partes unius drag
mæ sunt. *℞.ii.* cū quælibet dragma ex tribus scropulis con
fret. Aduertēdum bene est adhuc pp cōem apothecario
rum errorem. Quod in quibusdā cōpositionibus in quibus
scriptū reperitur. Cardamomi tūc & maius & minus appo
nenda sunt, & de eis intelligendū est. si uero de maiori solū
intelligas. Et hæc fuit & est opinio Gentilis super. *℞.v.* Aui. Et
de hoc multi errores occurrerūt imperitia apothecarioꝝ.

Descriptio VI.

DIACIMINVM Mesue cōtra stomachi & uiscer
rum uentositatē digestionem procurat, stomachū & uiscera
calescit. *℞. cimini* per diem in aceto infusi & exiccati. *℞.x.*
zinziberis cinnamo. an. ℞.s. gariofilorū ligni aloes macis
an. ℞.ii. *s. galangæ piperis lōgi cardamomi. l. maioris & mi
noris an. ℞.ii.* musci. *℞.s.* puluerizentur puluerizanda mol
lis cocti & dispumati lib. *i.* & *℞.iii.* fiat confectio in forma li
quida, sed quia cōiter fit in forma solida facias ut supra ostē
sum in aliis est & c. dosis est an. *℞.iii.* usq; ad *℞.iiii.* Varię. n.
reperiuntur receptę de hac cōpositione, sed ista est melior
& in usu. Reperitur quę magnus error in hac cōpositio
ne apud apothecarios & medicos, Aliqui. n. habent in suis
receptis. Cimini carmeni. & apothecarii didum q carmeni
nihil aliud est q̄ prouincia in qua didum ciminū nascitur. ut
uerbi gratia. opii thebaici & c. sed multum errant ut uideri
potest a Matth. syl. c. de ciminu. ubi dicit q ciminū carne
num idē est quod siseleos, & siseleos. i. siler montanū. Causa
aut quare infunditur ciminū in aceto per diem est, quia ace
tum addit sibi in uirtute profundationis & incisionis, & tē
perat eius calorē aliquantulū. Nota insup q̄ contritio me
dicinarū huius confectiois nō debet esse subtilis sed gros
sa. Cum intentio ipsius medicinæ nō sit nisi q̄ sit fortis in re
soluendo & euacuando uentositatē. q̄ si ultimate contere
retur uentositatem nō resolveret sed per urinā educeret & c.
hoc declarat Aui. in. *℞. can. c. de diacimino. & c.*

Descriptio VII.

DIAMBRA Mesue est medicina sublimis, cerebrū
& cor confortans, & stomachum, & omnia membra. dige
stionem procurat, & utentē eo letificat. & membra nutrica
tionis calescit. senibus quoq; cōuenit & frigidis natura &
mulieribus & ægritudinibus matricū. *℞. cinnamomi do
ronici gariofilorum, macis, nucis muscatæ, folii galagæ an.
℞.iii.* spicæ cardamomi maioris & minoris an. *℞.i.* zinzibe
ris. *℞.i.* sandali citrini, ligni aloes piperis longi an. *℞.ii.* am
bræ. *℞.i.* musci. *℞.s.* puluerizentur puluerizanda. Et confice
cū syrupo ro. factō cū aqua ro. i. cum iulep rosato, & sit eius
quantitas lib. *i.* & *℞.iii.* sed cōiter fit in forma solida ut su
pra & c. & dosis eius est. *℞.iii.* uel. *℞.iiii.* Circa præscripta &
sequentia unū generale est notandū q̄ species huius confe
ctionis & oēs species medicinarū confortantiū membra &
aperientium oppilationes debent subtiliter puluerizati, &
eo maxime si ad longinqua membra confortanda debent
transire. Non tñ ultimate. Vltima. n. contritio perdit uirtu
tem aromaticæ, sed media fit inter ultimā & subtilē. Et si
nostro tpe hæc confectioes fiant in morsellis, maior opera
tio tñ & efficacior ut plurimum fit ab electuario q̄ a confe
ctione præparata, ut superiores. Et hoc multis rationibus.

Prima pp̄ meliorem fermentationē quæ fit aromati in
electuariis q̄ fieri potest in confectioibus. Secunda quia
de aromatibus plus ponitur in electuario construendo q̄ in
confectioe. Tertia quia melius & facilius euaporat &
transit uirtus electuarii ad mēbra remota q̄ uirtus cōfectio
nis assumptæ, ut in passionibus pectoris & cerebri. Et hoc
uerificari pōt in omnibus confectioibus & electuariis.

Descriptio VIII.

DIACORALLI magistralis mirabiliter ualens ad
confortationem cordis, & stomachi, & maxime cū ex lōga
ægritudine & calida sunt debilitata. *℞. specierū diarodon*

abbatis. *℞.iii.* corallorū utriusq; fragmentorū præciosorū,
margaritarū añ. *℞.s.* puluerizentur subtiliter, & additis. *℞.vii.*
s. zuchari dissoluti in aqua rosa. fiat confectio in morsellis.

Intelligendū q̄ quādo scribitur fragmentorū præciosorū
absolute de quinq; descriptionibus supra in electuario de
gemma est intelligendū, & nō de aliquibus aliis. Secun
do etiā est intelligendū q̄ quādo dicitur specierū diarodon
abbatis uel specierū triasandalorū, uel aliarū specierū de ip
sis cōplete intelligendū est. i. de ipsis secundū integram de
scriptionē positā a doctoribus, non ut quidā fatui dicebant,
qui cū scriptum inuenerunt diarodon abbatis illas sine mu
sco ponebant dicentes q̄ illa erat doctoris intētio & fatue.

Descriptio. IX.

TRIASANDALI Nicolai taliter dicti a tribus ge
neribus sandalorum qui descriptionē ingrediuntur. Dantur
proprie cōtra calorē epatis & stomachi ptificis & ictericis.

Recipe sandalorū alborū rubeorum citrinorum zucha
ri albi añ. solidos duos. *i. añ. ℞.iii.* reubarbari spodiū. *℞.de can
na. succi liquiritiæ, se. portulacæ. l. domesticæ añ. solidū. i. s.
i. ℞.ii.* *gra. xv.* amidi, gummi arabici dragaganti se. melonū
se. cucumeris se. citrulli, se. cucurbitæ se. scariole añ. solidū.
i. i. ℞.i. *s. camphoræ. ℞.i.* *s. rosarum ru. ℞.i.* *s. puluerizentur
subtiliter syrups rosati lib. ii. & fiat electuarium. sed commu
niter fiat in forma ut supra. l. solida. Solidus. n. idē est qd.
℞.i. s. & omnes doctores affirmant, & exagium idem etiam
est, & nō differt a solido nisi solum nomine. Omnia simpli
cia ex quibus cōfectiones electuaria & compositiones oēs
componuntur nō sunt simul terenda, sed quælibet simplex
medicina per se cōterenda est puluerizanda. Et ratio est qa
omnia nō sunt eiusdē cōplexionis & substantiæ. Immo quæ
dā sustinent multū de cōtritione, & quæ dā minus. Cinnamo
mum. enim & macis sunt raræ substantiæ, gariofilii uero &
gummæ sunt densioris substantiæ. Quapropter ut ex cō
tritione uirtus ipsorum non deperdatur omnia & per se de
bent puluerizari, quod secus faciunt apothecarii nostri tem
poris & male. Ideo nimirum si composita non habent uir
tutem a doctoribus limitatam. Et hoc idē in decoctionibus
est aduertendum ut in tractatu syruporum te scire faciam.*

Descriptio. X.

ELECTUARIVM de aromatibus Mesue quod
scripsit Gal. expertorum iuuamētorum ad causas stomachi
& epatis ægritudines in eis factas ex siegmata grosso & uē
tositate, digestionem cōfortat inflationem remouet & mor
bos ex ea factos curat. Retardat canos, colorem efficit bo
num & oris & sudoris odorem. Renes quoq; calescit &
coitum excitat. Acidus ructus curat, & fastidium & abomi
nationē remouet. Recipe ligni aloes crudi. *i. nō croci ro
sarum añ. aureos. xii. i. ℞. xviii.* galliæ muscatæ doronigi pi
peris longi, nucis muscatæ, menthæ siccæ, spicæ, castiæ li
gnæ, macis, gariofilorum, macis cinnamomi, assari añ. au
reos. *℞.iii.* *℞.iii.* *s. Calami aromatici aureos. ℞.iii.* *℞. vi.* croci
cardamomi. *℞. maioris, cardamomi minoris. i. meligetæ, triū
sandalorū, reubarbari, cubebæ, costi, zinziberis semi. fenici
li semi. anisi keisim. i. leuistici. añ. aureos. ii. s. i. ℞.iii.* *℞.ii.* *gra.
v. zuchari. ℞.vi.* Miuxæ aromaticæ. *i. mitæ cydoniorum cū
speciebus lib. i. mellis cocti & dispumati lib. i. & ℞.ii.* Et fiat
electuarium puluerizatis prius puluerizandis. Sed si in mor
sellis facere uis facias ut supra, dosis eius est añ. *℞.ii.* usq; ad
aureos. *℞.iii.* Lignum aloes crudum est illud quod non est
coctum. Arabes. n. solent ipsum decoquere antequā illud
ad nos uenire permittant, decoquendo illud in aqua per q̄
decoctionem quædam humiditas quæ in illo erat seu gum
mositas amouetur quæ natans est super aquam, illam reser
uant, deinde mittunt ad nos illud coctum, quod est sine ani
ma, & nullam habet uirtutem uel bene paucam, & ob hoc
auctor dicit crudi. Cognoscitur q̄ sit crudum hoc modo.
Nam si in igne ponitur emittit quandam humiditatem aro
maticam quæ illud a combustionē prohibet. secundo si in
aqua proficiatur subito fundum petit propter ipsius grauita
tem, & talis est eius cognitio.

Descriptio. XI.

DIARODON abbatis Nicolai a rosis quæ ibi in

DISTINCTIO. I.

trant plus q̄ de aliis speciebus, nomen accepit abbatis ab abbate de curia compositum, datur proprie ictericis epaticis ptificis ethicis & cardiacis qui patiuntur ex calore, & ad calefactionem stomachi pulmonis & totius corporis & conualescentibus ex longis & acutis ægritudinibus mirabiliter auxiliatur. Recipe sandalorū alborū, sandalorum rubeorū. añ. ʒ. ii. s. dragaganti gummi arabici spodii añ. ʒ. ii. assari spicæ masticis cardamomi. s. maioris & minoris, croci xyloaloes. i. ligni aloes garioflorū galliæ musca. anisi. s. se. maratri. i. se. feniculi, cinnamomi, succi liquiritiæ, reubarbari, se. basiliconis berberis scarioiæ. s. seminis, seminis portulacæ. s. domesticæ, seminis papaueris al. seminis citrulli, seminis melonū, seminis cucumeris, seminis cucurbitæ. añ. ʒ. i. osis de corde cerui margaritarum. añ. ʒ. s. zuchari candi rosarum. s. rubearum. añ. ʒ. i. & ʒ. iii. camphoræ tertiam partem unius. ʒ. & gra. vii. musci gra. iii. s. puluerizentur puluerizanda subtiliter. Et cū lib. i. s. syrupi facti cū aqua rosa. i. cū iulep rosato fiat cōfectio. Et si in forma solida facere uis modum habes supra descriptum, & dosis est añ. ʒ. ii. usq̄ ad. iii. Ni co. dicit q̄ hæc cōfectio debet dari cum rodostomate uel cum frigida, ut igitur omnis pars clara sit scias q̄ cū rodostomate. i. cum decoctione rosarum, uel cū frigida. i. uel cū decoctione facta cū frigidis. Sed decoctio hæc hoc tempore non est in usu, sed loco ipsius datur cū syrupo rosa. De spodio inter doctores magna est controuersia. Quidam. n. dicunt q̄ est radix cannæ ultramarinæ adusta, quidam uero q̄ est spica cuiusdam arbusculi in Alexandria crescētis. Alii q̄ est fuligo quæ in domibus inuenitur in quibus funduntur metalla, quæ postquam cecidit à tecto dicitur spodium, quæ uero remanet dicitur punfiligo. Nonnulli uero dicunt q̄ est cinis qui inuenitur super fornaces argentariorum qui lauat̄ tur ut ferugo. Quæ omnes opiniones abiciendæ sunt tanquam friuolæ, & dicendum q̄ spodium est os elephantis combustum. Elephas ossa habet solida ut sunt dentes, & illa non comburuntur sed ad diuersa accidentia seruantur. Sed illa quæ medullam habent comburuntur, & combusta spodium de canna dicitur. & hæc uera est opinio.

Si spodiū est res cuius origo nos latet, res tamē adusta uideatur. Auf. dicit radices cannarū adustarū spodiū est spēs thuciæ.

Descriptio. XII.

CONFECTIO de storace magistralis. Illa Mes. & Nicolai nō est in usu propter opium. Recipe passularum electarū & ultimate contritarum. ʒ. i. liquiritiæ rasæ & munda. ʒ. vi. ligni aloes, nucis musca, cinnamomi electi. añ. ʒ. i. s. storacis. s. calamitæ. ʒ. v. boli armeni loti & præparati. ʒ. iii. puluerizentur subtiliter omnia, & cum. ʒ. xv. zuchari dissoluti in aqua betonice & foliorum uiolarum fiat cōfectio in morsellis, faciendo omnem morsellum de. ʒ. ii.

CONFECTIO. n. nihil aliud est q̄ compositio diuersorum. Modus lauandi & præparandi bolus a. menum talis est. Accipe de eo quantitatem quam uolueris & tere subtiliter, postea infundatur super eum quantitas aquæ rosæ qua irroretur, deinde in umbra permittatur exiccari, & iterum post exiccationem conteratur, & aqua rosata irroretur, & ter ut primo hoc fiat. postea referua. illud enim dicitur lotum & præparatum.

Storax simpliciter si scriptum reperitur de storace calamitæ intelligendum est tanquam de perfectiori.

Descriptio. XIII.

CONFECTIO de cinnamomo Mes. sana & experta ad humoresitatem stomachi & putrefactionē in eo, si egma digerit & digestionem procurat. ʒ. cinnamomi subtilis & electi. i. cannellæ. ʒ. xv. siue darfeni. i. cinnamomi grossi, et mini enulæ. s. radice. añ. ʒ. iii. dicit Mes. ʒ. s. galangæ. ʒ. vii. garioflorū, piperis longi, cardamomi. s. maioris, zinziberis heil. i. cardamomi minoris, & est meligeta macis, nucis musca, ligni aloes. añ. ʒ. iii. croci. ʒ. i. zuchari tabarzet. i. albi. ʒ. v. musci. ʒ. i. partes duas. i. ʒ. ii. puluerizentur subtiliter omnia. mellis colati lib. i. & ʒ. iii. fiat cōfectio, & fit in forma solida ut supra tibi ostensum est. dos. est añ. ʒ. i. usq̄ ad. v.

CONFECTIO hæc licet in usu nō sit, tamē quia in ea apothecarii solent dubitare, igitur quando in una cōpositione scriptum reperis darfeni per se semper debes apponere cinnamomum electum. si uero darfeni & cinnamomi ut in super-

riori uidisti utrūq̄. s. & subtile & grossum est ponendum, nec ausculte illos dicentes q̄ per darfeni intelligit macis. hæc enim opinio reprobata est à Christofor. de honestis super Mes. Secundo est intelligendum q̄ cum reperis in una recepta heil. per se, de cardamomo maiori semper est intelligendum. Si uero cardamomum per se reperiat̄ etiam de maiori est intelligendum. Si uero ambo reperiantur ut in superior. Et maiorem & minorem debes apponere. Non autem gariofilos ut quidam fatui dicunt.

Descriptio. XIII.

ROSATA nouella Nicolai dicitur rosata à rosis, nouella respectu ueteris quæ recipiebat sulphur uiuum, uomium & subuersionem stomachi aufert, debilitatem & sitim reprimat, defecit̄ ex longa infirmitate miræ subuenit, & sudores diaphoreticos compescit. Recipe rosarum, liquiritiæ, zuchari. s. albi. añ. ʒ. i. ʒ. i. & ʒ. ii. s. cinnamomi. ʒ. ii. ʒ. ii. gra. ii. garioflorum spicæ nardi, galangæ, zinzibe. nucis muscatæ, zedoariæ, storacis. s. calamitæ, cardamomi. s. maioris, & minoris, apii. s. se. añ. ʒ. i. gra. viii. puluerizentur puluerizanda, mellis cocti & dispumati lib. i. & ʒ. viii. & fiat in forma liquida. Si uero in forma solida facias ut supra te assuesceci. Nardi si reperiat̄ scriptum in aliqua cōpositione ut in hac communiter reperitur, de spica nardi intelligendū est. Non autem de cōpositione cuiusdam unguenti præciosi ut quidam dementes ausi sunt dicere.

Descriptio. XV.

DIADRAGAGANTVM frigidum Nicolai à draganto nomē accepit, sanat omne uitium pectoris & pulmonis, quod fit à calore & siccitate, & confert maxime ptificis ethicis pleureticis pleripleumoniacis, & ad omnem tussim quæ fit ex caliditate uel siccitate. Ad omnem linguæ & gutturis asperitatem, cum uero sumitur, tādium in ore teneatur donec ibi dissoluatur. Recipe dragaganti albi. ʒ. ii. gummi arabici. ʒ. i. & ʒ. ii. amidi. ʒ. s. liquiritiæ. ʒ. ii. se. melonis, se. cucumeris, se. citrulli, seminis cucurbitæ. añ. ʒ. ii. penidiarum. ʒ. iii. camphoræ. ʒ. s. Syrupi uiolati. i. iulep uiolati lib. ii. contendantur subtiliter omnia, deinde permisceantur bene in mortario paulatim miscendo & referentur. Sed hæc communiter fit in forma solida hoc modo. De cōpositione ista est intelligendum q̄ cum fit in forma solida non debet fieri ut de superioribus tibi dixi. s. accipiendo specierum. ʒ. i. zuchari lib. i. eo quia pauca species cribellatæ in ea intrant. Sed de eis supra descriptis debes accipere. ʒ. iii. zuchari lib. i. & facere in morsellis. Tantum enim zucharum q̄ prædictæ species possunt simul teneri debet apponi & non plus. Igitur præscripta regula ab apothecariis tenenda est. Et ego oppositum uidi semper facere ab eis, quæquæ sæpe ac sæpius à me moniti essent. Omnes doctores conueniunt q̄ gummæ debent dissolui in cōfectionibus, in quibus intrant & non conteri eo quia puluerizari nō possunt, & pistando uirtus illorum deperditur, quare cum in aliqua cōfectione intrant dissolui debent in aqua appropriata, in ista enim dissoluantur cum parum aquæ uiolarum in aliis uero cū aliis aquis secundum diuersas intentiones.

Descriptio. XVI.

DIARODON descriptione communi Mes. confert ad dolorem stomachi & epatis, & puncturam in eis à caliditate & acuitate cholerae citrinæ faciens digerere cibum, & est ex conferentibus stomacho & epati debilibus.

Recipe rosarum rubearum. ʒ. xxx. trociscorum diarodon, trociscorum de spodio, liquiritiæ. añ. ʒ. s. garioflorum, galliæ muscatæ. añ. ʒ. iii. spodii, croci, masticis, berberis, ligni aloes. añ. ʒ. ii. sandalorum alborum, sandalorum rubeo. sandalorum citrinorum. añ. ʒ. iii. assari. spicæ inda. macis, cardamomi. s. maioris & minoris, seminis portulacæ, se. lactucæ, se. scarioiæ, se. citrulli, sem. melonum, sem. cucumeris, seminis cucurbitæ, margaritarum albarum, alfe lengemisch. i. ozimi, rasuræ eboris, dragaganti, gummi arabici. añ. ʒ. i. camphoræ. ʒ. i. s. musci. ʒ. s. puluerizentur subtiliter puluerizanda. Confice cum lib. iii. & ʒ. iii. syrupi facti ex ros. & aqua rosata, dosis est añ. ʒ. ii. usq̄ ad aureos. ii. Sed in forma solida fieri solet ut supra. Syrupus factus ex ros. & aqua

In aro matico Ra. dixit ubi reperitur caro damo mū intel ligēdum esse de maiori & minori, & in rosata, & diarodon comuni.

Mes. dicit. ʒ. iii.

& aqua rosata cū quo debet cōfici hæc cōfectio si in forma liquida facere uolumus hoc modo fit. *R.* rosarum uiridium lib. ii. ponatur in uase uitreato stricti orificii, & super eas infundantur feruentis aquæ rosatæ lib. v. & constringatur orificium uasis, & permittatur infrigidari deinde dictæ ros. bene manibus exprimantur, & duæ aliæ libræ rosarum uiridū accipiantur, & prædicta aqua rosa. calefiat bene, & iterum supra eas ponatur, deinde coletur & exprimatur. deinde iterū & tertio hoc fiat innouando rosas & aquam calefaciendo, deinde coletur. Accipe dictā colaturam. & adde lib. iiii. zuchari clarificati fiat syrupus, de quo fit suprascripta cōfectio.

De musco & opio in medicinis parum ponitur, muscus enim in modica quantitate est magnæ qualitatis & operationis, opium similiter. Et ideo sufficit parum apponere, ne in magna quantitate noceat, aut operationes aliarum medicinarum corrumpat, aut occultet. Et sicut de opio & musco exemplifico, ita & de aliis medicinis fortibus est intelligendum. Nota hæc de contritione specierum electuariorum & cōfectionum. Nam species quæ ponuntur in electuariis cōfortantibus aperientibus uel alterantibus, uel alterantibus & confortantibus subtiliter debent conterri. Causa est quia non alterant nec confortant nisi attrahantur, & ideo ad hoc ut alterent membrum, uel confortent, indigent ut attracta à membris possint penetrare, facilis autem penetratio fit per contritionem multam. Secus autem est de medicina solutiua. Nam ipsa manens quieta in stomarho secundum cōmuni opinionem euaporat ad membra, & si attraherentur a membris esset malum. Et ideo grosso modo debent conterri, & hoc respectu subtilis, ne citius debito transeat a stomacho, & hoc notato habes perfectā doctrinā conterendorū.

Descriptio. XVII.

AROMATICVM rosatū Mef. stomachum & cor confortat, humiditatem uiscerum exicat, appetitum excitat, & digestionem confortat. Vomitum & nauseam sedat.

Recipe foliorum rosarū rubearum. *℥.i. s. ligni aloes, macis gariofilorum trociscorum diarodon, galix muscatæ. an. \mathfrak{z} .ii. s. liquiritiæ mundæ. \mathfrak{z} .i. cinnamomi subtilis & electi. \mathfrak{z} .iii. galangæ zinziberis nucis muscatæ. an. \mathfrak{z} .ii. s. heil. i. cardamomi maiori spicæ. an. \mathfrak{z} .i. puluerizentur subtiliter, & cum syrupo ros. & de corticibus citri. an. \mathfrak{z} .viii. fiat cōfectio. aromatizando illa cum. \mathfrak{z} .s. optimi musci. Sed in forma solida fieri solet ut supra, dosis est an. \mathfrak{z} .iii. usq. ad. v.*

Si rosarum in aliqua compositione scriptum reperis sine determinatione tunc de rubris intelligendum est tanquam de perfectioribus & melioribus. Hic & pro hac compositione & pro antescrisptis & infra scribendis est notādū quod de descriptione trociscorum in ipsis ingredientibus infra describentur in summa. 4. quæ de trociscis tantum erit.

Descriptio. XVIII.

AROMATICVM rosatum minus Mef. stomachū & cor confortans, & eorum inflammationes sedans. Recipe rosarum rubearum. *℥.x. ligni aloes sandali macoziri. i. citrini. an. \mathfrak{z} .ii. cinnamomi electi. \mathfrak{z} .s. mastice. \mathfrak{z} .i. & \mathfrak{z} .i. ambræ. \mathfrak{z} .ii. musci. \mathfrak{z} .i. puluerizentur subtiliter & cum. \mathfrak{z} .x. syrupo ros. fiat in forma liquida. In forma solida fit, ut supra, de cæteris dixi. Inuenitur in hac compositione magna diuersitas literæ, aliqua enim dicit ut in superiori annotaui, & bene litera stat. In aliquo Mef. scriptum reperitur mastice exagium unum, & hæc litera corrupta est, quia superior tenenda est.*

Insuper intelligendum quod si aliqua in compositione scriptum reperis sandali, de sandalis citrinis est intelligendum cū meliores sint, eo quod participant de utraq. natura, & quoddam medium sunt inter albos & rubeos. Si uero reperiat sandalorum, de omnibus sandalis intelligas.

Descriptio. XIX.

AROMATICVM muscatum Mef. confortat syncope & tremori cordis, & confortat cerebrum & cor & cōfert epilepsiæ, & præfocacioni matricis, & facit oris odorem bonum. Recipe ligni aloes. *℥.vi. darzeni. i. cinnamomi fini uel subtilis. \mathfrak{z} .x. ambræ. \mathfrak{z} .iii. musci boni. \mathfrak{z} .ii. puluerizentur subtiliter, & cum lib. i. syrupo rosati fiat cōfectio. Si in forma solida, ut supra ostendi facias. De musco nota quod uim suā*

& odorem amittit si cum speciebus aromaticis conseruatur seu ponitur, & uirtus sua amissa recuperatur si in cloacha ponatur, odore recuperat quem amiserat ex permixtione aromaticorum. Cōseruatur autem si in suo folliculo tenetur uel in ampulla uitrea, & cum eo permiscetur plumbum in parua frustra incisum, sed ab aromatis elongetur. Medicinæ simplices plures ponuntur in composita, eo quia ex his simplicibus fiat una uirtus communis quæ in nulla simplici inueniebatur.

Descriptio. XX.

AROMATICVM gariofilatum Mef. stomachum & cor confortat, nauseam & uomitum sedat, & ualet contra putrefactionem in partibus stomachi, membra uero nutritionis calefacit, & uentositates dissoluit & carminat. Recipe gariofilorum. *℥.vii. macis, zedoaria, galangæ, sandali, macoziri. i. citrini trociscorum diarodon, cinnamomi, ligni aloes, spicæ indæ, piperis longi, heil. i. cardamomi maioris. an. \mathfrak{z} .i. rosarum. \mathfrak{z} .rub. \mathfrak{z} .s. liquiritiæ galix muscatæ. an. \mathfrak{z} .ii. folii cubebe. an. partes tres. \mathfrak{z} .unius. i. \mathfrak{z} .ii. & gra. v. ambræ. \mathfrak{z} .i. musci. \mathfrak{z} .s. puluerizentur subtiliter omnia, & cum lib. i. & \mathfrak{z} .ii. syrupo citrini. i. ulep rosati fiat cōfectio, sed in forma solida ut supra faciendum est. De folio inter doctores magna est differentia, & controuersia. Quidam enim dicunt quod est quedam herba nascens in aquis dulcibus absque radice, & super eas nata, quemadmodum lentigo aquæ. Alii quod est arbusculum nascens in India, & folia ipsius est folium. Alii uero dicunt, & hæc opinio tenetur, quod sunt folia gariofilorum, & sic res est. Partes tres unius dragmæ sunt duo scropulii & grana quinque. Nam diuidendo dragmā per quatuor omnis pars erit gra. xv. & sic ter multiplicandum. xv. erunt. ii. \mathfrak{z} . & gra. v. Cum scropulus modernorum resul tet siue sint gra. xx. quare &c.*

Descriptio. XXI.

AROMATICVM nardinum Mef. stomachum & epar & uiscera confortat, & renes & uelicam, & addit desiderium coeundi, oris & sudoris odorem bonum facit & confortat anhelitum, & facit digestionem cibi, & resoluit uentositates. Recipe spicæ indæ. *℥.ii. rosarum. \mathfrak{z} .rub. \mathfrak{z} .s. liquiritiæ. \mathfrak{z} .ii. s. galies sebelinæ, & est quedam cōfectio quæ fit in trociscis, cubebe, ligni aloes, macis, gariofilorum, folii indi, cinnamomi, anisi, corticum citri, trociscorum diarodon. an. \mathfrak{z} .i. & \mathfrak{z} .i. pinearum purgatarum amigdalorum purgatarum & excorticatarum. an. \mathfrak{z} .v. dragagati, gummi ura. an. \mathfrak{z} .ii. musci. \mathfrak{z} .ii. puluerizentur subtiliter & conficiantur cum lib. i. & \mathfrak{z} .i. syrupo ros. & fit in morsellis ut supra.*

Purgentur pineæ & amigdalæ hoc modo. Accipitur bacilonum sub quo sit ignis carbonū & in eo ponuntur amigdalæ & pineæ excorticatæ seu mundæ a subtili cortice, & manibus ducuntur hinc & inde usquequo sint bene calidæ & illa caliditate consumitur illud humidum corruptū. Alio etiam modo fieri potest cum amigdalis & pineis ponantur. *M.iii. uel. iiii. secundum ipsorum quantitatem fursuris, & bene supra dictum ignem omnia simul uolue quousque bene calefacta sint, & ab illo fursure amouetur illa ranceitas, & purgata sine malo sapore redduntur, & hic modus melior est.*

Sebelig est quedam compositio quæ describitur infra in tractatu trociscorum quæ a Mef. gallia sebeliæ appellatur & dicitur. Item notandum est quod in præscriptis compositionibus in quibus Mef. scribit, & confice cum syrupo rosa. uult quod componatur cum iulep rosato, quia perfectior est & magis confortatiuū. igitur exponas confice cū syrupo ros. facta ex aqua ro. uel. i. cū iulep ros. & hæc est auctoris intentio.

Descriptio. XXII.

ELECTVARIVM de citro Mef. confortans stomachum, & procurans digestionem, & odorem oris facit bonum, grossas uentositates expellit, & confortat cor. Recipe corticum citri aureos. *xx. i. \mathfrak{z} . xxx. gariofilorum ligni aloes cinnamomi macis galangæ. an. \mathfrak{z} .ii. musci. \mathfrak{z} .s. cardamomi. i. maioris & minoris, zinzibe. an. \mathfrak{z} .i. puluerizentur hæc non multum subtiliter, mellis cocti dispensati. \mathfrak{z} .viii. & fiat cōfectio. Sed fieri solet in forma solida ut supra. dosis est. \mathfrak{z} .s.*

Vellem etiam postquam prouinciam hanc accepi Ioan.

Mef. di/cit. 3. iiii.

Mef. di/cit. 3. iiii.

Mef. di/cit. 3. viii.

3. iiii.

DISTINCTIO. II.

Franciscemi partē omnē apothecarils necessariā declarare, ne illi sua ignorantia ad tenebras exteriores ducerētur. Cōtingit nōnunquam ad eos accedere uiros & homines afflictos stomachi dolore petentes ab eis suffragium. Ipsi pietate moti exhibent uel aromaticum uel diacimīnum uel diacimīnum non ultra cōsiderantes de hora exhibitionis, quā res quandoq; ducit agrum ad nō parua pericula. Ea propter in docti me adiuuant notentq; digestionem hanc. Confectiones quæ dantur aut dantur ad digerendum materiā faciente ægritudine & de oppilandum ac ad confortandū mēbrum ut triasandali, & tunc dari debent ante cibum saltē per horas quatuor ut possint à natura preparari, & ad loca necessaria transmitti. Si uero propter stomachum aut propter prostrationē appetitus dantur, tunc parum ante cibum dandē sunt. Si uero propter uirtutem digestiuam exhibentur, immediate post prandium exhibendē sunt. Si uero dantur ad confortationem cerebri & uirtutis animalis post prandium & post cenam per longum tēpus saltē per duas horas dandē sunt. Si uero ad cordis cōfortationem debent dari circa mediam noctem & tenendē sunt multum in ore ut paulatim ue resoluantur. Si uero ad resolutionem uentositatis stomacho uacuo à cibo & superfluitatibus mundato exhibeantur. Et in hoc aduertendum est q̄ nullo modo exhibeantur, neq; tyriaca, neq; confectiones aperitiuæ seu diureticæ cibo existente in stomacho uel in ipso repleto malis humoribus. Igitur consuetudo uercellensium quæ est accipere tyriacam cū aqua ardenti propter nauisam uisuperatur. Ac corruptela italicorum qui eam cum maluatico assumunt. Et ratio est, quia cibus indigestus ac superfluitates malorum humorum ducuntur subtilitate maluatici uel aquæ ardentis ad epar & oppilationem faciunt, & ad prauas ægritudines homines præcipitant. quare &c.

Huius electuarii species sunt satis grossæ terendæ cū sua uirtus sit in cōfortando stomachum & nō transit ipsum, sed uentositates resoluunt, & hoc propter causas assignatas in recepta diacimini. Modus accipiendi cortices citri, & aliorum pomorum suauem & aromaticum habentium odore, hoc modo facias. Igitur qui uult uti corticibus pomorū citri in compositionibus eligat poma quæ habeant acetositatem maiorem intrinsecus, eo quia cortices eorum sunt magis odoriferi, & oportet q̄ excoquantur illa die qua collecta sunt ab arbore, terantur ergo primo bene cum mantili aspero & mundo, & excoquantur cum cultello acutē acutiei paulatim & leuiter ne accipiatur ex carne cum cortice, & simili modo oportet fieri de cydoniis & aliis pomis, deinde in umbra exsiccentur.

Nota q̄ ista omnia electuaria dulcia supra descripta per annū integrum seruantur & ultra omnia alia præter electuarium quo utuntur rege, & prælati, quod non potest diu seruari, eo quia rancescit, sed solum per dies. xv. uel per mensem ad plus seruatur.

Et ex his habentur descriptiones confectionum delectabilium cum sua declaratione, & est finis primæ distinctionis.

Incipit secunda distinctio, quæ est de electuariis amaris, & continet. 26. descriptiones. Descriptio. I.



IYRIACA andronici quæ est subtilior medicinarum compositarum, & melior earum propter multitudines siuuamētū & proprie in uenenis quæ sunt & puncturis, sicut serpentum & scorpionis, & canis rabidi, & uenenis ebibitis interficiētibus. Et ad ægritudines flegmaticas & melancholicas, & ad febres earum, & ad uentositates malignas, & paralytism, & apoplexiam, & ad epilepsiam, & toruram, & tremorem, & ad eum secum loquitur, & maniam, & ad lepram proprie & albas. Et confortat cor, & acuit sensus, & confortat stomachū & alleuiat anhelitum, & delet pulsū cordis, & retinet spiritum sanguinis. Et confert ad plures dolores renum & uesicæ ex quacunq; causa sint, & frangit lapidem proprie in uescia, & confert ad ulcera intestinorum & durities intrinsecas in epate & splene, & melior descriptionum huius medicis

næ est descriptio radicalis andronici, & est illa quæ fieri debet, quamuis aliqui apothecari nōstri temporis illam Galeni faciant. hanc autem descriptionem repperi in quodam bello Gentilis de uenenis, quem ut ipse testatur habuit & extraxit à quodam libello andronici propria manu scripto &c. Recipe trociscorum squilla lib. i. trociscorum uiperæ, trociscorum alindaracaron. i. andronici, piperis nigri, opii thebaici. an. ʒ. vi. cinnamomi, seminis napi. i. syluestris, scordeon. i. aliorum syluestrium, rosarum rubearum ireos. i. illi celestis. i. radices agarici, succi liquiritiæ balsami. i. li. quoris emanantis à stipite, myrræ, croci, zinziberis reubarbari, pentathionis. i. quinq; folii, calamenti montani, prasii. i. marubii, doronici, & aliqui ponunt seminis macedonici, & aliqui petrosilini, sticados, arabici, costi piperi longi, piperis albi, pulegii, oilbani, squinanti, terbentina, castiæ lignæ, spicæ nardi, polii montani, nasturcii. an. ʒ. i. s. storacis liquide seminis apii fiseleos. i. sileris montani semen accipiendum est, ameos, came dreos camepitheos hypoquistidos spicæ celticæ scheæ montanæ folii. Gentianæ radix sumitur, seminis feniculi, terræ sigillatæ colcotar adusti. i. uitr. oli, amomi acori. i. radices, carpobalsami. i. semen. i. balsami hypericon. i. perforata uel herbæ sancti Ioannis, rubæ tinctorum ualerianæ. i. radices. an. ʒ. ii. gummi arabici, cardumeni, anisi, achatia dauci. i. pastinacæ syluestris, semen accipitur. an. ʒ. ii. bdellii subalbi, bedeguar albezar aspalti oppoponacis centaureæ minoris aristologia. i. rotundæ. an. ʒ. s. castorii serapini. an. ʒ. i. dissoluantur gumma prædicta in uino albo odore ro quantum sufficit. Mellis costi & dispumati. rub. i. & lib. xxiii. quod est pro omni libra una mellis. ʒ. iii. specierū prædictarum, & hoc uoluit bonus andronicus, & opponi debent si tyriaca debet habere uirtutem descriptam à doctoribus. dosi autem exhibenda de tyriaca in una quaq; ægritudine diuersa est secundum diuersitates ægritudinum.

In hac descriptione multa sunt intelligenda. Et primo de opio thebaico. dicitur enim opium thebaicum, quia factum & collectum thebis, quia illud est melius & perfectius quocunq; alio opio ubicunq; collecto, & est minoris periculi & timoris usus eius.

De calamento dicitur montanum, & ponitur hoc, quia habet maiorem caliditatem & siccitatem quam calamentū siuiale quod nascitur iuxta aquas.

Sticados arabici, dicitur arabici quia in arabia oritur, & illud melius est, & in illis partibus multum colliguntur. Sed nos utimur sticados, quod quidem colligitur in prouincia Romana, & est perfectum.

Loco camepitheos si nō haberetur, accipi potest iua muicata, quod à Mesue in cap. de ægritudinibus neruorum appellatur zirzen.

Hypoquistidos succus est barbæ hircinæ, & illud ponitur non herba non solū in hac cōpositione, sed in omnibus medicinis in quibus simpliciter reperies scriptum hypoquistidos, & qui herbam ponunt male, immo pessime faciunt.

Centaura de minori intelligendum est, & illa in medicinis administratur, quia si simpliciter reperitur de ea est intelligendum. Et radix accipi debet non herba ut quidam tudes faciunt.

Vitriolum seu colcotar hoc modo aduritur. Accipe de eo quantitatem quam uolueris & pone in patella ad ignē & continue sub ea insuffletur donec igneatur, & continue uitrilolum uoluatur, & tantum hoc fiat q̄ eius naturalis color mutetur, & tunc moueatur, quia adustum est.

Species istæ tyriacæ debent subtiliter teri seu puluerizare & bene cribellari per subtilem & spiritum setatum ut melius & citius res simul fermentari possint, ut Mes. & Auicē. scribunt cap. de tyriaca.

Puluerizabile enim est quod comminabile uel diuisibile in partes paruas, & est aliud q̄ frangibile.

Utilitas autē puluerizationis est, quia facit penetrare uirtutes medicinarum ad partes, ad quas non penetrarent.

Ætates. n. tyriacæ sunt quatuor. prima dicitur infantia, & incipit a die cōpositionis usq; ad sex menses secūda pubertatē, quæ incipit post illud tēpus & durat usq; ad. 10. annos tertia adolescentia,

adoleſcentia, & incipit poſt illud & durat uſq; ad .20. annos, quarta ſeneſtus, & incipit poſt illud & durat uſq; ad .20. annos, poſt illud expoliatur à uirtute tyriacæ.

In uafe plumbi tyriaca debet poni uel cõſeruari uel argenti, in alio .n. uafe poſita facit quandam feruginẽ, quæ appellatur zintar, & cõſumitur humiditas eius naturalis & neceſſaria in tyriaca, quare in plumbo bene cõſeruatur. Et uas in quo ponitur nõ debet repleri, ſed ſaltem tertia pars uafis debet eſſe uacua ut medicina poſint reſpirare & exhalare ne ſefe ſuffocent.

Deſcriptio. II.

TYRIACA Gal. quæ cõmuniter fit, licet nõ ſit tante perfectionis quantæ eſt præſcripta Andro. Recipe troci. de ſquilla lib. .iii. piperis longi lib. .ii. & .3. troci. tyr. lib. .i. s. troc. diacoralli lib. .i. s. xylob. i. ligni balfa. .3. .iiii. & .s. opii thebaici. i. illius prouinciæ, agarici roſar. ireos. i. radicis illi coeleſtis. leuiſtici ſcordeon. i. alii ſylueſtris ſeminis rapæ ſylueſtris cinnamomi oppobalfami. añ. .3. .vii. s. reubarbari ſpicæ nardi coſti ſquinanti croci zinziſberis caſſiæ lignæ ſtoracis calamitæ myrræ terebentinæ calameti mõtani thuris diptami ſticados arabici polii montani pentaphilon piperis. añ. .3. .vi. folii petroſillii gummi ara. calcanti uſti. i. uitrioli ſerapiõni terræ ſigillatæ rubeæ hypoquiſtidos. i. ſuc. barbæ hircinæ ſpicæ celticæ acori. ſ. radicum camebreos gentianæ. ſ. radicis ſitræ. i. ualerianæ carpobalfami. i. ſeminis balfami. añ. .3. .iii. s. ſeminis apii ameos amomi ſeminis feniculi carui ſileiris montani, ſemen accipitur naſtureii aniſi hypericon. añ. .3. .iii. s. mummia caſtoſei oppoſonaci aſpalti galbani centaureæ minoris. ſ. radicis ariſtologiæ. ſ. longæ, dauci. añ. .3. .ii. & .3. .vi. eſt paſtinaca ſylueſtris. ſ. ſeminis, mellis coſti & diſpumati Rubrica. v. & lib. v. quod eſt omni pro omni lib. i. mellis. .3. .iii. ſpecierũ. Sed apothecarii auaritia ducti hoc tempore ſolum ponunt lib. .iii. ſpecierũ pro Rubrica. i. mellis & male faciunt, & ob hoc tyriaca nõ habet uirtutes à doctõribus deſcriptas, quare ſemper ponas. .3. .iii. ſpecierũ pro omni lib. i. mellis. Et præſcriptum mel ſit coctum bona coctõne. Crocus uero & hypoquiſtidos per ſe puluerizentur ac uitriolum, gummi uero in optimo uino albo diſſoluantur, alia uero omnia ſimul. Mel uero inſtrigdatum terbenzina & hypoquiſtidos inſunt ponatur, deinde omnes alia ſpecies. Crocus uero inſundatur in uno uocali optimo uini nigri, & dimittatur per tres dies, deinde cum dicto uino in tyriaca ponatur, uitriolum uero in uino diſſoluatur & in tyriaca ponatur, & ſimul miſceantur. Sunt qui addunt galleti ſubtiliter puluerizati. .3. .s. ut tyriaca maiorem nigredinem habeat. Sed hoc ego non laudo, cum extra mentem Galeni & omnium doctorum fuerit, & nunc præſentium ſit.

Hoc nomen tyriaca eſt nomen impoſitum ab effectu, idẽ enim eſt dicere tyriaca quod cõferẽs uenenis ſerpentum & aliarũ medicinarũ uenenofarum. Et ideo hoc nomen habet duas partes. ſ. tyri & ſignificat ſerpentẽ, & aca quod ſignificat medicinas uenenofas, cũ cõponitur. igitur tyriaca eſt nomen quod ſignificat rem quæ iuuat in uenenis ſerpentum & medicinarũ uenenofarum, & eſt uocata tyriaca à carne tyri.

Agaricus ireos & radix acori ponuntur in hoc recepto, & in aliis quia habent in ſe uirtutem cõſeruandi alias medicinas ne cito corrumpantur, & augent earum uirtutes. & ſic piper cõſeruatur & zinziſber à corruptione.

Anacardi corrumpunt uirtutẽ trociſcorũ tyri. Dicitq; trociſci debet eſſe parui & bene compreſſi ſi cõſeruari debet, & nõ debet exiccati in ſole. Sol. n. habet uirtutẽ diſſoluendi & deſtruenti uirtutem carniũ tyri & uiperarum.

Tyriaca nõ debet dari niſi ſit fermentata, & fermentatio ſit in tẽpore. vi. mẽſium. Quid autẽ ſit fermentatio nota. Nã cõpoſitum habens unã formã & uirtutẽ reſultantẽ ex ſimplicium cõpoſitione ſignificat hoc uocabulum fermentata.

Vinum in tyriaca ponitur primo ut per ipſum fiat medicinarum cõſeruatio & cõmixto. ſecundo ut per ipſum cõſortetur cor, & eſt cõtra uenenũ. In exhibitione tyriacæ iſtæ cõditiones ſunt ſeruandæ. Primo q; ſit fermentata. Secundo q; detur ſanis in parua quãtitate & raro. Tertio q; nõ detur

in tẽpore calido, ſed in temperato uel frigido. Quarto q; nõ detur pueris uſq; ad .xiii. anni. Quinto q; non exhibeatur in complexione calida nec in homine parato inflammari. Sexto q; nõ detur ſtomacho repleto cibo. Et hæc ſunt conditiones attendendæ in exhibitione tyriacæ.

Duæ præſcriptę deſcriptiones tyriacę per annos. 30. ac et uſq; ad .40. annos ſeruantur, dummodo ſint conuenientes debite factæ.

Deſcriptio. III.

MITRIDATVM Nicolai. mater omnium antidotorum, ſue à metridate rege dictum qui ipſum cõpoſuit, faciens ad omnes paſſiones capitis uirorum uel mulierum ſi fuerunt ex inſtrigdatiõis & maxime melancholicis & timidis epilepticis & emigranicis & dolorem ciliũ patientibus, & lachrimantibus oculis & ad omnia capitis uitia uel aurium ſubuenit dentium doloribus & palato, & omnibus uitis oris maxillarum medetur ſi ſuper locum dolentem ponatur, & iterum ad modum emplaſtri ponatur in temporibus, unde ſit diſcurſio. ſquinantiã ſoluunt apoplecticis tuſſentibus. Aſmaticis emoptoicis peripleumoniacis & omnibus doloribus qui intra corpus humanum ſunt. Succurrit illis, diſſentericis & lientericis optimum ſi detur cum decoctione balauſtiæ, extensionem humerum thetanos ſue ſpasmus patientes & paralyticos ſine mora curat, diaphragmati & hypocondriis ſubuenit, renibus & ueſicæ opitulatur, calculos frangit menſtrua prouocat, omniaq; uitia matricis excludit, ſcleroſim patientibus & podagricis ſingulis præſidio dium eſt, præcipue datur contra uenena omnia. Reprimunt uenenatos morſus ſue rabidi canis ſeu cuiuſcunq; reptilis impoſitum ſue bibitum cũ magna admiratione emendat. Quotidianariis & quartanariis etiam ante horam accedentis datum mirifice prodeſt &c. Recipe garioſorum ſtoracis calamitæ ſpicæ nardi xylobalfami. i. ligni balfami, orobi lentis. i. laccæ. alia litera habet leuiſtici, dragaganti, maſticis, galbani, gummi cedri, & quia non habemus loco eius ponimus gummi iuniperi aſpalti caſtoſei offei. gummi herderæ bdellii terræ ſigillatæ melliloti laudani oppoſonacis armoniaci opii liquiritiæ fulfuris uiui nitri, id eſt ſanitri hypoquiſtidos achatæ roſarum camebreos hypericon abrotani, peoniæ elenii. i. enulæ, origani hyſſopi rami cedri, quia non reperiuntur loco ipſorum ponitur ſios & folia ſanien. quidã uero ramuſculo iuniperi, ſed ſanien melius eſt dapnidem. i. laurus ariſtologiæ longæ epithimi paucedani centaureæ. ſ. minoris rorimarini, radicum iringorum balauſtiarum ſquillæ cimarum myrti iuſquiami corticum granatorum aniſi raſſani carpobalfami. ſ. ſeminis balfami cimini cardamomi. ſ. maioris, ſeminis feniculi ſifeleos. i. ſileris montani ſemen accipitur, ſeminis apii ameos petroſilli. ſ. herbę ruthæ id eſt herbæ, ſeminis papaueris nigri, alia littera habet albi, dauci naſeos, id eſt ſeminis git, id eſt lapæ, ſeminis rapæ ſynapiſis albæ, alia littera habet ſynapiſis uſualis, macropiperis, id eſt piperis longi, ozimi amomi. añ. .3. .iii. acori, id eſt radicis, ilaſeos, id eſt berbenæ, panis porcini, id eſt cyclaminis, philis, id eſt capparis, zucchozariæ, id eſt floris agni caſti, cornu cerui. añ. .3. .iiii. balfami. id eſt liquoris emanantis ab arbore balfami cinnamomi croci zinziſberis coſti ſquinanti terbenzina myrræ, olibani caſſiæ lignæ agarici ſpicæ celticæ ireos reupontici aſſari praſii diptami colloquintidæ fiſſei, id eſt conſolidæ minoris ſticados arthemidiæ calamenti ſcilicet montani, ſcordeon, id eſt alii ſylueſtris leucopiperis, id eſt piperis albi, camepites melanopiperis, id eſt piperis nigri, pentaphilon petroſillini, id eſt ſcilicet petroſillii, ſeminis anagodan, id eſt ſumach, malabatri id eſt folii indi, cardamomi ſcilicet minoris, id eſt meliſgetæ. añ. .3. .iiii. baccharum lauri. .3. .i. gra. vii. uini uetuliſſimi. .3. .ii. puluerizentur ſubtiliter omnia. Sed gummi diſſoluatur in optimo uino albo, quemadmodum dictum eſt in tyriaca, mellis coſti & diſpumati lib. .viii. & .3. .ii. & fiat in bona forma.

Laudanum non eſt terribile, immo ſi laboretur in eius trituratione prius corrumpetur q; fiat malaxabile. ideo debet diſſolui & liqueſcere in uino quemadmodum gummi, laudanum reſ eſt ca. & ſic in primo gradu.

Lumi.ma,

o

DISTINCTIO II.

Insuper scias q̄ omnes gumma parum sustinent de con-
tritione, & omnes medicina subtilis substantia & acuta &
rare, sicut scamonea aloes, & omnes medicina inflammabi-
les, sicut gumme ut bdellium & serapinum. Et ratio est, quia
per triturationem acquiritur inflammatio, quae inflammatio
fit per motum, qui motus calefacit. Et hoc quia istae medici-
nae sunt aptae inflammationi ratione substantiae & subtilitatis,
& ex hac inflammatione & motu duo sunt. Vnum quia
partes subtiles euolant. Aliud quia ipsa intensa cōtrito cor-
rumpit substantiam earum.

Aristologiae omnes species & de trituratione & decoctio-
ne rem plenam sustinent. Ana. n. est dictio arabica, & tan-
tum importat in lingua latina, quantum aequaliter. Radix
ireos debet in umbra exiccari & incidi in parua frustra. Et
in filo infilari, & partes seu frustra separata esse debent, ita q̄
una pars non tangat aliam & referuetur. Pucedani colli-
gi debent de mense nouembris. Spica uero celtica colligi
debet de mense Iulii. Vnum uniuersale in omnibus com-
positis est intelligendum de ethimologia uocabuli. Medici-
nis. n. compositis imponuntur nomina uaria. Quandoq̄. n.
a medicina quae est basis denominatur. Sicut diacydonitem
a carnibus cydoniorum. Aliquando a quantitate licet nō sit
basis, sicut diaphinicon a fenichis dactylis. Aliquando a cō-
ponente sicut philoniam a philone medico, & mitridatum
a mitridate & a mitridate rege. Aliquando ab effectu cōmu-
ni, sicut benedicta, quia ab omnibus sumētibus benedicitur.
Aliquando a propriis effectibus. Sicut blanca, quia blancos
& albos purgat humores. Aliquando a similitudine, ut dia-
curcuma, quia similitur radici curcumae. Aliquando a loco
ut syrupus de bisantiis, bisantium quidem est locus in confi-
nibus macedoniae. Aliquando a quantitate medicinae & au-
ctore componēte, sicut dicitur diarodon abbatis, diarodon
dicitur a rosis, abbatis, quia abbas quidam composuit. Ali-
quando ex effectu, & auctore ut ygia graeca ygia. i. saluatrix,
graeca, quia graeci eam inuenerunt. Aliquando ex medicina
& similitudine, sicut opopyra. i. succus similis igni. Aliquan-
do a numero medicinarum, ut tyriaca diateseron. i. de qua-
tuor rebus. Aliquando a loco in quo aliqua suarum medici-
narum fuerit collecta, sicut medicina afuledatio scripta in
cap. de lepra, afuledati est mons quidam super cuius lapides
mingunt hirci montani, & ibi colligitur. Et quia tatum duo
decim modi sunt hic positi, tamen plurimum sunt alii modi
impositionis, qui apud nos sunt noti, & q̄ ignoti, & qui pro-
cedunt a uoluntate hominis, ideo oēs describi nō possunt.

Istae species sunt subtiliter etiam puluerizandae, & cribellā
de. Nam cribellatio & puluerizatio subtilis duo facit. pri-
mo quia transeunt ad loca remotissima. secundo a calore
nostro alterantur & praeparantur. Mitridatum si canonicè
& secundum artem factum est durat usq̄ ad annos quadra-
ginta in sua uirtute & bonitate.

Descriptio IIII.

A V R E A alexandrina Nicolai, aurea dicta ab auro q̄
ingreditur eius descriptionem, uel ab auro propter eius ex-
cellentiam, sicut. n. aurum praexcellit omnibus metallis, sic
haec medicina aliis in multis passionibus. Alexandrina ab
Alexandro peritissimo philosopho inuēto, ualet proprie
ad omne capitis uitium ex frigiditate, & ad omnē reumatiz-
cam passionē quae a capite ad oculos aures & gingiuas des-
cendit, & ad grauedinem omnium membrorum quae fit de eo-
dem humore. Recipe assari iusquia. carpobalsa. i. semis
nis plantae balsami. añ. ʒ. ii. s. gariohilis, opii myrrae cyperi. añ.
ʒ. ii. balsami. i. liquoris emanantis ab arbore balsami, cinna-
mo. folii zedoariae, zinzib. costi, corallorum rubeo. casiae li-
gnae. euforbii, dragaganti, thuris, stora. calamitae, spicae cely-
ticae, quae pro saluica ponimus, meu. i. se. anheti syluestris,
uel fistrae, cardamomi. i. maioris & minoris. siselei synapis saxi-
fragiae, seminis anhe. se. anisi. añ. ʒ. i. ligni aloes reubarba. ali-
pta muscata, castorei, spicae nardi galangae, oppopona. ana
cardi. mali. sulphuris uiui peoniae iringorū, rosari. s. rubear-
thimi achori. s. radicis pulegii, aristologiae rotun. alia litera
habet longae gentianae corticum mandragorae camedreos
ualeriana. s. radicis baccarū lauri, ameos dauci macropipe-

ris. i. piperis lon. leucopiperis. i. piperis al. xylobalsami. i. li-
gni balsami canni amomi petrosilli. i. seminis petrosilli ru-
thae. s. seminis, leuistici. seminis sinoni. i. petrosilli agrest. añ.
ʒ. s. auri costi argenti meri albarum margaritarū blastae bis-
santiae osis de corde cer. añ. ʒ. i. gra. xiii. limaturae eboris ca-
lami aromati. piretri. añ. gra. viii. puluerizentur puluerizanda
additis libris. ii. mellis cocti & dispumati, fiat cōfectio in bo-
na forma, detur in modū auellanae eunt dormitū cum uino
calido nō febricitantibus, febricitantibus uero cū aqua calidā.
Opium quod fit in nostris partibus ex capitibus papa-
ueris nigri fieri debet in mense Maii uel aprilis, & ita opium
thebaicum illo in tēpore fieri debet. De meo magna inter
doctores est differētia, quidā dicūt q̄ est pucedanū, & hęc
opinio ab omnibus reprobatur. Alii q̄ est radix cuiusdā her-
bae nascentis in India, & falsa etiā est. Sed meo idē est quod
femen anheti syluestris, si non habetur loco eius ponitur se-
men anheti domestici. hoc uoluit Christofortus de honestis.

Pro balsamo ponitur terbetina subtilis uel oleum lauri
num uel oleum balsaminum, uel gummi hederae uel quaedā
cōpositio olei, quae describetur infra in recepta diacurcumae.

De aristologia absolute scripta apparet magna cōtrouer-
sia inter doctores, quidam dicunt q̄ de rotunda est intelligē-
dum, quidā uero de longa, dicētes q̄ una est perfectior, ali-
i uero aliā. Qui uero longam dicunt esse perfectiorem, intelli-
gunt in calefaciendo, magisq̄ terrestis est quae rotunda.
Qui uero rotundam perfectiorem dicunt, est, quia subtilior
aptiorq̄ ad aperiendum quam longa. Cum igitur absolute
scripta inuenitur, de rotunda intelligatur. Quia illa prom-
ptior est ad omnes operationes & melior &c. Radices
omnes in autumno sunt colligendae, & cyperimense Octo-
bris. Et nota q̄ si radices alicuius herbae uel arboris colli-
gantur, tunc debent colligi quando flores habent.

Descriptio V.

I V S T I N V M Nicolai, taliter dictum, quia a Iustino
imperatore primo fuit inuentum, praecipue datur calculosis
& patientibus dolorē illi, ualet stranguriae & diarrhae, & his
qui mingunt mucos. Recipe cinnamomi costi folii, spicae
nardi casiae lig. aristologiae lon. aristologiae rotun. enulae. s.
radicis hyssopi pulegii arthemisiae pentaphilonis leucopi-
peris. i. piperis longi albi, orobi. i. arbiliae. Nota q̄ frequens
usus eius facit mingere sanguinē, petrosilli. s. seminis leuisti-
ci macedonici, seminis urticae milli folii. i. anisi syluestris sa-
xifrag. iuniperi. s. seminis, se. asparagi sileris montani apii. s.
seminis, anheti. s. seminis, ruthae agrestis. s. seminis, loco eius
poni potest domestica, se. citri, se. fenicu. anisi baccarū lauri.
añ. ʒ. i. s. puluerizentur omnia subtilissime. Mellis cocti &
dispumati libras duas, & fiat electuariū. Nota q̄ hoc ele-
ctuariū solū per annū seruatur. De costo quando in rece-
ptis scriptū reperitur absolute, de costo amaro intelligendū
est. Nec auscultes dicentes dulce costum reperiri. Nā illos
omnino uituperat Symon Ianuen. hoc modo dicēs, inuenis-
tur autē in multis locis costum dulce scriptū in cōfectioni-
bus, sed nec uidi nec audiui ab aliquo dici. Sed quidā empiri-
ci dicunt costum dulce esse radicē enulae artificiosē paratā.
Igitur & si in receptis inueniatur scriptū costum dulce ama-
rū ponatur, cū illud dulce in rebus natura nō sit. Duae tamē re-
periuntur diuersitates costi. unus. n. est indus & est rufus seu
subniger, & alter arabicus qui albus est & tēperatior, & illo
utimur, quare nota, & haec oēs clamāt doctores. A nullo. n.
reperies dulce costum scribi de doctores medicinae, quare
acquiescāt tātis auctoribus uiri hi ignari dicentes costum dul-
ce reperiri. De saxifragia est cōtrouersia inter apotheca-
rios, multi. n. ignorātes pro ea ponunt quādā herbā habētē
folia similia ferē celidoniae siue pimpinellae, minus tamē la-
ta, & habētē radicē grassam & errat. nā illa est pastinaca syl-
uestris. Sed uera saxifragia est quādā herba nasces in mōtibus
adhaerēs saxi q̄ herba facit plātā multis foliis subtilissimis,
subtilitatis ferē capilloꝝ longitudinis digiti, & hęc uere saxi-
fragia est, & illa in medicinis debet apponi & non alia, & ex
hoc apparet corruptela apothecarioꝝ, q̄re nō habetur uir-
tus medicinae a doctores, limitata: Descriptio VI.

E L E C T V A R I V M de baccis lauri. Raf. ʒ. almā. c.
de colica,

Nico. di
cit purifi-
cati.

DE ELECTUARIIS AMARIS.

Iste bo-
nus uir
diminute
ponit uti-
litas q̄s
uide a Ni-
colao.

de colica, & appellat confectionē nō electuariū, mirabiliter ualens in doloribus stomachi & intestinorū & à uentositate factis, datur præcipue in dolore colico à uentositate facto & per os, & in clysteribus apponitur. R. foliorum ruthæ sicco. ʒ. x. ameos cimini, nigel. cheifim. i. semi. leuisti. origani carui, amigdalæ amaræ, piper. nigra, macropiperis. i. pipe- ris long. mentastri, dauci, acori, baccaꝝ lauri, castorei añ. ʒ. ii. ferapini. ʒ. s. oppoponacis. ʒ. iii. puluerizentur puluerizans da nō multū subtiliter ut dictū est de diacimino, mellis cocti & dispumati ad pondus omnium, & est. ʒ. v. & ʒ. v. gummaꝝ uero dissoluantur in aqua ruthæ, & facias in bona forma. Et nota q̄ Rasis dicit q̄ nō habet parem in resoluendo uentoso- sitatē. Rutha quæ in hac cōpositione intrat ac in omni- bus aliis debet exiccari cū mensura. & hoc ideo quoniam si exiccatur uehementer est calidissimē cōplexionis, & eius ca- lesfactio est ultra mensuram. Et si nō exiccatur debito modo remanet in ea humiditas superflua quæ prohibet eam dige- ri & uentositatem facit. quare in ipsius exiccatione diligen- tia habenda est. Et debet in umbra exiccari, non autē in sole ut quidā empirici faciunt. De nigella multi sunt qui errāt ponētes in receptis semen quoddā cinerulentū odoriferum fatis triangulare pro ipsa nigella, & errant. Sed nigella est quoddam semen nigrum clarum aromaticum multum, fa- ciens folia ferē similia fumiterre, & id in medicinis apponē- da est. Origanum colligendum est in mense Iulii postquā sol tendit ad occasum. i. in uesperis. Non autē in mane ante solis ortum ut quidā fati faciunt. Mel & oēs medicinaꝝ triplici causa coquuntur. primo ut mundificentur ut mel qa coquitur ut sua impuritas remoueatur. secundo ut expella- mus aliquam substantiam nostro proposito repugnantē, ut multa decoctio caulium. quæ illos sūpticos facit. tertio ut uirtus ipsius in oleo uel aqua transeat &c.

Descriptio VII.

DIACALAMENTVM Nicolai à calamento di- ctū, ualet præcipue ad omne uitium pectoris ex frigidityte, & maxime his qui sunt in senili ætate, ualet tusfientibus ex fri- gida causa. R. calamenti syluestris, pulegii, hysopi, mela- nopiperis. piperis nigri, sileleos, sileris montani, i. feminis, se. petrosillii. añ. ʒ. iii. & ʒ. ii. leuisti. ʒ. i. & ʒ. i. se. apii. ʒ. i. ameos, thimi, anheti. i. se. cinnamomi, zinzibe. añ. ʒ. ii. pul- uerizentur omnia subtiliter, mellis cocti & d spumati lib. i. & ʒ. iii. & fiat electuariū, & detur post prandium & coenam. Galamentum quod in hac cōpositione ingreditur debet es- se syluestre, eo q̄ magis confortatiuū & absteriuū est quam domesticum. In mense Iulii & augusti ista semina colligē- da sunt. i. semen petrosillii, laureolæ, cataputiæ ruthæ, fenis- culi, caulis, milti folis, lactuæ, pastinacæ, rapæ. & similia.

Anhetū si simpliciter scriptū reperitur semper de semine est intelligendum, non de herba, ut est cōmunis corruptela.

Descriptio VIII.

DIACALAMENTVM Mef. de mēte Gal. cōfer- rens ad ægritudines frigidas membrum nutritionis, & ad malitiā digestionis, & facit penetrare cibum qui non posset penetrare ad epar, & ad corpus reliquum, & hoc est eius proprietates, & cōfert rigori febrium & emplastratur & intun- dum in spina est ex maxime subtiliantibus humiditates gros- sas & uiscosas, & ex resoluentibus uentositates, & cōfert sin- gultui uehementi frigido & uentoso, cuius difficilis est reso- lutio, & prouocat urinam & menstrua. R. calamenti, mon- tani & fluuialis, sileleos. i. sileris montani, se. petrosillii. añ. ʒ. vi. zinzib. ʒ. iii. feminis apii extremitatum, alafce. i. thimi. añ. ʒ. ii. keifim. i. leuistici. ʒ. vi. piperis. i. nigri. ʒ. i. s. puluerizētur omnia subtiliter, mellis cocti & dispumati lib. ii. & fiat ele- ctuariū, dosis eius est ʒ. i. Calamentū tam montanū q̄ flu- uiale colligendū est in mense Iulii, & exiccandum est in um- bra, exiccatio. n. facta in sole operationem eius debilitat, & eo tēpore colligitur pulegium. Quinq̄ de causis medicis- næ miscetur simul. Primo ut uirtus earū fortificetur, & hac de causa scamonea miscetur cū medicinis aloeticis, & zinzi- ber cum turbit. Secundo ut cito faciat alias medicinas trā- fire ad locum debitum, & sic crocus admiscetur auro & ar- gento, aurum. n. & argentum sua ponderositate ad intestina

Mef. di-
cit. ʒ. xii.

descendunt, nec ad uenas possunt penetrare, & crocus facit eas ad cor penetrare. Tertio miscemus ut cito medicina nō transeat ad uenas, ut cū uolumus epar deopillare per diu- retica, quia illa sunt cito penetrantia ad uenas permiscemus aliam medicinam ut rasanum. Rasanus. n. habet propieta- tem attrahēdi humores ad stomachum. Quarto ut una per- aliam stabilitetur. & sic miscemus cum uiolis, uel cum casia fistula mirabolanos. Quinto ut malitiam alterius remoueat uel impediatur, ut zinziber cū scamonea iunctum, scamonea enim debilitat stomachum, & zinziber confortat.

Descriptio IX.

DIANISVM Mef. ualet grossē uentositati stomachi & frigiditati & abundantia slegmatis crudi in ipso. Reci- pe anisi. ʒ. xx. liquiritiæ, masticis. añ. ʒ. i. carui, macis, galan- gæ, zinzibe. se. feniculi, cinnamomi. añ. ʒ. v. trium piperum .i. piperis albi nigri & longi, calamenti. i. montani, piperi, casia lignæ. añ. ʒ. ii. heil. i. cardamomi maioris gariofilo- rii, cubearum, croci, spicæ. ʒ. i. s. zuchari. ʒ. ii. puluerizētur ista satis subtiliter, mellis lib. iii. & fiat electuariū in bona for- ma. Notandū q̄ in electuariis de melle ac de zucharo, semper in eis species aromatica ponendē sunt post eorum aliqualem infrigidationem, quia si ponentur melle uel de zucharo existente adhuc ad ignem ut quidam mente capti faciunt uirtus aromatum perderetur &c. Feniculi & anisi cum simpliciter scripti reperiuntur in confectionibus uel ele- ctuariis, de ipsorum seminibus est intelligendum cum ea ma- gis ad usum medicinaꝝ conueniant.

Descriptio X.

DIATRION pipereon Mef. quod calefacit stoma- chum & uentrem, remouet dolorem eorum ex humiditatis- bus slegmaticis multis & crudis, & mundificat stomachum ab ipsis, & ualet contra acidōs ructos, & digestionem procu- rat. Recipe trium piperum. i. albi longi & nigri. añ. ʒ. v. zinziberis, hasce. i. thimi, anisi. añ. ʒ. ii. spicæ, ameos, amomi, cinnamomi añ. ʒ. i. casia lignæ, feminis apii, sileleos. i. sileris montani, feminis assari, enulæ sicca. i. radice añ. ʒ. s. pul- uerizentur omnia satis subtiliter, mellis colati cocti & dispu- mati. ʒ. viii. fiat electuariū. dosis est añ. ʒ. i. usq̄ ad ʒ. ii.

Piper album non est illud quod est paruū contractum, & q̄ habet corticem grossum. Sed est illud quod est ma- gnum grauis ponderis sine contractione subtilissimi corti- cis. Et illud plus confortat stomachum quam daæ aliaꝝ spes- cies. Enula debet esse sicca, eo quia maioris est desiccatio- nis quam quando est recens. Casia quando in libris au- ctorum reperitur absolute scripta considerandum est si cō- positio illa in qua intrat est solutua uel lenitua, & tunc de- bemus ponere casiam fistulam. Si autē non est solutua nec lenitua, sed calefactua confortatiua uel aperitiua oppila- tionum, tunc debemus ponere casiam ligneam, & hoc sit de generali regula & documento.

Descriptio XI.

DIACVRCVMA magna Mef. conferens ad ægri- tudines antiquas & cazesiam & hydropisim iuuamentum manifestum, & eradicat ægritudines epatis & splenis chro- nicas quæ iam indurate sunt, & confortat ad frigiditatem colo- ris & corruptionem stomachi, & humiditatem frigidam & uentositates grossas in eis, & dolori renum & uescæ, & uri- nam prouocat. Recipe croci, assari, feminis petrosillii, dauci, anisi, feminis apii. añ. ʒ. s. rauedleni, id est reubarba. meui. i. feminis anheti syluestris. Aliqui dicunt q̄ radix est ef- ficacior, spicæ nardi. añ. ʒ. vi. costi, myrræ casia lignæ, squi- nanti, carpobalsami, id est feminis balsami, rubæ tinctorum succi absinthii, succi eupatorii, olei balsami. id est liquoris emanantis ab arbore balsami. añ. ʒ. ii. calami aromatici, cin- namomi. añ. ʒ. i. s. scordeoni. i. alii syluestris, scolopendriæ, succi liquiritiæ. añ. ʒ. ii. s. dragaganti. ʒ. i. puluerizentur subtiliter omnia mellis dispumati & cocti lib. iii. & fiat ele- ctuariū in bona forma, dosis eius est añ. ʒ. i. usque ad iii.

Dicitur diacurcuma, quia color assimilatur curcumæ, uel dicitur a croco qui crocus apud græcos dicitur cro- con, quia in eo ingreditur in bona quantitate. Et quia uo- cabulum est corruptū dicitur diacurcuma. Sed debet dicere

Lumi. ma.

O ii

Mef. di-
cit. añ. ʒ.
viii.

Mef. di-
cit. ʒ. iii.

Mef. di-
cit. ʒ. iii.

DISTINCTIO II.

diacrocōn: Insuper nota q̄ oēs medicinae confortantes epar, & ualētes epati debēt bene teri & subtiliter cribellari.

Balsamus est liquor emanans à stipite illius arbusculi, & dicitur opobalsamū, & oleū balsami, uel balsamū absolute. Et quia perfectū & uerū nō nisi cū difficultate haberi potest igitur loco eius ponitur istud oleū hoc modo factū, quod describitur à Gulielmo Placentino, dicente q̄ habet uirtutē balsami, & ponitur in omni cōpositione in qua balsamū in trat loco ipsius. Modus faciēdi oleum illud talis est. Ter bentinae lib.ii. olei communis lib.iii. olei laurini. ʒ. xvi. cinz namomi. ʒ. iii. euforbii. garioflorum. baccharum lauri. gummi hedere. serapini. galba. aromati. opponacis an. ʒ. i. thuris. mast. an. ʒ. ii. terantur teranda & distillentur ad alembis cum lento igne, & reserua. **Descriptio XII.**

DIALACCA magna Mes. cōferēs ad debilitatē stomachi & epatis. & ægritudines factas in eis, opilationes epatis aperit, & omnē duritiē resoluit lapidē renū & uesticā frāgit, urinā prouocat, & est ad hydropsim & cazesiam medicina sublimis. R. lacca abluta rauedensi. i. reubarbari. añ. ʒ. iii. spicæ nardi. masticis. seminis apii. cimarum squinanti. i. i. extremitatū squinanti. absinthii. succi eupatorii. ameos. fauina. amigdalas amararū. costi amari. myrræ. rubeæ tinctora. seminis feniculi. anisi. assari. aristol. rotunda. gentianæ. radices. croci. cinnamomi. hyssopi sicca. cassiæ lignæ. bdelli. añ. ʒ. i. s. piperis. l. nigri. zinzibe. añ. ʒ. i. infunde myrrā & bdelliū in uino & c. tere subtiliter & confice cū lib. i. & ʒ. viii. mellis colati cocti & dispumati, dosis eius est ab aur. i. usq; ad. ii. Modus lauandi lacca. ponitur à pandetis cap. proprio de lacca in hunc modū. Tere gummam lacca & laua illā in mortario postquā bene pistata fuerit lauationibus pluribus ex aqua fontis in qua bullierint aristologiae longa & squinanti. añ. partes æquales, & tādū lauetur cū hac aqua q̄ clarescat semper cū pistello agitando, deinde dimittatur residere, postea coletur aqua & in umbra permittatur desiccari, quæ deficcata reseruetur, & hæc est modus. Et ex ista lōtione lacca acquirit subtilitatē & aptionē maiore. **Medi cinarū** ablutio fit quinq; de causis. Primo ut acuitas quæ in medicina est auferatur, & hoc modo abluitur calx. Secundo ut sordes remoueantur & abiciantur, & hoc modo abluitur oleum & cera. Tertio ut possit melius cōteri, & hoc modo abluuntur thutia. Quarto ut eius malitia auferatur, & hoc modo lauatur lapis lazuli, ut remoueat quædā uirtus nau featiua, & compressiua sola remaneat. Quinto ut acquirat maiore subtilitatē, & hoc modo lauetur lacca quæ efficitur subtilior ab aperiendum. **Descriptio XIII.**

CONFECTIO anacardina Mes. & est confectio sapientū, & eorū qui desiderat scire. Acuit. n. intellectū & subtiliat sensum, & memoriā reparat, & cōfert dolori stomachi & uentris a frigiditate facto, & clarificat sanguinē, & colorē bonū, facit. R. piperis. macropiperis. i. piperis lō. mirabolanorū kebulorū emblicorū, belliricorū indorū, uidebedust. i. castorei. añ. ʒ. ii. costi. anacardi. zuchari tabarzet. i. zuchari al. burungi. i. nigellæ. baccharum lauri. añ. ʒ. vi. cyperi. ʒ. s. Tere anacardos per se, deinde medicinas alias & cōfice cū butyro uaccino & melle. añ. lib. proiciendo primo butyrū. postea mel, deinde alias medicinas subtiliter puluerizatas, datur post sex menses & dosis eius est. ʒ. ii. cū aqua feniculi & apii, & caueat assumēs a labore ira coitu & ebrietate. Oēs mirabolanī ponuntur in hac cōfectione ad frangendū malitiā anacardorū. Nisi. n. illi ponerentur ipsorum malitia oēs alias medicinas corrumperent. igitur in hoc bene aduertat apothecarii. Anacardi sunt fructus cuiusdam arboris, qui habent similitudinē cum corde auium paruorum habentes intrinsecus rubedinē quādā ad similitudinē sanguinis, & nascuntur in Sicilia in montibus igneis qui cōtinuē cōburunt, & ab ipsis denominatur cōfectio anacardina. Et nota q̄ isti fructus dum sunt recentēs condiuntur cū melle hoc modo. Liquefacto melle in eo ponuntur, & diu morantur in eo, & illud tale mel uocatur mel anacardinū, & habetur in usu absq; diētis anacardis. Et aliquando ingreditur in electuariis ut inferius apparebit. Et illud tale mel habet intensiore gradum caloris & siccitatis quā mel purum, quia anacardi sunt

Mel anacardinū fit per decoctionē

calidi & siccī in. 4. gradu. Nec sunt pediculi elephantis, ut quidā false dicunt. Burungi de eo est magna inter doctores differentia. Christoforus de honestis super illū passum exponit q̄ est nigella, & q̄ uigella est semen nigrū odoriferum. Gentilis uero exponens illā cōfectionē inquit. burungi sunt grana similia piperi quæ nō habemus, sed illos loco secundum quosdam ponitur cataputia. alii uero dicunt q̄ est quædam herba habens folia similia ruthæ faciens semen in uaginis similem nasturcii quæ mordent linguam. Sed prima opinio est melior, magisq; ad mentem auditoris, cum nigella cerebrum confortet humiditatemq; ipsius desiccet quemadmodum cōfectionis uirtus est. quare nigella ponenda est & c. **Descriptio. XIII.**

CONFECTIO de scoria ferri Rasis. 9. Almanso. cap. de hemorrhoidibus. quā dicit mirabiliter ualere pro cōstringendo fluxu immoderato hemorrhoidarū, retinens et fluxum exuberantem menstruorum in mulieribus. afferens etiā iuuamentum in fluxibus uentris chronicis, & datur inquit ipse omni mane ad quantitatem castaneæ. **Recipe** mirabolanorum emblicorum nigrorum. l. indorum, belliricorū. añ. ʒ. s. spicæ. squinanti. cyperi. zinzibi. piperis. l. nigri. ameos oliba. añ. ʒ. ii. scoriae ferri preparatæ. ʒ. i. s. puluerizentur omnia subtilissime, & conficiantur cū melle dispu. quod sit cōdum cum apozimate emblico. ʒ. x. & fiat in bona forma.

Preparatur scoria ferri hoc modo. Accipe scoria ferri. quā titatem quā uolueris, & eā infunde in aceto fortissimo per hebdomadam. omni die acetum mutando, postea proiciatur super laminam ignitam & torrefiat, deinde subtilissime puluerizetur & reserua, hæc. n. est ipsius preparatio. quare & c. Mel cum apozimate emblicorum hoc modo fit. R. mirabolanorum. kebulorum, & embli. añ. ʒ. xx. teratur & in tribus libris aquæ coquantur donec ad unam remaneat & postea coletur, in colatura uero ponatur mellis boni lib. i. deinde bulliant donec aqua a melle consumpta sit. Et hoc facto habes mel cum apozimate emblicorum quod in hac cōfectione ingreditur.

Descriptio XV.
ELECTUARIVM de cineribus Auicē. fen. 18. tertii. capitulo. 19. quod dicit esse medicamen forte, & ab ipso expertum in cōminuendo lapidē renum, & cōueniens etiā lapidē uesticæ extrahens ipsum. R. cineris uitri. cineris scorpionū, cineris radicū catulū. nabati sunt caules nō trā splantati, cineris leporis, lapidis spongiæ, sanguinis hir. exiccati & preparati, cineris corticū oui a quo pullus egressus fuerit, lapidis iudaici, gummi nucis. l. usualis. ucori. l. radices. añ. ʒ. i. seminis petrosilli. dauci. i. semen pastinacæ syluestris pulegii, gummi ara. seminis altheæ. piperis. l. nigri. añ. ʒ. i. s. puluerizentur omnia subtilissime, mellis cocti & dispumati. ʒ. x. & fiat electuariū quod bene obturetur, ac sæpe cū spatula cōmiscetur, & dosis eius est usq; ad aur. ii. cū aqua tribulorū decoctorū cū cineribus nigris. Vitrum cōbuntur hoc modo. Teratur bene, deinde reponatur in crucibulo uel captia ferri, & pone super prunas semper insufflando donec rubeum fiat, deinde ab igne remoueat. Si erit incineratum bene est. Aliter iterū ponatur super prunas insuffletur, & non desinas sic facere donec incineretur, & de eo utere.

Scorpiones hoc modo comburuntur. Accipe scorpiones uiuos, quantitatem quam uolueris & pone in olla noua claude eam lutando illam cum pasta uel cum terra, & pone illā in furno calido, & dimitte illā per diem, & noctem, deinde extrahe, & cinerem ipsorum habebis. Caules nabati. i. caules nō transplantati hoc modo cōburuntur, extrahe radices à terra mundentur ab omni immunditia, deinde in frustra incidatur & ponatur in olla, & cooperiatur olla cooperatorio perforato, ita ut fumus possit exire & ponatur in furno & dimittatur p totū diē, in sero remoueantur & reperies in dicta olla tāquā carbonēs, postea dictos carbonēs tere bene, & in alia olla parua reponē, & cooperi luto eā, & reponatur in furno, & dimitte p diē & noctē, & tātū ac tā sepe hæc facias q̄ carbonēs in cinerē album esse cōuersum reperies, & de illo utere. **Modus incinerandi** leporē. Accipe leporem uiuū & decolla illū, & reponē in olla noua cū toto sanguine & pelle

a Gale. in antidotario & et a Nicolo I qua dā loco.

lib. 2. m. 2. 10

& pelle bene obturando ollam, deinde ponatur in furno, & tantū dimittatur q̄ incineretur, & de dicta cinere utere in electuario supra scripto. Cortices ouorū hoc modo incinerentur. Accipe cortices ouī a quo pullus egressus fuit, & bene pistentur, deinde ponantur in olla noua quæ bene obturata sit, ponatur in furno & dimittantur per noctē, in mane si sunt incineratę bene est, sin autem bene in furno dimittantur usquequo sint incineratę. & nota q̄ quanto amplius coquantur, tanto magis albiore redduntur & incinerantur, & de eis utere. Serap. auctor pandetarū uolunt q̄ differētia sit inter dauci & bauciæ, & dicunt q̄ dauci est pastinaca syluestris, bauciæ uero pastinaca domestica. Aui. uero & Mes. inter eas nullā differētiā faciunt, tamē in usu est, & tenetur opinio pandetarū & Serap. Sanguis hirci in hoc electuario ingrediens hoc modo præparandus est. Accipe hircū quatuor annorū in diebus canicularibus, qui sint dies canicularis infra describentur in rob nucum & nutriatur faxifrag. fenicula. apio. petro. puleg. hedera, squinanto, genestra, capil. uen. politrico uel lupulis. Poteretur uero optimo uino, & si ad aliqualem acetositatē tenderet melius esset, semperq̄ in sole teneatur, & hoc modo nutriatur saltim per dies quadraginta, deinde cū incipit urina eius denigrari fumatur olla noua & fundatur in ea aqua, & ferueat donec auferatur ab ea terreatas quæ in ea est. Deinde decolletur hircus, & accipiatur ex medio sanguine qui currit ex eo in olla, & nō accipiatur primus sanguis neq̄ postremus, & non amoueatur donec coaguletur, deinde incidatur in partes duas coexistēte in cōcauitate ollæ, & cooperitur cū rhete stricō, aut cum panno subtili raro. Et dimittatur sub cælo donec recipiat radios solis & lunę & dimittatur ipsum donec exiccetur bene & caue ne adueniat ei humectatio ex rore. Nec decollā dus est nisi sanus sit hircus, & ex dicto sanguine utere in omni medicina, & in omni loco in quo scriptū reperit sanguis hirci. In collectione mineralium tres cōditiones considerandę sunt. primo ligantur à mineris notis & famosis. 2. q̄ non sit admixtum quod impediāt eius cognitionē. 3. q̄ non habeat substantiam transmutatam.

Descriptio XVI.

DIASATYRION Mes. seu cōfectio testiculorum uulpis & est secunda descriptio, quæ est melior, & in usu, faciliē ad erectionē uirgę, & multiplicans sperma & desiderii coeundi. Recipe secacul albi & mundi elixati. i. cocti in aqua ciceris, quorū electa sit aqua prima lib. i. satyrionum. i. testiculorum uulpis qui abscinduntur à patre suo. i. a stipite suo, etiā elixatorū in aqua dicta. 3. viii. radicū raffa. l. syluestris. 3. iii. luf. plani. i. serpentarię uel dragontę. 3. ii. terātur hæc omnia & infundantur super eis lactis uaccini uel ouini quantitas quæ superemineat radicibus duobus digitis, olei sissimini butyri uaccini recentis an. 3. iii. coquantur hæc omnia cū facilitate usq̄ ad spissitudinē, & si adhuc radices non bene coctæ sint fundantur iterum super eas ex lacte & oleo & butyro. an. partes æquales usq̄ dum perfecte coquantur, post hoc infunde super hoc totū mellis boni & dispumati lib. vi. succi cepæ humidæ. i. recentis lib. i. s. decoque omnia simul usq̄ ad perfectam cōditionē, & post hoc remoueantur ab igne, & proiice super ea puluerē hunc cuius hæc est permixtio. R. caudarū stinei cū renibus & semine. i. ab umblico infra. 3. i. seminis erucæ, zinzib. albi & mudi, been albi & ru. linguæ auis. i. seminis straxini, seminis nastur. cinnamo. pipe. ris long. baucig. i. seminis pastinacę domesticę synapis. l. se. napi. se. asparagi. an. 3. s. cōficiantur cū eis his primo subtiliter puluerizatis. ultimo uero ponatur hæc alia in medicina prædicta pinearū m. lib. i. s. phillicorū mundatorū. 3. x. ces. rebellorū passerū. 3. ii. pistentur tria hæc subtilissime omnia per se, deinde bene cōmiscēantur simul, & in fine aromatizentur cū. 3. i. musci boni, & dosis eius est ab. 3. s. usq̄ ad. 3. i. cū bono uino puro & pauco, & sumitur in sero cū itur dormitū. De secacul inter doctores est diuersitas. Auctor pandetarum & Mes. dicunt q̄ secacul idem est quod iringus, & iringus idē quod secacul. symon uero Ian. Serap. in lib. de simplici medicina in. 7. lib. sui breuiarij. & Aui. dicunt q̄ secacul est radix sicut zinziber quæ apportatur ab india, uerū

in usu est, & accipitur iringus profecacul, quia eo caremus. Aliqui dicunt q̄ secacul est sigillū sanctę Marię. Quare prima aqua ciceris abicitur & in secunda lauantur satyrionnes & secacul, quia prima est absteriua prohibens inflatio nē & uentositatē generari. secunda uero est multū uentosa & inflatiua, & cū hoc portatiua aliarū medicinarū ad genitalia membra. Stincus est quoddā animal simile lacertę degens in ripis aquarū secundū sumē nili. In hac cōfectione pro omni lib. i. mellis cocti & dispumati ponēdę sunt. 3. iii. specierū cibelatarū, si habere debet uirtutē à Mes. scriptā. iringus & taxus barbassus colligendi sunt in mēse octobris. Incidēter hæc notādū est. q̄ hoc electuariū duplici rōne solet dari hominibus. primo exhibetur corporibus exiccatis ad humectandū, & tunc debemus exhibere de eo. 3. s. in mane p̄ horas quatuor uel duas ad minus ante prandiu datur. & secūdo ad augmētū coitus & uirilis mēbrę erectionē, & tunc ipsum exhibere debemus uespere ante cenā per duas horas cū modico uini subtilis & odoriferi, cōplexio dicti electuarii est tēperata inter calidū & frigidū, humidā tamē ad secūdū gradū. Descriptio XVII.

DIARIS Nicolai, sic dicitur à radice illa quę ireos uocatur, prodest distiacis ortonis, & tussientibus ex flegmate grosso, & uo. ē deperditā restaurat si fuerit ex frigiditate &c. Recipe radicū ireos. 3. i. pulegii, hyssopi, liquoritię. an. 3. vi. amigdalārū. s. amararū, dragaganti, pinearū, cinnamomi, zinzib. pipēris. an. 3. iii. caricarū carniū, dactylorum, passularum enucleatarū. an. 3. iii. storacis rub. 3. ii. & 3. i. puluerizētur subtiliter omnia mellis cocti & dispumati lib. i. s. & fiat electuarium. Hyssopi si simpliciter scriptum reperiat de herba sicca est intelligendum, & in umbra exiccandum est & non solum ipsum, sed oēs herbe aromaticę. sol. n. aromaticitatē illā resoluere faceret, uirtutem destruit.

Pineæ & amigdalę nisi sint recentes antequā in cōfectionibus & electuariis pectoralibus ponantur semper debeat purgari ut supra ostensum est, aliter rancitas sua nocet pectori, & tussim prouocat. quare bene notent apothecarij in hoc & aduertant. Descriptio XVIII.

DIAPENIDION Nicolai, sic dicitur à penidiis, quę ibi intrant plus q̄ de aliis sp̄ibus, ualet ad omne uitium pulmonis & tussis, ad raucedinē uocis factam ex siccitate, & ptisicis subuenit. Recipe penidiarum. 3. xvi. s. pinearū amigdalārū præparatarū, hoc est mundatarū, seminis papaueris al. an. 3. iii. & 3. i. gariofilo. cinnamo. zinzib. succi liq. quiri. dragan. gummi ara. amidi. se. citrulli. se. meloniū, se. cucumeris. se. cucurbitę mundatorū. an. 3. i. s. camphorę tertiā partem unius. 3. i. gra. vii. syrupi uiolati quantū sufficit, puluerizentur subtiliter puluerizanda, & cōterantur cōterenda, deinde cōfice sic. In lib. i. aquæ florū uiolarū. 3. iii. bulliant, donec aqua aliquantulū inficiatur, postea coletur & colaturę addatur lib. i. zuechari, & bulliant donec incipiant inspissari. Tunc addantur pineæ, amigdalę & supra scripta semina unūquodq̄ per se bene cōtusum, cū spatula semper mouendō, deinde addantur penidii subtiliter puluerizati, & cū liq. quesi fuerint illud grossum quod sapernat cū cacta dispumetur, & itē in mortario proiciatur, & bene terēdo & cōmiscēdo, deinde cāphora admisceatur. Ad ultimū puluis supra scripta sp̄erū cū supra dicto syrupo in mortario semper agitando moueatur, donec incorporetur. demū referuetur in uase uitreato. Gumma ingrediētēs in hac cōpositione dissolui possunt in aqua florū uiolarū, uel in decoctione p̄feripta à Nicolao. & pineæ et̄ & amigdalę cū altero p̄dictorū humectari p̄nt ad hęc ut bene cōterātur. Descriptio XIX.

DIADRAGAGANTVM calidū Nicolai. Talis ter dictum à dragaganto quod recipit, & dicitur calidum ad differētiā diadraganti frigidī alterius descriptionis. datur at̄ in strictura pectoris sc̄a a materia frigida grossa & uisco. sa. R. dragaganti triduo in aqua tēperati lib. i. hyssopi pinearū, amigdalārū mundatarū & excorticatarū, semis lini ass. an. 3. iii. fenugrę. l. se. cinnamo. an. 3. ii. zinzib. liq. ritia. l. ra. dix. succi liq. ritia. an. 3. i. puluerizētur subtiliter puluerizāda & cōterātur cōterēda. & cōfice sic. dragaganti infusum in aqua p̄ linteolū extorque, & cū li. ii. & 3. viii. mellis cocti usq̄ ad

DISTINCTIO II.

spissitudinē lento igne semper cum spatula agitādo misceatur, deinde additis pineis amigdalīs, seminīs lini & fenugræ. ab igne deponantur, & puluis suprascriptarum specierū addatur, & usui seruetur. Modus assandī semina lini in eo in trantia talis est. accipe patellam uel bernacium, & super ignē multū calefacias, postquā bene fuerit calefactū remoue ab igne, & intus ponas lini semina semper mouēdo usquequo sint assata, & si tunc bene assata non sunt, iterum uas calefiat amotis seminibus, deinde ab igne remoto iterū semina supraponantur, semper mouendo usquequo sint bene assata, deinde reserua, & secundum hanc doctrinam omnia alia semina debent assari. Lini semē assatur ut amoueatur humiditas superflua & uiscositas, & plus assari debet quā alia semina. Ideo nota quod omnia semina per se assanda sunt, eo quia aliis quod semen multū assandū est propter eius uiscositatē multā ut lini semē, & psillii quoddā minus propter eius paucam humiditatem ut semen anisi, & cimini & huiusmodi. quare bene notēt apothecarii. Cōfectiones hæ amaræ per duos annos cōseruatur oēs, tyriaca uero magna longiori tēpore seruetur, ut in ipsa scripsi. Descriptio. XX.

T R I F E R A magna Nicolai cū opio & sine opio, quā taliter dicta est, quia magnā utilitatē & fructū mulieribus cōfert. Datur cōtra dolorē stomachi uisore & mulierū cū aqua in qua cocta sint semina feniculi anisi & mastice, datur cōtra uitū matricis ex frigidityte si distemperata bibatur cū uino in quo cocta sit arthemisia, prouocat etiā menstrua si ex ea cū arthemisia bene trita & cū oleo muscelino cōmixta fiat pessarium ex bombice quod ex istis inunctum in uulua mulieris immittatur, & prouocat etiā menstrua mulieri nō cōcipienti si detur cū uino in quo cocta sit mandragora uel sambucus, miro modo prodest pueris qui nō possunt dormire, & in nocte nimis garriunt distemperata cum lacte mulieris in modum cicericis & bibita prodest. Recipe cinnamomi, galangæ, gariofilorum, spicæ nardi, zedoariæ, zinziberis, costis, storacis calamitæ, calami aromatici, cyperi, ireos, radiis, eis, paucedani, corticū mandragoræ, spicæ celticæ, acori, rosarū, rubearū, piperis, nigri, anisi, seminis apii, seminis petrosillii, seminis feniculi macedonici, apii montani dauci, ozimi, iusquiami, cinami, diptami. an. ʒ. i. puluerizentur subtiliter omnia, mellis cocti & dispumati. lib. i. & ʒ. ii. & hoc modo faciendo nihil addendo uel minuendo erit trifera sine opio. Si uero cum opio facere uis addas prædictis omnibus opii thebaici. ʒ. ii. & cū opio trifera erit. Sed in hac partia mulieres uolunt illā in zuccharo. Accipias igitur suprascriptarū specierū sine opio. ʒ. i. zucchi. lib. i. & facias, & datur in modū castaneæ. Cōfectio hic danda est a stomacho uacuo, & differenda est comestio usquequo de ea facta sit digestio, & dictæ species subtilissime sunt terendæ ac puluerizanda. Dicitur. n. cōpositio hic trifera. i. hominē iuuenē reddens. Nota quod quāuis in multis cōfectionibus reperies scriptū mellis cocti, quod tamē etiā cū melle crudo & mundo possunt cōfectiones fieri, & illud habet minus de spissitudinē, & magis de penetratione. Igitur ab auctoribus sæpe inuenies scriptū mellis cocti, & quandoque mellis crudi, ut per hoc intelligas quod utriusque potes ponere, & conuenienter. Descriptio. XXI.

D I A O L I B A N V M Nicolai dictū ab olibano ingrediente descriptionē ualet ad oēs capiti passiones, lachrymas potenter stringit, dolorē emigranē & superciliorū sanatur, & squinantia curat &c. Recipe castorei opii thebaici iusquiami. an. ʒ. ii. cassiæ lign. ʒ. i. & ʒ. i. folii, croci, thuris. an. ʒ. s. reupontici, amomi. an. ʒ. ii. s. peoniæ. f. radiceis macropiperis. i. piper longum, storacis, calamitæ. an. ʒ. s. myrræ. ʒ. ii. gra. v. spicæ, piretri, euforbii, leucopiperis. i. piperis al. an. ʒ. i. gra. xv. puluerizentur subtiliter omnia mellis cocti & dispumati. ʒ. viii. & fiat electuarium in bona forma.

De iusquiamo cū scriptū reperitur semper de femine & nō de herba est intelligendū. herba. n. maioris est uenenositatis quā sit semen. Peonia si simpliciter scribatur de radice intelligendū est, cum illa magis usui medicinarū conueniat quā folia uel semina. Descriptio. XXII.

R E Q V I E S Nicolai. Sic dicta eo quod requirit patientis

bus præstet & somnū, & maxime typice febrilentibus quotidianariis tertianariis quaternariis acutis & peracutis &c.

Recipe rosarū. f. rubearū, uolarū. an. ʒ. iii. opii, iusquiami. f. seminis papaueris albi, corticum mandragoræ, scariolæ, seminis lactucæ, seminis portulacæ, psillii. f. seminis nucis muscæ, cinnamomi, zucchari. an. ʒ. i. s. sandalorum alborū, sandalorum rubeorum, sandalorum citrinorum, spodiū. f. de canna, dragagati. an. ʒ. ii. gra. v. puluerizentur subtiliter puluerizanda, mellis cocti & dispumati lib. i. & ʒ. iii. & fiat electuarium. Ista compositio a multis corrupte & male cōponitur, multi. n. addunt & in suis receptis reperunt ultra præscripta Miconis, & exponunt quod est papauer nigrum & sal se. nam idem est quod papauer album, ut uult Gentilis super quintum can. sed litera debet stare ut præscripti. Usus istorum opiatorum non debet esse nisi transactis sex mensibus. Et inueterata ultra sex annos non uigoroſe electuaria hæc operantur, immo declinant ab eius uirtute, maxime si pefactiua seu opiata.

Descriptio. XXIII.

Z A Z E N E A Mel. experta ad dolorē stomachi a frigidityte factum, & ad omnes dolores factos a simili causa & a uentositatē grossa, & ad dolorē colicæ, & difficultatem urinæ, & dolorē dentium, & ad uentositates matricum & confert iuuamētum maximum ad sterilitatem bibita, & supposita cum lana & oleo de lilio. Recipe castorei, myrræ, opii piperis, macropiperis. i. piperis longi, galbani, costi, cinnamomi, f. u. ualerianæ, meui. i. seminis anethi syluestris. Alii quod dicunt quod radix est ponenda & non semen, dauci, assari, croci. an. ʒ. i. puluerizentur subtiliter omnia, mellis cocti & dispumati lib. s. & fiat electuariū in bona forma, dosis eius est aur. i. Mel ponitur in ista medicina, & nō solum in ista, sed in omnibus aliis triplici ratione. Primo ut placet horribilitatem medicinarum. Secundo ut mundificet & resoluat. Tertio ut cōseruet species sua uiscosityte. Stupefactio est dispositio inducta in membro a frigidityte per quam membrum non sentit aut obtuse sentit.

Descriptio. XXIII.

A T H A N A S I A Mel. sic dicta, quia hominē a morte præseruat, confert ad dolorē epatis & splenis, & oppilationi in eis, & ad dolorē stomachi, & ad alima, & ad tussum antiquam, & mundificat pectus, & ad fluxum uentris antiquum, & ad disinteriam, & ad fluxum sanguinis, & est in sedatione doloris sicut philonium, & confert ad dolorē renum & hemorrhoidarum, & Gal. quidem præcepit misceri in cōfectione hac epar adib. ualet. n. sua proprietate ad morbos epatis. Recipe croci, opii, myrræ, castorei, iusquiami, costi, carui seminis papaueris nigri, spicæ, eupatorii, epatis adib. i. lupi. cornu dextrum capræ uel cerui. an. ʒ. i. puluerizentur subtiliter omnia, mellis cocti & dispumati lib. s. & fiat electuarium in bona forma. Epar adib. i. lupi præparatur hoc modo & conseruatur. Primo debet optime lauari cum uino albo optimo, & bene mundari ab omnibus immunditiis, deinde saluatur seu aspergatur sandalis citrinis bene & subtiliter puluerizatis, deinde permittatur exiccari, deinde inuoluatur abinthio, & ponatur in una scatula in loco sicco cum dicto abinthio, omni hebdomada abinthium mutando. Lupi uero intestinum hoc modo præparatur & conseruatur. lauatur optimo uino albo, deinde tumefiat & ponatur ad exiccandum, sed caueatur a fumo & puluere deinde etiam in abinthio inuoluatur, & referuetur, ualet. n. in colica mirabiliter.

Descriptio. XXV.

P H I L O N I V M perficū. Mel. in sua practica. cap. de sputo sanguinis in fine capituli. quod dicit esse uehementis uirtutis ad emanationē sanguinis undecūque & creatū eius cū tusso & sine tusso, & ad superfluitatē mēstruorum doloroſam, & hemorrhoidarū, & ad egestionē sanguinæ, & ad mulieres pgnantes, quibus erumpunt mēstrua, & cōseruat fetū in matricibus earū. Recipe papaueris albi. f. seminis, iusquiami. an. ʒ. xx. terræ sigillatæ, opii. an. ʒ. x. schehendengi. i. seminis canapis, croci. an. ʒ. v. castorei, spicæ, euforbii, piretri, margaritarū nō perforatarū, charabæ, zedoariæ, doroniciramicis. et quædam

quædam cõpositio infra descripta. an. 3. i. camphoræ. 3. i. puluerizentur subtiliter omnia mellis rosati colati lib. ii. & fiat electuarium in bona forma, dosis est an. 3. s. usq. ad. 3. i. cum succo arnoglossæ, aut cū aqua rosa. & modico uini puri. Differentia. n. est inter scedenegi & scchedengi. scedenegi enim idē est quod lapis emathitis. scchedengi. i. semē canapis. quare bene considerandę sunt litteræ in omni cõpositione & uocabulo. Castoreū. n. in hac compositione ponitur, ut prohibeat congelationē ab opio. Margaritę uero ad confortationem membrorum principalium pp. lesionem opii. Margaritę à natura perforatę melioris sunt q̄ nō perforatę. Et ratio est, quia per illud foramen superfuitates ipsarum non sunt consumptę & purgatę. Philonium. n. dīr à cõpositore, quia Philon medicus illud cõposuit.

Descriptio XXVI.

PHILONIUM Mesue descriptione prima, quæ in usu est, quod est expetorum iuuamentorū in sedatione dolorum ex separatione à casibus mortis, & pprie dolori stomachi à frigiditate factō, aut humore crudo, aut à uentositate grossa extendente, & sedat dolorem colicę, & uiscerū, & dolorem renū & matricum, & dolorē laterū, & præfoculationem anhelitus, & difficultatē urinq̄, & singultū uehemētē. & piperis albi, iusquiami. l. seminis. an. 3. xx. opii. 3. x. croci. 3. v. spicæ, piperis, castorei. an. 3. i. puluerizentur omnia subtilissime, mellis colati & dispumati lib. ii. & 3. xi. & fiat cõfectio in bona forma. Medicinę autē oēs opiatę quō stupefaciunt. Nota omne. n. membrū sentiens habet quādā mensurā frigoris terminati cū suo calido in quo frigore si fiat additio in certa mensura, membrū stupefit, & hoc modo medicinę oēs opiatę stupefaciunt. Conditio enim medicinarum omniū stupefacientū debet esse subtilissima, ad hoc q̄ possit per paruas uenas penetrare ad ardua loca, aliter enim membrum ab eis nō posset stupefieri, neq̄ sensus ipsius obtundi. In actu pratico notent iuuenes medici & non solum de hac compositione, sed de omnibus narcoticis & stupefacientis tam simplicibus q̄ cõpositis. Quod si intentio medici est somnū prouocare, illa danda sunt post cenam in sero, transacta hora. Cum autē intendimus sedare dolores, seu fluxum sanguinis prohibere, non nisi uacuo stomacho à cibo & superfuitatibus sunt exhibenda. Neq̄ post per quinque horas est cibus assumendus, & sic de tyriaca noua intelligitur. Et in his imponitur finis distinctioni secundæ, quæ fuit de medicinis amaris &c.

Incipit tertia distinctio quæ est de medicinis solutiuis, & continet descriptiones LI.

Descriptio Prima.



HIERAPIGRA Mesue de mente Gal. hiera. i. sacra, pigra. i. amara, habet enim nomen amaritudinis, & est medicina sublimis, in qua aggregantur uirtutes & operationes nobiles. est enim subtilissima & resolutiua materierum malarum grossarum & uiscosarū, & exiccatiua earum quæ ibibitæ sunt in poris & angustationibus, sicut ibibitur in spongia, & perficitur ab ea solutio bona & conueniens, & est calefactiua & aperitiua oppilationū & absterfua, & uirtus huius medicinæ affert iuuamēta multa experta ad ægritudines capitis stomachi epatis iuncturarū renū & matricū, & mēbrorum frigidas. & cinnamo. mastice. assari. spicæ. carpobalsami. croci. xylobalsami. i. ligni balsami. castiæ. lig. an. 3. i. Aloes succotrinī. 3. ii. mellis colati & dispumati. 3. iii. fiat electuarium in bona forma. Quantitas mellis in hac cõpositione debet esse pauca. l. specierum & mellis. an. partes equales, eo quia mel frāgit uirtutē aloes. Et non solum de hac cõpositione est intelligendum, sed & de omnibus aliis in quibus aloes est basis.

Basis in medicina dīr illa medicina simplex, cuius operatio principaliter quæritur in medicina cõposita. Et per consequens operationem, cuius aliæ medicinæ intendunt sicut finem, & ipsa est efficiens principale. Et sic ratio essendi basis est ratio finis intenti. Vel illud dīr basis in medicina, per quā laudes medicinę ei cõueniunt, quare bene nota. Hic

non exhibenda est ilico cū est facta, & hoc contra indolētos medicos & ignaros apothecarios. Albucasis. n. uult q̄ postq̄ est facta sepeliatur per sex menses in ordeo ut fermentetur, & debet confici in mense Iulii uel Iunii, & non in frumento, quia calore æstatis & frumenti corrumpetur. Cuius contrariū faciunt apothecarii nostri tps. De aloes succotrinio & epatico differentia est inter doctores. Auic. Mes. & quidam alii laudant succotrinū, Halyabas epaticū. Igitur nota q̄ aloes epaticum magis est solutiuum, & hoc est q̄ Halyabas dicere uoluit. Sed in aliis succotrinū epaticum in bonitate superat. Et ideo cum aloes simpliciter scriptum reperitur, de succotrinio est intelligendū tanq̄ de perfectiori.

Descriptio II.

HIERA simplex Gal. 7. therapeutica. quæ est illa quæ in usu est. Et de qua intelligunt doctores, cui tantas laudes attribuunt. Sicut in ante posita hiera dictū fuit, & dicunt q̄ dosis est. 3. i. q̄ non intelligant de præscripta satis patet, eo quia de ea exhibui & exhibere uidi à famosis doctoribus. 3. i. & aliq̄. 3. x. & parum operabatur. & cinnamomi. mastice. assari. spicæ. nardi. croci. xylobalsami. i. ligni balsami. an. 3. i. aloes succotrinī. 3. c. mellis colati & dispumati. 3. c. & sex, ita q̄ est æqualis quantitas cum speciebus, & est hæc descriptio hieræ q̄ fieri debet non alia. Si reperitur scriptum hiera simplex, uel hierapigra Gale. uel hiera ex octo rebus, uel hierapigra, uel hiera, semper de nunc præscripta est intelligendum. non de alia. Hierę oēs seruari possunt à sex mēsbus usq̄ ad quatuor annos in sua bonitate. Cum uero dictum tempus transeūt à bonitate & perfectione declinant &c.

Descriptio III.

HIERA cõposita Gal. quæ in clysteriis apponitur, & potest et per os exhiberi, & est descriptio Nicolai. Quæ facit ad diuersas capitis passionēs, & ad aurium & oculos distemperatiā, stomachū quoq̄ optime purgat, causas epatis emendat, splenis durities remouet & extenuat, renibus & uescicę proficit, & matricis distemperatiā emendat &c. & cinnamo. spicæ. croci. squinantū. assari. castiæ. ligni. xylobalsami. i. ligni balsami. carpobalsami. i. seminis balsami. uiolearum. absinthii. epithimi. agarici. rosarū. turbith. coloquintid. masti. an. 3. ii. aloes electi. 3. iii. puluerizentur subtiliter omnia. Mellis colati & dispumati. 3. viii. quod est ad pōdus specierum & confice. Squinantum per se terendum est & puluerizandum, eo quia multum sustinet de contritione, & si permisceretur cū aliis medicinis ad puluerizandū ante ipsius puluerizationem euanesceret uirtus aliarum medicinarum, & bonitas deperderetur, per se conterendū est. Hierę specēs sunt oēs subtilissimę terendę, ut sua subtilitate uirtus aloes transeat per angustas uias, & hoc uoluit Albucasis particula. 5. cap. hierę antiquę, cū dicit, & nnaquæq̄ pars teratur, & cum pāno serico triconizetur, & puluis in aliquo uase uitreo reponatur. Mel in electuariis solutiuis parum uel nihil decoquendū est, mel enim quanto magis cōctum tanto magis restrictiuum, ac et quia per cōctionem magis uiscosum redditur, mel enim cōctum magis nutrit & minus laxat.

Descriptio IIII.

BENEDICTA Nicolai, sic dicta quā ab omnibus à quibus sumitur benedicatur, si detur habentibus infirmitates contra quas inuenta fuit, ualet ad guttam arteticham & podagram ex frigiditate. Et renes & uescicam purgat. Re: esulæ. turbith. zucchari an. 3. x. diagridii hermodactylorum rosarum an. 3. v. garioflorū. spicæ nardi. croci. apii. saxifragiæ. piperis longi. cardamomi. amomi. salis gemmæ. zinziberis. galangæ. macis. carui. feniculi. l. seminis agarici. seminis, asparagi. polypodii. milli solis brusci. an. 3. i. puluerizentur subtiliter omnia, mellis colati & dispumati lib. iii. & fiat electuarium in bona forma. Aliqui addunt huic descriptio: ni, mastice. ameos. lapidis lincis an. 3. i.

Benedicta dicitur ab effectu, & ab eo denominatur, quia bonum effectum inducit, unde ab omnibus sumentibus benedicatur. Feniculi. si simpliciter scriptum inuenitur de semine ipsius intelligendum est, non autem de radice. neq̄ de herba. ut fol. 5. supra etiam scripsi.

Sextaria multiplicata sunt & diuersificantur scdm diuers

statem rerum. Si enim de aqua sextarium unum, tunc idem est q̄ lib. ii. s. Si aut uini sextarium unum, idē est q̄ lib. ii. s. viii. Si uero sextarium unum olei, & idem est q̄ lib. i. ultimo sape inuenitur sextarium unum mellis, & idem est q̄ lib. iiii. quare nota has differentias, quia sape uidi errores continere in compositione medicinarum, & non à uulgaribus apothecariis.

Descriptio V.

ELECTVARIVM indum Mesue maius, educēs solutione superfluitates humorum, & proprie flegmaticorum, & putridorum à stomacho, & à membris nutritionis, uentositatem grossam in eis resoluit, & morbos factos ab eorum exuberantia curat, sicut est dolor stomachi, & uiscerum, & colica & dolores renū, & educit materias quæ sunt in iuncturis. R. cinnamomi, garioflorum, spice, rosarum, castie, macis, cyperi an. ʒ. s. sandalorum citrinorum. ʒ. ii. s. ligni aloes, nucis musc. an. ʒ. ii. turbith albi & boni. ʒ. i. zuchchari al. peni. an. ʒ. xx. galangæ heil. i. cardamomi maioris, cardamomi. s. minoris. i. melegetæ, assari, mastice, an. ʒ. i. s. diagridii. ʒ. xii. omnia hoc fricentur manibus cum oleo amigdalarum dulcium, deinde accipe succi cydoniorū, succi granatorum succi apii, succi feniculi. an. lib. s. puluerizetur puluerizanda satis grosso modo. Mellis colati & dispumati lib. iiii. s. misce, & fiat electuariū in bona forma. De cass. hoc est notandum, q̄ secundum doctrinam supra tibi datam in diatrion piperon, cassia fistula ponenda est, cum sit electuarium solutiuum. Nec cassia lig. hoc in electuario est ponenda, quod tamen secus esse quidam tenent. Ego enim apponi facio cassiam fistulam. Cū nullū solutiuum sine lenituo esse debeat, ut uolunt doctores. Nota q̄ doctores nō ponunt in electuariis à remotis attrahentibus penidios in suis receptis, sed duntaxat in illis quorum intentio est à stomacho & intestinis, & uenis magnis attrahere, ut in diaphnicon, & hoc electuario. Assarum cū simpliciter scriptum reperitur radix ipsius ponenda est, quia radix melior pars est plantæ. Licet Mesue in littera ponat q̄ dosis huius electuarii est usque ad aureos tres, hoc intelligendum est q̄ ad lib. i. mellis ponuntur. ʒ. iiii. ut apothecari nostri tēporis faciunt, & male maior quantitas dari potest.

Descriptio VI.

ELECTVARIVM indum minus Mes. habēs intentionem maioris. R. turbith albi & gummi. ʒ. c. zuchchari. ʒ. c. macis, garioflorum, piperis, zinziberis, cinnamomi heil. i. cardamomi maioris, nucis musc. an. ʒ. vii. scamoneæ. ʒ. xii. puluerizentur omnia satis grosso modo, mellis colati & dispumati lib. ii. & ʒ. ii. misce, & fiat electuarium liquefaciendo zuchcharū cum melle. Nota hic unū generale in intelligendū in omni cōposito quod cum scamonea acuitur. Medicina enim q̄nq̄ fit in principio ueris, & acuitur ut per totū annum possit seruari & dari q̄n uolumus. Et tunc cum scamonea non cocta acienda est ne sua uirtus longa mora debilitetur. Nec timetur eius malitia, eo quia per tēps diuurnitatē satis auferitur. Aliq̄n aut acuitur medicina, nō quæ debet diu conseruari, sed quæ infra tres uel quatuor dies debet exhiberi. Et tunc cum scamonea cocta debet acui, ut sua malitia coctura remoueat. Et idem intelligas tam in electuariis q̄ pillulis & confectiōibus. Si simpliciter scriptum reperiat electuarium indum de minori est intelligendum tanq̄ de meliori & perfectiori. & si non de perfectiori saltem de eo quod magis est in usu. Insuper nota q̄ Mesue acuit hoc electuarium cum scamonea, & non cū diagridio, eo quia intentio est q̄ longo tēpore cōseruetur. Si uero dare illum intendimus omni die acuat cum diagridio, & nō cum scamonea propter causam supra assignatam.

Descriptio VII.

CONFECTIO amech Mesue prima, quæ in usu est, & ualet omni passioni quæ fit ex flegmate salso & cholera, & proprie quæ est sicut impetigo, & scabies, lepra, & cæcer corrodens, & similia. R. mirabolanorum citrinorū. ʒ. iiii. kebulorum nigrorum. i. indorum, reubar. boni an. ʒ. ii. agarici colloquintidæ, polipodii an. ʒ. xviii. absinthii haffæ. i. thimi. sene. an. ʒ. i. & in alio an. ʒ. vi. uolarum. ʒ. xv. epithimi. ʒ. ii. anisi. s. feminis, & feniculi. s. feminis, rosarū an. ʒ. vi.

fucci fumiteræ lib. i. prunorum numero. lx. passularum enu cleatarum. ʒ. vi. infundantur hæc omnia in aqua casei quantitate sufficienti, prius tamen omnia simul cōtusa. Et ponantur in uitreato uase stricti orificii, & obturetur os eius. Et dimittatur per dies quinq̄, deinde bulliant ebullitione una, & fricentur manibus, postmodum colentur, & tali colaturæ infra scripta addantur cassiæ fistulæ mundæ. ʒ. iiii. tamarindorum. ʒ. v. tereniabin. ʒ. ii. non inuenitur apud nos, sed loco eius ponitur manna. Fricentur manibus, & dissoluantur cū decoctione prædicta, deinde colentur. Et proiciatur super ipsum zuchchari albi lib. i. s. scamoneæ. ʒ. i. s. cōstringatur seu puluerizetur satis grosso modo. Et hæc omnia simul coquantur donec habeant spissitudinem mellis. deinde puluerizentur super istud mirabolanorum citrinorum, chebulorū indorum an. ʒ. s. beilericorum emblicorum, reubar. fumiter. an. ʒ. iiii. uel herba, uel succus poni debet, seminis anisi, spice scilicet nardi an. ʒ. ii. Et in uase uitreo ponantur & reseruentur. Tereniabin est species mannæ, quæ apud nos non reperitur, sed loco ipsius accipimus mannam. Est enim tereniabin ros qui de nocte cadit in quibusdā partibus ægypti super frondes aliquarum arborum, & sic colligitur. In illa confectiōe intelligendum est, q̄ auctor coquit scamoneā ut amoueat malitiam eius, eo quia si præparata esset nō deberet decoqui, sed reseruari. deinde puluerizare eam debet modo, & cum aliis rebus puluerizatis apponi, q̄ si decoqueretur uirtus solutiua ipsius deperderetur. Incidenter de aqua lactis hic intelligendum q̄ ponitur ad serenum, ut eius acuitas remoueat, frigida enim assumēda est. Et quæ in usu est, est aqua lactis capræ.

Descriptio VIII.

ELECTVARIVM elescof. Mesue. Quod educit superfluitates à toto corpore, & expellit uetositatem & ualet ad iuncturarum dolorem, & laterum, & colicam, & mīdificat renes & uescicam, & addit in costu. R. scamoneæ anthiochiæ, turbith albi an. vi. garioflorū, cinnamomi, zinziberis, mirabolanorum emblicorum, nucis musc. polipodii an. ʒ. ii. s. zuchchari albi. ʒ. vi. puluerizentur omnia grosso satis modo, mellis dispumati lib. i. misce, & fiat electuarium in bona forma. Scamonea dicitur antiochia. i. illius p̄uincia, eo quia melior & perfectior est.

Insuper nota q̄ si in medicinis solutiuis reperis scriptum scamoneæ intelligendum est de præparata nisi in duobus sequentibus casibus. primo si in dicto electuario coquatur, ut in confectiōe amech, & electuario rosa. & tunc scamonea ponatur non cocta, quia coquendo præparatur. secundo si illud compositum longo tempore reseruari debet, & hoc modo non præparata ponitur propter causam supra allegatam. In aliis uero si reperitur littera Mesue, suppleatur & dicitur scamonea. s. cocta.

Descriptio IX.

DIACATOLICON Nicolai. Quod datur in acutis & peracutis, quia mollificat digerit & cōfortat, & ualet epaticis & splenicis. R. foliorum senæ, cassiæ fistulæ, tamarindorum an. ʒ. ii. reubar. uolarum, polipodii, anisi feminis an. ʒ. i. liquiritiæ seminum cōmum frigidorum penidiorū an. ʒ. ii. puluerizentur puluerizanda, cædi dissoluantur tamarindi & cassia fistula cum aqua decoctionis infra scriptarum rerum, polypodii, liquiritiæ, prunorum, seminis anisi, feniculi. s. feminis an. parum, zuchchari albi lib. ii. & fiat electuariū in bona forma. Species electuariorum solutiui sunt grosso modo conterendæ, & per satis ratum cribrū transire debent. Et non solum electuarium solutiuum, sed & confectiōes solutiue, ut diarob & diacartamū. Et grossa hæc puluerizatio duplici causa fit. primo ut diu in stomacho maneat, & ibidem diu operetur. secundo ut uirtus eorum cito nō erubescat, & ne sua subtilitate ad membra transiret, quia maximum nocumentum inducerent ut supra declarauimus.

Medicinæ solutiue dicuntur, eo quia habent corruptos humores soluere id est educere & euacuare.

Descriptio X.

ELECTVARIVM rosatum Mes. Solutione educens choleram sine molestia, & ualet ad ægritudines ex ea factas, & ad ægritudines iuncturarū calidas & ad sodam calidam & uertiginem. Ad oculorū dolores, & ad icteritiam citrinam,

Mes. di
cit. ʒ. iiii.

DE MEDICINIS SOLUTIVIS

83

citrinam, & est sanum & expertum. ℞. succi rosarum rubre, completarum. ℞. in maturitate lib. iiii. zucchari tabarzet. i. illius regionis lib. i. s. tereniabin puri & recentis, loco ipsius ponitur manna. ℞. vi. scamoneæ antiochiæ. ℞. i. s. conteratur grosso satis modo, coquantur omnia sup prunas usq̄ dum mellis habeat spissitudinē, deinde proice super illud troc. de spodio. ℞. i. galliæ musc. croci an. ℞. ii. trociscorū de berberis. ℞. s. & reponē in uase uitreo & reserua.

Succi rosarum completarum, eo quia rosæ seu succus earū magis est solutiuus q̄ succus completarū, & ideo explicauit de completis, & nulli sunt apothecarij ad hoc aduertentes.

Nota insuper q̄ de hoc electuario reformari debent pillulæ aggregatiuæ Mesue ex inuentione nostra, & pillulæ de hermodactylis minores, & pillulæ de hermodactylis inuentione nostra ipsius Mesue. Non cum electuario de succo rosarum, ut quidam bestiales faciunt. Descriptio XI.

ELECTVARIVM de succo rosarū Nicolai. Ab eodem succo dictum. expertū contra guttam calidā, choleram rubeam purgat, & conualescentibus ex ægritudine tertianariis & quotidianariis mirifice prodest purgādo eos sine molestia, & reliquias malorum humorū potenter educit. ℞. zucchari albi, succi rosa. an. lib. i. & ℞. iii. sandaliorum al. citri. rubeo. an. ℞. vi. spodii. ℞. de canna. ℞. iii. diagridii ℞. i. s. camphoræ. ℞. i. misce & fiat electuarium in bona forma, puluerizando prius puluerizanda. Succus rosarum hoc modo fit. Accipiantur rosæ completæ, & post earū collectionem permittantur per diem, deinde in marmoreo uase cū pistello ligneo bene terantur, deinde in pecia inuolutur, & in torculari ad exprimendum ponantur, postea coletur, & in uitreato uase reponatur, & soli per aliquos dies permittatur, deinde à resistentia seu facce facta amoueat, ponendo in alio uase, & super eum ponatur parum olei oliuarum, & reserua. Cōseruatur enim in sua bonitate per annos duos &c. Electuarium. n. idem est quod electum ex uariis, quia ex multis & uariis rebus electuaria conficiuntur. Et electuarium dicitur omnis compositio nō reducta ad soliditatem, siue cum zuccharo siue cum melle fiat. Cōfectio uero dicitur q̄n̄ durefcit, & in dura forma fit.

Descriptio XII.

DIASENE Nicolai. Sic dī, quia plus de sena ingreditur descriptionem q̄ de aliis speciebus. Valet proprie melancolicis, maniacis, cardiacis, & tristib⁹, quartanariis & spleneticis. ℞. folliculorū senæ. iii. auellanarum assatarū num. 50. serici combusti. ℞. ii. lapidis arme. ℞. i. lapidis lazuli loti. ℞. iii. zucchari. ℞. vi. cinnamo. ℞. i. garioflorū galangæ piper spicæ ozimi. i. seminis basiliconis zinziberis folij cardamomi. s. maioris & minoris, croci zedoariæ floris roris marini, macropiper. i. piperis longi. an. ℞. ii. puluerizentur subtiliter omnia. Mellis colati & dispumati lib. ii. & fiat electuarium in bona forma hoc modo. Auellanæ subtiliter cōterantur, deinde ad bulliendum cū melle ponantur, semper spumam à melle amouendo. post uero aliquale cōctionem mellis remoueat ab igne. Et species ponantur. Lapis lazuli & lapis armenus hoc modo lauātur. terantur ambo per se subtilissime, deinde accipe mortarium lapideū, & proice ipsorum alterū, & aquam clarā in eo, & cū pistello agitando simul misceantur, & hoc facto per aliquod tps̄ permitte resistentiam facere, & primā aquā abiciās, & sic ter facias, semper per aquam innouando. Postea loco aquæ claræ accipias aquam rosā, & sic facias ut de cōi aqua dixi. Et tñ cū dicta aqua lauetur q̄ aqua remaneat clara. Et tunc ipsorum perfectā erit lotio, sed per se conteri debent & lauari.

De serico nota q̄ sericum quod apponitur in medicinis cordialibus pro confortatione cordis nullo modo debet comburi, sed minutissime incidi & teri. Quod uero ponitur in medicinis ad materię consumptionem, ut in hoc electuario ponitur, tunc comburendi est. Modus cōbustionis positus est supra fol. i. ibi recurras. Descriptio XIII.

CONFECTIO de manna Mes. de mente Gal. Solutionē facilem efficiens & educens choleram citrinā sine molestia, & ualet ad ægritudines ex ea factas, & est medicina delectabilis saporis, cuius permixtio remanet pure & recentis

lib. i. scamoneæ antiochiæ. ℞. i. succi ros. lib. i. Dissoluatur manna cū succo rosa. & coquātur simul debito mō usq̄ ad spissitudinē mellis. deinde remoueat ab igne & ponatur sup illud masticis puluerizati. ℞. iii. & reseruetur. Inquit Gal. ostendit cōpositio huius medicinæ nobilitatē eius est. n. cōposita ex partibus cōuenientibus cōplexione & pprietate.

Tereniabin syracosē & manna inter se dicūt, nec sunt species ut quidā dicunt. Immo differunt & secundū patriam & secundū locum in quem cadunt, & secundū uirtutem & cōplexionem. Syracosē enim & tereniabin calidiores & humidiores sunt manna, sed quia ad nos non portantur, ideo ipsorum loco ponimus manna. Quidam doctores uolunt q̄ diagridium & non scamonea hoc in loco ponatur. Sed sua semper pace salua, si poneretur & decoqueretur, uirtus solutiua fere in totū deperderetur. Cōctio. n. est præparatio dictæ scamoneæ. quare illa non diagridium est ponenda.

Descriptio XIII.

ELECTVARIVM de psilio Mes. Solutione educens choleram citrinam, & conferens ad febres difficiles, & ad sodam & uertiginem quæ sunt à fumis cholericis. ℞. succi buglo. domesticæ & syluestris, succi endi. succi apij, omnium coctorum & dispumatorū an. lib. ii. proice super ipsos culcu. anisi folliculorū senæ an. ℞. s. capil. ue. M. i. succi fumiterræ. ℞. iii. assari. ℞. iii. spicæ. ℞. ii. infundantur hæc omnia in dictis succis per diem ac noctem. deinde bulliant bullitione una, & post dictā ebullitionem proiciatur super ea uiol. ℞. iii. epith. ℞. ii. iterum alta bulliant ebullitione. deinde omnia colētur & bene exprimantur, & in dicta colatura ponatur seminis psilii. ℞. iii. & permittatur per diē & noctē omni hora, tñ agitādo illud cū spatula. deinde exprimatur uiscositas eius tota, deinde accipiantur huius uiscositatis lib. iiii. & proiciantur super eam zucchari al. lib. ii. s. scamoneæ coctæ in pomo. ℞. iii. s. coquantur omnia simul cum facilitate, post uero cōctionē addantur trociscorū diarodon, trociscorum de spodio. reub. an. ℞. i. troc. de berberis. ℞. s. puluerizentur hoc satis subtiliter & misceantur & reseruentur in uitreato uase, & dosis est an. ℞. iii. usq̄ ad aur. iii. Violę si simpliciter scriptę aliqua in composito reperiantur de ipsis sicis intelligendum est, quæ colligendę sunt in mense martij, exiccandę q̄ in umbra, & reseruandę in loco sicco, humiditas enim in eis putrefactionem inducit.

Sunt aliqui textus q̄ dicunt scamoneæ non coctæ, & hæc littera magis consona est, quia ponendo scamoneam coctā & illam iterū decoquendo uirtus solutiua deperditur. Sed non q̄ q̄n̄ præparata coquitur, intentio est ut illud electuarium sit lenitiuū & non solutiuū. Potes igitur cū in his electuariis reperies hanc litterā. ℞. diagridii, & iubet illud iterato decoquere loco ipsius scamoneam ponere, & coquere, uel diagridiū puluerizare grosso modo, & cum aliis speciebus in fine in electuario ponere sine cōctione, & altero duorū modorum facias &c. Descriptio XV.

MICLETA Nicolai. i. experta, & ualet proprie ad hemorroidas & ad uentris tortionem & rugitū lienterię & disinterię. & optima est omni solutioni uentris. ℞. myrabolanorū citri. indorum, chebulorum mundatorū & assatorum an. ℞. ii. s. cimini anisi, maratri. i. semen feni. an. ℞. i. s. belericorum, emblicorū assatorū an. ℞. ii. nasturtii. ℞. ii. s. ameos carui. an. ℞. i. s. infundatur hæc omnia in fortissimo aceto per diem & noctem. deinde extrahantur, & exiccari permittantur. deinde puluerizentur spodii. balaustrarum, masticis, succi mach. gummi arab. an. ℞. i. & gr. xv. fricentur hoc alia manibus cū oleo ros. Et postea puluerizentur subtiliter, & cū li. i. & ℞. iii. syrapi mirtini, fiat electuarium in bona forma. Mirabolani oēs assantur hoc modo. Infundantur mirabolani qui assari debent in suc. cydoniorum uel granatorū, deinde linteo exicca eos, postea madefiant in oleo ros. uel masticino. deinde eos assā super patellam ferream bene calefactā semper ducendo & mouendo. Et anteq̄ incipiant nigrescere ab igne siue à patella calida amoueat ne cōburantur. & sic sunt assati, & hoc modo in usu administrantur.

Sextus modo præparationis medicinarum. primus est cōctio. secundus contritio. tertius adustus. quartus ablutio.

DISTINCTIO. III.

quintus congelatio. sextus compositio. & causam omnium istorum hoc in libello reperies descriptum.

Descriptio XVI.

DIAPHINICON Mes. & est confectio de dactyl. qua scripsit fili' Zesar. conferes ad febres copositas, & chronicas & est medicina securitatis. & confert ad colicam, & dolorem ventris & humorem crudum, & frigora. R. dactylorum heyron infusorum in aceto tribus diebus & noctibus. ʒ. c. penidiarum syhri. i. facti ex zucchero albo infuso in aqua decoctionis ordei. ʒ. i. amigdalorum mundatarum. ʒ. xxx. turbit. ʒ. xxxv. scamonea. ʒ. xii. f. preparate. zinziberis. piperis longi foliorum rutha siccorum. cinnamomi. macis. ligni aloes. seminis anisi. feniculi. f. seminis dauci. galange an. ʒ. ii. s. conterantur subtiliter, dactyli penidii, & amigdalae. Caetera uero puluerizentur non multum subtiliter. Mellis colati & dispuanti lib. i. & ʒ. i. s. fiat electuarium.

Dactyli heyron, dicuntur heyron ab illa regione in qua dactyli multum abundant, & qui in ea nascuntur sunt meliores omnibus aliis aliarum regionum. Alii uero dicunt quod est una maneria dactylorum quae melior est, quemadmodum sunt pruna damas. quae meliora sunt aliis prunis, & una & altera opinio bona est.

Penidii & dactyli hac in compositione ponuntur, ut inuiscent & ingrossent medicinas solutiuas, ne ad longinqua penetrant, & hac de causa ponuntur in hac compositione a Mes. & in omnibus aliis medicinis solutiuis in quibus ponuntur.

De hac compositione uaria reperitur littera, & paucissimi sunt apothecarii qui usque adeo compositionem hanc rite composituerint ob hanc uarietatem. reperio. n. in aliquibus Mes. scriptum syhri. in aliis hant, in alio syhri, in quibusdam syhri. in aliis syhri. & in aliis syhri & syhri, quae omnes corrupte sunt prae ter illam quae penidiarum syhri dicit, & multipliciter exponitur. Quidam. n. dicunt quod penidii syhri sunt penidii facti ex zucchero illius prouinciae, & quod syhri est prouincia, & haec falsa est. Alii dicunt quod sunt penidii qui sunt ex zucchero prius infuso in aqua ordei, cum fieri idem sit quod ordeum, & tunc illo modo facti sic appellandi sunt magis lenitiui sunt & absterui minusque viscosi & oppilatiui. Alia expositio est. quod syhri idem est quod solidi albi & leues, & hi sunt ex bono zucchero, & duae hae opiniones bonae sunt, sed prima magis ad mentem doctoris. & fuit & est mea opinio. Igitur cum compositionem hanc facere uis. Accipe zuccharum album & infunde in aqua decoctionis ordei per horas sex. deinde zuccharum coque illa in aqua, & penidios fac. & habetis perfectam & ueram descriptionem diaphiniconis, secundum auctoris mentem.

Penidii sunt ex solo zuccha. ultimate ducto, & ex longa & continua ductione & manibus pertractione dealbantur, & de bono zuc. faciendi sunt, non de puluere zucchari ut quidam faciunt apothecarii.

Diaphinicon dicitur a feniculis. i. dactylis, de quibus plus intrat quam de aliis medicinis. basis tamen non sunt in hac medicina. Sed turbit & scamonea sunt basis. Descriptio XVII.

DIAPRVNIS non solutiui Nicolai. Datur acutus & peracutus patientibus, & maxime caufoni & synoche in principio in augmento & statu aegritudinis, & sine diagridio potest exhiberi in omni hora diei, cum diagridio uero in hora matutinali & cum cautela, quoniam est solutiui forte. R. prunorum damascenorum quantitate quam uolueris, aquae clarae in quantitate conuenienti qua dicta pruna cooperiantur. Ponantur duo haec in uase ad ignem, & tandiu bulliant usquequo dissolui uideantur, & dissoluti ab igne deponantur, deinde in cribro perforato ponantur, & tandiu manibus fricentur quod pulpa dictorum prunorum transeat & solui ossa & cortices remaneant. deinde de dicta pasta accipe lib. i. zucchari, lib. ii. aquae in qua cocta sunt pruna lib. vi. uolarum. ʒ. s. bulliant leuiter ebullitione in dicta aqua. deinde coletur & in ea colatura ponatur zuccharum & pasta prunorum praescripta & usquequo ad spissitudinem omnia ueniant simul bulliant semper agitando. & tunc addantur castae fistulae tamarindorum an. ʒ. i. duo haec dissolui debent cum aqua prunorum in qua uiolae bullierint. Postea tandiu simul bulliant usquequo reducantur ad perfectam coctionem, & electuarii habeant formam, & ab

igne remota infrigidari permittantur, demum infra scriptae species super proiciantur. R. sandalorum alb. sandalorum rub. spodiū, reubar. cinnamomi an. ʒ. iii. uolarum ro. seminis portulacae scariolae berberorum succi liquiritiae dragagani an. ʒ. ii. seminis citrulli, melonum. f. seminis seminis cucurbitae mundatorum an. ʒ. i. puluerizentur omnia satis subtiliter & bene permisceantur. Et habes diaprunis.

Descriptio XVIII.

DIAPRVNIS solutiuum. R. diaprunis non solutiui compositi in omnibus ut supra lib. ii. diagridii. ʒ. ii. misce, & sic habes diaprunis solutiuum. Aliqui textus habent, & si laxatiuum facere uolueris ponatur in unaquaque lib. ʒ. vii. diagridii quoniam ab igne deponitur. Pruna ex quibus supra scripta compositio fit debent esse mediocriter maturitatis, non multum matura uel muza. Muzū autem proprie dicitur cuius sapor est compositus ex dulci & acetofo. Descriptio XIX.

DIACASSIA inuentione mea, quae est lenitiua uentris & leuis, & est medicina pro delicatis, carens acuitate & mordicatione & omni excessu ledente. R. cassiae mundae & electae lib. ii. tamarindorum, ʒ. i. prunorum num. xii. uolarum, ordei, anisi, polypodii, cartami, liquiritiae, capil. uen. thimi, epithimi an. M. s. passularum. ʒ. i. seminis feni. ʒ. ii. seminis portulacae seminis maluarum an. ʒ. iii. cinnamomi. ʒ. s. misceantur, & confringantur omnia grosso modo, & bulliant in lib. xii. aquae secundum artem. deinde coletur manibus exprimendo. de qua colatura cassiae & tamarindi extrahantur, & dissoluantur. Et addatur lib. i. zucchari. deinde coquantur, & usque ad formam electuarii reducuntur lento igne cum spatula semper agitando.

Dragma nomen est ponderis, & ponderat nonam partem unciae. & sic accipiebat antiquitas, & illa est uera dragma. Moder. uero octauam partem unciae pro dragma accipit, quae est scropuli tres. Et dragma graece idem est quod manipulus uel fasciculus moder.

Grana ex quibus medicinae ponderantur debent esse grana uel ordei uel frumenti. Si enim sunt frumenti debet illud granum esse a superiore cortice mundatum. Si uero ordei illud granum esse debet cum cortice. & sic habebis debitum ordinem ponderum. Descriptio XX.

CASSIAFISTULA pro clysteribus magistralis. R. florum uolarum foliorum earum maluarum mercurialis bletarum paritarię an. M. i. absinthii romani. M. s. omnium uiridum, fiat omnium decoctio in sufficienti quantitate aquae secundum artem postea coletur manibus exprimendo. de qua colatura cassia extrahatur, quae extracta, per omni lib. i. dictae cassiae addatur mellis electi li. s. & coquantur usque ad spissitudinem, & reseruetur.

Herbae omnes praescriptae ex quibus decoctio haec fieri debet uirtutes esse debent, eo quia sunt magis lenitiuae. Si uero haberi non possunt, siccae ponantur.

De absinthio nota quod ipsum diuersificatur secundum diuersitatem loci & patriae in quibus oritur. Idem quoniam dicitur, & reperitur in receptis absinthii romani. hoc est, quia illud est melius aliis, una tamen & eadem est species. Sed quia illud haberi non potest, eligatur illud quod in montibus & locis saxosis oritur quia melius est quam quod nascitur in locis humidis & timbrosis, & colligi debet in Iulii mense, & in umbra exicari.

Inter enema & clystere differentia est. Nam clystere est instrumentum quo decoctio in intestinis impellitur. Enema autem est ipsa decoctio & medicina quae iniicitur.

Descriptio XXI.

DIAROB cum turbit & reubarbaro magistralis, quae est confectio delectabilis in forma solida, & euacuat cholera & stegma, & humores uiscosos putridos a stomacho, & a partibus remotis & iuncturis. R. zinziberis. ʒ. s. galangae, piperis longi, cardamomi. f. maioris & minoris an. ʒ. i. croci. ʒ. i. macis. ʒ. s. turbit albi & gumosi. ʒ. x. reubar. boni & electi. ʒ. s. & diagridii infusi in aqua ro. per diem unum. ʒ. s. zuccha. boni. ʒ. xvi. & fiat confectio in morfell. faciendū omnem morsellum de. ʒ. vi. & hoc est eius dosis.

Pondera coia ex quibus medicinae comensurantur & ponderantur sunt sex. prio librae, cuius talis est figura lib. scdo unciae & talis

Quo ergo in oibus de scriptio 4 nib° Mes. & Nico. ubi dicit ʒ. iii. iste ponit. ʒ. s. & ubi dicit. ʒ. viii. potit ʒ. i. & iō i multis locis i marginerepe risti do 4 ses Mes. & Nico. & uenē tiisit mo re anti9 quo.

Apā oēs doc. mes dicing cū describūt medicas me repe ritur de9 scriptio clysteris & clyste re bonū & c. sed dicit qu abutuntur.

& talis est figura. 3. tertio dragma & talis est. 3. quarto scro-
polus, & talis est. 3. quinto granū, & talis est gr. sexto mani-
pulus, & talis est. M. & his sex ponderibus cōter oēs men-
surā mensuratur medicinarum. Descriptio XXII.

DIAROB sine reubarbaro magistralis. Cum uirtute,
superioris, plus tñ euacuans flegma q̄ cholera. R. turbith
albi gummosi. 3. i. zinziberis. 3. s. cinnamomi, garioflorū.
an. 3. ii. galangæ, piperis longi, macis. an. 3. i. diagridii. 3. s.
zuc. albi lib. i. fiat confectio in morsellis dissoluēdo zuccha-
rum cū uino cydoniorum & aqua simplici, & sit omne mor-
sellum de. 3. s. puluerizando hæc solutiouorum more &c.

Inter antiquos modernos de ponderibus est differētia
Ideo intelligendū q̄ libra modernorum constat & resultat
ex. xii. 3. uncia constat ex. viii. 3. dragma ex. iii. Scopulus
ex gr. xx. & sic medicina à medicis & apothecariis cōmen-
surantur hoc tempore. Descriptio XXIII.

DIACARTAMVM magistrale ualens in euolu-
tione cholera flegmatis. R. medullæ cartami. 3. i. & 3. i.
specierum diadraganti frigidū. 3. ii. carniū cydoniorū.
3. ii. s. zinziberis albi. 3. i. turbith electi. 3. ii. diagridii. 3. ii.
& 3. i. manna granata, mellis ros. an. 3. i. zuchari albi. 3. vi.
& fiat confectio in morsellis uel in forma manus christi, de
3. s. pro singulo. Cuius est dosis.

Dosis. n. est limitata mensura uel quantitas simplicis uel
cōpositæ medicinae solutiue uel nō solutiue q̄ de se apta na-
ta est facere sufficētē opationē nō diminutā nec superfluā.

Carnes cydoniorum. i. pulpa cydoniorum debent subtili-
ter conteri cum cartamo à quo amotus sit cortex exterior,
& hoc modo dicitur medulla deinde ambo debent dissol-
ui cū melie rosato & manna, & zucharo fere cōdo bene
miscere, in sine uero species præscriptæ misceri debent, &
confectio fieri. Medicinae omnes solutiue conseruantur
per duos annos in sua bonitate & solutione, elapso uero di-
cto tempore amittunt uirtutem suam solutiua.

Descriptio XXIII.

PILLVLÆ aefanginae Mef. quæ dicuntur pillulæ de
aromatibus, & ualent ad dolorem stomachi pp flegma, &
sunt uehementis iuuamenti in mūdificando stomachum &
cerebrum, & instā sensum ab humoribus grossis & putri-
dis. R. cinnamomi, cubebæ, ligni aloes, calami aromati,
macis, nucis muscatae, cardamomi. s. maioris & minoris, ga-
rioflorū, assari, mastice squinatū, specie carpopalsami. an. 3.
i. absinthii sicci, rosarum an. 3. v. terantur hæc omnia contri-
tione grossa, & fundantur super ea aquæ lib. xii. & eoquantur
usq̄ ad consumptionem duarū partium, deinde fricentur
manibus, & colentur exprimendo aquositate eius, postea
accipe aloes succotri. lib. i. lauetur in scutella lapidea uitrea
lauationibus pluribus cū aqua pluuias. Postea remota
aqua proiciatur super eam de prædicta decoctione lib.
ii. & ponatur in sole, & permittatur desiccari omni die cum
spatula agitando, deinde post ipsius exiccationē contran-
tur subtiliter puluerizentur myrræ aloes, mastice. an. 3. v.
croci. 3. iii. Et ea permisce cum aloē toto, & tere cōtitione
bona. Et postea residuum decoctionis expressionis adde, &
soli expone omni die commiscendo cū spatula, & tñ per-
mittantur stare q̄ exiccate sint, & serua.

Istæ pillulæ non possunt confici nisi semel in anno. s. pil-
lulæ aefanginae, in æstate. s. in mense Iunii & Iulii & sic tñ
ista spēs pillularū p̄ annū seruat in sua uirtute, & nō plus.

Magna diuersitas reperitur in Mefue, de dosi rosarum &
absinthii, quidam ponunt. an. 3. v. quidam uero. an. 3. & ista
littera uerior & melior est. Nam rosæ ponuntur ut expellat
malitiā caliditatis aloes à stomacho & capite. Absinthii ue-
ro ut aggreget sua stipticitate partes lassatas ab aloē, quare
3. v. est dosis quæ in dicta recepta apponi debet.

Aloes lauetur cum aqua pluuias pp hanc causam, q̄ illa
subtilior ex q̄ communis, ideo q̄, magis penetrat per oēs
partes aloes quam possit cōis facere propter grossitē suæ
substantiæ, quare cum illa lauetur.

Aloes lauetur hoc modo. Accipe de aloē succotri. mū-
do cito frangatur & boni sit odoris quantitātē quam uolue-
tis bene teratur & cribelletur, deinde proiciatur in scutella

la lapidea uitrea & roretur aloes ex aqua pluuias, donec
imbibatur ab ea per totū, deinde soli exponatur, & exiccari
permittatur ab illa aqua. Et cū desiccatum fuerit, iterum ter-
ratur & secundo, & iterum imbibatur ex aqua pluuias, & di-
mitte siccarī sicut prius. Descriptio XXV.

PILLVLÆ mastice Petri de apono super additio-
nibus factis Mef. c. de medici. appetitus corrupti. in sine ca-
pituli. Quæ præseruant stomachū ab omni lesione intrinseca,
nec permittunt humores putrefieri in eo, & multas alias
laudes eis attribuit. R. mastice boni. 3. s. aloes electi. 3. x.
agarici boni. 3. iii. confice cū succo altia. i. cum uino cōcto
uel sapa uel rob q̄ idem sunt, prius puluerizatis omnibus.

Differentia enim est inter rob robub & syrupum. Nam
rob idem est quod uinum ultimate decoctum. Robub idē
est quod succus inspissatus uel caliditate solis uel ab igne.
Syrupus uero est decoctio inspissata ab igne cum qua ponit
tur zucharum uel mel uel sapa. Descriptio XXVI.

PILLVLÆ aureæ Nicolai, sic dictæ pp earum ex-
cellentiam, proprie purgant caput lumen oculorū acunt,
uentositatem stomachi & intestinorū expellūt, & sine mole-
stia purgāt. R. aloes electi, diagridii. an. 3. v. rosarū seminis
apii. an. 3. ii. s. seminis anisi, semi. feniculi an. 3. i. s. croci inte-
rioris colloquintidæ, mastice. an. 3. i. puluerizētur nō multū
subtiliter, & formētur pillulæ cū aqua infusionis dragagātū.

Dicuntur pillulæ aureæ per methaphoram, quia sicut au-
rum præciosius est cæteris metallis, ita istæ pillulæ ad com-
plendos effectus ad quos faciendū dantur sunt præciosio-
res aliis comparatis ad suos effectus complendos, & multū
in usu habentur.

De colloquintida inter doctores est differentia, multi po-
nunt q̄n reperiunt interiora colloquintidæ & semina & pul-
pam, ut uult circa instans & male faciunt. Alii uero ponunt
pulpam sine semine, ut alii omnes scribunt doctores, & isti
melius faciunt, & sic cōter ab omnibus ponitur ut seruator
de modo p̄parationis ponit, sic Mefue in descriptione tro-
ciscorum aialand iubet illam à granis mundari.

Descriptio XXVII.

PILLVLÆ turbithatæ & dicuntur aureæ Mef. quæ
cholera & flegma sine molestia purgant, stomachū & epar
confortant, & digestionē procurant, turbithatæ à turbith, &
sunt primæ quæ sunt in usu. R. turbith boni. 3. xvi. aloes.
3. i. s. mastice, rosarū. an. 3. vii. mirabolanorū citri. 3. x. cro-
ci. 3. iii. puluerizentur, & confice cum succo absinthii.

In istis pillulis non ponitur zinziber, & hoc est ut debi-
liores sint & à longe non trahant, quod secus facerent si in
eis poneretur, zinziber enim permixtum cum turbith forti-
ficat ipsius solutionem, & facit q̄ à longinquo attrahat.

Descriptio XXVIII.

PILLVLÆ aggregatiuæ ex inuentione Mef. descri-
ptione nostra ut ipse inquit. Expertorum iuuamentorū ad
febres antiquas, & ad febres diuersitatis, & ad ægritudines
capitis stomachi & epatis, & educunt putrefactiones utri-
usq̄ cholerae, & flegmatū, & mūdificant instā sensuum.

R. mirabolanorū citri. raueseni. an. 3. s. succi eupatorii,
succi absinthii. an. 3. ii. diagridii. 3. vi. chebulorum indorum,
agarici colloquintidæ, polypodii. an. 3. ii. turbith boni aloes.
an. 3. vi. mastice rosarū salisgemme, epithimi, anisi, zinzibe-
ris. an. 3. i. misce, & reformentur cum electuario rosato, om-
nibus prius puluerizatis.

Nota q̄ succi intrantes in istis & aliis pillulis seu confe-
ctionibus hoc modo fiunt, accipiatur absinthium & bene
conteratur, deinde in pecia rara inuoluatur, postea cū tor-
culari exprimatur, & absq̄ alia colatura in uestica ponatur,
& soli ad exiccādū permittatur. si enim à parte grossa cola-
retur in uestica nihil remaneret eo quia pars aquea à sole cō-
sumeretur, & ut de absinthio dico, ita & de aliis omnibus
herbis intelligatur &c. & per annum conseruatur.

Nota q̄ istæ pillulæ & pillulæ de hermodactylis descri-
ptione nostra Mefue, & de hermodactylis minores reformen-
tantur cum electuario rosato, quanquam quidam ignari
apothecarii reforment cum electuario de succo rosarum,
& ualde errant, & hoc auaritia ducti.

DISTINCTIO. III.

Nota & insuper q̄ simpliciter scriptum reperis pillularum aggregatiuarum de istis supra descriptis est intelligendum, quæ sunt perfectiores aliis magisq̄ correctæ.

Descriptio XXIX.

PILLVLÆ de fumoterræ Aui. lib. 4. fen. 7. c. de sca bie cura. Valētes ad pruritū & scabiem, & ad ægritudines de materia adusta. R. mirabolanorū citrinorum, kebulorum nigrorum indorū. an. 3. v. aloes sucotrini. 3. vii. scamoneæ. 3. v. puluerizentur omnia non multum subtiliter. Et confice cum aqua fumiterræ irrorando ea & dimittantur donec exiccantur, & imbiantur uice altera, & dimittantur donec exiccantur, & fiat tribus uicibus sic & in omni ulce fiat sicut forbitio, deinde dimittantur donec inspissentur, & compactum fiat, & fiant inde pillule.

Hic intelligendum est, & in omnibus aliis locis in quibus scribuntur mirabolani q̄ solū cortices amotis ossibus accipi debent mirabolanorum.

Modus faciēdi suprascriptarum pillularum fere uidetur obscurus, sed hoc modo fieri debent. terantur prescripta in eis, deinde irrorētur aqua fumiterræ, in t̄m q̄ oēs partes ipsarum penetret, deinde in sole ad exiccandum ponantur, & ante perfectam exiccationē, sed post aliqualem succionem iterum aqua fumiterræ irrorentur & soli exponantur, & hoc ter fiat, ultimo in sole exponantur, & t̄m permittantur donec pillularum formam accipere possint deinde remoueantur & conseruentur.

Descriptio XXX.

PILLVLÆ de mezereon Mesue, quæ sunt mirabiles ad hydropisim, educūt aquam citrinā & sunt expertæ. R. foliorū mezereon preparatorū. 3. v. mirabolanorū citrino. 3. iiii. kebulorum. 3. iiii. misce et puluerizētur omnia nō multum subtiliter. Et confice cū aqua endi. in qua dissoluti sint tamarindi, et tereniabin. i. manna. an. 3. i. et fiat massa.

Mezereon preparatur hoc mō. Infundatur in fortissimo aceto & per diem dimittatur, & exicari permittatur, deinde conteratur, & administratur. Hoc enim modo preparatur ut ferofitas & inflammatio quæ in eo est amoueat. parum. n. sustinet de decoctione, & laboriosa contritio uirtutē eius destruit & resoluit.

Descriptio XXXI.

PILLVLÆ de hiera simplici Gal. 7. terap. c. 12. Quæ sunt sublimes, & laudes earum sunt dictæ superius in. c. de hiera. R. specierū hieræ simplicis. Gal. 3. i. et cōficiantur cū melle rosā. & fiat massa. Nec aliud est addendum nec di minuendū, & hoc modo Gal. describit loco allegato supra.

Necessitas compositionis pillularum fuit, quia medici uolentes dare substantiā medicinæ in forma in qua diu moritur in stomacho oportuit eas aptare in forma pillularū, cum solidum magis in stomacho stet q̄ quæq̄ alia forma.

Descriptio XXXII.

PILLVLÆ de hiera cōposita siue de hiera cū agarico magistrales, q̄ sunt maximi iuuamenti solutione educen tes utranq̄ cholera, & flegma, & humores uiscosos & putridos, & earū proprietates est mūdificans cerebrum & mēbra sensuū. R. specierū hieræ simplicis Galeni, agarici trociscati. an. 3. s. aloes boni subtiliter puluerizati, seu contriti. 3. i. misce cum melle rosā. & fiant pillulæ seu massa.

Hoc meo libello notandū est, q̄ aliquibus in descriptio nibus & cōpositionibus reperitur, terantur, & in aliquibus conterantur. Illa dīsa est inter tero et contero. Terere. n. idē est quod rem aliquā diuidere per partes grossas. Cōterere uero idem est quod rem diuidere per partes subtilissimas. Ideo qn̄ intendo spēs subtilissime teri debere scribo conterantur. Qn̄ uero uolo q̄ grosso mō puluerizētur dic & scribo terantur, q̄re & in suprascriptis & infrascriptis cōpositionibus ad hoc bene aduertatur.

Descriptio XXXIII.

PILLVLÆ fetidæ Mesue maiores, quæ expellunt humores grossos, & conferunt ad dolorē iuncturarū, & podagra, & ad oēm dolorem ex humore crudo, & ad dolorem stomachi & colicā, & ad albaras, morpheam, & leprā.

R. serapini armoniaci, oppoponaci, bdellii, colloquintidæ harmel. i. seminis cicutæ, aloes epithimi. an. 3. v. alfebram. i. esule, colligenda est in mense octobris. hermodactylo. an. 3. ii. scamoneæ. 3. iiii. cinnamo. spicē croci, castorei

an. 3. i. turbith. 3. s. zinzibe. 3. i. s. euforbii. 3. ii. terantur oīa, & gūmę dissoluantur in aqua porri, & fiant pillule. i. massa.

Nota de mente auctoris pandetarum q̄ harmel scriptū cū h. idem significat quod semen cicutæ, qn̄ uero scribitur cum a. idem est quod semen ruthæ. Ex hoc igitur intelligas q̄ diuersus modus scribendi diuersificat nomen uocabulū, quare semper respiciendæ sunt litteræ & syllabæ uocabulū cōponentes in medicina scriptum, eo q̄ uariatur secundum uarietatem cōpositionis litterarū, quare bene nota.

Descriptio XXXIIII.

PILLVLÆ fetidæ minores Mes. & sunt eiusdē uirtutis cū maiorib⁹. R. serapini armoniaci, oppoponaci, bdellii, myrræ. an. 3. v. turbith. 3. x. colloquin. 3. vi. dissoluantur gumma in aqua porri. & c. terantur, & cū ea conficiantur.

Vnum generale hic nota, & incidenter, q̄ illud quod de natura sua est aromaticū quanto est aromaticius tanto melius, & quod est fetidum quanto fetidius tanto melius ex parte aloes. Similiter ēt omne quod debet habere aliquem saporem quāto in suo sapore est intensius tanto melius, ex parte oleo. nam cū sit de natura rerum amaritudinē habentiū quanto minus amarū tanto laudabilius & c.

Gumma dissoluntur in aqua porri uel in aceto uel in aliquo alio liquore hoc modo. Infunduntur in aqua uel aceto per noctem, & debet acetum uel aqua esse in tāta copia q̄ eas tegat, in mane si gūmā totam biberunt aquā uel acetū & duræ sint adiungatur ipsorum alterū & postea accipias eas & fricabis manibus super setacium, qua fricatione bona transibit substantiā, paleæ uero & immunditiæ remanebunt, & tunc utere.

Descriptio XXXV.

PILLVLÆ de sarcocolla Mes. in. c. de sarcocolla & in antidotario, solutione educentes flegma, & cōferunt ad ægritudines flegmaticas. R. sarcocollæ preparate. 3. iiii. turbith. 3. s. interioris colloquintidæ, zinziberis. an. 3. i. s. falsis gemmæ. 3. i. dissolue sarcocollam in aqua rosa. cetera terantur, & cum ea fiat massa.

Sarcocolla hoc mō preparatur, infundatur in lacte asine per dies quinque, semper & omni die lac inuouando, & prius mū abiiciendo, demū dissoluatur in aqua rosa. ut in superioribus pillulis tibi monstraui.

Descriptio XXXVI.

PILLVLÆ de bdellio maiores Mes. expertæ ad fluxum hemorroidarū & ulcerū in eis, & ad fluxum menstruorum. R. bdellii. 3. i. s. ameos, kebulorū indorum, belliricorū, emblicorū, ueneriarū adustarū, i. radices acori charabæ, an. 3. li. s. Infundatur bdellii in succo porri, cetera terantur, & cū eo fiat massa. Et dentur pillulæ in modū ciceris & c.

De porro nota quoddam est porrum capitātū, i. trāspan tatum & esui illud competit. Aliud est sectile, i. non trāspan tatum, & illud usui medicinę cōpetit, igitur de isto fit succus de quo istæ pillulæ reformantur, & ex his ēt fit aqua uel per sublimationem uel per decoctionē & iste ultimus modus magis mihi placet de qua reformantur & dissoluntur gūmæ intrantes in pillulis fetidis, quare nota.

Diueritas magna reperitur in receptis harū pillularum Mes. fere omnes dicunt uenarū adustarū. Et hanc litterā reprobatur Matthe. syl. in synonymis ponitur sub. c. 690. dicens quod est error scriptoris, & q̄ debet dicere auellanarū adustarū. Sed salua semper pace in errore est. Sed debet dicere ueneriarum adustarum, ut in quodam antiquissimo Mesue scriptum repperi. Et q̄ sic dicere debet patet, eo quia ueneriæ. i. acorus. f. radix, q̄ radix supra aliquē portata illū p̄seruat à fluxu sanguinis, ut ipse ponit. c. 281. q̄re seipsum corrigat.

Radix acori hoc modo aduritur, post ipsius exiccationē per grossa satis frustra incidatur, deinde super laminam ferream ignitam incessanter reuoluatur, donec & quousq̄ color eius de toto mutetur & tunc remoueat, q̄ adusta est.

Descriptio XXXVII.

PILLVLÆ lucis Mes. maiores, quæ addunt in uisū & corroborant eum, & abstergūt infra sensuū, & expellunt superfluitates, & custodiunt sanitatē corporis. R. rosarum uiolarum abinthii, colloquintidæ, turbith, cubebæ, calami aroma, nucis musc. spicæ epithimi, carpobalsami, xylobalsami, ligni balsami, fileris montani, seminis ruthæ, squinantii affari.

Mes. dī cit. 3. iiii.

Mes. dī cit. 3. iiii.

affari/masticis/garioflorum/cinnamomi anisi/feniculi. l. feninis/apii. l. se. casia lignea/croci/macis. añ. 3. ii. mirabolanorū citrinorum/kebulorum indorum/belliricorum, emblicorū/raued seni. i. reubarbari. añ. 3. s. agarici, fenē. añ. 3. v. eufragiæ. 3. vi. aloes fucotriini ad pondus omnium. Terantur omnia conficiantur cum succo feniculi, & fiat massa.

De colloquintida pauci sunt qui in receptis ponant colloquintidā, fundantes se super dictū Mes. in descriptione trociscorū alandal qui dicit. Trocisci alandal qui ponuntur in hiera Hermetis & in aliis cōfectionibus loco colloquintidę, ac etiā pp suā uenositatē dicunt nō esse ausi in receptis ponere. Alii uero ponunt colloquintidam & nō trociscos alandal, dicentes q̄ magis solutiua est, & q̄ à doctoribus ponitur in cōpositionibus tāquā calcar, ut etiā faciunt diagridiū, & sic his rationibus uariū uarias cōpositiones faciunt: Ego uero soleo hoc fieri facere, si in receptis auctorū reperio cōsidero si in eis ipsius malitiā frangentiā sunt posita uel nō, si sic audacter illam apponi facio, ut in ista recepta, si nō, loco ipsius pono trociscos alandal. Et hoc est quod dicit bonus Mes. & propter hoc in hiera Hermetis posuit, in qua multæ & multæ sunt medicinae uenositatē, & pauce earum uenositatem corrigentes, & tu hoc considera.

Descriptio XXXVIII.

PILLVLÆ de hermodactylis maiores Mes. experte ad dolorē iuncturā, & podagrā frigidā. & hermodactylorum aloes mirab. citrinorū/turbith/colloquintidę, bdellii/se rapini. añ. 3. vi. castorei, sarcocollę, euforbii/ oppoponacii/ harmeli. se. cicutę, se. apii. añ. 3. iii. croci. 3. i. s. Conterantur omnia, & cum succo caulium fiat massa &c.

Colloquintida antequā in cōposito ponatur debet ultimate cōteri ut iubet Mes. in cap. de rectificatione medicinarū per triturationē. Cū dicit oportet q̄ colloquintida ultime puluerizetur, nec sit contentus aliquis in trituratione eius.

De cōtritione iterū nota, q̄ dupliciter est, quædam n. est multa quædam pauca. Multa cōtritio fit duabus de causis. primō ut per illā cōtritionē remoueat malitia medicinę quā faceret si grossa esset, & ob hoc bene cōteritur pulpa colloquintidę. Secunda est, quia membrū quod curare uolumus est situatū in remotis partibus, & ideo bene cōterendę sunt medicinae renū & epatis. Grossa uero cōtritio fit duabus de causis. una est ut ultimata cōtritione uirtus medicinę & operatio eius propria corrumpatur ut scamonea si in ultimo cōteratur deperdit uirtutē solutiua. Secunda est ut multo tpe remaneat in stomacho, & iuuēt digestionē, uel magis attrahat & sic medicinę romaticę & solutiue grossō mō cōteritur.

Descriptio XXXIX.

PILLVLÆ de reubarbaro Mes. cōferētes ad febres antiquas ex diuersis generatis humoribus uiscosis & putridis multasque putredinū, & ad dolorē epatis, & principii hydropis. & raued seni. i. reubar. 3. iii. succi liquiritiæ, succi absinthii, masticis. añ. 3. i. mirabolanorū citrino. 3. iii. s. seminis apii, seminis feniculi. añ. 3. s. trociscorū diarodon. 3. iii. s. specierum hierępigri. i. hierę simpliciis. 3. x. Terantur terenda & conficiantur in magdaleone, cum aqua feniculi.

Pro reformatione pillularū. Nota q̄ nisi pillulę reformētur cū aliqua re uiscosa nō possunt simul teneri ut faciunt istę pillulę, & pillulę cochię quę reformantur cū uino albo. Ideo si istę reformarentur cū syrupo acetoso uel cū oxymelle simplici nō esset inconueniēs & pillulę cochię cū melle rosato. Igitur ut dico de istis, & de aliis etiā intelligas q̄ cū aqua uel uino reformātur &c. Descriptio XL.

PILLVLÆ de hermodactylis minores Mes. experte ad dolorē iuncturā, & podagrā calidę. & hermodactylorū. 3. v. scamoneę. 3. ii. s. l. preparatę, mirab. citri. 3. iii. rosarū. 3. ii. aloes. 3. x. Confice cū catartico. i. cū electuario rosato, terendo prius terenda. Catarticū. i. purgatiuum ut doctores exponunt, igitur catarticū rosarū idē est quod purgatiuum factū cū succo rosarū. Et sic electuariū de succo rosarū & electuariū rosatū dici potest catarticū rosatū. Verum ego magis laudo reformari debere cū electuario rosa. quia illud magis benignum est, & minori uenositate participat.

Descriptio XLI.

PILLVLÆ inde Mes. quarū iuuamētū est ultimū ad ægrotudines melancholicas, & ad cancrum, & leprā, & morpheā nigrā difficilē, & sunt bonę melancholię, & timori, & ad dolorē splenis, & icteritiā splenālē, & ad quartanā. & mirabolanorū nigrorū. i. indorū ellebori nigri, polypodii, añ. 3. v. epithimi sicados. añ. 3. vi. lapidis lazuli loti. Modus lauādi supra ostensus est, colloquintidę salis indi, añ. 3. s. succi eupatorii, spicę. añ. 3. ii. garioflorū. 3. i. specierū hierępigri. i. simpliciis. 3. i. s. terantur, & fiat massa cum succo apii.

Nota q̄ pillulę oēs cōseruantur cū bona eazū uirtute & operatione usq̄ ad sex mēses. Et debēt teneri in magdaleonibus & nō in puluere, quia nō cōseruantur immo nullā uel remissam faciunt operationē. Et nō debēt cōseruari in loco excessiue calido, nec prope ignē, nec ad solē quia in excessiua duritiē & lapideitatē cōuerterentur, & tūc nullo mō debēt apothecarij eas exhibere, eo q̄ si darēt torquerēt corp⁹ & nullā penitus operationē facerēt. Descriptio XLII.

PILLVLÆ sine quibus esse nolo Nico. taliter dicit pp summā efficaciam, mirabiliter a cholera slegmate & melā cholā purgant, & ualēt proprie ad cataractas, & obscuritates oculos, uisum custodiēt, & aurium dolorē sanāt, & illis mirabiliter cōferunt. & aloes electi abluti. l. cum aqua cōi. 3. xiiii. mirabolanorū citri. kebulorū. bellirico. emblico. indorū. reubarbari. rosarū. masticis. absinthii. uiolarū. fenē. l. foliisculi. agarici. cuscutę. añ. 3. i. terātur hæc oia, deinde accipe scamoneę. l. preparatę subtiliter puluerizatę. 3. vi. s. ligetur in pecia dicta scamonea, deinde infundatur in succo feniculi quātitate q̄ pillulę possint reformari, deinde exprimatur dicta scamonea. manibus prius tñ inunctis oleo uiolato uel cōi. Et tātū dicta scamonea exprimatur & manibus pertrahatur q̄ in lactis similitudinē a panno exeat tota eius humiditas, & de illa expressione pillulę formētur, abiciendo qd' intra peciā de scamonea remanebit. Succū feniculi cū expressione facta de scamonea accipiendo, & pillulas formando.

Aloes quando simpliciter ponitur pro fucotriino & de fucotriino intelligitur, ut ponit Matth. syl. ca. proprio. &c.

Pillulę a pila dñr, q̄ sicut pila est rotunda, ita pillulę debēt esse rotundę. Pillulę quare dantur in forma rotunda. Est q̄ figura sphaerica nō tāgit planū nisi in puucto. Sed cōcauū ipsum tangit undiq̄, qñ ergo pillula ponitur in stomacho qd' est cōcauū ipsa, æqualiter tangitur a qualibet parte stomachi, & iō undiq̄ & in oī sui parte ad actū reducitur pp calorē stomachi, & ideo ipsa in qualibet sui parte reducta ad actum attrahit undiq̄ æqualiter a mēbris omnibus ideo datur & dari debet in forma rotunda. Descriptio XLIII.

PILLVLÆ cochię Nicolai probatę ad emigraneū dolorē & ad dolorē stomachi, & illoz. & aloes scamoneę. l. preparatę absinthii pulpę colloquintidę, añ. masticis dimidiū unius prædictorū, cōficiātur cū succo absinthii uel feniculi uel solatri. Quare. n. hæc pillulę dicuntur cochię. Cochię. i. capitales a cochos qd' est caput. Pillulę quare dantur in impari numero, est. Pythagoras. n. posuit in impari numero uirtutē multā, & dixit numę imparē masculū. igitur perfectiorē. Et ob hoc uulgares sequentes eum credunt qd' dando eas in numero impari sit maior perfectio, & multi errant. Numerus. n. nō est principii actionis & passionis, ut. s. metaph. commē. 2. Et ideo facta dosi cōuenienti medicinę potest formari numerus pillularum par & impar &c.

Descriptio XLIII.

PILLVLÆ cochię Almanfo. i. capitales. cochos. n. gręce idē est qd' caput latine. caput. n. mirabiliter mundificat, & maxime ab humoribus grossis & frigidis, cōferūt cephalę & emigraneę. & spērū hierę simpliciis. 3. x. colloquintidę. 3. iii. & s. scamoneę preparatę. 3. ii. s. turbith sicados. añ. 3. v. terantur hæc, & cōficiantur cū uino albo. Pillulę fuerunt inuentę, primo propter eazū minorē displicentiā in gustu, cū uniuersaliter cōponātur ex rebus amaris. secundō ut magis a remotis attrahant, quāto. n. medicina longiori tempore stat in stomacho, tanto magis a longinquiorebus attrahit. Descriptio XLV.

PILLVLÆ arabicę Nico. cōtra oēm dolorē capitis purgātes mirabiliter omnes humores generantes latitiā, & Lum. apothē.

DISTINCTIO III.

sine nte acuentes, uisum, auditum, & memoriā restaurante scotomiam uertiginē, oculos, dentes, gingiuas, stomachū plenē purgant omnibus his cōferētes. R. aloes electi. ʒ. iii. brionæ. i. radice cucurbitæ saluatica, quinq̄ generū mirabolanorū mastice, diagridii, assari, rosarū. añ. ʒ. i. croci. ʒ. i. castorei. ʒ. iii. Terantur omnia, & cōficiantur cū succo feniculi uel absinthii. Si in pillularum descriptione reperitur scriptum scamonea suppleatur. i. præparata. Nec ullo modo nō præparata ponatur, quia longa mora nō potest præparari, ut in electuariis supra declarauit eo quia earum uirtus non transit sex menses. Sed semper diagridium est ponendum.

Descriptio XLVI.

PILLVLÆ assaeret Aui. in prima fen tertii. in ca. de can. uniuersalibus curationis capitis, & ponitur à Gentili in hunc modum, quæ faciliter sine molestia caput purgant & mundificant. R. pulueris hieræ. i. specierū hieræ simplicis. ʒ. ii. mirabolanorū citri. mastice. añ. ʒ. i. aloes boni. ʒ. s. Terantur, & cū uino optimo fiat pillulæ seu massa. De mirabolanis nota quod aliquando reperitur scriptum in receptis mirabolanorum absolute, & tunc de omnibus mirabolanis est intelligendum. s. de quinq̄ generibus mirabolanorum. Si uero scriptum reperitur mirabolani absolute, de citrinis est intelligendum tanquam de melioribus & perfectioribus.

Descriptio XLVII.

PILLVLÆ stomatichæ Mes. descriptione sua, quæ inquit dari & accipi possunt omni tempore, & sunt illæ quæ sunt in usu, quæ caput & stomachum miro modo mundificant. R. turbit. ʒ. x. mastice. ʒ. s. rosarū. ʒ. iii. aloes optimi. ʒ. xvii. quod est ad pondus omnium. Terantur & cōficiantur cū succo absinthii, & reserua. Tres alias descriptiones pillularum stomaticharum ponit Mes. quas uide si placet.

Hic nota quod si zinziber cum turbit poneretur fortificaret operationem eius. Nam turbit sui uirtute, & de se siegma subtile trahit sed si cum eo zinziber admiscetur fortificando ipsum facit quod attrahit etiam siegma grossum.

Descriptio XLVIII.

PILLVLÆ imperiales magistrales, & sunt illæ quæ sunt in usu, & bonæ ad digestionē, & uirtutē digestiuā cōfortandam, mundificant stomachum ab omnibus putridis & prauis humoribus, & dicuntur imperiales, uel quia fuerunt à quodam imperatore inuenta, uel quia sunt multum in usu apud reges & principes. Recipe nucis musca. spicæ croci ligni aloes cardamomi. s. maioris & minoris, garioflorum, amomi, cinnamomi, zinziberis, galangæ, zedoariæ, tubebatū, macis, anisi, mastice, feniculi. s. seminis carpobalsami, quæ generū mirabolanorū, turbit electi, manæ, agarici, seneg. s. folliculi. añ. ʒ. s. reubarbari ad pondus omnium. s. ʒ. xiii. s. aloes ad pondus omnium. s. ʒ. xvii. Terantur omnia & aloes de per se deinde cōficiantur cū optimo uino albo, & inunctis manibus cū oleo laurino reformentur, & reseruentur.

Seneg cum simpliciter scriptum reperitur in compositis solutiuis uel lenitiuis, de folliculis semper est intelligendum, cū magis solutiuū & meliores sunt. Descriptio XLIX.

PILLVLÆ communes Aui. prima fen quarti. trac. 4. cap. 5. & sunt de illis ex quibus fit præseruatio & euasio à pestilentia, & cōsimilē descriptionē posuit Ras. in. 4. Almāf. in cap. de pestilētia & eius cautela. Recipe aloes electi. ʒ. ii. myrræ croci. añ. ʒ. i. Terantur, & cū uino optimo fiat pillulæ.

Pillulæ omnes præscriptæ & infra scribendæ exhibendæ nō sunt immediate post ipsarum compositionem, sed saltim standum est per quindecim dies, ut possint simul commisceri. Et tunc agent operationem suam ratione compositionis. Secus autem faciunt si ante dictum tēpus exhibeantur. utrū autē in illo tēpore fermētentur, & nunquid dici possit uera fermētatio. Satis in quæstiuncula mea de narcoticis per longum processum declarauit, qui uidere uult ad illā recurrat.

Descriptio L.

PILLVLÆ de agarico. Mes. mundificantes pectus ab humoribus grossis & putridis, & conferentes asmati, & tussi antiquæ. Recipe agarici electi mastice. añ. ʒ. iii. radice lili cœlestis. i. areos, prasii. añ. ʒ. i. turbit. ʒ. v. specierum hieræ pigræ. i. simplicis. ʒ. iii. colloquintidæ, sarcocollæ, añ.

ʒ. ii. myrræ. ʒ. i. terantur omnia, & cōficiantur cum uino cōdo. i. cum sapa uel rob uel tla, quod idem significat.

In istis pillulis soleo apponi loco agarici facere agaricū trociscatum, eo quia in eis sunt multæ medicinæ uenenosæ, & ferē nullæ sunt medicinæ earum uenositatem refrangētes, ideo refractē esse debent medicinæ apponendæ, ut sunt trocisci alandal, & agaricus trociscatus, & tu nota.

Descriptio LI.

PILLVLÆ bichichia Mes. in sua de appropriatis cap. de cura tussis sicca, quæ sunt fienda sicut lupini & tenē de sub lingua, cōferētes rauce dini uocis, & asperitati, & tussi calidæ, & siccæ. R. succi liquiri. zuch. al. añ. ʒ. ii. amidii, dragaganti, amidalarū dulciū, excorticatarū. añ. ʒ. iii. s. terantur omnia & cum mucillagine seminis cydoniorum fiat massa.

Spēs omniū pillularū grosso modo sunt conterendæ, & per raram staminā transiri debent, & sic melior est sua operatio, & à longinquiorebus partibus attrahunt, ratio supra est assignata in electuariis solutiuis. Et ex his finis fitertia distinctio, quæ fuit de medicinis solutiuis. Cū igitur nō minori iactura Ioānes Francisce mi pillulæ ab apothecariis exhibentur quā cōfectiones. Si tēpore debito nō exhibentur, ideo modū exhibitionis inscribam, ne sua imperitia ac temeritate uiri ad aliquas graues agridines incurrant. Pillulæ quæ dantur quātū nūc nostro proposito spectat, aut dantur ad euacuandū aliquā materiā in stomacho existētē, & tunc dari debent ante cenā immediate. Aut ad euacuandū aliquā humiditatē cerebri, & tunc post cenā per duas horas saltē exhibēde sunt, & hec intelligatur de pillulis nō scamoneatis & leuibus, ut masticinge elephāginge de hiera. s. & c. Aut dantur ad purgandum humorē loco medicinæ, & tunc dari debent facta digestionē cibi in stomacho, & post eas tardandus est cibus saltem per horas sex, & hoc modo doctores exhiberi iubent.

Incipit quarta distinctio. Quæ est de trociscis, & continet. ʒ. i. descriptiones.

Descriptio I.

TROCISCI Diarodon Mes. quorum iuuamentū est magnū ad febres antiquas & febres permixtionū, & febres siegmaticas, & febres in gbus corrumpitur forma. Recipe foliorū rosarū, nibeaurum aureos. vi. ʒ. ix. spicæ aureos. ii. ʒ. iii. s. quiritiæ aureos. iii. ʒ. iii. s. ligni aloes aureos. ii. ʒ. iii. spodiū de canna aureū. i. ʒ. i. s. croci aureū. s. i. ʒ. ii. & gra. v. mastice. ʒ. ii. cōterantur omnia, & cōficiantur cū uino albo optimo in forma pillularum, sed in medio deprimantur. Quid sit trociscus nota.

Est trociscus cōpositio quædā ex diuersis pulueribus & speciebus mediante aliquo liquore aggregatis, & dicitur trociscus a trocos quod est rota, quia trociscus est similis rotæ curus.

Descriptio II.

TROCISCI de rosis minores Mes. solutiuū, qui stomachum & epar cōfortat, & cōferunt febrī flaticæ euacuando & abstergendo humorositatē stomachi. R. foliorū rosarū. ʒ. x. liquiri. ʒ. v. spicæ. ʒ. ii. s. scamoneæ præparatæ. ʒ. iii. cōterantur hoc, & cōficiantur cū uino albo optimo. Quare autē trocisci fiant est ut medicinæ possint melius cōferuari, acquirunt etiā ista permixtione aliquā uirtutē cōfortandi quæ prius per naturā nō habebat. Descriptio III.

TROCISCI de rosis maiores Mes. plurimorū iuuamentorū, quorū maius est ad dolo rē stomachi, & malitiā digestionis, & eis proprie quibus corrumpitur forma & principia hydrosis, & ad febres antiquas. R. foliorū rosarū. ʒ. s. ligni aloes. ʒ. ii. mastice. ʒ. s. absinthii spicæ, cinnamomi, cassiæ lignæ, storum squinati. añ. ʒ. i. cōterantur, & fiant trocisci cū uino albo optimo. De floribus squinati nota. Nō a. ad nos portantur, sed ipsorū loco ponimus rami partem.

Descriptio IIII.

TROCISCI de eupatorio & rosis Mes. expertorū iuuamentorū ad febres antiquas & cōpositas, & ad dolo rē epatis, & oppilationē, & ictēritā. R. foliorū rosarum. ʒ. i. spicæ. ʒ. iii. raued seni. i. reubarbari. ʒ. s. spodiū. ʒ. i. s. liquiritiæ.



tiā. 3. iii. s. succi eupatorii. 3. x. tereniabin. & accipitur eius loco manna dissoluta in succo præscripto. 3. ii. & fiant trocisci. Conterendo prius omnia. Liguiritia si simpliciter scripta reperitur de radice sicca semper intelligitur, de qua dicitur tantum partes usui medicinae conueniunt. scilicet radix & succus.

Descriptio V.

TROCISCI de reubarbaro Mef. cōferentes ad dolorem epatis, & oppilationem ipsius, & ad apostemata eius & antiquas ægritudines in ipso, & hydropisim, & corruptio nem formæ, & icteritiam. & raues boni. i. reubarbari. 3. x. succi eupatorii. 3. s. rosarum. 3. iii. spicæ anisi. s. seminis, rubeæ tinctorum seminis apii, absinthii, assari. añ. 3. i. amigdalorum amararum. 3. s. conterantur, & fiant trocisci de aureo uno pro singulo.

Nota quod isti trocisci quia non possunt reformari cum supra scriptis humiditatibus in ipsis ingredientibus, ideo addatur de succo eupatorii tantum quod reformari possint, & quemadmodum dixi de istis, ita de cæteris intelligatur sequentibus.

Descriptio VI.

TROCISCI de camphora Mef. ualentes ad febres multæ inflammationis, & sitim uehementem, & incensionem cholerae rubeæ, ebullitionem sanguinis, & super calefactione nê stomachi, & epatis, & icteritiā, & cōferunt ethicis & ptificis. & foliorum rosarum. 3. s. spodiū de canna. 3. ii. sandalorum citrinorum. 3. ii. s. croci. 3. i. seminis citrulli, seminis cucumeris, seminis melonis, seminis cucurbitæ, dragaganti, gummi. scilicet arabici, spicæ. añ. 3. i. ligni aloes, cardamomi. scilicet maioris & minoris, amidi, camphoræ. añ. 3. ii. zuchari albi, tereniabin, loco eius accipitur manna. añ. 3. iii. conterantur, & conficiantur cum mucilagine psyllii facti in aqua rosata.

Ad faciendum mucilaginem psyllii accipiendum est. 3. i. seminis. & 3. iii. aquæ, & non solum de hoc semine intelligas sed de omni re de qua mucilaginem facere intendis. Nota & insuper quod sunt quidam ignari apothecarii qui frangunt dictum semen ad faciendum mucilaginem, & male, eo quia in terior & medullaris pars est calida, superior uero est frigidissima, hoc in loco querimus infrigidationem, & haberemus intensissimam calefactionem, & non solum confrangendum non est, sed nec diu in aqua debet dimitti propter causam supra allegatam de confectione.

Descriptio VII.

TROCISCI de spodio Mef. qui sunt ultimi ad febres acutas, & inflammationem stomachi, & epatis, & ad sitim uehementem. & spodiū. 3. s. rosarum rubearum. 3. vii. seminis portulacæ, succi liquiritiæ. añ. 3. ii. quatuor seminum communium frigidorum maiorum, gummi arabici, dragaganti, croci. añ. 3. i. s. conterantur omnia & fac trociscos, cum mucilagine psyllii.

Quatuor semina communia frigida maiora sunt ista. scilicet semen melonis, cucumeris, cucurbitæ, & citrulli, quare si quatuor semina communia maiora scripta reperiantur supra scripta ponantur.

Conface cum mucilagine psyllii, uel cydoniorum, uel alterius cuiusuis, & est intelligendum quod fieri debet in aqua communi, & hoc intelligas in omnibus in quibus non specificatur liquor in quo fieri debet &c.

Sunt qui in istis trociscis non ponunt nisi quatuor res ad succo liquiritiæ supra. Sed non sunt tantæ uirtutis quare ponenda sunt alia quatuor, & fiant ut supra & erunt efficacissimi.

Descriptio VIII.

TROCISCI de spodio cum semine acetosæ Mef. conferentes ad febres cholericas cum quibus est solutio uentris & sedant inflammationem stomachi, & epatis, & sitim cōtinuam. & rosarum rubearum. 3. i. s. spodiū. 3. x. seminis acetosæ. 3. vi. seminis portulacæ, seminum coriandrorum præparatorum & torrefactorum sumach. añ. 3. ii. s. amidi asii, berberorum balaustiarum. añ. 3. ii. gummi arabici asii. 3. i. s. conterantur omnia, & conficiantur cum succo agrestis. i. cum succo uuæ acerbæ.

Modus assandi gummam arabicam & omnes gummas, gummae franguntur in frustra ad magnitudinem ciceris, deinde accipe patellam uel bernacium & calefac forti calefactione, deinde ab igne remota ponatur supra gumma, & sine intermissione misceantur, & super dictam laminam calidam semina

per miscendo permittantur donec albescant, & si illa caliditas non sufficit calefiat de nouo remotis tamen gummis, deinde de calefactis supra gummae ponantur, & misceantur donec albescant & albefactæ remoueantur, quia asfatæ sunt, & hoc modo facias de omnibus gummis.

Coriandrorum semina hoc modo præparantur, bene cum aqua communi lauentur ut ab eis puluis amoueat, deinde de ab aqua extrahantur, & supra ea infundatur acetum fortissimum & in eo dimittantur per dies nouem, & omni die ea mouendo, & elapsis nouem diebus ab aceto remoueantur, soli ad exiccandum apponantur, & sic præparati dicuntur. Sed unum nota quod bene exiccari ab aceto permittantur, aliter acquirerent malum saporem.

Semina coriandrorum hoc modo torrefiunt. Calefiat bernacium uel patella ad ignem mediocri caliditate, deinde supra semina ponantur quæ torrefieri debent, & sic supra ponantur & ducantur hinc & inde donec calorem undique sentiant, scilicet per omnem eius substantiam, deinde remoueantur, & hoc modo omnia semina torrefiunt.

Præparatur autem coriandrorum semina, ut quædam ueneno sitas quæ in eis est amoueat. Torrefiunt ut magis stiptici reddantur. Torrefactio enim idem est quod semicoctio.

Amiduum assatur ut sunt gummae ducendo super laminam bene calidam. Et cum incipit eius naturalis color alterari remouetur, & assum est.

Descriptio IX.

TROCISCI de berberis Mef. primi, qui sunt in usu boni ad febres inflammatorias extinguunt enim eas & sitim angustiosam. & berberorum, aut succi eius, spodiū, succi liquiritiæ, seminis portulacæ. añ. 3. iii. rosarum. 3. vi. spicæ, croci amidi, dragaganti. añ. 3. i. seminis citrulli. 3. iii. s. camphoræ. 3. s. conterantur omnia, & conficiantur cum 3. ii. mannæ dissolutæ in succo berberorum. Et si succus non reperitur dissoluantur cum decoctione ipsorum, & reformentur. Gummi si simpliciter scriptum reperiat de gumma arabica est semper intelligendum.

Trocisci à pillulis in tribus diuersificantur. scilicet quantitate, operatione, & exhibitione. In quantitate diuersificantur, eo quia in maiori quantitate formantur. Unde trocisci semper debent formari ad quantitatem 3. i. ut dictum est de trociscis de tyro, & pillulæ. n. à remotis trahunt, trocisci uero non attrahunt tertio diuersificantur in exhibitione, quia trocisci semper debent exhiberi cum aliquo liquore uel succo habente respectum ad proprietatem trociscorum non autem pillulæ.

Descriptio X.

TROCISCI de absinthio Mef. qui conferunt febribus antiquis, & aperiunt oppilationes epatis, & stomachi, & confortant stomachum, & cōferunt dolor membrorum nutritionis, & confortant appetitum. & absinthii sicci rosarum, anisi. añ. 3. ii. raues. i. reubarbari, succi eupatorii, assari, amigdalorum amararum, spicæ masticeis, folii. añ. 3. i. conterantur, & fiant trocisci cum succo endi.

Necessitas & causa compositionis trociscorum est conseruatio alicuius rei longo tempore, & comoditas portandi. Alia est, quia medici aliquando uolebant dare aliquas res cum tota substantia & puras, & hoc modo præparari iusserunt. Alii uero dicunt quod trocisci fiunt ut medicinae possint melius conseruari, acquirunt etiam aliquam uirtutem confortatiuam per artem quam prius per naturam non potuerunt habere.

Descriptio XI.

TROCISCI de alchechengi Mef. mirabiliter conferentes ad ulcera in renibus, & uescica, & dolor quædam mitigatur. & granorum alchechengi. 3. iii. seminis citrullorum, seminis albatheæ, seminis cucurbitæ. añ. 3. iii. s. boli armeni, gummi arabici, thuris, sanguis draconis, se. papaueris albi amigdalorum amararum, succi liquiritiæ, dragaganti, amidi, granorum pini. añ. 3. vi. seminis apii, charabæ boli, i. terra sigillatæ, iulii quiami, opii. añ. 3. ii. conterantur omnia, & conficiantur cum aqua mellis, uel iulep uiolato.

Bateç semen, est semen cuiusdam melonis indi uiridis ad similitudinem cucumeris bene maturi, quod anguria alio nomine appellatur, sed si semine illorum non reperitur apud nos ipso loco accipere possumus semina melonum nostrorum.

Lum, apothec.

P ii

DISTINCTIO IIII.

Amigdalę amarę & quatuor semina ponuntur in hac de
scriptione trociscorum hac ratione. bolus enim armenus &
sanguis draconis habent stationem & moram in primis ue
nis & sua uirtute illas non transcendent, sed quia in hoc cas
su indigemus q̄ ad consolidandum cum sua siccitate ad
ueticam uadant & per se non possunt, ideo posuit auctor
amigdalas & semina frigida ut penetrationem faciant, & ad
locū ducant. De bolo nota. q̄ bolus idē est q̄ terra sigilla
ta quę in multis proprietatibus est similis bolo armeno, &
adhuc habet excellentiorem uirtutem & operationem.

Descriptio XII.

TROCISCI de capparibus Mes. resoluentes duris
siem splenis, & uentositatem. Recipe corticum radicū
capparorum, seminis agni casti. añ. ʒ. vi. nigellę calamenti
succū eupatorii/acori. f. radicis/amigdalarum amararum/na
sturtii/fofiorum ruthę, aristologia rotundę. añ. ʒ. ii. cyperi
scolopendrię. añ. ʒ. i. armoniaci. ʒ. s. dissoluatur armoniacū
cum aceto forti, & cum dicto aceto trocisci reformentur cō
uertendo omnia alia. Capparorum radix & generę flo
res colligendi sunt in mense decembris.

Trocisci conseruantur usq̄ ad sex menses, & debent for
mari in forma rotunda, & deprimi in medio, & habent bo
nam uirtutem, & cum transeunt dictum tempus amittunt uir
tutem, & hoc de omnibus trociscis est intelligendum. Exce
ptis trociscis stellę qui conseruantur usq̄ ad duos annos.

Descriptio XIII.

TROCISCI de eupatorio Mes. conferentes ad fe
bres antiquas, & rigorem earū, oppilationem epatis & sple
nis aperiant & sunt medicina bona apostematum in ipsis, &
ictericis, & principio hydropisis. Recipe tereniabin si est.
si non loco eius accipitur manna, succū eupatorii. añ. ʒ. i. ro
sarum. ʒ. s. spicę. ʒ. iiii. rauei. i. reubarbari/astari/anisi. añ. ʒ. ii.
s. spodii. ʒ. iiii. s. conterantur omnia, & fiant trocisci cum suc
cis herbarum, & reseruetur.

Succi herbarum sunt succi ex quibus componitur syru
pus de bizantiis. Et sunt quatuor. succi endiuę, succi apii,
succū lupulorum, succū boraginis uel buglossę, & ex his suc
cis dicti trocisci reformentur, q̄ si haberi non possent ipso
rum loco accipere possemus syrupum de bizantiis.

Descriptio XIII.

TROCISCI de charabę Mes. abscondentes sangui
nē de omni loco emanationis eius. Recipe charabę. ʒ. vi. cor
nu cerui adusti, gummi arabici adusti, corallorum adustorū
dragaganti/hypoquistidos/balaustię/macis/laccę/papauer
tis nigri/asfi. añ. ʒ. ii. thuris/croci/opii. añ. ʒ. i. s. conterantur
omnia, & fiant trocisci cum mucilage psylli. Modus cō
burēdi omnes gummas & cornu cerui & corallos talis est.
Terantur & ponantur in olla terrea, & ponatur in furno, &
dimittantur per totam noctem, si quod posuisti siue coralli
uel cornu cerui uel gumma sunt combustę extrahę. aliter
iterum in sequenti nocte in furno apponantur, & tantū ap
ponantur q̄ comburantur, & reserua, & habes combustio
nes modum. Et hoc modo conchilia omnia comburantur,
& ossa animalium &c.

Operatio ignis in medicinis est triplex, quędā enim tor
refunt, & cognoscuntur quando sunt torrefactę, quia cum
calor penetrauit totam substantiam medicinę, tunc opera
tio est perfecta, & per illam remouetur quędam parua hu
miditas quę in medicina erat. Secunda operatio est assatio
per quam remouetur pars humida & uiscosa subtiliatur, ut
in semine lini, ipsius assatio cognoscitur, quia quando inci
pit in superficie colorem mutare, & ad contrarium quod an
te erat reducitur assata est. Tertia operatio est combustio, &
hoc fit transmutando uirtutem unam, & fortificando aliam,
ut in reubarbaro & mirabolanis, quādo comburantur pars
subtilis solutua debilitatur, & terrestris siccifica augetur, Et
ipsis combustio cognoscitur quando naturalem & propriū
colorem in tota ipsius substantia deperdit & alium acquirit
tunc combusta est. Et hoc notent bene apothecarii.

Medicina sex de causis aduritur. prima ut eius acuitas
amoueatur, ut de uitriolo. f. cunda ut per adustionem acui
tas acquiratur, & sic lapides aduruntur, & in calcem transmu

tantur tertia quando ipsa est ualde grossa, propter quod ip
sa ad partes remotas non potest penetrare nisi subtiliatur, ut
cornu cerui. quarta ut melius possit conteri ut sericum. quin
ta ut malitia medicinę remoueatur, & sic scorpiones aduru
tur. sexta causa ut humiditas superflua cōsumatur, & sic mis
rabolani & omnes medicinę quę dantur cōtra fluxum uen
tris aduruntur, ut auferatur gummositas illa per q̄ laxabāt.

Papauer si simpliciter scriptum reperitur semper de albo
intelligatur, & de semine non de alia parte plantę. Modus
uero assationes eius est sicut cetera semina, supra in diadra
gaganto calido. Clare modum reperies.

Descriptio XV.

TROCISCI de myrra Rasis. 9. Alman. cap. de pro
uocatione menstruorum. optini & efficaces in prouocatio
ne menstruorum. Recipe Myrrę. ʒ. iiii. lupinorum opti
me tritorum. ʒ. v. foliorum ruthę, mentastri pulegii / cimini
rubeę tinctorum/asa. i. asa. fetidę, serapini / oppopona. añ.
ʒ. ii. conterantur omnia, & conficiantur trocisci cum aqua in
qua bullierint & coctę fuerint. ʒ. ii. seminis iuniperi.

Notent apothecarii ut suis erroribus corrigantur. Nam
reperitur in receptis asa simplici. scriptum, & idē est quod
asa fetida. Et asa duplici s̄ idē est quod thimus, quare
hanc notate differentiam. Et ideo in compositione multi ero
rant ponentes thimum pro asa fetida.

Si reperitur scriptum in receptis simpliciter rubeę uel ru
bea semper debes intelligere de rubea tinctorum quę est
quędam radix cum qua tinctores in rubeum iungunt.

Descriptio XVI.

TROCISCI de terra sigillata Mes. inuentione no
stra qui sunt in usu, ultimi inuentioni ad sputum & ad egres
sionem sanguinis, & proprie sumpti cum aqua amoglossę,
& lini super frontem sedant fluxum sanguinis ex naribus,
& lini super matricem sedant fluxum menstruum, & quā
doq̄ inhiuntur in matricem, & in ueticam, & liniuntur par
tes p̄ctinis & omne membrum emanationis sanguinis.

Recipe sanguinis draconis/gummi arabici/asfi/ramich
i. cuiusdam compositionis infra describendę, foliorum ro
sarum, seminum earum. f. rosarum/amidiasfi/spodii/acha
cię/lapidis emathitis/euistides. i. hypoquistidos/balaustię/
boli armeni, seu luti armeni quod idem est, terrę sigillata se
hedengi. i. seminis canapis, coralli. rubei/charabę. añ. ʒ. ii.
margaritarum/dragaganti/papaueris nigri. añ. ʒ. i. s. seminis
portulacę/asa/cornu cerui/usti/thuris/gallarum/croci. añ.
ʒ. ii. conterantur omnia, & fiant trocisci cum aqua amoglos
sę. i. cum aqua plantaginis & hi sunt sine opio. Sed si cum
opio facere uis addas suprascriptis opii thebaici. ʒ. ii.

Differentia est inter sedenagi & sehedengi. sedenagi. i. la
pis emathitis, sehedengi uero idem est quod semen canapis
contrarię tamē opinionis fuerunt Gentilis & Christoforus
de honestis exponentes de mēte aliquorum q̄ est fumuster
ra sehedengi nō semen canapis. Ego uero apponi facio di
stum semen, cum magis hoc in casu conueniat. Varia est
opinio inter homines de semine rosę. quidam enim dicunt
q̄ semina rosę sunt quędam grana quę reperiuntur inclusa
in illa parua grossitię quę sustinet folia rosę, & sunt pilosa.
Quidam dicunt q̄ non illa, sed illa sunt quę reperiuntur in
mediorosę habentia colorem glaucum, & ista opinio est
falsa. Nam illa à doctoribus appellatur antera. Prima ergo
opinio est uera, eo q̄ semen alius dicitur esse, illud quo
feminato producit sibi simile, sed hoc facit illud semen pilo
sum quod reperitur aperiendo illam paruum grossitiem, ut
supra dictum est, & uulgo dicitur grattaculo. Et colligendū
est de mense Maii uel Aprilis. In receptis quando simpli
citer scriptum reperitur coralli rubei apponendi sunt, de eis
intelligendo, & non de aliis. Si uero scriptum reperiatu
corallorum & de rubeis & albis est intelligendum. Hypo
quistidos id est succus ipsius herbę in medicinis apponitur
ut supra dixi, qui fieri debet in mense Aprilis & Maii, & usui
reseruari.

Descriptio XVII.

TROCISCI de aniso Mes. qui auferunt febres anti
quas,

quas, & aperiant oppilationes, & emendant malitias epas-
tis. Recipe anisi. f. seminis eupatorii. añ. ʒ. ii. seminis anhe-
ti. spicæ masticis. folii absinthii. assari. apii. f. seminis amigda-
larum amararum. añ. ʒ. s. aloes. ʒ. ii. conterantur omnia, &
fiant trocisci cum succo absinthii.

Amigdalarum si simpliciter scriptæ reperiantur & absolu-
te, tunc de amaris est intelligendum, & nõ de aliis nisi expri-
mantur. Eo quia dulces competunt esui. Amare uero usui
medicinæ.

Medicinæ quæ sumuntur à supersuitoribus animalium des-
cendunt ab animalibus uiuentibus sanis & tẽpore ueris ut
cornu cerui &c.

Descriptio XVIII.

TROCISCI de agarico extracti ex dictis Mes. cap.
de agarico, & sunt incolumes, & hoc modo agaricus com-
muniter præparatur, & dicitur agaricus trociscatus cuius
magnificata est operatio. De quo Democritus dixit quod
est medicina familiaris, quia ad singulas partes corporis com-
moditatem affert. Recipe agarici electi & mundi. ʒ. i. s. fa-
lis gemmæ. ʒ. s. zinzib. mundi. ʒ. i. ʒ. i. cõterantur omnia, &
cũ oximelle simplicis fiant trocisci uel in pasta permittantur.
Aliqui sunt qui hanc cõpositionem faciunt, & relinquunt in
pasta, & dicunt quod tunc appellari debet agaricus trocisca-
tus. Si uero reformantur ad formã trocisci q̃ tunc appellan-
di sunt trocisci de agarico. Sed ipsorum salua pace sub qua
cũq; forma appellari possunt & agaricus trociscatus & troc-
isci de agarico.

Descriptio XIX.

TROCISCI alandal Mes. qui ponuntur in hiera Her-
metis, & in aliis cõfectionibus loco colloquintidæ, & sic ge-
neraliter faciunt apothecarii. Recipe colloquintidæ al-
bæ & bonæ mundatæ à granis interioribus. ʒ. x. incidatur cũ
incisorio incisione minuta, & fricetur, manibus prius tamen
inunctis cũ oleo rosato, deinde accipe dragaganti, gummi
arabici bdellii. añ. ʒ. s. & gra. xv. aquæ rosatæ. ʒ. iiii. infundan-
tur præscriptæ gummæ in dicta aqua & dimittantur per dies
quatuor, & cũ dictis mucilagibus fiat trocisci de dicta col-
loquintida subtiliter incisa, & exiccantur in umbra. Deinde
iterũ terantur cõtritione bona, & iterũ cõfice cũ glutinæ eo-
rũ, & facias trociscos, & iterum exicca in umbra, & reserua.

Gummæ colligendæ sunt antequam indurentur & mino-
rentur, quia si non colliguntur illo tempore reducuntur in
puluerem, & uirtus ipsarum deperditur.

Quare autem medicinæ coagulentur est ut uirtus calida
quæ in eis est extinguatur uel in totum remoueat.

Descriptio XX.

TROCISCI diacoralli Nicolai, qui ingrediuntur
descriptionem tyriacæ de mente Gal. ʒ. coralli rubei cinnæ-
momi myrræ amomi papaueris albi. añ. ʒ. s. squinanti croci
añ. ʒ. ii. calami aromatici xylobalsami castiæ lignæ folii ma-
sticis polii f. i. ualerianæ assari pedis columbini. añ. ʒ. i. Con-
terantur omnia, & cum uino optimo fermentur trocisci de
solido uno pro sumbulo. Hic incidenter est notandum q̃ ha-
bens defectum appetitus nunquam debet uti croco, & hæc
est regula generalis, quoniã malum fastidium generat. hoc
Ioannes de sancto amando in fine opusculi sui.

Descriptio XXI.

TROCISCI de tyro Nicolai, qui etiã in magna ty-
riaca Gale. ingrediuntur, & inde sortita est nomẽ tyriaca. ʒ.
tyros longitudinis unius palmi existentes, oculos habentes
rubeos, & linguam mobilẽ, & cornua in modũ grani frumẽ-
ti. Caput & caudam tribus digitis mensuratis abscinde, mez-
dium quod remanet excoria. Et intestinis proiectis optime
dulci aqua laua, & in dicta aqua pura & munda coque doz
nec spinæ à carnibus separentur, postea spinis proiectis car-
nem in marmoreo mortario tere. Et commixta eiusdẽ pon-
deris farina orobi uel panis frumenti assi cum iure suo tem-
pera, & fac inde trociscos, & reserua.

Trocisci isti non debent esse multe quantitatis, & bene in
medio sunt comprimendi, & in umbra exiccandi. Et in sua
bonitate & uirtute per annum seruantur & non plus.

Descriptio XXII.

TROCISCI de squilla Nicolai qui etiã ingrediuntur

tur cõpositionẽ tyriacæ. ʒ. squilla integrã, & diuide interio-
rẽ, & posteriõrẽ partẽ abscidendo, mediam uero partem in-
uolue in pasta fermentata, & in furno coque, cocta abstraha-
tur de pasta, teratur in mortario bene, & tantundem farinæ
orobi adde, & exinde trociscos reforma cum uino uel meli-
le puro & mundo & in umbra exiccantur. Et si deest orobũ
tantundem panis assi subtilissime triti pone.

Mel purum & electum hoc modo cognoscitur & habet
sex conditiones prout infra scriptum. Primo debet esse uer-
nale, quia illud melius est hyemali. Secundo q̃ sit rubeum.
Tercio q̃ sit graue, unde quod in fundo est melius est. Quar-
to q̃ sit dulce, quia quanto dulcius tanto melius. Quinto q̃
sit densum, quia quanto densius tanto perfectius. Item mel
apum melius est quam mel canna.

Comemorare & insuper q̃ infra tangetur q̃ squilla cum
eustello ferreo nõ est incidenda, nec interior & exterior pars
accipienda, causa autẽ infra assignabitur in tractatu syrupo-
rum, & loch.

Descriptio XXIII.

TROCISCI Alindaracaron. i. andronici Auicen. ʒ.
can. & est tertia descriptio, qui ingrediuntur compositionẽ
tyriacæ magnæ andronici. ʒ. affelibet. i. arboris cornutæ uel
mespili. ʒ. vi. squinanti. ʒ. i. calami aromatici myrræ assari xx
lobalsami. añ. ʒ. vi. cinamomi amomi. na. ʒ. iii. castiæ lignæ.
ʒ. vi. amaracon. i. maioranæ. ʒ. xx. spicæ indæ. ʒ. xvi. polii. ʒ.
vi. myrræ. ʒ. iii. masticis. ʒ. vi. croci. ʒ. i. s. conterantur omnia
per se, & fiant trocisci cum uino albo.

Species trociscorum omnium subtilissime cõterendæ sunt
& per spissum setatium trãseundæ, ut melius per omnia me-
bra transire possint & per paruas uenas.

Affelibet dicit Gentilis q̃ ignoratur quid sit, sed eius lo-
co debet poni xylocarates, xylocarates nota. i. arbor cornu-
ta quæ est arbor portans cornales uel mespilos loco sum-
mitatis alterius accipi potest ut ab antiquis doctoribus col-
ligere potuit &c.

Descriptio XXIII.

TROCISCI de uipera Aui. quinto canonis, q̃ sunt
trocisci de tyro qui ingrediuntur tyriacæ. Rasis tamen & An-
dronicus melius ostendunt de forma uiperæ q̃ faciat Aui. ʒ.
niperas nouiter captas, & abiciatur à parte capitis eius qua
tuor digitis, & similiter à parte caudæ ipsius, medium uero
quod remanet conseruetur, & aperiat, & extrahantur uis-
cera eius, & proprie fele eius. Et bene abluatur cum aqua sa-
lita ablutione exquisitissima, hoc facto decoquatur in aqua
bene salita, & cum eis addatur anhetum, & coquantur leui-
coctione, donec leuis fiat collectio carnis ab osse ipsarum,
& carnes earum in mortario lapideo bene pistentur, deinde
miscuantur cum quantitate æquali tortellarum de seni bene
contritarum, & fiant trocisci cum iure earum, & qui eos fa-
cere uult ungat digitos suos oleo balsami, & fiant trocisci
parui bene compressi, qui exiccantur in umbra, per annum
conseruantur, & administrantur &c.

Vipera de qua supra scripti trocisci fieri debent debet ha-
bere has conditiones. Primo debet habere planum & la-
tum, apud propinquitatem colli debet esse minuta & subtri-
lis ualde. Cauda curta strepitum faciens & sonitum in ince-
ssu, uelox motu, & aspectus eius præsumptuosus & audax &
flaua, & de flauis femina. Cuius cognitio est, quia masculi
habent unum dentem in omni latere & foeminae plures, &
capiti debent in loco sicco, humidæ enim sunt malæ, & sint
uelocis motus, tenentes caput altum ac eleuatum, & ut capi-
pantur illico incidatur pars capitis & caudæ secundum qua-
ritatẽ in trociscis dictam, q̃ si ab eis currit sanguis plurimus
fuerit motus eius, in illa dispositione plurimus & mors ip-
sius tarda, tunc scias q̃ est electa. Ex uipera igitur supra scri-
pta signa habentia trocisci fieri debent.

Trocisci sint parui, immo minuti subtiles exiccantur in
umbra & reponantur. Custodiantur etiam à radiis solaribus
ante & post exiccationem. Sol enim destruit, & priuat
eos à uirtute appropriata carnibus uiperarum &c.

Descriptio XXV.

GALIA muscata Mes. quæ cerebrum & cor confor-
tat, & ingreditur in descriptionibus medicinarũ, & facit cog-
Lumi. apothæ.

De M. m.
quæ sit
eius sup
de trocisc
ex trocisc
ym don
m. ʒ. s.
m. ʒ. s.

DISTINCTIO VI.

poris & oris odorem bonum. Recipe xyloaloes crudi .i. ligni aloes crudi .3.v. ambræ .3.iii. musci boni .3.i. gummi dragaganti liquefacti in aqua rosata quātum sufficit, & fiant trocisci conterendo conterenda, & sigillentur.

Muscus .n. & ambra terenda non sunt, nec puluerizanda, sed dissoluenda sunt cum aqua, eo quia puluerizādo euaporat uirtus sua, ut de gummis dixi in recepta diadraganti.

Descriptio XXVI.

GALIA sebelia Mes. quæ stomachum & cor confortat & epar debilitat, & ingreditur in medicinis magnis. Recipe foliorum rosarum recentium & humidarum quæ iam incipiunt referare nodos .i. quæ quasi sunt completę dilatate .3.i.s. terantur contritione ultima in mortario lapideo, deinde accipe ligni aloes boni & electi, garioflorū, gummi arabici, spicæ indæ .an. 3.i.s. sandalorum citrinorum .3.ii. ramich .i. cuiusdam compositionis .3.iii. Terantur omnia hæc subtilissime, & misceantur cum suprascriptis rosis, & simul pistando bene misceantur humectando omnia cum pauco aquæ rosæ infusionis gummi arabici, & iterum terantur. deinde iterum humectentur & terantur & hoc facias per totam unam diem, postea aromatizentur cum .3.ii. musci, ambræ & camphoræ .an. aureum medium .i. & .ii. & gra. v. & fiant trocisci, & sigillentur.

Galix omnes species sunt subtilissime terendę, & per spiculum cithrum transeundę, ut ipsarum confortatio ad longinqua membra penetrare possit.

Ista compositio est illa quæ intrat in aromatico nardino Mesue, & de ista intelligitur cum scriptum reperitur galia sebelia &c.

Descriptio XXVII.

Galia lefangina Mes. de qua plurimi loquuntur, cerebrū, cor, stomachum, & epar confortans, & omnia membra nutritiois, & linitur super neruos debiles, & confortat eos & ingreditur in medicinis magnis. Recipe mirabolānorum emblicorum abieclis ossibus .3.iii. conterantur contritione grossa, & ponantur in uase uitreo stricti orificii, & super eos fundatur aquæ rosæ lib. s. in qua prius fuerit infusum per diem & noctem rosarum siccarum, & corticum citri .an. 3.ii. & stringatur os uasis & dimittatur per dies tres, deinde iterum infundatur .3.iii. aquæ rosæ præparate ut supra super eos, & iterum per triduum dimittatur, postea & tertio iterū .3.iii. de dicta aqua rosata præparata ut supra super eos ponatur, & per triduum dimittatur obturando os uasis ut supra usquequo uirtus in dicta aqua rosata mirabolānorum relicta sit, deinde colentur, & aquæ referuentur, postea accipiat ligni aloes boni .3.i. Ramich .i. illius compositionis .3.i.s. rosarum .3.x. garioflorum .3.x. spicæ indæ .3.iii. sandali citrini aromatici .i. odoriferi .3.s. gummi arabici .3.vi. Terantur omnia subtilissime, & fundatur paulatim super eos de supra scripta aqua rosata colata à mirabolānis, & intantū conterantur quæ dicta aqua tota permisceatur cum dictis pulueribus, ultimo uero aromatizetur cum camphoræ .3.i. ambræ .3.ii. musci boni .3.i. & fiant inde trocisci, & sigillentur.

Si secundum doctrinam tibi supra datam non uelles camphoram dissoluere, sed puluerizare tunc ne tota circū mortario perdat hoc modo facias, primo sic, in dicto mortario pistabis duas uel tres amigdalas à quibus exit quædam unctuositas quæ circūuoluta mortario non permittit camphoram mortario adherere, pistatis amigdalas abiciantur, & camphora intra ponatur & pistetur, & sic nihil de ea perditur, hæc annotare uolui propter iuuenes, quæquæ ego antiquos quædoq; in hoc errare uiderim, & nō sine uisu &c.

Descriptio XXVIII.

GALIA magna, siue regalis seu zuchalertif Mes. quæ stomachum, cor, & epar, & omnia membra nutritiua confortat, appetitum excitat, & digestionem procurat. & succi albelah lib. i. bulliat ebullitione una, deinde coletur & proiciatur super ipsum, galliarum recentium contritarum contritione ultima .3.iii. & simul bulliant donec fiant sicut mel. deinde accipe rosarum .3.i. cardamomi .f. maioris & minoris, linguæ auis .i. feminis fraxini garioflorum nucis muscate masticeis ligni aloes .an. 3.vii. s. darfeni .i. cinnamomi electi.

DE TROCISCIS.

3.iii. sandali mazachari .i. citrini .3.v. croci .3.s. gummi arabici .3.i. Terantur contritione subtilissima, & cribellentur, deinde misce cum prædicto succo postea expandantur omnia hæc mixta super marmor inunctum oleo amigdalaram, & dimittantur donec siccentur, deinde puluerizentur subtilissime, & aromatizentur cum aureo .s. musci dissoluti in aqua rosata, & cum dicta aqua fiant trocisci, qui exiccantur in umbra, & sigillentur, & referuentur.

Inter doctores magna est diuersitas de albelah, quidā .n. dicunt quod est flos palmę, ut Aui. quidam quod est species dactylorum. Alii quod sunt dactyli immaturi, & hæc opinio uera est. Sed quia non portantur nostram in patriam ita uirides quod succus ab eis extrahi possit, igitur hoc modo faciendum est. Accipias dactylos immaturos quantitatem quam uolueris, ut libras duas bene pistentur uel minutissime incidantur, & post incisionem apponantur ad ignem cum lib. duabus aquæ communis. & permittantur simul bullire donec aqua remaneat in lib. s. deinde dicti dactyli exprimantur bene in pecia uel staminea, & succositas ab eis exiens referuetur & utatur in hac confectioe, & hoc facias si succum dactylorum habere non potes, quod si haberi potest succus magis conueniens esset, quæquam enim ab ipsa decoctione uirtus ipsorum extrahatur, tamen per dictam decoctionem de uirtute eius indubie resoluitur.

Descriptio XXIX.

CONFECTIO seu trocisci ramih. Mes. quæ est medicina composita, & recipitur in aliis medicinis, & confortat stomachum, cor, & epar, & ualet ad lubricitatem uiscerum, & intestinorum, & sedat acuitatem & sistit fluxum cholericum, & uomitum. Recipe succi acetosę uel cydoniorum .3.xvi. rosarum .3.i. granorum myrti .3.ii. bulliant simul ebullitione una, postea colentur, & colaturę misceantur galliarum recentium & humidarum contritarum contritione ultima .3.iii. & iterum coquantur, deinde puluerizentur super ea foliorum rosarum .3.i. sandali mazachari .i. citrini .3.x. gummi arabici .3.s. smach spodi de canna .an. 3. viii. succi agrestis .3.vii. succi granatorum myrtillorum tritorum ultima contritione .an. 3.s. ligni aloes garioflorum macis nucis muscate .an. 3.s. misceantur omnia simul in scutella lapidea, & illic permittantur donec exiccantur. Postea puluerizentur subtilissime & cum .3.i.s. camphoræ dissolutę in aqua rosata fiant trocisci ad pondus .3.i. & referua.

Hic multi hesitant propter falsitatem literæ, una enim littera dicit succi granorum myrtillorum, & illa falsa est. Sed dicere debet ut præscripti .f. succi granatorum, myrtillorum tritorum, & sic bene stat, & in hac patria fieri possunt &c.

Descriptio XXX.

TORTELLE de seni secundum Mattheum Syluaticum, quæ ingrediuntur descriptionem trociscorū de uiperis, & in emplastro diaphiniconis, & in aliis descriptionibus.

Recipe farina tritici bene purgatę à tritico seu fureure li. i. impastetur cum aqua infusionis masticeis, ponendo pro omni .3.i. a. quæ communis .3.i. masticeis electi, & de dicta farina fiant placetę parue quæ in furno decoquantur, & coctę puluerizentur, & cum prædicta aqua iterum reformentur ad formam trociscorum & decoquantur, postea referuentur.

Appellatur compositio hæc tortella de seni. nam tortella .i. panis azimus bis coctus, de seni de terra hierusalem, quoniam ibi arabes impastant eas cum aqua masticeis, habes igitur ex his modum faciendi & ethymologiam uocabuli tellarum de seni.

Descriptio XXXI.

MODVS sigillandi trociscos. Recipe asides duas planas longitudinis & latitudinis æquales quæ sint ex forti ligno & plano. Et dictas asides concauabis ad formam unius trocisci, & concauatio sit profunda secundum quod intendis quod trocisci remaneant grossi, & illa concauatio sit æqualis in dictis duabus asidibus. Et postquam feceris pastam tuorum trociscorum iniunge dictam concauationem quæ in asidibus est oleo amigdalaram dulciū, deinde impleas pasta, & postea dictas asides æquabis, & ambas fortiter comprimes, & quod superfluum erit amouebis, & ita habebis trociscos factos. Sed sunt qui uolūt aliquod signū uel figurā in trociscis imprimere.

In Mes. etiā anti quo hæc betur & succi granorum myrti .3.iii. sed iste forte ca rebat mitillius iō hoc mō scripsit.

primere. Igitur scribas quicquid tibi uideatur in dictis concauitatibus & istud idē in trociscis imprimetur. Et hic est modus sigillandi omnes trociscos. Et his præscriptis & intellectis finis est quartæ distinctioni quæ est de trociscis.

Incipit quinta distinctio quæ est de pulueribus.

Et continet XI. descriptiones.

Descriptio Prima.



PVLVIS pro epithimate cordis magistralis. Et ego eam fieri facio. R. florū buglossæ, florū boraginis, florū mellissæ. an. M. s. sandalorū omnium, rosarū rubearū. an. ʒ. ii. doronigi, been albi & rubei karabæ, ossis de corde cerui. an. ʒ. iii. corticū citri seminis acetosæ ligni aloes, garioflorū. an. ʒ. i. s. cro-

ci. ʒ. s. margaritarū ʒ. s. musci. gr. iii. camphoræ gr. vi. fragmentorum preciosorum omnium. ʒ. i. corallorum utriusque spodii. an. ʒ. s. conterantur omnia per se, deinde, misceantur & usui referuentur.

Flores oēs in umbra exiccari debent. Nam si in sole exiccarentur pars uirtutis ipsorū deperderetur, sol enim resoluit partes subtiles & uaporousas. Apparet & quibusdam extraneum quod in hac cōpositione frigida & quæ ad infrigidandū facta est crocus apponatur. Sed hoc factū est ut dirigat uirtutem aliarum medicinarum ad cor, & sic instruit Auic. sen. 4. primi cap. 2. & c.

Descriptio II.

PVLVIS cordialis magistralis. R. corallorū utriusque, terræ sigillatæ. an. ʒ. s. rasuræ eboris cornu cerui. an. ʒ. ii. margaritarū. ʒ. i. semini coriandrorū præparatorum spodii rosarū. an. ʒ. ii. seminis acetosæ fragmentorū preciosorum omnium, ossis de corde cerui. an. ʒ. s. zuchari albi. ʒ. iii. foliorum auri & argenti numero. xxv. conterantur omnia per se subtilissime & referuentur. In hac cōpositione zucharū apponitur duplici causa. primo ut sit magis gustu delectabilis. secundo ut citius à natura attrahatur.

Præscripta autē quō cor confortent uel rōne nutrimenti uel qualitatis uel occultæ proprietatis in quōne mea de remouentibus uenenositatē & malitiā narcoticā à mēbris principalibus subtiliter excusit. Quantum uero ad locum istum pertinet. dico quod agunt & rōne qualitatis & rōne proprietatis occultæ, & hoc magis & c.

Descriptio III.

PVLVIS contra uermes magistralis. R. cornu cerui uisti granellæ præparatæ, diptami, seminis caulium, seminis acetosæ, semini coriandrorū præparatorū, seminis portulacæ, ossis de corde cerui. an. ʒ. s. fragmentorū preciosorum omnium. ʒ. i. reubar. electi. ʒ. i. s. foliorū auri num. vi. seminis leuistici. ʒ. iii. conterantur omnia subtilissime & referuentur.

Granella hoc modo præparatur. Mundetur ab omni immunditia, & super eam proliciantur tñ acetum quod cooperiatur, & omni die acetū permutetur, & hoc fiat per dies nouē, deinde extrahatur ab aceto, & super assidē dilatetur & permittatur in umbra exiccari.

Descriptio IIII.

PVLVIS pro boficio montagnanæ efficac multū. R. auellanæ, spongiæ cōbustæ, paleæ marinæ. i. balæ marinæ, chartæ cōbustæ, ossis sepiæ, seminis plantaginis. an. ʒ. s. triū pipereon. l. albi longi & nigri, zinziberis, salis gemmæ, pulmicis lapis est perforatus, nucis musc. gallarum, aristologiæ lon. cinnamo. ellebori albi, ellebori nigri. an. ʒ. ii. limaturæ acus præparatæ, cineris corticum ouorum. an. ʒ. s. Conterantur subtilissime, & detur omni die. ʒ. i. cum aqua saluæ per duas horas ante cibos, & uidebis optimum effectum.

Spongia hoc modo comburitur. primo bene lauetur & purgetur à lapillis interioribus, deinde in furno temperato exiccetur, deinde cōburatur, & cognoscitur eius cōbustio quā omnis eius pars puluerizari potest, & hoc modo comburitur charta. Causa quare hæc duo cōburuntur est ut sint magis corrasua & penetratiua.

Modus incinerandi cortices ouorum positus est supra in electuario de cineribus. Limatura uero acus præparatur eo modo quo scoriam ferri, ut in electuario de scoriam ferri ostenditur.

Descriptio V.

PVLVIS nucis magistralis pro stomacho. R. cinnamo-

mi subtilis & electi. ʒ. ii. zinziberis galangæ. an. ʒ. i. garioflorū, nucis musc. cardamomi. l. maioris & minoris cubebæ, pipēris longi. an. ʒ. i. zuchari albi. ʒ. vi. misce & fiat puluis, pistando prius spēs, deinde zucharū ad faciendum cōpositionē hanc bonā pro omni. ʒ. i. spērū apponi debet. ʒ. i. zuchari si perfecta & bona esse debet.

Descriptio VI.

PVLVIS senæ montagnanæ in antidotario, educēs cum facilitate melancholiā & cholera adustā, mundifi: ans cerebrum, & membra sensuū, & aperit oppilationes uiscerum. R. folliculorum, senæ. ʒ. i. zinziberis, macis. an. ʒ. iii. cinnamomi tartari. an. ʒ. i. s. terantur omnia satis grosso modo, & dosis eius est. ʒ. i. & c. Folliculi ponendū sunt in hac cōpositione quia meliores totius plantæ magisque solutiui. In foliis uero uirtus est debilis ualde & c.

Descriptio VII.

PVLVIS senæ magis soluens magistralis, habēs uirtutem superioris plus tñ solutiuius per diagridium, debet tñ exhiberi in minori dosi. R. folliculorū senæ. ʒ. ix. tartari. ʒ. iii. macis. ʒ. iii. cinnamomi. ʒ. i. s. salis indi. ʒ. s. diagridii. ʒ. s. terantur omnia & fiat puluis, dosis est. ʒ. s.

Tartarū quod apponi debet in hac cōpositione est tartarum uini albi, eo quia magis solutiuum est & penetratiuum quā tartarum uini nigri.

Descriptio VIII.

PVLVIS pro mingentibus in lecto montagnanæ efficac multū. R. stomachorū gallinarum præparatorum. ʒ. s. agrimonie. ʒ. i. cineris heriti cōbusti. ʒ. iii. conterantur omnia, & detur patienti. ʒ. i. cum pauco uini uel brodii quando uadit dormitum.

Stomachi gallinarum hoc modo præparantur. Accipe aquam capiteili calidam. i. iisuii quantitatem conuenientem, & infundas stomachos gallinarum uel caponum per horā, postea ablue duabus uel tribus uicibus, deinde abiectione iisuii infunde in uino nigro sicut dictum est de aqua. Et iterum infunde in aquas ut supra, & iterum infunde in uino ut dictum est abluendo, postea ponantur in furno à quo non uiter panis fuerit extractus & permittantur exiccari, & referuentur usui & c. Heritium comburitur eo modo quo iepus comburitur. Modus combustionis positus est in electuario de cineribus.

Descriptio IX.

PVLVIS restrictiuis magistralis. R. boli armeni lib. i. myrtilorum lib. s. sanguinis draconis. ʒ. iii. thuris masticis. an. ʒ. i. rosarum rubearum, balaustiarum. an. ʒ. ii. conterantur omnia subtilissime & usui referuentur.

Omnes species puluerum in hac spuma supra descripta subtilissime sunt conterendæ, & per spissum setacium sunt transeundæ & c.

Descriptio X.

PVLVIS pro sacculo capitis magistralis. Qui est potest sine sacculo apponi super caput in loco cōmmissuræ coronalis, in pauca tñ quantitate, & alternatis uicibus, & potest et diuersificari secundum diuersitatē dispositionis capitis. R. florū camo. sticados maiorana. an. M. s. macis masticis, cubebarum, nucis musc. corticum eltri. rosarū. an. ʒ. i. corallorū. ʒ. ii. salis usti. ʒ. iii. cōterantur hæc, & in pecia suantur, & capiti approximentur. Quantitas supra scriptarū & infra scriptarū spērū in sacculis apponenda est. ʒ. pro singulo, uel. ʒ. i. s. ad plures, forma sacculi capitis debet esse quadrata ad latitudinem palmæ manus, sacculus uero pro corde debet habere formam cordis & c.

Descriptio XI.

PVLVIS pro sacculo cordis magistralis, qui satis teporatus est, potest tñ fieri & magis calidus & frigidus est scdm exigentiam & diuersitatē dispositionis cordis. R. florū boraginis, buglossæ, mellissæ. an. M. i. rosarū. M. i. florū camomillæ, anthos. an. M. s. sandalorū omnium, been al. & rubei, ossis de corde cerui. an. ʒ. i. corallorū rub. seminis acetosæ, corticū citri. an. ʒ. s. ligni aloes, garioflorū. an. ʒ. ii. misce, & omnia grosso modo puluerizentur, & usui referuentur. duæ præscriptæ cōpositiones specierū sunt terendæ grosso modo, & per cribrum medicinarū transeundæ, ut cōmodius possint in sacculis stare, ac ut uirtus ipsarū longiori tpe duret.

Et sic finis imponitur quæ est distinctio quæ fuit de pulueribus.

De pulueribus fuit opinio quorundam q̄ uirtus earum duraret usq̄ ad sex menses, sed huic opinioni ego nō adhe-
reo, eo quia in spatio sex mensum uirtutes puluerum resol-
uuntur & efficiuntur debiles. Igitur dicas q̄ per duos men-
ses conferuantur in bonitate sua & non plus.

Incipit sexta distinctio quæ est de loch, Et con-
tinet nouem descriptiones.

Descriptio Prima.



LOCH de pino Mes. conferens ad tussim antiquam ad asma, & sputi uiscosita-
tem, & constrictionem anhelitus. & gra-
norum pini mundatorum & recentium. ʒ. xxx. amigdalorum dulcium excorticarum
auellanarum assatarum dragaganti, gummi
mi ara, liquiritiæ. & radicis succi liquiri-
tiæ amili capil. ue. radicū illi coelestis.

liros. an. ʒ. s. carniū dactyloꝝ, heyron. i. illius prouinciæ.
ʒ. xxxv. amigdalorum amaranū et excorticatarum. ʒ. iii. mel-
lis passularum: zuchari tabarzet / butyri recentis. an. ʒ. s.
mellis tabarzet, quid sit supra declaratum est lib. i. & ʒ. v. s.
& fiat loch, mel coquendo & depurando.

Auellanæ assantur quemadmodū femina, igitur facias ut
supra tibi ostendi de seminibus, & hoc modo habes doctri-
nam assationis earum. Assantur autem qm̄ assatæ maturant
catarrum, sed cortex interior abiicitur, & hoc modo assan-
do remouetur quædam superflua humiditas.

Dragagantum quod ponitur in omni loch preparatur
hoc modo. Accipiatur mellis & aqua. an. q. l. & in eis infun-
datur dragagantum, & permittatur, deinde per setacium fri-
canda transeat, & hoc modo utatur. & sic facias de omni-
bus gummis in loch intrantibus.

Nucleus si simpliciter scribitur, de nucleo pini intelligi-
tur, quidam uero alii de nucleo oliuæ intelligunt. Aui. uero
2. can. de nucleo dactyli intellexit. Sed prima opinio uerior
& melior est.

Mel passulatum fit hoc mō. Exprimantur passulæ donec
ex eis exeat succus, & accipe de dicto succo partem unam,
mellis partes duas, uidelicet succi passularum. ʒ. i. mellis. ʒ.
ii. misce, & bulliant simul usq̄ ad consumptionem succi, &
tunc erit mel passulatum. Et hoc mō ostendit facere Gal. mel
myrtinum quod fit ex duabus partibus mellis & una myrti-
lorū. s. succi. In suo antidotario minori in cōfectione, q̄ inci-
pit. Confectio mellis myrtini. Quod si succus earum haberi
nō pōt, hoc mō facias passularū. ʒ. ii. aquæ. ʒ. vi. bulliant si-
mul usq̄ fere ad cōsumptionē aquæ, deinde exprime passu-
las & adde duplū mellis, & coque & erit mel passulatum.

Varia reperitur littera in hac cōpositione, quædam. n. di-
citur supra annotatum est, & ista littera bona est. Alia uero
dicit mel cannæ. q. l. & idem est quod puluis zuchari, eo
quia puluis ille extrahitur ex cannis, & condensari non pōt,
& antiqui mel cannæ appellabant. Alio uero dicit zue-
chari tabarzet, & idem significat q̄ zucharium istius regio-
nis quod est albisimum purum & bene coctum, uerū quia
non cognoscitur ipsorum diuersitas accipitur zucharium
mederæ.

Descriptio II.

LOCH de papauere seu diapaouer Mes. Conferens
ad tussim calidam, & pectoris asperitatē, & cuius sputū est
tenue indigens ingrossatione & maturatione, & confert ad
febrē calidam, & dolorem pectoris, & pleuresim. & seminis
papaueris al. ʒ. xxv. amigdalorum dulcium excorticarū, gra-
norum pini, gummi arabici, dragaganti, succi liquiritiæ. an.
ʒ. x. amidi. ʒ. s. seminis portulacæ, seminis lactucæ, seminis
cydoniorum. an. ʒ. s. croci. ʒ. i. penidiarū albarū. ʒ. iiii. Syrupi
de papauere hoc modo facti lib. i. & fiat loch in bona for-
ma. Syrupus iste hoc mō fieri. & capita papaueris albi &
nigri. an. M. s. seminis lactucæ, uiolarum, an. ʒ. i. bulliāt hac
in libris quatuor aquæ secundum artem, deinde colētur, &
additis lib. ii. zuchari fiat syrupus, de quo fiat loch præsci-
ptum.

Descriptio III.

LOCH sanum & expertū Mesue, conferens ad tussim
& raucedinē uocis, quæ est pp̄ frigiditatē, & flegma gros-
sum quod in pectore contineatur & pulmone. & cinnamo.

hyssopi sicca liquiritiæ. an. ʒ. s. iuiubarum, sebestæ. an. num.
xxx. passularū enucleatarum siccū siccarū dactyloꝝ pini
guium. an. ʒ. ii. fenugra. iros. & radicis calamenti. s. montan-
ni, seminis lini. an. ʒ. i. hæc omnia coquantur scdm̄ artem in
lib. iiii. aquæ usq̄ ad consumptionē medietatis, deinde co-
lentur, & in colatura addantur penidiarum lib. ii. & coquan-
tur usq̄ ad spissitudinem mellis, deinde proficiantur super
eis pinearum mundatarum. ʒ. v. amigdalorum mundatarū
liquiritiæ dragaganti gummi arab. preparati ut supra. amidi.
an. ʒ. iii. iros. ʒ. ii. misce omnia simul, prius tamen bene
contusis conterendis & puluerizatis puluerizandis & redu-
cantur ad formam loch, bene omnia commiscendo.

Coqui scdm̄ artem est plus & minus sustinent de decoctione. Quæ ue-
ro sint illa quæ sustineant multum de decoctione, quæ uero
minus in ultima distinctione declarabitur, pro nunc his sis
contentus.

Descriptio IIII.

LOCH ad asma Mes. bonū et ad constrictionē anhel-
tus & ad tussim antiq̄, & subtiliat humore grossum. & squil-
læ assatæ. ʒ. s. iros. & radicis. ʒ. ii. hyssopi, prasi. an. ʒ. i. myr-
tæ croci. an. ʒ. s. mellis cocti & bene dispumati. ʒ. ii. & fiat
loch, prius cōterendo subtiliter præscripta. Modus assan-
di squillam talis est. Accipe cepæ squillæ mediocris magni-
tudinis, & amoue cortices exteriores & interiores abiicien-
do ambas. Quæ uero in medio sunt inuoluas in pasta orb-
dei & sit pasta grossa grossitudinis digiti, deinde ponantur
in furno & tandiu dimittantur q̄ pasta effecta sit rubea, de-
inde extrahe, & dimitte infrigidari, post infrigidationē ape-
riatur, si bene assata est committere subtiliter & utere. Aliter
iterū inuoluas in alia pasta, & in furno ponas, & tū hoc fa-
cias q̄ bene assata sit, nam nisi bene assentur remanet in eis
acuitas mala quare nocent stomacho & uentri ualde, uoni-
tūq̄ & nauseam faciunt. Mel nota q̄ bene dispumati de-
bet in quacunq̄ cōpositione ponatur, & maxime in loch &
confectionibus per oralibus, eo quia qm̄ spuma ab eo non
est ablata facit tussim, & laxat uentrem, quare nocent apo-
thecarii, quia quicq̄ sunt causa magni detrimenti.

Descriptio V.

LOCH de squilla Mes. quod est medicamen iuuamēti
magni eis quibus materia & uiscosa & difficilis maturationis
exuberati in membris anhelitus, reddens eam facilē ad
expellendum, & confert difficultati anhelitus, & dolori pe-
ctoris, & laterum. & succi squillæ, mellis colati & bene dis-
pumati. an. ʒ. vi. misce, & simul coque usq̄ ad formā loch,
& reseruetur.

Modus extrahendi succum à squilla talis est. Mundetur
squilla à superioribus & interioribus corticibus, quia uene
nosæ sunt & medic sumantur. Et bene inuoluantur in pasta
facta cū farina ordeī, uel siliginis, uel frumētī, non aut ex luto
ut quidā fatui faciunt. Et notanter dictū est in pasta ordeī
siliginis uel frumētī, nō aut in luto. Lutum. n. in sorditiam,
immo addunt in uirtute earū, & subtiliant & mūdifican-
t ip̄sas, & post inuolutionē in dicta pasta ponantur in fumo tē-
perate calido, & permittantur usq̄ ad cocturā pastæ in qua
laminae squillæ sunt, deinde extrahantur, & abiecta pasta ac-
cipiantur laminae squillæ ita calidæ, & proiciantur in mor-
tario lapideo prius calefacto, & pistello ligneo bene pisten-
tur, nō aut cum pistello ferri, ferrū. n. facit eis rubiginē, quæ
rubigo ueneno est. & post perfectam pistationē confestim
ante infrigidationē ipsarū in subtili pecia inuoluatur, & ex-
primantur fortiter, & sic succū habebis. Nec infrigidari per-
mittantur, eo quia infrigidatē succus haberi non posset pp̄
maximā uiscositatē quæ facerent & c. Quod si squilla care-
remus apponi pōt loco ei rāffamus.

Descriptio VI.

LOCH de pulmone uulpis magistralis. Et Mes. in. c.
de ptisi ponit ipsum de mente Gal. Aui. et. 1. 3. c. de curā ul-
cerū pectoris. & est ex medicinis mirabilis iuuamēti aggre-
gantibus uirtutē confortationis & mundificationis pulmo-
nis. & succi liquiri, pulmonis uulpis preparati, seminis fenū-
culi, capil. ue. an. ʒ. i. mellis lib. i. coquatur, beneq̄ dispumē-
tur, & cōmiscantur & c. prius bene cōterendo. Pusmo uul-
pis hoc mō preparatur & cōseruatur. mūdetur per optime
omnibus

omnibus suis immunditijs, deinde illū bene laues cū aqua uita, & postea illū aspergas zucchero optimo bene puluerizato, deinde permittatur exiccari in supha uel furno leuiter calido. Et post ipsius exiccationem inuoluatur in absinthio, conseruat. n. illū à corrosione uermiū. Alio modo cōseruari & præparari potest hoc modo. Accipe pulmones uulpis num. vi. scindantur p uenas & cannas, postea abluantur cū uino albo dulci & calido & odorifero quatuor uel quinque uicibus per horā pro qualibet uice, postea exiccantur in absinthio. & modus iste melior est.

Descriptio VII.

LOCH de althea magistralis. Cōferens mirabiliter in plenitudine pectoris & pulmonis facilitando sputū abstergendo & reticindendo materias grossas, & prohibendo ab apate. R. radicū altheæ quantū placet, lauentur optime & ab ligno interiori mundentur. Postea incidantur per transversum minutissime, & coquantur in aqua completa decoctione, postea optime pistentur, deinde stagminentur cum sua decoctione, si per se nō possent manibus trāsire fortiter cōprimendo de hac colatura accipe lib. iiii. mellis bene distillati lib. ii. liquiri. mūdæ & bene puluerizate. ʒ. vi. passularū bene cōtularū. ʒ. iii. pulmonis uulpis, seminis cotti. an. ʒ. iiii. Conterantur omnia subtilissime & misceantur, & bulliant usquequo habeant formā loch, & in fine post aliqualē infrigidationem apponantur præscriptæ species &c.

Spēs oēs in loch intrantes debent subtilissime conteri, & per spissum setaciū transiri, & non tm spēs loch, sed oēs medicinæ pectorales. Loch oēs in sua bonitate p duos annos seruantur proprie delectabiles, horribiles uero usq; ad tres annos seruari possunt.

Descriptio VIII.

MIXTVRA pectoralis per me cōposita. R. zuchari uiolati / zuchari buglossati / zuchari boraginati, manus christi uiolati. an. ʒ. iiii. diaris de zuch. penidiarū, dragagāti. an. ʒ. vi. diacalamenti, loch de althea an. ʒ. ii. misce, & cū syr. uiol. fiat mixtura, & reseruetur. In istā cōpositione est notandū q si debitam formam habere debet necesse est q manus christi penidii diadraganti & diaris subtilissime prius per se terantur, deinde cū alijs rebus misceantur, & cū syrupo prædicto humectentur.

Descriptio IX.

MIXTVRA cordialis per me cōposita. R. diaboglossati, diabuglossati, zuchari uiol. an. ʒ. iiii. zuch. rosati. ʒ. ii. amaræ natæ. ʒ. vi. zuch. candidi. ʒ. ii. conterantur subtilissime zucharu candidum, deinde omnia misceantur & cum syrupo de acetositate eltri fiat mixtura. Candi si simpliciter scriptum reperiatur, uel candi uiolati uel rosati. Illud est zucharam rosatum uel uiolatum induratum quod reperitur in fundo uasis ubi reconditur iulep rosatum uel uiolatum, & de eo est intelligendum.

Ista componentia hanc mixturam debent multum bene cōmisceri in mortario semper & paulatim syrupum addendo donec ipsorū debita fuerit facta permixtio. Et sic sit cōclusum de sexta distinctione quæ fuit de loch &c.

Incipit septima distinctio quæ est de syrups. Et continet XLVI. descriptiones.

Descriptio Prima.

SYRUPVS acetosus simplex Mesue cui lam magnificata est uirtus & excellentia in communitate & posse ipsius in materias calidas & frigidas & subtiles & grossas & uiscolas siue adherentes. R. zuchari lib. v. aque lib. iiii. & cum ea clarificetur zucharam, quo clarificato cū igne lento semper spumā abiciēdo,

deinde proiciatur super illud aceti uini albi lib. ii. in leui. & forti partes quatuor. ʒ. lib. iiii. & in mediocri partes tres. ʒ. ii. iii. & da ei post illud pfectionē decoctiōis. Sed uisatus modus est ponere lib. ii. aceti & facere syrupū. & hic in usu est.

Multi dubitat in hac recepta, & apparet eis ambigū id quod Mesue dicit, & referunt illud forte & illud debile, & illud leue ad acētū. Et nō debet referri ad acētū, sed ad uirtutem syrupi. Et sic clara est littera. Descriptio II.

SYRUPVS de duabus radicibus magistralis. Efficax

& conueniens in digerendo materias mixtas cholericas & flegmaticas, usus tñ eius est plus ad materiam flegmaticā, aperit et oppilationes splenis & renum. R. radicū petrosillii, radicū feniculi. an. M. i. bene lauentur, & à ligno interiori mundentur & abradantur, deinde bulliant in lib. viii. aquæ usq; ad consumptionem medietatis, deinde colētur, & prædictæ colaturæ addantur zuchari clarificati lib. ii. & bulliant usq; ad perfectam decoctionem & formam syrupi.

In isto syrupo sunt qui ponunt radicem apii loco radicis petrosillii. Sed quia apium habet in se hanc proprietatem q epilepsiam mouet, ideo mihi suspectū est & loco ipsius ponit facio petrosillium.

Descriptio III.

SYRUPVS rosatus Mes. ex infusione, cōueniens ad extinguendū sitim in febribus acutis & ad remittendum excessum caliditatis in eis, confortans stomachū relaxatū, & epar supercalefactū & cor, resistēs putredini, & cōueniēs tpe pestilentia, resistens uenenositati. R. aquæ infusionis rosarum lib. iiii. zuchari clarificati lib. iii. misce, & fiat syrupus coquendo debito mō. Modus infusionis rosarū talis est. Accipe foliorū rosarum uiridium mundatarū lib. vi. ponantur in uase uitreato stricti orificii, & super eas fundatur aque feruentis lib. xv. & stringatur orificium uasis & dimittatur p horas. ix. deinde coletur, & bene rosæ exprimantur. & postea abiciantur. Et iterum tantundē foliorū rosarū recentū in dicto uase ponatur, & supradicta aqua colata quæ denuo fuerit calefacta proficiatur & obturetur, & permittatur ut supra. & iterū tertio hoc fiat, deinde coletur, & si reseruare uolueris apponatur ad solem per dies. xl. in uase uitreato stricti orificii, & distilletur parum olei oliuarum in orificio eius, postmodum reserua, de dicta infusione accipe q uolueris ponendo æqualem quantitatem zuchari cum ea.

Descriptio IIII.

SYRUPVS rosatus ex infusione rosarū siccarū magistralis mirabiliter confortans & stipticans. R. infusionis rosarū siccarū, zuchari clarificati. an. lib. ii. misce, & fiat syrupus coquendo debito mō. Infusio rosarū siccarū fit ut infusio rosarum uiridū, hoc excepto q loco uiridū ponuntur rosæ sicce, sed scdm eandē quantitātē tam de rosis q de aqua.

Oēs syrups restringentes, ut syrupus rosa. de granatis, de myrtis, & ceteri constrictiui debent bene deoq, lenitui uero ut uiolarum econtrario.

Descriptio V.

SYRUPVS de endi. magistralis qui in usu est, ualēs præcipue ad supercalefactiones epatis cordis, & aliorum membrorū nutritiuorū, & generaliter confert cuilibet complexionis calidæ. R. foliorū endi. epaticæ, capil. uen. an. M. iiii. diantos. M. ii. radicū endi. aquæ endi. an. lib. i. bulliant aut hoc scdm artem in lib. xviii. aquæ usq; ad consumptionem duarū partium, deinde colentur, & colaturæ addatur zuch. clarificati lib. vi. & fiat syrupus coquēdo debito mō.

Nota hæc unū uniuersale q si uis facere syrupum magis clarū, tunc cū decoctione debes zucharam clarificare, sed tunc syrupus non est tantę uirtutis, ideo semper zucharam per se clarificari soleo facere, deinde decoctionem supra addo.

Descriptio VI.

SYRUPVS de endi. Cuius inuētor fuit Gentilis de fulgineo, quem manu propria eius descriptū ego iam uidi, efficacior & melior præscripto, ualēs ad supra scripta. & ultra illud est aliquantulum aperitiuus oppilationū, & confortatiuus membrorū debilitatorū à mala cōplexione calidā illam notabiliter remouēdo est et digestiuis materiæ cholericarum, acutarū. R. succi endi. succi epaticæ. an. lib. iiii. clarificentur seu purgentur prædicti succi ad ignē ut expediat rosarum, uiolarū, lenticularū, aquæ florū nenufaris, politricti. an. ʒ. s. capil. ue. ordeī mundi, seminū cōium frigidorū maiorū. an. ʒ. i. bulliant omnia hæc scdm artem in lib. vi. aquæ usq; ad cōsumptionē tertiæ partis, deinde colentur & colaturæ addantur zuch. clarificati lib. iiii. & fiat syrupus q aromatizetur cū infra scriptis subtili mō puluerizatis, sandalorū alborū, sandalorū ru. berberorū, seminum cydoniorū, ligni aloes, cinnamo, corticū citri. an. ʒ. i. subtiliter puluerizentur, & syrupus aromatizetur, est. n. efficacior. Aromatizatio dupliciter fieri pōt. Primo q postq syrupus perfectē cō-



DISTINCTIO VII.

etus est proiciantur ea ex quibus debet aromatizari, & per mittatur solū una ebullitione bullire, deinde ab igne remoueantur, & reseruentur. Alio modo postquam syrupus perfecte coctus est & ab igne remotus, possunt aromata ex quibus aromatizari debet intus apponi, & simul longo tpe cocutiendo miscere. & sic uirtutem accipit earum, & hoc modo aromatizatio fit, uterque modus est laudabilis.

Descriptio VII.

S Y R V P V S de succo acetosæ Mef. conferens febribus cholericis, & inflammationi stomachi, & confortat cor caslidum, & stomachū, & est conueniens febribus pestilentialibus. *R.* succi acetosæ purificati lib. iiii. zuechari clarificati lib. ii. & fiat syrupus debito modo coquendo.

In syrupis unū uniuersale nota. Syrupi. n. aut cū zuccharo, aut melle, aut sapa fiunt, syrupus qui de zuccharo fit melius debet decoqui q̄ qui cū melle cōponitur, cū mel sit magis conseruatiuū & minus corruptibile. Et ideo syrupus cū melle factus diutius conseruatur. Syrupus factus de melle, quanto minus decoquitur, tanto magis laxat. & quāto plus coquitur tanto plus restringit. Syrupi in estate magis coquēdi sunt q̄ in hyeme, & omni tpe syrupus quanto magis coquitur tanto melior est.

Descriptio VIII.

S Y R V P V S de agresta Mef. cōferens uomitui & solutioni cholericæ & inflammationi stomachi & siti laboriosæ, & febribus cholericis, & confortat stomachos prægnantiū q̄ facile recipiunt superfuitates, & ualet contra uenena. *R.* succi uuæ acerbæ lib. xii. Decoquatur lento igne usq̄ ad cōsumptionē tertiæ partis, deinde coletur, & postea permittatur donec clarescat. Accipe igitur de eo claro li. vii. zucchari clarificati lib. v. Et simul coquantur usq̄ ad perfectam cōsuetudinem & reseruetur. Succus iste extrahi debet ex uuis citrinis declinantibus ad rubedinem, nō maturis, collectis uis tīma hebdomada Iulii & post ipsarum collectionem stent per tres dies, deinde succus extrahatur anteq̄ hebdomada illa transeat, quia elapsa illa hebdomada stella canis absconditur, & succus nō est tantæ perfectionis. Insuper incidenter hoc est notandum q̄ illa quæ dantur pro fluxu uētris ad constringendum debent exhiberi statim ante cibū. Quæ uero propter uomitū dantur, immediate sumpto cibo danda sunt.

Descriptio IX.

S Y R V P V S de papauere Mef. cōferens catarro & tussi quæ uigilare facit, & faciens ad somnū, & ad sitim extinguendam, est et lenitiuus partium pectoris & pulmonis. *R.* seminis papaueris nigri. an. ʒ. ʒo. capil. ue. ʒ. xv. liquiritiæ. ʒ. x. iuiubarum num. xx. seminis lactucæ. ʒ. lx. seminis cydoniorū. ʒ. vi. Coquantur omnia in libr. iiii. aquæ pluuiialis usq̄ ad consumptionem medietatis, deinde coletur, & cū zucch. clarificati, & penidiarū an. ʒ. viii. fiat syrupus addendo uini cocti seu sap. ʒ. vi.

Semina omnia mucilaginem facientia non sunt sic ad bulliendum seu decoquendum cum aliis rebus ponenda, sed sunt in pecia liganda, demum ad bulliendum ponenda. & sic uirtus earum in syrupo transit & uiscositas que syrupum uiscosum redderet retinetur. Sapa in hoc syrupo ponitur ut dirigat uirtutem aliarū medicinarum ad pectus, sapa. n. multum pectori amicitur.

Descriptio X.

S Y R V P V S de succo endi. magistralis, ualens principaliter ad oēs supercalefactiones epatis, & aliorum membrorum nutritiuorum. *R.* succi endi. purificati lib. iiii. zucchari clarificati lib. ii. & ʒ. viii. & fiat syrupus debito modo omnia decoquendo.

Succi omnium herbarū conseruantur p̄ annū, & non ultra, si supra eos ponatur parum olei oliuarū, & bene sint clarificati, ut in syrupo de bizantiis ostendetur, & apponēdi sunt in uase uitri uel saltem uitreato, demum trāfacto anno sunt abiciendi.

Descriptio XI.

O X Y Z A C C H A R A Nicolai sic dicta ab oxī q̄ est acetū & zuccharo, ualens tertianæ acutæ & quartanæ nō ueræ, purgans cholera in stomacho existentē. *R.* zucchari lib. i. succi malorū granatorū. ʒ. viii. aceti. ʒ. iiii. ponantur omnia ad ignē, & tandiu bulliant cū spatula semper agitando, & spumā remouendo donec ad formā syrupi redeat.

Hoc in loco zuccharum nō clarificatur, & si pur illud clarificare uis saltem tm bulliant q̄ aqua consumatur antequā aceto permisceatur, que postquam consumpta erit, acetum & succus granatorum ponatur, & hoc fit ut aceti uirtus nō deperdatur.

Descriptio XII.

S Y R V P V S de pomis simplex Mef. confortans cor debile, & sanās syncopi, & tremorē cordis. *R.* succi pomorū dulciū, succi pomorū acetosorū. an. libr. v. bulliant ambo simul usq̄ ad cōsumptionē medietatis, deinde in eis infundatur seta tincta in kermes. i. in grana. ʒ. s. & dimittatur in eis p̄ dies duos usq̄ dum clarescant, deinde coletur, & colaturæ addatur zucch. clarificati lib. iiii. & fiat syrupus.

Seta tincta in kermes, nota q̄ kermes scriptum cū r̄ idem est quod granum cum quo seta tingitur, scriptum uero cum s̄, kermes idem est quod passulæ, hoc bene nota, quia dī ueritas litteræ diuersificat rem.

Oēs syrupi facti ex succis, semper zuccharum debet recipere clarificatum & coctū p̄ se, postea uero succi sunt addēdi. & rō est, quia per longā ebullitionē succi uirtus deperditur, & hoc intelligas de succis fructuū & uinis aromaticis, quia hi parum sustinēt de decoctione. Succū uero radicū quāto decoquuntur tāto puriores reddūtur. Herbarū uero succi mediocrē sustinent decoctionē, & illa mediocrē purificātur. Pomū simpliciter si scriptū reperitur, de malo est intelligēdū, ut Math. sy. scribit.

Descriptio XIII.

S Y R V P V S de pomis cōpositus Mef. in sua practica. c. de soda frigida ab humore melancholico, conferēs ad sodā dictā & quartanæ & oppilationi splenis, & omni egritudine de melancholia & est expertus. *R.* capil. ue. radicū buglossæ domesticæ, radicū buglossæ syluestris, foliorum ambarum, polypodii, epithimi, an. ʒ. i. folliculi senæ, camedreos, camomille, sticados. an. ʒ. vii. camedreos squinathelebori nigri. an. ʒ. iiii. fumiteræ. ʒ. i. eupatorii. ʒ. s. succi pomorum dulcium. ʒ. viii. omnia præscripta præter epithimū, succum pomorum, & capil. ue. bulliant in libr. iiii. aquæ usq̄ ad consumptionem medietatis, deinde bulliant cū eis ebullitione una epithimum & capilli uen. postea coletur, & cū succo pomorū & zucchari clarificati lib. ii. fiat syrupus debito modo decoquendo.

Zuccharum qd̄ in syrupo ingreditur semper debet clarificari & purgari, & non solum in syrupo, sed in omnibus cōpositis in quibus zuccharum intrat. Modus igitur clarificandi talis est, q̄ pro omni libr. zucchari accipienda sunt duo albumina ouorū uel unum ad minus, & lib. i. aquæ & simul aqua & albumina ouorū manibus sunt cocutienda. Illa cōtutione multa spuma resultabit, & quanto magis cocutiuntur tanto maior fiet. In illa igitur spuma & aqua proicias tuum zuccharum, & igni exponatur, & diu bullire permittatur, & usq̄ ad cōsumptionē medietatis, deinde p̄ staminiam p̄ni bene lotam illa omnia bene colabis, & sic erit zuccharum clarificatum seu purificatum. Sed si uis clarificari syrupos & iulep sine albuminibus ouorum, ita q̄ remaneat clarissimi & aurei coloris, dum coquuntur ponatur in uase succi granatorū aceto. in sine decoctionis. ʒ. i. s. mirabiliter. n. clarificat. Et idē facit parum uini boni electi q̄ uinum granatorum non habetur.

Descriptio XIII.

S Y R V P V S de myrtis magistralis, ualens p̄cipue cōtra oēm fluxum uētris antiquū, & maxime ex coratiuum, & cōtra oēm fluxum sanguinis à renibus uel à pectore uel à matrice. *R.* granorum myrtillorū. carniū cydoniorum, sumach, acacia, rosarum, an. ʒ. i. spodi, hypoquistidos. an. ʒ. ii. masticis. ʒ. s. bullint hæc omnia in libr. iiii. aquæ sc̄am artē usq̄ ad cōsumptionē tertiæ ptis, deinde coletur, & colaturæ addantur zucchari clarificati lib. iiii. & fiat syrupus.

Syrupus de myrtis Mef. nō fit, eo quia succus myrtillorū haberi non pōt apud nos, q̄ si haberi possit melior & per se feclior isto esset.

Descriptio XV.

M E L uiolatum Nico. Quod ualet tepide febricitibus corpus humectat & relaxat, & ualet ad siccitatem pectoris. *R.* mellis electi & purificati lib. x. uiolarum lib. v. bulliant duo hæc simul leui ebullitione, deinde coletur, coquatur, postea ad debitam coctionem & reseruentur.

Mel

Mel de quo fit mel rosatum & uiolatum anteq̄ uiolæ uel rosæ in eo ponantur debet bene purgari ponendo in eo aquam & bulliando cum ea debet continue dispumari de mum cum aqua per decoctionem fere est consumpta uiolæ uel rosæ sunt intus ponendæ, & post pusillum colari debet, deinde in integrum decoqui, & hoc modo mel purificatur.

Descriptio XVI.

MEL rosatum Nicolai, stomachum confortans & mundificans, & est digestiuum materierum slegmaticarum in stomacho & meseraicis contentarum. R. mellis purificati lib. x. succi rosarum recetium lib. i. ponatur in chacabo ad ignem, & cum bullire inceperint uiridium rosarum cum forficibus uel cum cultello incisarum lib. iiii. addantur, & tandiu bulliant quousq̄ ad succi deueniant consumptionem, & dum bullierint semper agitetur cum spatula, & cum coctum fuerit res condatur. Et secundum istum modum deberet fieri et mel uiolatum suprascriptum, sed apothecarii hodierni tempore auaritia ducti, nec hoc nec illud hoc modo faciunt, sed accipiunt solum mel & rosas ut supra de uiolato dictum est. Quidam sunt qui ad purificandum mel non faciunt ut supra ostensum est. Sed illud clarificant cum ouis quemadmodum dixi de zucchero, & hic modus non est inutilis, facias modo ut tibi placet.

Descriptio XVII.

SYRVPVS de acetositate citri. Mef. cuius iuuamentum est magnū in extinguendo inflammationes cholerae ru beæ, & febres inflammatae uehementes, & confert ebrietati, uertigini, & siti uehementi. R. succi acetositate citri lib. xii. decoquatur in uase uitreato super prunas usq̄ ad consumptionem tertie partis, deinde coletur, & permittatur clarificare, postea accipe ex eo claro lib. vii. zuchcha. albi clarificati lib. v. misceatur simul & coquantur ad ignem usq̄ ad perfectam coctionem.

Ego autem aliter soleo fieri facere, & pauci sunt apothecarii qui faciunt illud facere, immo fere omnes errant facientes hunc syrupum, diu in formam syrupi non potest stare, sed cogelatur tanquam gelu, & hoc aduenit imperitia facientium. Sic igitur est faciendum. Accipiat acetositas citri & ipsam in peccia subtili & spissa pone, leuiterq̄ pecciam exprimas non uiolenter, exiet liquor clarus non mucilaginosus. Accipe igitur de dicto liquore quantitatem dictam, zuchcha. al. bene clarificati & debito modo cocti quantitate ut supra, & cum eo pone acetositate, & soli exponas. Sol. n. consumet paruo tempore humiditatem superfluum acetositate, & remanebit clarum & illud strum tanquam aqua, hoc. n. modo cipriani faciunt & ab eis accipi. Nota quod Mef. dicit accipe de iulep. claro & depurato. i. accipe de zucchero clarificato & iulepizato, non autem de iulep. intelligit, ut quidam apothecarii fatue credunt.

Descriptio XVIII.

OXYMEL simplex Mef. conferens in materiebus slegmaticis grossis & uiscosis, subtiliando, incidendo & abstergendo, aperiendo & diuidendo, & digerit materias febrili longi tempore. R. mellis boni lib. ii. aqua fontium lib. iiii. misceantur duo hæc, & bulliant lento & claro igne usq̄ fere ad consumptionem aqua, deinde his addatur acetum boni lib. i. decoquantur usq̄ ad perfectam decoctionem, & referuetur in uitreato uase. Secaniabin. i. syrupus factus ex melle aceto & aqua. Squingibin est syrupus factus ex aqua aceto & zucchero/hyeleniabin idem est quod aqua mellis.

Descriptio XIX.

SYRVPVS uiolatus copiosus Mef. conferens tussis calide & pleuresi. digerit. n. materiam subtilem cholericam & est alteratiuus malae complexionis calidae & siccae. R. uiolarum. 3. ii. seminis cydoniorum, seminis maluae. an. 3. i. iuiubarum, sebesten. an. num. xx. Coquantur hæc cum lib. vi. aqua cucurbitæ secundum artem usq̄ ad consumptionem tertie partis, zucchero clarificati lib. i. & s. & fiat syrupus debito modo decoquendo. Aqua cucurbitæ fit incidendo cucurbitas in grossa frustra, deinde ponatur in alambico, & aqua extrahatur.

Descriptio XX.

SYRVPVS de iuibis Mef. conferens ad raucedinē uocis, & tussim, & pleuresim. R. iubarum numero. ix. & plures textus hnt lib. x. uiolarū, seminis maluarū, an. 3. v. cas

pil. uen. 3. i. seminis cydoniorum, seminis papaueris albi, seminis melonū, seminis lactuca, dragaganti. an. 3. iiii. liquiritiæ, orde mundi ex corticati. an. 3. i. decoquantur in lib. iiii. aqua fontium secundum artem, uel aqua pluuialis usq̄ ad consumptionem medietatis, deinde coletur, & colaturæ addantur zucchero clarificati lib. ii. & fiat syrupus debito modo decoquendo. In hac compositione fere omnes textus sunt corrupti, littera. n. multorum dicit iubarum lib. x. quod hæc littera falsa fit apparet cum dicit coquantur in lib. iiii. aqua. non enim possibile est, cum maior sit quantitas iubarum quam aqua.

Dicit insuper in aqua fontis coqui debere, eo quia post pluuialem subtilior est & penetrationi aptior aqua fontis, infra de aqua pluuiali multa dicentur. De ordeo nota quod auctor uult quod excorticetur, amoto. n. cortice exteriori tollitur uirtus eius absterfua, & remanet uirtus lenitiua cum aliquali siccitate.

Descriptio XXI.

SYRVPVS de scabiosa magistralis, de qua scabiosa nota uersus. Urbanus per se nescit precium scabiosæ. Nam purgat peccus quod comprimit egra senectus, Pulmonē lateris similiter & regionem. Rumpit apostemata lenit uirtute probata. Emplastrum fortis necat antracem tribus horis. Intus potatur & sic uulnus euacuatur. R. orde mundi à cortice superiori. M. ii. radicum scabiosæ. M. i. corallorum rubeorum. 3. ii. aqua pluuialis lib. x. bulliant omnia simul usq̄ ad trepaturam orde & cocturā radicum, deinde coletur exprimendo, cui colaturæ & expressioni addatur succi scabiosæ lib. i. Et iterum cum prædictis bulliat succus usq̄ ad ipsius purificationem, deinde coletur, & his addatur zuchcha. clari. lib. ii. puluis corallorum rubeorum. 3. ii. coquantur usq̄ ad perfectam coctionem, & referuetur. De aqua pluuiali & de corallis in isto syrupo cum restringat, & syrupus iste dilatat partē peccoris. Rō dicitur in syrupo de liquiritia ubi ponitur aqua ros. quia eadē est ratio. Descriptio XXII.

IULEP rosatum Mef. conueniens ad extinguendū sitim in febribus acutis, & ad remittendum excessum caliditatis in eis, confortatiuum stomachi relaxati, & epatis super calefacti, & cordis, & resistēs putredini. R. aqua rosæ lib. iiii. zuchcha. albi clarificati & cocti lib. ii. & fiat iulep lento igne, debito modo decoquendo & leuiter. Apothecarii nostri tempore non faciunt hoc modo, sed clarificato zucchero cum aqua cocti, cum propinquum est coctioni addunt pro omni lib. i. zucchero aqua rosæ. 3. ii. & iste non est modus, & ideo non habetur utilitas à doctoribus posita, & hoc pro auaritiā apothecariorū. Quotiens enim scriptum reperitur iulep absolute de iulep rosato semper est intelligendū tanquam de perfectiori & melliori.

Descriptio XXIII.

IULEP uiolatum Mef. conueniens acutis febrientibus & habentibus epar calefactum & cor, & confert asperitati cannae & gutturis, & pleuresi, & tussis siccae. R. aqua florū uiolarū lib. iiii. zucchero albi clari & cocti lib. ii. misce, & fiat iulep. Iulep omnes sunt parum decoquendi, eo quia si multum decoquantur candescunt. Nec pro leuē eius coctionem timetur eorū corruptio, eo quia aqua est aromatica & eos à corruptione conseruat. Et nota quod dico quod non sunt multum decoquendi, coquēdi tñ sunt. Differt syrupus à iulep dupliciter. primo, quia syrupus longe melius decoquitur quam iulep. secundo, quia iulep absque alicuius rei commixtione decoquitur, secus autem syrupus. Descriptio XXIIII.

SYRVPVS uiolatus ex infusione Mef. conueniens ut supra. R. aqua infusionis uiolarū lib. v. zuchcha. clarificati lib. iiii. misce & coquantur cum facilitate & referuetur.

Modus infusionis uiolarū hoc modo fit. Accipe uiolarū recentium lib. vi. ponantur in uase uitreato stricti orificii, & postea fundatur super eas aqua pluuialis bullientis lib. xv. & stringatur orificium uasis, deinde permittatur per horas nouem. His elapsis coletur alicualiter exprimendo denuo in uase prædicto tñ de floribus uiolarū recetium ponatur, & denuo eadē aqua bene calefacta super eas mittatur & stringatur orificium uasis, & sic per horas. ix. dimittatur, & iterum tertio hoc fiat seruando modū bis per te seruatum, & dimittatur per horas nouem. & postquam aqua infrigidata fuerit coletur à uiolis, & si illā conseruare uolueris ponatur in uase ui-

DISTINCTIO VII.

treato stricti orificii, & distilletur parum olei in orificio eius, & stringatur caput eius, deinde soli exponatur per dies .xl. deinde remoueat, & conseruetur. Viola sunt colligenda in mense Martii, & de eis syrupum facias, & omnia alia necessaria. Syrupus uiolatus si simpliciter reperiat, scriptum de syrupo isto ex infusione semper est intelligendum non de composito.

Descriptio XXV.

S Y R V P V S de granatis Mel. uales contra febres cholericas & flegmaticas multae inflammationis. Recipe uini gra. dulcium & acetosorum. an. lib. v. coquantur simul usque ad consumptionem medietatis, & dimittatur postea per duos dies dum clarescant & resideant, postea remotis a residentia colentur, & his addantur zuchari clarificati lib. iiii. & coquantur ad formam syrapi, & in medio coctionis addatur seta tinctoria in kermes. i. in grana. 3. ii. & permittatur usquequo facta sit perfecta decoctio: Vinum granatorum fit, Accipiendo grana granati mundata a corticibus, inuoluuntur pecia, & sub torculari ponuntur & exprimuntur, & facta expressione colatura colatur, & in ampullis ponitur, & soli exponitur per aliquos dies, deinde a residentia seu faece mundatur, & postmodum oleum oliuarum super illud apponitur & reseruetur bene, per annos tres conseruantur in bonitate.

Hic notandum quod zucharam quod ingreditur in isto syrupo debet esse ab aqua de toto purgatum, ita quod in eo nulla uel bene pauca sit aqua quando uinum praedictum granatorum cum eo miscetur, eo quia si longa coctione cum aqua coqueretur, uirtus eius deperderetur.

Descriptio XXVI.

O X Y M E L Squilliticum Mel. uirtuosum contra materias frigidas difficiles & submersas in locis difficili eradicationis, & eruptionem acetosam. Recipe mellis dispumati & purificati lib. iiii. aceti squillitici lib. ii. coquantur usque ad perfectam coctionem, & reseruetur.

Ad purificandum mel debet esse dupla quantitas aquae ad mel, ut mellis lib. iii. aquae communis lib. vi. & simul debent bullire usque ad consumptionem medietatis, semper spumam abiciendo & hoc modo purificatur. Modus faciendi acetum squilliticum talis est. Accipe laminas squillae quarum in medio sunt abiciendo primas & ultimas, quia uenenosae & malae, primae sunt uenenosae, quia etiam sunt multum calidae. Interiores uero sunt abicienda, quia mortiferae sunt nimia frigiditate. Mediae uero sunt temperatae. Diuidenda est igitur squilla, & tot tunicae sunt ab exteriori parte abicienda quot interiori, & mediae reseruanda. Accipe igitur de mediocribus quantitate quam uolueris, & sue eas in filo cum stilo ligneo, & sit distantia inter eas, & dimitte siccare sic in umbra per dies .xl. postea incide eas in frusta cum incisario ligneo in frusta mediocria. Et pone ad omnem libram dictarum corticum squillae aceti al. boni lib. viii. & ambo pone in uase uitreato stricti orificii, & obturetur os eius, & exponatur soli per dies .xl. post illud cola & reserua administrando ubi oportet. Incisio & perforatio squillae cum instrumento ligneo est ne in surgat ex ferro in ea rubigo, quam excitat sui acuitate, & ob hoc doctores dubitantes cum instrumento ligneo fieri faciunt &c. Miua haec sine speciebus durat in sua uirtute per annum, & forte per annos duos.

Descriptio XXVII.

M I V A cydoniorum sine speciebus Mel. cuius iuuameta inferius in cap. de miua cydoniorum cum speciebus dicuntur.

& succi cydoniorum acetosorum lib. xx. uini boni lib. x. coquantur omnia cum facilitate simul usquequo consumpta sit tertia pars, semper auferendo spumam, deinde colentur, & residue permittantur, demum residentia amoueat, deinde addatur mellis dispumati & purificati lib. vi. coquantur usque ad perfectam coctionem, & reseruentur. Succus seu uinum cydoniorum hoc modo fit. Cydonia cum gratulosa raspantur usque ad interiorum animam, deinde pecia inuoluuntur, & cum torculari exprimuntur, & colatura preparatur ut uinum granatorum, durat. n. in eius uirtute per annos tres &c. Nota haec quod in condendo radices faciendo syrupo cum succis apponenda est magna quantitas mellis, quia eos conseruat. Et sic in condendo radices ponitur quadruplum mellis.

Descriptio XXVIII.

S Y R V P V S de bizantiis Mel. sine aceto, faciens ad febres oppilationum, & febres cholericas & flegmaticas, quarum difficilis est eradicatione, & ad isteritiam. Recipe succi endi. succi apii. an. lib. ii. succi lupulorum, succi boraginis uel succi buglossae. an. lib. i. bene depurentur, deinde bulliant in eis foliorum rosarum. 3. ii. liquiritiae. 3. s. spicae. 3. ii. seminis anisi, feniculi, seminis apii. an. 3. iii. postea colentur. Accipe igitur de praedicta colatura lib. iiii. zuchari boni & clarificati lib. ii. s. & coquantur cum facilitate omnia simul, donec ad formam syrapi coquantur, reseruentur. & haec erit syrupus de bizantiis sine aceto. Si uero facere uolueris dictum syrupum cum aceto, addas ad omnem partem succorum depuratorum aceti albi boni & clari partem media. Cum igitur in dicto syrupo apposeris lib. iiii. succorum in quibus fuerint bullitae res praescriptae, ponas aceti lib. ii. Et erit syrupus de bizantiis cum aceto, nihil ultra erit addendum uel minuendum. Hic multi laborant apothecarii & diuersimode ut succos conseruare possint, & non tantum istos sed omnes alios. Quidam uero post expressionem dictorum succorum bullire ad ignem eos faciunt, deinde reseruat, & hoc modo corrumpuntur. Alii post expressionem & colaturam factam cum staminia ad sole ponunt, & facta residentia res mouent illos a residentia, deinde reseruat, & hoc modo etiam corrumpuntur. Ego uero post expressionem illos colarificatio per staminiam, deinde iterum colarificatio per sacculum factam ex tela spissa, ac si clarificare syrupum in tantum quod pars grossa super sua hoc modo purificatur. Et quia quando non transit per partem spissam claudente sacculum, tunc uacuo sacculo & bene lauato, deinde repono succum. & sic facio donec totum sit colatum, deinde in ampulla pono, & supra pono parum olei oliuae, deinde solum expono per dies .xv. & si residentia aliqua fuerint illa amoueo, & illos si colatos reseruo non solum per annum, sed per annos & menses. Et sic facio de uino granatorum, & cydoniorum semper ponendo oleum, illud. n. a putrefactione conseruat & tu bene nota. Succus n. isti & similes herbarum in uasis uitreatis uel uitri conseruari debet. Liqueores uero oculorum debent reseruari in uase aeneo. Hic nota quod succi hi & similes herbarum solum per annum conseruatur in sua bonitate si cum oleo ut supra apponitur & non plus, quare in capite anni debet succus de nouo fieri, & antiqui alterius anni abici cum iam omnem uirtutem suam amiserit.

Descriptio XXIX.

S Y R V P V S de mentha Mel. in uentione nostra, & est ille qui in usu est ualet ad confortandum stomachum relaxatum & frigidum uomitum fluxum uentris lubricatum, & singulatum sedat. & succi cydoniorum muzorum & dulcium, succi granatorum acetosorum dulcium & muzorum. an. lib. i. s. prouocatur super eos menthae siccae lib. i. s. foliorum rosarum. 3. ii. & simul dimittatur per diem & noctem, deinde coquantur cum facilitate usque ad medium. i. mediocri decoctione, deinde colentur, & his addantur zuchari clarificati lib. ii. & fiat syrupus debito modo coquendo. Syrupus nihil aliud est quam decoctio, uel succus inspissatus cum aliqua re dulci. s. uel cum melle uel zucharo uel sapa, succus autem est rob. Rob. n. est succus inspissatus per decoctionem ab igne uel sole sine aliqua re dulci, & haec est ipsorum differentia. Muzum. n. proprie dicitur, cuius sapor est compositus ex dulci & acetoso. In hoc syrupo sunt qui loco zuchari ponunt mel. Ego. n. zucharium magis laudo, cum ad maiores intentiones cum zucharo factus conueniat, maioremque temperantiam habeant. Vbi uero intendes remus calefactionem maiorem cum melle fieri potest.

Descriptio XXX.

S Y R V P V S de fumoterra Mel. maior, qui in usu est stomachum & epar confortans, oppilationem aperit, & morbos cutis curat, & proprie quorum materia sunt humores salsi si aut adusti, sicut est scabies, impetigo, & serpigo, & lepra.

Recipe mirabolanorum citri. kebulorum. an. 3. ii. s. fiorum boraginis uel buglossae, uiolae, absinthii, culcutae. an. 3. i. liquiritiae. rosarum. an. 3. s. epithimi, polypodii. an. 3. vii. minorum numes ro. c. passularum lib. s. tamarindorum, castaefitu. an. 3. ii. Haec omnia bulliant secundum artem in lib. x. aquae usque ad perfectam coctionem. i. usquequo ueniant ad lib. iii. Castaefita & tamarindis exceptis, deinde colentur, cum qua colatura dissoluantur castia

castia & tamarindi, deinde addantur zucchari clarificati, suc ei sumiterra depurati, an. lib. iiii. & coquantur ad formam syrui. Cum dicitur bulliant in aqua, tunc de aqua communi est intelligendum. s. uel pluuiali uel fontis, & non solum in hoc syrupo, sed in omnibus aliis compositionibus, in quibus absolute reperitur bulliant in aqua. Fuit opinio multorum q̄ in hac recepta rosæ non essent apponendæ, & dicunt q̄ fuit error scriptoris qui scribere debebat liquiritiæ rasæ, & scripsit rosæ. sed salua pace ipsorum dico q̄ rosæ apponendæ sunt, & auctor illas apposuit, ut ipsarū uirtute reprimatur acuitas multarū medicinarū in ista cōpositione intrantium &c.

Descriptio XXXI.

SYRUPVS de prasio Mef. cōferens senibus, & frigidis natura, & ægritudinibus quæ sunt in pectoribus eorū, & tussis antiquæ, & asmatis à slegmate grosso & putrido.

R. prasii. ʒ. ii. hysopi. capil. ue. an. ʒ. vi. liquiritiæ, calamenti, seminis anisi, radicū apii, foeniculi. s. seminis. an. ʒ. v. seminis maluæ, fenugraci, ireos. an. ʒ. iiii. seminis lini, seminis cydoniorum. an. ʒ. ii. passularū. ʒ. ii. ficus sicæ pingues nu. xv. bulliant hæc omnia secundum artem in lib. x. aquæ usq̄ ad cōsumptionē medietatis, deinde colentur, & his addantur penidiarū lib. ii. mellis purificati lib. ii. & fiat syrupus debito modo coquendo. De prasio nota q̄ in hoc syrupo ponenda est herba prasii non succus. Electuarium uero fieri debet ex succo non de herba. Varia reperitur litera in diuersis Mef. de hoc syrupo. In aliquibus. n. basis huius syrui est radix feniculi & apii. In aliquibus ficus. In aliquibus hysopi. In aliquibus capil. ue. Et si sic nō debet appellari syrupus de prasio, quia alia & alia est intentio quam ponat. Mef. Sed recepta debet stare ut superscripta est. Et sic erit intentio syrui de prasio secundū Mef. Descriptio XXXII.

SYRUPVS de absinthio Mef. cōferens ad casum appetitus, & debilitatē stomachi, & mollificationē uiscerū, & debilitatē epatis & dolorē. R. absinthii romani lib. s. foliorū rosari. ʒ. ii. spicæ. ʒ. iiii. infundantur hæc omnia per diē & noctē, in uini albi boni antiqui odoriferi, succi cydoniorū an. lib. ii. s. ponēdo in lapideo uase, deinde coquantur cum facilitate usq̄ ad cōsumptionē medietatis, deinde colentur, & colaturæ addantur mellis bene purificati lib. ii. & fiat syrupus debito modo coquendo. In una cōpositione si inuenitur una res, cuius plures sint species q̄ illarū rerum debemus intelligere. uerbi gratia. cum scribitur spicæ uel rosarum &c. dico q̄ debemus intelligere speciem præualem alii in uirtute, ut de spica nardi q̄ melior est, & de rosa rub. quia illa præualet alba in uirtute.

Descriptio XXXIII.

SYRUPVS de epithimo Mef. cholericā nigram & humoribus adustis cū uirtute expellens, & morbos ex eis factos curat, & cōfert proprie eis qui parati sunt ad lepram, & qui cancerum patiuntur, & ulcera fraudulenta, & scabiē. R. epithimi boni hortensis. ʒ. xx. mirabo. citri. indorū an. ʒ. xv. cuscute, sumiterra, an. ʒ. x. thimi, calamenti, buglossæ. s. herbarū mirabolanorū emblicorū belliricorū, liquiritiæ, polypodii, agarici, sticados. an. ʒ. vi. rosarū, seminis feniculi, seminis anisi, an. ʒ. ii. s. prunorū nu. xx. passularū enucleatarum. ʒ. iiii. tamarindorum. ʒ. ii. s. bulliant hæc omnia tamarindis exceptis in lib. xv. aquæ secundum artem usq̄ ad cōsumptionē medietatis, deinde colentur, & cū prædicta colatura dissoluuntur tamarindi, deinde addantur zucch. clarificati lib. iiii. rob. i. uini cocti seu sapa lib. ii. & fiat syrupus debito modo coctus. Epithimi hortensis dicitur hortensis, eo quia hortense minus uigorosum est q̄ quod in montibus nascitur, & consequēter minorem habet malitiam. Et hoc scribit Saonarola in sua practica. capitulo de hydropisif ascite. de succo radicis ireos, & tu uide. & Aul. lib. 2. ca. 6. ubi dicit. q̄ res syluestres sunt omnibus domesticis fortiores, & de syluestribus montane sunt fortiores. Passula in hoc syrupo ponuntur ut uigorent operationem epithimi, & remoueant malitiam ipsius, quæ timetur ex sua nitrositate, & ut confortent operationem mirabolanorum, & remoueant, ab eis malitiā hanc quæ est ut nō remaneant in uillis stomachi & intestinorum. Folia colligenda sunt, quando habent quantitatem

debitam, & non sunt parata ad casum, & non amiserunt colorem suum proprium.

Descriptio XXXIII.

SYRUPVS de thimo, conferens ægritudinibus pectoris, & pulmonis frigidi stomachi & epatis, & confert frigidibus quæ sunt in hyemæ, & frigidis complexione. R. extremitatum thimi. ʒ. ii. calamēti, menthæ sicæ. an. ʒ. v. anisi, feniculi. s. seminū, apii, dauci. an. ʒ. s. passularum enucleatarum. i. ab omni immunditia purgatarum. ʒ. iiii. bulliant hæc omnia secundum artem in lib. x. aquæ usq̄ ad cōsumptionem medietatis, deinde colentur & colaturæ addantur mellis purificati lib. ii. & fiat syrupus debito modo coquendo. & aromatizetur cum galliæ. ʒ. ii. Si in receptis reperitur gallia absolute scripta, de gallia magna est intelligendum tanquam de digniori & perfectiori. Passula in hoc syrupo ponuntur ut corrigant & uigorent uirtutem thimi, quemadmodum de epithimo supra dictum est.

Descriptio XXXV.

SYRUPVS de arthemisia magistralis, efficax & multum ualens in prouocatione mēstruorum. R. arthemisiæ, capil. ue. sauinæ, camedreos, camepitheos, origani, ozimi, sansuci, calamenti, scolopendriæ, betonica, scabiosæ, hipericon, cyperi, squinanti, lupuli, polipodii, gentianæ rubæ tinctorum. an. M. i. spicæ, assari, thimi, epithimi, camo. rosarum uolarum, an. ʒ. i. sandalorum ru. seminum communium frigidorum malorum. an. ʒ. s. seminis apii, seminis feni. seminis petrosillii ameos, carui, iuniperi milii, solis, ruthæ, an. ʒ. ii. s. seminis bulliant omnia hæc in aqua sufficientis quantitas secundum artem, & stent prius in ea infusa per horas. x. cinnamomi. ʒ. i. s. serapini, armoniaci. an. ʒ. s. dictæ gummae ligentur in pecia. Et omnia simul bulliant usq̄ ad cōsumptionem medietatis, deinde colentur, & colaturæ addantur mellis purificati lib. vi. & fiat syrupus debito modo coquendo. Coqui secundum artem hoc modo intelligitur. Est. n. aliqua medicina quæ multū sustinet de decoctione, ut sunt radices. Aliqua minus illa, ut sunt stipites plantarum. Aliqua iterum minus, & sunt folia. Aliqua adhuc minus, & sunt fructus. Aliqua iterum minus, & sunt semina. Aliqua minus & minus, & sunt flores. Igitur cū tu decoquere uis aliquem syrupum uel aliquam decoctionem. primo ponas ad bulliendum radices. 2. stipites plantarum. 3. folia. 4. fructus. 5. semina. 6. flores, & hoc modo coquis secundum artem. Ista regula nō generalis est, sed ab ea excipiuntur quædam herbaræ & semina, ut inferius declarabitur ubi numerabuntur & semina & herbarum sustinentia de decoctione sed hanc regulam posui, quia sic ut in pluribus euenit & fieri debet, inferius clarius dicitur, declarabitur; sigillatim quæ medicinae sustineant, & quæ non &c.

Semina omnia colligenda sunt quando sunt matura, quia tunc aq̄ositas propria ab eis est separata.

Descriptio XXXVI.

DIAMORON Mef. cōueniens ad apostemata gutturis & thluræ, & ad omnia genera præfocationū. R. succi mororū dulciū. i. domesticarū, succi mororū de se. i. mororū ru. i. saluaticorū, an. li. i. s. rob. i. uini cocti, mellis purifi. an. lib. i. coquantur omnia simul usq̄ ad mellis spissitudinē, & reseruetur. Rob idē est quod sapa seu uini ultimate decoctum. Rob autem proprie est quicumq̄ succus inspissatus uel caliditate solis uel ignis. unde litera Mef. in distinctione sexta. ubi loquitur de speciebus robub quæ dicit rob est corrupta ex defectu translationis, debet enim dicere robub igitur quando Mef. dicit rob. i. robub suppleatur.

Descriptio XXXVII.

DIACARIDION seu rob nucum Mef. cōferens eis quibus à capite ad pectus catarrus acutus & subtilis deest sicut ad cannā pulmonis, & est causa apostematū & præfocationū & mortis, & est ad hoc medicamē sublime. R. succi exterioris corticū nucū in diebus canicularibus lib. iiii. Decoque ipsum ebullitione una, deinde adde mellis purificati lib. ii. & coque usq̄ ad spissitudinē mellis, & reserua. Nota q̄ rob durat p̄ duos annos i sua bonitate & p̄fectiōe ut uoluerit antiq̄, moderni uero dicūt p̄ annū solum, sed durat & plus Lumi. apothē.

DISTINCTIO. VII.

minus secundum ipsorum succorum purificatione. Nux simpliciter prolata uel scripta, semper de nuce communi intelligatur. Dies caniculares sunt dies in quibus apparet quaedam stella meridionalis. Canis appellata ab astrologis, in matutinis apparet, & solis ortum antecedit, & hoc est in medio aestatis. Incipit autem canicularis tempus. 10. die Iulii uel circam, & durat usque ad. 20. Augusti, ita quod in summa dicti dies sunt numero. 34. seu. 40. Illis igitur diebus nuces colligendae sunt pro hac compositione.

Dies quidam dicuntur naturales, quidam artificiales. naturales dies sunt à prima hora usque ad. 24. artificiales uero ab ortu solis usque ad occasum.

Descriptio XXXVIII.

MIVA cydoniorum cum speciebus Mes. stomachum & epar & omnia uiscera confortans, & appetitum excitans, & digestionem procurans uomitum & uentris solutionem sedans, & est medicina experta & famosa. R. succi cydoniorum acetosorum lib. xx. uini boni lib. x. Coquantur omnia cum facilitate, donec consumpta sit eius tertia pars, semper auferendo spumam, deinde colentur, & permittantur residere, & facta residentia ab ea amoueatur, deinde addantur mellis purificati lib. vi. Et iterum bulliant semper auferendo spumam eius. Demum proficiantur super ipsis infra scriptae species ligatae in subtili pecia quae fuerit grosso modo confracta, & dimittantur usque quo fuerit facta perfecta decoctio & reductio ad formam syrupi uidelicet cinnamomi, heil. i. cardamomi. an. 3. iii. gariofilorum. 3. ii. zinziberis: masticis. an. 3. i. s. croci. 3. ii. ligni aloes, macis. an. 3. i. s. omnia praeter crocum terantur contritione grossa. crocus uero permittatur ut est, deinde ligentur in pecia ut supra, & permittantur simul bullire, postea iterum peciam in qua ligata sunt aromata praescripta in bocali si uis dimittere potes, & post perfectam coctionem aromatizetur cum musci boni. 3. i. galliae muscatae. 3. ii. & reserua in uitreato uase bene obturato. Misa haec aromatica durat per annos tres in sua uirtute & bonitate. Species praescriptae ad bulliendum non sunt ponendae usque ferè facta sit decoctio, uel sit bene propinquum coctioni, eo quia ista parum sustinent de decoctione & hoc bene nota.

Descriptio XXXIX.

SYRVPVS de sicados Mes. expertus ad omnes egritudines neruorum frigiditas sic ut est paralytis, epilepsis, spasmus: tremor, & tortura. R. florum sicados. 3. xxx. assae. i. thimi: calamenti: organi. an. 3. x. anisi. s. seminis piperis. an. 3. vii. zinziberis. 3. ii. passularum. 3. s. & plures textus habent. 3. iii. bulliant haec secundum artem in aqua sufficientis quantitatis secundum artem usque ad consumptionem tertiae partis, postea colentur, & colaturae addantur mellis purificati lib. v. & fiat syrupus debito modo coquendo. Et facta quasi perfecta coctione uel parum distantiae à decoctione ponantur haec grosso modo confracta in pecia ligata uidelicet cinnamomi: calami aromatici: spicae: croci: zinziberis: piperis nigri piperis lon. an. 3. i. s. & reseruentur in uitreato uase, in quo si uis peciam potes relinquere in qua sunt aromata. Bulliant in aqua sufficientis quantitatis. Nota quod ista sufficiens quantitas diuersificatur multum. nam quando sunt res quae multum sustinent de decoctione, tunc pro omni. M. i. ipsarum apponi debet aqua bocalis quatuor. Si uero mediocrem, medietatem, si parum bocalem unum tantum. Si uero mensuretur uncias debes pro omni libra rerum ponere lib. vi. aquae si multum sustinent de decoctione, si mediocrem lib. iii. si parum lib. i. s. Et ideo caueant uiri in manibus rudium apothecariorum seponentes, & domini medici bene considerent, quis apothecarius sit qui suas ordinationes dispensat, quia si ignarus ne & animam & honori suo parcat.

Descriptio XL.

SYRVPVS de corticibus citri Mes. qui confortat stomachum, & facit oris odorem bonum. R. corticum pomorum citri recentium lib. i. setae tinctorum in kermes. 3. s. in grana, corticum cydoniorum lib. s. Decoquantur in aqua fontium lib. v. usque ad consumptionem duarum partium, deinde addatur zuchari clarificati & cocti lib. i. coquantur usque ad formam syrupi & in fine aromatizetur cum musci gra. iii. Aduerte hic

quod cortices cydoniorum debent poni in fine quasi decoctionis eo quia parum sustinent de decoctione, & hoc ratione aromaticitatis suae. Ad clarificandum zucharum apponenda est pro omni lib. i. zuchari aquae communis lib. i. & dicta quantitate bene clarificatur & purgatur &c.

Descriptio XLI.

SYRVPVS de radicibus compositus magistris, conserens ad febres antiquas, & diuidit & abstergit cholericam grossam & regma, aperit oppilationes omnes & proprie stomachi epatis & splenis, & prouocat urinam. R. radicem apii: feniculi: petrosillii: endi. an. M. i. de radicibus intelligitur, seminis apii: feniculi, anisi: ameos: asparagi. an. 3. s. de seminibus intelligitur, acetum boni lib. ii. Omnia praeter acetum bulliant in lib. xx. aquae usque ad perfectionem coctionis, deinde de colentur, & colaturae addantur mellis purificati lib. iii. & acetum quantitas praescripta & coquantur ad perfectam coctionem, & appellatur syrupus iste de radicibus cum aceto. Si uero facere uis illum sine aceto remoueas acetum & erit factum. Triplex fuit necessitas syruporum compositionis: prima fuit conseruatio uirtutis rerum in toto anno secunda exhibitionis rerum in forma potabili uolendo uirtutem rei praeter eius substantiam: tertia propter infirmos qui non possunt fumere medicinas nisi in hac forma, & propter has causas syrupi reperti sunt.

Radices antequam exciccentur bene lauandae sunt, & ab interiori ligno mundandae, deinde ad solem sicari debent reseruandae quae à fumo & humiditate sunt, & ita ferè omnes herbae excicantur & conseruantur, flores uero in umbra.

Radices simpliciter prolatae sunt. v. numero. s. radix feniculi apii: petrosillii: brusci, & asparagi. Semina. iii. frigida communia minora sunt ista, semina endi. lactuca: scariolae: portulacae, ideo si simpliciter scriptum reperitur seminum communium frigidorum minorum de istis intelligatur. Si uero scriptum reperitur. iii. seminum communium calidorum maiorum ista ponantur, semina anisi, feniculi: carui: ameos: quia illa sunt. Semina uero. iii. communia minora calida sunt ista: semina apii: petrosillii: cimini: nasturcii. Ideo si simpliciter scribatur. iii. semina communia minora calida de istis intelligitur. Syrupus factus cum melle simpliciter melius ualet quam factus cum zucharo. & quadruplex est causa: prima est, quia mel cum sit uisco, um melius conseruat medicinas componentes syrupum quam zucharum. secunda ratio, quia mel magis mundificat materias, tegitque horribilitatem medicinarum quam zuchari. tertia, quia mel est dulcius. quarta causa quia melius digeritur quam zuchra. & licet syrupus factus cum melle melior sit ad digerendum & mundificandum, tam ad infrigidandum & confortandum melius ualet syrupus factus cum zucharo quam cum melle. Vnde si intendimus digerere, abstergere, calefacere, & mundificare fortiter, debemus facere syrupum cum melle. si infrigidare confortare leuiterque aperire cum zuchra. bono. si urrum, fiat cum utroque. Ideo notent ignari & trouantali apothecarii qui suos syropos propter auaritiam cum melle faciunt. Maior enim intentio syrupi est confortare, infrigidare, & leuiter digerere quam aliud facere. quare &c. Descriptio XLII.

SYRVPVS de hyssopo Mes. conserens asmam, & turbat dolorem pectoris, & laterum. R. hyssopi siccae radicem apii, radicem feniculi, radicem petrosillii, liqri. an. 3. x. ordeii mudi. 3. s. seis maluae: dragagati: seis cydoniorum. an. 3. iii. capill. ue. 3. vi. iuiube: sebestae. an. nu. xxx. passularum. 3. i. s. sicui siccae, daelyloae pinguium an. nu. x. coquantur omnia secundum artem in aqua sufficientis quantitatis, in aqua pluuiali usque ad consumptionem duarum partium, deinde colentur, & colaturae addantur albarum penidiarum lib. ii. & fiat syrupus debito modo coctus. Radices colligendae sunt cum folia ceciderint, quia tunc & natura & uirtus foliorum reuertitur ad radicem, & tunc fortior est uirtus radicis. Radix si simpliciter scripta reperitur in compositione de raffano domestico est intelligendum. Sic enim & Romani & Graeci hodie accipiunt. Syropi omnes isti. s. uisio: latus, de hyssopo, descabiosa, de liquiritia: de prasio: de iulubis, & omnes decoctiones pectorales cum aqua pluuiali faciendi sunt, non cum aqua communi. & ratio est, quia aqua pluuialis est magis subtilis, & ratione subtilitatis magis penetratius

tratiua, facitq; uirtutes aliarum medicinarum ad partes pes
floris penetrare, quæ cum alia aqua non penetrarent. Et ad
dominum Auic. dicentē q; aqua pluuialis ratione subtilita-
tis suæ substantiæ citius putrefit, dico q; uerum dicit, & hoc
propter impressionem aeris ab extra, sed ab intra secus est,
quare bene nota. Albarū dicit auctor penidiarū, eo quia
penidiū fieri debent ex zucchero albo non cum puluere ru-
beo ut quidam faciunt apothecarii nostri temporis.

Descriptio XLIII.

SYRVPVS de liquiritia Mes. cōferēs tusi antiq;e,
& mundificat pectus & pulmonem à materia flatu, quæ ta-
mē nō sit multæ quantitatis tenacitatis & uiscositatis. R. li-
quiritiæ rasæ & mun. ʒ. ii. capillorum uene. ʒ. i. hyssopi sicce.
ʒ. i. proitice super his aquæ pluuialis lib. iiii. & dimitte per
diem & noctem, deinde coquatur secundum artem usq; ad
consumptionē medietatis, deinde colentur, & colaturæ ad-
dantur, mellis purificati zuchari clarificati penidiarū. an. ʒ.
viii. aquæ ro. ʒ. vi. bulliant & coquantur usq; ad formā syru-
pi, & referuetur. Hic notandum q; absurdum uidetur q;
in isto syrupo auctor ponat aquam rosatam cum ipsa restrin-
gat, & hic syropus debet dilatare partes pectoris, & hoc nō
solum uidetur contra rationem sed est etiam contra facien-
tes hunc syrropum, eo quia nulli sunt qui aquam rosatam in
eo ponant. Ad hoc dicendum q; recte ponitur, & qui nō po-
nunt multum errant. & ratio est nam ad hoc q; syropus iste
ualeat tusi antiq;e & pulmonem & pectus mundificet, non
solum oportet q; in eo sint dilatantia partes pectoris lenien-
tia & maturantia catarrum, & ut per liquiritiam capillos ue-
neris & hyssopum sit. Sed etiā necesse est & q; in eo sint ea
quæ partes relaxatas aduent & uirtutē expulsuam confor-
tent atq; refocillent & fortificent, & hoc fit per aquam rosa-
tam. Igitur rationabiliter ponitur. Tribus modis uel alte-
ro trium modorum cognoscitur quādo syropus est coctus.
primo quādo accipitur cū spatula distillat cōtinue sicut oleū
2. quando adhæret spatulæ. 3. si ponatur super unguem una
gutta, si remanet & nō discurrit huc uel illuc. hæc est uera co-
gnitio cōtionis. Descriptio XLIIII.

SYRVPVS de eupatorio Mes. conferens febribus
antiquis, & proprie eis quibus corrumpitur forma stomachi
& epatis, oppilationes aperit & cōfert frigiditati & mol-
lificationi & uentositati in eis & inceptiōni hydropisis. R.
radicum apii, radicum feniculi, radicum endiuæ: liquiritiæ:
sq;uanti: culcete: absinthii, rosarum. an. ʒ. ii. capillorum ue-
bedeguar. i. radice cardonis benedicti masculi, succha. i. ras-
dicis cardonis benedicti feminae florum buglossæ anisi. f.
femini, feniculi. f. femini, eupato. an. ʒ. v. rauei. i. reubarba-
ri masti. an. ʒ. iiii. spicæ assari folii. an. ʒ. ii. coquatur in lib. viii.
aquæ secundum artē usq; ad cōsumptionē tertiæ partis, de-
inde colentur, & colaturæ addantur zuchari clarificati lib.
iiii. succi apii, succi endiuæ depura. an. lb. iiii. & ʒ. ii. ʒ. iiii.
gra. xii. & fiat syropus debito modo coquēdo. De bedeg-
guar & succha est magna diuersitas inter doctores Auicem.
Matth. sylua. Dioscorides. Simon. Ianuē. Plin. & Gentilis ex-
ponunt q; est spina alba. Gentilis etiā exponens receptā So-
tire quæ. ʒ. cañ. describitur. dicit iterum q; est maneries sping
pro qua cōmuniter sumitur alba spina. Et infra eo. libro pro
expositione pillularum dicit & bedeguar est modus spinæ,
& creditur q; sit spina alba. hæc est quod à doctoribus elice-
re potui. qui confuse loquuntur, qui dato q; sit spina alba nō
ponunt quā partē ipsius plantæ apponere debeamus. Com-
muniter apothecarii ponunt quandā rem habentem simili-
tudine spongiæ quæ reperitur adharere plantæ rosæ sylue-
stris, & dicunt esse bedeguar, &c. Succha de succha dicit
Simon Ianuē. q; est nomē arabicū, & idem importat quod
spina arabica, & hoc idē dicit Gal. Rasis. Halyab. Matth. syl.
Paulus uero uolens ostendere quid sit dicit. Succha est her-
ba dulcis quæ extenditur super terram & facit capita grossa
& flores sanguinei coloris, sed hæc apud nos reperitur. Alii
uero dicunt q; succha. i. bedeguar, & bedeguar. i. succha, &
sic exponunt ignotum per ignotum. Alii uero postponē-
tes tantorū uitorū ambiguitates solent hoc in syrupo appo-
ni facere luncos marinos & radices cardonis benedicti, &

dicunt q; duo hæc uidentur de mente auctoris cum illa sint
aperitiua urinæ, confortatiua epatis, quæ omnia quæruntur
à syrupo de eupatorio, & q; reperunt experimēto bene eis
succedere &c. Sed & hi & illi à ueritate sunt multum dis-
tantes. Igitur scias q; bedeguar est radix cardonis benedicti
quæ masculus dicitur nullum florem faciens nec tirsū, sed
folia extenduntur super terram, & folia striciora sunt, & bre-
uiora succha, magisq; incisa. Succha uero est radix cardonis
benedicti florem facientis cū grosso capite cū paruo tirsō,
immo à radice non extenditur per longitudinē spannæ seu
eleuatur & in futura & propinqua pluuia constringitur & in
sereno dilatatur, differt à superiori cardone p folia tirsū
& florem. Apud nos nō reperuntur uel raro duo hi cardo-
nes, sed portantur à montibus Belinzone in cōfinibus theu-
tonicorū & Ducis mediolani. in montibus & saxis oriuntur.
& hæc est uera expositio & declaratio bedeguar & suc-
cha &c. & duæ hæc radices in hoc syrupo ponuntur, non
aliud &c. Pauci insuper sunt qui hunc syrropum sciunt fa-
cere. Mes. n. dicit fiat syropus cū succi apii & endi. quantita-
te sufficienti, nulli sunt qui hanc sufficientē quantitatem elige-
re sciunt. Igitur nota q; per hanc sufficientē quantitatem intelli-
git proportionatam quantitatem zuchari ad succos, quem
admodum proportionauit & posuit in syrupo de bizantiis
f. succi lib. iiii. zuc. lib. ii. s. quod est pro omni lib. zuchari
succo depurat. ʒ. xix. cum ʒ. i. ʒ. i. gra. xvi. nec plus nec mi-
nus. Illo igitur modo proportionando resultat succi quāti-
tas præscripta supra, nec plus nec minus, & hæc fuit & est
opinio doctoris, quare bene nota quia pauci sunt facientes
hunc syrropum secundum rationē. Flores colligendi sunt
quando perfecte sunt maturi, & antequam cadant, & ante-
quam dimittant colorē suum &c. & sic summa syrporum
in his concludit &c. Descriptio XLV.

DECOCTIO pectoralis magistralis, leniens pectus
& conferens ad tussim, & raucedinem uocis. R. hyssopi
sicca, capil. uene. ficuum dactylorum sebestē passularum or-
dei liquiritiæ. an. partes æquales, bulliant hæc in aqua suffi-
ciētis quātitatis secundū artē, deinde colentur, & referuetur.
In hac decoctione sunt qui his addunt ireos, sed ego q; p-
pectoralis sit non laudo illam apponendā esse propter eius
horribilitatem & malum saporem.

Descriptio XLVI.

DECOCTIO communis, quæ in acutis febribus &
aliis passionibus calidis & tempore calido est multum in
usu ad distemperandum medicinas quæ in his temporibus
& passionibus assumuntur, uariantur autē istæ decoctiones
à medicis peritis secundū diuersitatē ægritudinū magis &
minus calidarū, & in exigentia dispositionū. R. prunorū ta-
marindorū passularū uiolarū liquiritiæ ordeī. an. partes equa-
les, bulliant hæc in aqua sufficiētis quātitatis secundū artē,
& colentur, & referua. Decoctiones istæ & oēs aliæ per
tres uel quatuor dies cōseruantur & nō plus, & maxime in
æstate, & inter omnes hic incidenter dicā de infusione facta
in aqua lactis seu casei, quia minus cōseruatur, quia nisi per
unū uel per duos dies cōseruari potest. Syrups uero con-
seruantur si sunt de melle per duos annos. Si uero de zuc-
charo & bene cocti & in uase bene obturato per annum du-
rant. De cōseruatione iulep. Scias q; iulep aquosum & ma-
le decoctum pauco tempore cōseruatur, & maxime tēpo-
re æstatis. Iulep uero bene coctum per annū seruatur & nō
plus sub forma iulep. Et hic cōcluditur ac cōpletur summa
septima quæ fuit de syrups & decoctionibus & iulep.

Incipit octaua distinctio quæ est de unguentis, &
continet. 23. descriptiones.

Descriptio I.



NGVENTVM stomachicum in
uentione magistri patris mei, cōfortans
stomachū, & ualens in passionibus friz-
gidis eius, & doloribus factis à uentosi-
tate, & ad debilitatem uirtutis digestiue
appetitum excitans, & digestionē pro-
curans. R. olei nardini. i. spicæ, olei
masticis, olei camomillæ olei menthæ,
Lumi. apothē.

Q ii

DISTINCTIO. VIII.

olei de absinthio. an. ʒ. ii. olei cydoniorum. ʒ. iii. olei ro. ʒ. ii. s. macis masticiis gariofilorum nucis muscatae cardamomi. s. maioris & minoris galangae ligni aloes. an. ʒ. ii. coralorum ru. seminum coriandrorum preparatorum, rosarum tu. an. ʒ. ii. s. summitatum absinthii menthae florum camomillae, summitatum squinanti. an. ʒ. i. s. conterantur omnia subtilissime, & cum paucis cerae fiat unguentum medium tenens inter duritiem & molliem. Addendo pannis brustulae prius in aceto infusi & bene expressi. ʒ. s. In omni unguento species debent subtilissime conteri. Nisi enim bene puluerizentur non posset uirtus earum per poros penetrare nec a calore preparari. Necessitas unguentorum & emplastrorum, oleorum fuit ut rei alicuius uirtus applicetur in substantia adhaerenti & non statim solubili. quia medicinae simplices non faciebant effectum. ʒ. propter debilitatem medicinarum simplicium.

Descriptio II.

VNGVENTVM sandalinum Mef. quod cerotum ab eo dicitur ultimum ad sedandum inflammationes & apostemata calida, & supercaesiones quae fiunt in stomacho & epate. R. rosarum. ʒ. i. s. sandalorum rubeorum. ʒ. x. sandalorum rubeorum, sandalorum alborum, sandalorum citrinorum. an. ʒ. vi. boli armeni. ʒ. vii. spodii. ʒ. s. camphorae. ʒ. ii. cerae albae. ʒ. xxx. olei ro. lib. i. Liquefiant simul oleum & cera. deinde lauentur cum aqua frigidissima pluribus uisibus, deinde praescriptae species ponantur. Si uis facere unguentum in forma satis dura debes ponere pro omni. ʒ. i. olei specierum. ʒ. iii. cerae. ʒ. ii. s. Si uero molle pro omni. ʒ. i. olei. ʒ. ii. cerae. & ʒ. ii. specierum, & ista est dosis specierum olei & cerae ad unguenta faciendum.

Descriptio III.

VNGVENTVM Galeni Mef. & ab eo appellatur cerotum ultimum infrigidatione, ualens ad febres acutas & sodam calidam pulsatiua. R. cerae albae lib. i. olei rosa. lib. iii. & fit factum ex oleo onfacino. i. ex oliuis immaturis. Liquefiant omnia simul, deinde lauentur cum aqua frigidissima lauacionibus pluribus usquequo bene albescat. Et quanto magis lauatur tanto fit perfectior. In fine uero conuassentur seu lauetur cum paucis aceti boni. Istud unguentum ego lauare soleo facere ex aqua rosacea loco aque communis, & est magis confortatiuum renum. Unguentum ab emplastro differt, eo quia unguentum est magis tenerum siue liquidum seu liquabile, sed emplastrum est solidum, licet utrunque cum oleo & cera componantur &c.

Descriptio IIII.

VNGVENTVM populeon Nicolai, taliter dictum quia fit de oculis populi, & ualet contra calorem febris acutae, & his qui dormire nequunt iunctis temporibus & pulsibus & plantis manuum & pedum. R. oculorum populi lib. i. s. papaueris rubei foliorum mandragorae cimorum rubi terramarum foliorum iusquiami solatri uermicularis lactuce semperuiuae bardenae uiolarum umblicae ueneris. an. ʒ. iii. axungiae nouellae porcinae sine sale lib. ii. oculi populi per se bene pistentur, & iterum postea cum axungia repistentur, & magdaleones formentur, & per duos dies sic dimittantur. Tertia uero die herbae per se bene terantur, deinde his addas magdaleones & simul ante terantur, & postea iterum omnia in magdaleonibus reducantur, & permittantur per dies nouem, & elapso termino dicti magdaleones in caldario uel captia cum lib. i. optimi uini reponantur, & simul ad ignem bulliant usque ad uini consumptionem semper cum spatula agitando. Et postea colatur per sacculum, & colatum permittit infrigidari, & ultimo in uase reconde. Oculi populi in mense Aprilis sunt colligendi, & cum axungia miscendi, & conseruandi sunt usque in mense Maii cum axungia eos miscendo usquequo aliae herbae colliguntur. De foliis mandragorae nota quia apud nos non reperiuntur ipsorum loco apponimus uel cortices mandragorae uel papauer nigrum uel iusquiamum.

Descriptio V.

VNGVENTVM citrinum seu mundificatiuum magistrae, quod in usu est. R. terbentinae bene lotae in aqua ordeii lib. s. uitellos ouorum nume. vi. mellis rosati. iiii. farinae ordeii.

q. f. & fiat unguentum in bona forma sine igne. Terbentina lauatur in aqua ordeii. prima ut infrigidetur magis, & absterfua reddatur & minus uiscosa. Multis aliis modis diuersificatur hoc unguentum a chirurgicis, sed iste praevalet aliis.

Descriptio VI.

VNGVENTVM aegyptiacum Mef. conferens ad uulnera antiqua & fistulas quae indigent mundificatione, abstergit enim ea & mundificat a carne mortua. R. floris aris. ʒ. v. mellis. ʒ. xiiii. aceti fortissimi. ʒ. vii. Coque super ignem donec inspissetur, deinde ab eo ablato adde olibani bene puluerizati. ʒ. ii. s. terendo supra terenda.

Hoc unguentum duobus modis fit. qui n. uolunt illud multum corrosiuum faciunt ipsum sine olibano. Qui uero mediores olibanum ponunt.

Descriptio VII.

VNGVENTVM apostolorum Aui. s. can. tracta. i. quod in usu est, redificans cum facilitate fistulas difficiles & scrophulas paruas, nec est aliquid simile ei, & mundificat uulnera ex carne mortua & plus & consolidat, & dicitur quod est n. medicina. xii. apostolorum. R. terbentinae cerae albae resinae pini. an. ʒ. iii. armoniaci. ʒ. xiiii. oppoponacis. ʒ. ii. floris aris. ʒ. ii. aristologiae lon. thuris. an. ʒ. vi. myrrae galbani. an. ʒ. s. bdellii. ʒ. vi. lythargirii. ʒ. ix. infundantur bdellium & aliae gummae in aceto forti & dissoluantur, cetera uero coterantur, & fiat unguentum addendo olei lib. ii. in aestate & in hyeme lib. iii. Oleum simpliciter scriptum reperitur de oleo oliuarum semper est intelligendum, quod oleum est materia omnium oleorum ut in trac. de oleis manifeste apparebit.

Descriptio VIII.

VNGVENTVM basiliconis magnum Mef. quod cofert uulneribus, in quibus est caesio, & proprie in uulneribus neuosis mundificat. n. & incarnat ea. R. cerae albae resinae pini sepi uaccini olibani myrrae picis graecae. colophonae. an. ʒ. i. s. picis. ʒ. iii. olei communis lib. ii. coterantur coterenda, & fiat unguentum in bona forma. Pix si simpliciter scripta reperitur semper de nauali intelligatur. Si uero pix graeca de colophonae semper intelligitur.

Descriptio IX.

VNGVENTVM de cerusa crudum magistrale cofert ad aduersionem ignis & excoriationem. R. cerusa lib. i. s. olei ros. lib. ii. & ʒ. iii. lythargirii. ʒ. i. s. coterantur omnia subtilissime, & fiat unguentum in mortario bene omnia miscendo. Et hic est communis modus. Ego uero soleo lauare facere cerusam & lythargirium cum aqua ro. ea. n. lotione res mouetur ab eis acuitas & mordicatio.

Descriptio X.

VNGVENTVM de cerusa coctum magistrale, cofert ueniens quibuscumque malis complexionibus calidis factis caliditate solis uel quomodolibet, & fricationi seu excoriationi cum caesione mala. R. cerusa lib. i. s. lythargirii. ʒ. i. s. olei ros. lib. ii. & ʒ. iii. cerae albae. ʒ. iii. coterantur omnia subtilissime, & fiat unguentum decoquendo illud lento igne usquequo ad perfectam coctionem semper cum spatula agitando, & in magdaleonibus reducatur. Parum aceti potest apponi ut magis aleret, & sine aceto ut supra fieri potest, & tunc conuenit in omnibus membris, non autem cum aceto, quia in locis neuosis noceret & in uulneribus profundis.

Descriptio XI.

VNGVENTVM de dragagatis magistrale. R. gummae dragaganti munda. ʒ. iiii. aque florum uiolae lib. ii. infundatur in ea gumma per horas. xii. postea stamigneae, & addatur olei uiolati olei amigdalorum dulcium cerae albae. an. lib. i. liquefiant oleum & cera, deinde apponatur gumma ipsius infrigidatis, & misceantur. Unguentum hoc nisi ingenio fiat nunquam bonam formam habere potest, sed stat in magdaleonibus grossitudinis fabae. Igitur hoc modo facias, post liquefactionem cerae & olei ipsorum infrigidationem. Addas gumma stamignatam paulatim illi stangelizando ac si uelles stangelizare manuscheri, & non cesses addere gumma & stangelizare donec habeat bonam formam, & quanto magis elaborabis inducendo tanto meliorem formam accipiet.

Descriptio XII.

VNGVENTVM pectorale magistrale, lenitiuum, & humefactiuum

humefactuum pectoris & pulmonis cōferens tūsi sicca, & siccati gutturis & pectoris si cū ipso partes extrinsecę pectoris ubi costę situantur inunguntur. R. olei amigdalarum dul. ʒ.iiii. olei camomillę olei uolarū. añ. ʒ.iii. butyri recentis. ʒ. vi. adipis gallinę. ʒ. ii. adipis anatis. ʒ. ii. ireos subtiliter puluerizati. ʒ. i. croci. ʒ. s. cerę albę. ʒ. iii. Misce, & fiat unguentū, omnia simul liquefaciēdo, in sine uero ireos & crocus ponantur, deinde lauetur. iii. uel. iii. lotionibus cū aqua ordeī tepida. Butyrum mellis uaccinum, & cum medicinis ponitur. i. ad opus medicinę datur debet esse sine sale & conseruatur usq; ad sex menses, uel usq; ad annū ad plus.

Adipes gallinę debet esse recens & nō antiquatū, amittit enim cōplexionē & uirtutē, & efficitur rancidum, & amittit temperamentum, & liquefactum melius cōseruatur. Adipes anatis & anseris quāto antiquiores tāto meliores sunt, & cū in medicinis administrantur nullo modo sale condensādi sunt. Pinguedines omnes si aspergantur zuccharo subtiliter puluerizato diu conseruantur absq; corruptione, hoc ego sępe uidi & experimēto approbauit, pinguedines enim quę pro usu medicinę sunt nullo modo sale salandę sunt, sed modo prædicto præparandę, quare &c.

Descriptio XIII.

VNGVENTVM comitisse Guilelmi de uarignana in sua practica cap. de his quę communi natura magis si sunt menstrua mulierū qui in usu est. R. corticū medianorū arboris glandiū myrtillorū caudę caballinę gallarum corticum fabarū azinorū, alias arillorū uuarū forbellarū siccarū azinorū mespillorū immaturorū radicū celidonię foliorum pini syluestris. añ. M. i. terantur & coquantur in aqua plantaginis perfecta cōctiōne, deinde colentur, postea accipe cerę olei myrtini. ʒ. vii. s. liquefiant simul, & lauentur in prædicta colatura nonies semper colaturā innouādo quacq; uice, postea accipe corticū medianorū castanearū, corticum medianorum arboris glandium gallarum. añ. ʒ. i. cineris crurium ossis bouis myrtillorum azinorum siue arillorū uuarū añ. ʒ. s. trociscorum de charabe. ʒ. ii. olei myrtini lib. ii. s. & aliqui addunt oleū masticinum, puluerizentur subtiliter puluerizanda. Et cum prædicta cera lota cum supra scripta de cōctiōne fiat unguentum. Per cortices fabarum auctor intelligit corticē in quā fabę oriuntur, crescunt & maturantur. f. illa tegula. Modus lauandi cerā talis est, primo debet cera ad ignē liquefieri, deinde in aqua munda ab omni sapore debet proici, & in aqua illa debet manib. malaxari, & aqua à cera manibus exprimi, deinde ad ignem debet liquefieri & in aqua munda proici, ut prius, & sic iterum atq; iterum est faciendum, quousq; aqua sine sapore exeat, & tunc erit signum lotionis.

Descriptio XIII.

VNGVENTVM pro uermibus Montagnanę in antidotario suorū cōsiliorū quod in usu est. R. centaureę minoris absinthii lupinorum. añ. ʒ. s. ligni aloes cornu cerui usti diptami. añ. ʒ. ii. aloes ad pondus omnium, quod erit. ʒ. vii. s. olei absinthii. ʒ. iii. fellis tauri. ʒ. ii. cerę. ʒ. i. s. cōterantur omnia conterenda, & fiat unguentū. Lauatur. n. cera duplici cā. primo ut acuitas sua amoueatur. 2. ut acquirat uirtutem quā nō habet, & quā habet deperdat, ut in unguento comitisse, quia lauatur ut efficiatur stiptica. Si scriptum reperitur cerę lota, tunc dicta cera lauanda est in aqua communi, aliter lauatur in decoctiōne de qua describitur.

Descriptio XV.

VNGVENTVM pro scabię Mef. R. affungia mundā à tela sua. ʒ. v. olei laurini argenti uiui extincti, cerę mundę, turis bene puluerizati. añ. ʒ. ii. salis. ʒ. viii. succi plantaginis, succi fumiter. añ. ʒ. vi. confice sic, ceram oleum laurinum & axungiam pone in captia ad ignem cum succis, & bulliant donec omnia simul liquefiant, deinde adde salē oli banum & masticem, & bulliant omnia simul usq; ad cōsumptionem succi, postea deponantur ab igne, & addatur argentum uiuum extinctum, ut supra, & utere. Axungia porci melius conseruatur liquefacta, & adeps renum caprarū hoc etiam modo melius conseruatur. Argentum uiuum hoc modo extinguitur & præparatur. Accipiat argentum uiuum, & ponatur in una ampulla uitri, ut supra, & ponatur tā

ta salua q; cooperiatur, deinde cōcutiatur tantum sub & supra semper saluam addendo q; totum confrangatur, ita q; possit aspergi tanquam lac, & partibus cui imponitur adhæreat, & hoc modo extinctum erit, aliter tantum concutiatur q; in illam formam ueniat.

Descriptio XVI.

VNGVENTVM pro scabię aliud pro pueris & prægnantibus & delicatis Montagnanę. R. terbentina bene lota. ʒ. iii. butyri loti. ʒ. ii. sal. ʒ. i. succi citrangulorū, uittellos ouorum. añ. numero. iii. olei. ro. ʒ. i. misceantur omnia simul, & fiat unguentum. Salis si simpliciter scriptum reperitur in compositionibus semper de communi sale est intelligendum. Terbentina & butyrum lauandi sunt in aqua communi, & sic facias de omni alia relauanda in aqua cū solū dicitur lauetur & nō exprimat, cū qua te cū communi aqua lauanda est.

Descriptio XVII.

VNGVENTVM de arthanita magnum Mef. quo ungitur uenter & sumē & ilia, & solutione soluit catharci. & ungit ex eo stomachus & facit uomere, & educit uermes, & confert hydropisī, & solutione educit aquam citrinam, & est propinandum non ualentibus sumere medicinam. R. suc. arthanitę. i. ciclamini uel panis porcini lib. iii. suc. cucumeris afinini lib. i. olei irini lib. ii. butyri uaccini lib. i. pulpę colloquintidę. ʒ. iii. polypodii. ʒ. vi. euforbii. ʒ. s. quę sunt terenda tere, & submerge in succis & oleis, & pone in uase uitreo stricti orificii, & stringe caput eius, & permittit p dies octo deinde bulliant omnes ebullitione una & colentur, deinde proiciantur super colaturā, serapini aur. v. myrrę aur. ii. duo hæc dissoluantur prius in forti aceto, deinde proiciantur in dicta colatura, & bulliant simul semper agitando cum spatula usq; ferē ad succorum cōsumptionem, & tunc proice super eam cerę. ʒ. v. fellis uaccini aur. vi. ferueat cū eis usq; dum liquefiat cera, deinde pulueriza super id scamonę aloes mezereon colloquinti. añ. aur. v. salis gemmę aur. iii. euforbii. aur. ii. turbith aur. v. piperis lon. zinzibe. cāmomillę. añ. aur. ii. misceantur omnia bene ut permisceantur, & utere.

Modus extrahendi succum à cucumere afinino talis est. Accipiantur in fine Iulii in diebus canicularibus & in mensē Augusti, quando sunt citrini, quia illi sunt maturi, & ponantur in uase, & permittantur per noctem, deinde forentur cū tello acuto. Exiet aquositas quędam clara & substantia pulposa. Illa aquositas colligatur cum spongia uel bombice & abiciatur, & substantia pulposa reseruetur, & utatur ad libitum ponendo illam ad solem & permittatur exicari donec possit educi ad formam trociscorum, deinde remoueat, & reseruetur.

Descriptio XVIII.

VNGVENTVM gialthea magistrale, ualens proprie ad dolorem pectoris ex frigiditate & pleuresi, & super pectus inunc tum sanat omnia loca, infrigidata calefacit mollificat, & humectat. R. radicem altheę. M. iii. feminis lini. se. fenugraci, cepę squillę. añ. lib. s. ex his fiant mucilagines in communi aqua de quibus accipe lib. vi. olei communitis lib. iii. cerę lib. ii. terbentina. ʒ. vi. gummi hedere galbani. añ. ʒ. i. butyri. ʒ. viii. resinę pini colophonię. añ. ʒ. iii. medullę bouis. ʒ. vi. croci. ʒ. ii. sæpi uaccini lib. s. & fiat unguentū, dissoluendo gummas in aceto forti. In receptis quando reperitur scriptum olei loti. Modus lauandi talis est, primo ponatur oleū in uase mundo stricti orificii & supra fundatur aqua clara calidissima, deinde abiciatur aqua, & toties reiteretur proiectio dictę aquę feruētis q; finaliter exeat eiusdē coloris & saporis sicut ante, plectiōne, & tūc oleū erit mundū. Et nota quando fit debet lauari in uno uase qd fit in fundo foratū ut aqua possit exire. oleū. n. remanet semper super aquā & natat, quia est corpus aerēū. Ideo quanto leuior tanto melior &c.

Descriptio XIX.

VNGVENTVM marciaton Nico. in suo magno antido. Et qđ hoc unguentū & duo sequētia non multū sine in usu. Tamē quia in eis sunt multe difficultates ideo declarare proposui, quod facit ad dolorē & frigiditatē capitis, & pectoris, & stomachi, & ad sclyrosim & splenis & epatis & ad illi dolorem, subueniēs paralyticis, sciaticis, nefreticis, &

Lum. ma.

Q iii

D I S T I N C T I O V I I I .

podagricis, tumores reprimat, & cōtra oēs dolores medet.

℞. ceræ albæ lib. ii. olei comunis lib. viii. roris marini foliorum lauri. an. ʒ. i. ruthæ. ʒ. vii. amaraci. i. maioranæ. ʒ. vi. esbrii. i. floris saluæ, sauinæ balsamitæ. i. menthæ aquaticæ, lilifagi. i. syluæ. ozimi, polii, calamenti, arthemisiæ, enulæ, betonicæ, branchæ ursinæ, spergulæ. i. peritariæ: pimpinellæ: agrimonix, absinthii, herbæ palytis, herbæ sanctæ mariæ, cizmarum sambuci, crassulæ. i. uermicularis, aliqui uero fabam grossum dicunt mille folii semperulæ camedrei. i. camedreos, centaureæ. i. maioris, fragariæ. i. herbæ portatis fragras, quin ʒ. folii herbæ tetraiti. i. orobi. ana. ʒ. iiii. s. euisci, radici. i. radici althææ cimini myrtæ. i. folia myrthi. an. ʒ. iiii. fenugræ. ʒ. i. s. butyri. ʒ. i. & ʒ. ii. artice uolaru, papaueris nigri mentæ saracenicæ, alterius menthæ. i. mentæ domesticæ polytrici lapacioli. i. lapaci acuti, carduncelli. i. cardonis benediicti matris syluæ maturæ. i. caprifolii herbæ muscatæ, aleluia. i. panis cuculi linguæ ceruinæ. i. scolopendriæ, crispulæ campioræ storacis calamitæ medullæ ceruinæ. an. ʒ. s. adipis urfi gallinacæ masticis. an. ʒ. i. turis. ʒ. s. olei nardini. ʒ. ii. Herbæ omnes præscriptæ colligantur in medietate mensis maii, & omnes in una die uel duobus diebus: & ab hora tertiarum usq; ad meridiem. Conficiatur sic herbæ terantur subtiliter infundantur per dies .vii. in optimo uino odorifero: octaua uero die ad lentū ignem hæc ponantur. Et cū uinum aliquantum erit consumptum, addantur his oleū prædictum, & bulliant donec incipiant diminui, deinde cum diligentiam colentur, & proiectis herbis iterum super ignem ponantur, & cum inceperint bullire pone storacem, & cum modicum bullierint pone butyrum & axungias & pinguedines superscriptas aliquantum tonsas & oleum nardinum masticæ & olbanum, & postea ceræ semper cū spatula agitando, & cum cera liquefacta fuerit ab igne deponatur, & cum coagulatum fuerit reseruetur in uase. Paraleptis herba est cuius folia incipiunt tēpore hyemis quæ se extendunt in terra, quasi alba & crispa, habens florem album.

Herba sanctæ marie est quædam herba ad albedinem ten dens rugosis foliis, aliqui perficariā dnt. Mentha saracenicæ, habet folia longiora & acutiora q̄ mentha domestica seu hortensis. menthæ enim plures sunt species ut Math. syl. cap. ʒ. 43. ostendit. Herbæ muscatæ, hæc herba est herba illa quæ se expandit terram odorem habens musci quæ factis assimilatur agrimonix, sed est minor ea, quidā q̄ est ualeriana, & quidam q̄ est rostrum ciconiæ. Inter unguentum & emplastrum est differentia. Nam ad compositionem unguenti, requiritur cera & oleum, in emplastris autem non est expediens semper ponere ceram.

Descriptio XX.

V N G V E N T V M Aragon Nicolai: ualens ad dolorē ex frigidityte, ad spasmodū, & thetanum, ad dolorē illi & renū, arcticis & sciaticis multum prodest, & quartanariis si spina inungatur ante horā accessionis mirifice prodest, debet tamen semper bene caleferi. ℞. roris marini maioranæ, radici iari. i. serpentariæ, serpilli ruthæ, radicum ficidæ. i. cucumeris afinini. ana. ʒ. iiii. s. foliorum lauri saluæ sauinæ. an. ʒ. iiii. Polycariæ maioris & minoris. i. ellebori albi & nigri. ʒ. viiii. aliqui dicunt q̄ polycariæ maior est thimus: & polycariæ minor est saturegia. brioniæ. i. radici cucurbitæ saluaticæ. ʒ. iiii. laureolæ. ʒ. viiii. nepite. li. v. masticis oliban. an. ʒ. vii. piretri euforbii zinziberis piperis. an. ʒ. i. olei muscellini. ʒ. s. olei petrolei. ʒ. i. adipis urfi olei laurini. an. ʒ. iiii. butyri. ʒ. iiii. olei comunis lib. v. ceræ lib. i. herbæ & radices colligantur tempore & hora scripta in prædicto unguento: lauentur, & mundentur, & subtilientur, deinde conterantur, & per vii. dies in oleo infundantur. s. uero die super ignem ponantur, & coquantur usq; ad perfectam coctionem, postea per sacculum colentur fortiter exprimendo, deinde dicta colatura super ignem ponatur, & cum bullire cœperit addatur oleum laurinum butyrum & adeps ac cera, qua liquefacta: adde petroleum & muscellinum, & postea masticæ & olibanum zinziber piper & euforbii & piretri, & post ab igne deponatur, & recondatur. Inter doctores magna est differentia de laureola & mezereo. idem sunt, & falsæ. Nam me-

zereon est plantam lacticinā, & dicitur alio nomine oliuella, laureola uero est arbutum, & non habet lac. sed folia laureolæ sunt similia lauro. Polycariæ est herba quæ habet folia similia oliuæ, sed aspera & pinguis & uiscofa, & sunt duarū specierū. s. maior & minor, maior ē grauis odoris & in fine fructice maior est uirgas habens lōgitudine cubitis duobus. Minor uero unius pedis longitudine porrecta florem fragilē: & mellinum habens colorem, amarum saporem, & cum floruerit flores uellat capillos facit. Radix ipsa est inutilis, sed quia nostro hoc in climate non reperitur, nec cognitio habetur, ideo loco ipsorum ponitur elleborus albus & niger, & aliqui loco polycariæ maioris ponunt thimum maiorem usualem, & loco minoris ponunt saturegiā.

De oleo muscellino magna inter doctores est cōtentio, quidam enim dicunt q̄ dicitur muscellinum, quia in eius cōpositione intrat muscum. itē muscellinum uocatur, quia fit ex humiditate inuenta in taberositatibus ulmi. Item muscellinum uocant multi oleum de ben. i. de semine cataputia.

Alii uero hoc modo oleū muscellinum faciunt secundum hanc receptam, & ponitur a Galeno in suo antidotario, & istud est in usu. ℞. olei lib. iiii. aquæ lib. ii. folii spicæ costi mactis. an. ʒ. i. storacis calamitæ, myrtæ, croci, casia, lignæ. an. vi. gario florum bdelli. an. ʒ. s. nucis inde musci. an. ʒ. i. Conquassentur, deinde bulliant simul usq; ad consumptionem aquæ, deinde colentur, & reseruentur, aliqui superaddunt huic descriptioni xylobalsamum & carpopalsamum.

Descriptio XXI.

V N G V E N T V M Agrippæ Nicolai in magno antidotario, quo agrippa rex iudeorum utebatur, ualet hydrophis, & omnibus tumoribus in quacūq; parte corporis fuerint & ad nemos indignatos, urinam prouocat, & inuentum super uentrem laxat, & dolori renum ex frigida causa optime facit. ℞. brioniæ. i. radici cucurbitæ syluestris lib. i. radicum ebulli species est sambuci faciens: quædam femina nigra fetentia tribuli marini. an. ʒ. ii. radicum ficidæ. i. desti cucumeris afinini lib. i. squillæ. ʒ. vi. ierq. i. iiii. cele. ʒ. iiii. radicum flicis. ʒ. ii. Omnes radices ter uel quater bene lauentur & in pileo marmoreo bene terantur, olei lentisci lib. iiii. Ponantur in dicto oleo, & per dies. viii. permittantur. Nona uero die ad ignem ponantur omnia hæc, & tandiu bulliant q̄ radices diuidantur, deinde ponantur in sacco exprimēdo, & colando, & cum colatum fuerit ad ignem ponatur, & cum fuerit debite ferē coctum intus proiciatur ceræ albæ. ʒ. v. Et liquefacta cera ab igne deponatur, & post infirigidationē reseruetur. Antidotariū est quolibet includēs diuersas descriptiones medicinarū ad diuersas & uarias passionēs, dicitur antidotariū. i. cōtra uitii datū, quia contra agridudines principaliter. Vel aliter antidotariū dicitur. i. cōtra datum, ab anti quod est contra, inde dicitur antidotariū quod est liber continens experimenta contra morbos data. Tribuli marini sunt quidā fructus nascentes in aqua cornua habentes, & in tus habent quandā medullam ad similitudinē castaneæ, & isti gallici pauperes solebant sup pilos suos portare. Botim est duarum specierum domestica & syluestris domestica est arbor terbentina. Et syluestris lentiscus arbor in montibus nascens, ex cuius semine fit oleū lentisci, & si haberi non potest eius loco ponitur oleū masticis uel terbentina uel oleum de leuco. i. album antiquum.

Descriptio XXII.

V N G V E N T V M Marciaton, quod in usu cōmuniter habetur. Nicolai ut supra habens uirtutes unguenti marciaton superscripti. ℞. foliorum lauri lib. iiii. ruthæ lib. ii. s. amaraci. i. maioranæ lib. ii. roris marini lib. i. s. foliorum myrti lib. i. esbrii. i. floris saluæ balsamitæ. i. menthæ aquaticæ ozimi. an. lib. v. butyri. ʒ. v. masticis storacis calamitæ medullæ ceruinæ adipis urfi adipis gallinæ. an. ʒ. i. thuris. ʒ. ii. s. olei nardini. ʒ. i. olei uiridis. i. ex oliuis immaturis lib. vi. Et fiat unguentum prout in unguento alio marciaton tibi ostendi. Oleum uiride est oleum onfacinum. i. oleum oliuarum immaturarum: & dicitur a uirendo, eo quia maiorem uiriditatem habet q̄ cætera olei simplicia. Descriptio XXIII.

V N G V E N T V M staphisagriæ magistralæ. ℞. axūgiæ

gia saponis mollis staphisagria. an. ʒ. iii. olei linose. ʒ. iii. argenti uiui extinēti. ʒ. ii. Conterrantur subtiliter conterēda & misceantur, ualeat hoc unguentum ad interficiendum uer mes seu pediculos capitis palpebrarum & Inguinū. Axū gia si simpliciter scripta reperitur semper de axungia por cina est intelligendum. Hic utiliter est notandum q̄ stoma chus & epar non debet aliquo unguento ungi, aut aliquod emplastrum uel cerotum supra eos ponendum est post ci bum, quia attrahendo calorem a loco digestionis impedi ret cibi digestionem, & naturam a sua digestionē seu opera tione diuerteret. Vnguenta emplastra & cerota ut plurimū cōseruātur per annum in sua uirtute & bonitate, & nō plus, quia elapso anno paulatim humiditas eorū naturalis deper ditur & terrestritas acquiritur, quare notent apothecari, & his completur summa oclaua quæ fuit unguentorum.

Incipit nona distinctio quæ est de emplastris, & continet .6. descriptiones.

Descriptio I.



EMPLASTRUM De melliloto Mes. mollificans omnem duritiē quæ fit in stomacho epate & splene & om nibus uisceribus. R. melliloti. ʒ. vi. flo rū camomillæ fenugræci. s. seminis bac carum lauri radicū altheæ absinthii. an. ʒ. iii. seminis apii cordumeni. i. carui agrestis ireos. s. radicis cyperi ameos.

spicæ castiæ lignæ. an. ʒ. i. s. sansuci. i. maioranæ. ʒ. iii. aroma tici. ʒ. x. storacis bdellii. ana. ʒ. v. terbentina. ʒ. i. s. sicuū pin gulum numero. xii. sepi caprini resinæ. an. ʒ. ii. s. cera. ʒ. vi. olei sansuci. i. maioranæ, olei spicæ. an. lib. ii. conficiatur sic. Ex semine fenugræci radice altheæ & sicuum fiant mucilagi nes in aqua decoctionis alterius fenugræci camomillæ & melliloti. an. quantum sufficit, & de dicta decoctione etiam gumma præscriptæ dissoluantur. Cætera uero puluerizen tur, & additis oleis cera & adipibus fiat emplastrum. Potes etiam alio modo facere, decoquere radices altheæ & ficus in præscripta decoctione, & post ipsarum perfectam coctio nem bene illa pistare, & gummas in decoctione dissoluere. cætera uero puluerizare, deinde cum oleis prædictis quod remansit de decoctione miscere, & his addere & radices & ficus & gummas dissolutas, & iterum simul tantum bullire q̄ decoctio consumpta sit, postea adde flores & leui bulli tione bulliant, deinde terbentina resina colata sepium & cera ponantur & bulliant usq̄ ad liquefactionem ceræ deinde ab igne deponantur & puluis superscriptarum rerum addatur & bene omnia misceantur & referuetur, & hic melior erit modus q̄ etiam superior sit bonus. Ea quæ in emplastris ponuntur nō multum sunt conterenda, eo q̄ uirtus ipsius solum agit in membrum quod tangit, & diu uirtus eius durat. Et debet esse emplastrum grossum quando super loz cum egrum ponitur. Aliqui emperici apothecari pulue rizarit semen lauri exteriori cortice nō amoto & male, quæ re in quacunq̄ loco ponitur semper a superiori cortice mū dentur. Cordumeni. i. carui agreste. Sed si haberi nō pos sit eius loco apponi possunt carui domestici.

Descriptio II.

EMPLASTRUM Galeni positum a Mesue emē dans uita stomachi confortans stomachum, & emendans eius uita quæ ex frigidityte sunt, confortans digestionem: & appetitum procurans & confortans epar, & sedans do lorem eorum. R. rosarum. ʒ. xx. foliorum absinthii sicci. ʒ. xv. mastici. ʒ. xx. spicæ indæ. i. spicæ nardi. ʒ. x. teratur seu cō terantur hæc, deinde accipe ceræ mundæ. ʒ. iii. olei ro. lib. i. s. dissoluantur duo hæc ad ignem & lauentur post earum coagulationem cum aqua rosa: lauationibus pluribus, de in de iterum dissoluantur, & post congelationem lauentur in uino ueteri succo cydoniorū, & parum aceti, deinde misce antur cum puluere rerum superscriptarum, & fiat emplastrū

Modus iste est bonus, sed ego soleo illum lauari facere post prædictas lotiones. In uino optimo nigro ut maiorē stipticitatem iterum habeat & confortationem.

Descriptio III.

EMPLASTRUM Diaphinicon Mesue est confortatiuum stomachi & epatis in quibus accidit uehemens de bilitas, & uiscerum quibus accidit lubricitas & mollificatio, & confert ad fluxum uentris: & ad fluxum epaticum. R. cera. ʒ. ii. olei nardini, olei rosa. an. ʒ. iii. mastici. ʒ. ii. s. lau dani. ʒ. i. Puluerizentur puluerizanda, & liquefacta cera cū oleis misceantur, & reducantur ad formam ceroti, deinde accipe dactylorum siccorum numero. xl. tortellarum de se ni. ʒ. v. duo hæc fundantur per duos dies in optimo uino ni gro subtiliter incisa & tortellæ contrafactæ, carniū cydonio rum coctorum in uino. ʒ. i. terantur dactyli contritione ulti ma carnes cydoniorum & tortellæ de seni omnia per se. deinde iterum in simul, deinde misceantur cum superscrip to ceroto, & contūdantur in mortario donec aggregētur: deinde proice super ea, olibani absinthii sicci. an. ʒ. ii. s. ligni aloes macis myrræ aloes loti spicæ achaciæ galliæ muscatæ ramich calami aromatici. an. ʒ. i. puluerizentur subtiliter hæc deinde cum aliis rebus misceantur, & conterantur in morta rio bene donec omnia commisceantur, & fiant in unum for mam habens emplastrū. Calamus uel calami si simpliciter scriptum reperitur de calamo aromatico semper est intelo ligendum.

Aloes quod ingreditur in emplastris unguentis & cerotis semper debet esse lotum, cum magis confortatiuum sit magi q̄ deficcatiuum & minus mordicatiuum.

Descriptio IIII.

EMPLASTRUM De granis lauri Me. conferens ad dolores ex frigidityte factos & uetustitate, & proprie ad dolorem uentris & stomachi, & renum, & matricum, & uescicæ: & aliorum uiscerum. R. olibani masticiæ myrræ. an. ʒ. i. granorum lauri. ʒ. ii. cyperi cost. an. ʒ. s. mellis cocti li. i. s. conterantur omnia præscripta, & reducantur cum melle ad formam emplastrū, & si uis emplastrum ualere in hy dropisii his præscriptis omnibus addas cyperi. ʒ. i. s. sterco ris caprarum, uel uaccarū sicci puluerizati. ʒ. vii. s. quod est ad pondus omnium, mellis lib. ii. est enim multū cōueniēs, ut a Mesue uideri potest eo loco.

Ad faciendum emplastrum cum melle pro omni lib. i. mellis dare debes. ʒ. iiii. specierum cribellatarum si debitā formā habere debet. Mel in emplastris nullo modo co quendum est, eo quia coctura multum tenax ipsum facit, ideo ponatur in eis crudum.

Descriptio V.

EMPLASTRUM Montagnanæ, cōtra fluxū quod in usu est ualens in omnibus fluxibus antiquis diaricis, & ex eo calido totū myracha scuto oris stomachi usq̄ ad illa & femur. R. eupatorii. M. i. squinati. M. ii. spicæ indæ quar tam partē. M. unius masticiæ macis. an. ʒ. s. ligni aloes. ʒ. iii. mirabolanonū emblicorum kebulorum alfatorū. an. ʒ. i. bo liarmeni lapidis emathitis terræ sigillatæ. an. ʒ. vii. feminum coriandrorum præparatorum. ʒ. i. s. spodii. ʒ. ii. rosarum. ʒ. i. farina ordei. ʒ. ii. specierum triasandalorum sine campho ra. ʒ. s. scorix ferri preparata. ʒ. i. olei masticiæ olei myrtillo rum. an. lib. i. s. contūdantur subtiliter eupatorium. Cætera uero puluerizentur, & fiat emplastrum in bona forma. Mi rabilliter enim ualeat in fluxu uentris. Camphoram non ius trantibus propter intensam ipsius frigiditytem. Intestina enim sunt debilis caloris, nec multum frigida sunt apponen da circa ea regulariter operando.

Descriptio VI.

EMPLASTRUM De crusta panis montagnanæ. ualeat in uomitu puerorum, & in non potentibus cibum re tinere, multum in usu est, quod actu calidum in omni uomi tu sedat eū in media hora. R. masticiæ mēthæ spodii cor rallorū rubeorū sandalorū alborū sandalorum rubeorū. an. i. crustæ panis asii & infusi in aceto p̄ mediā horā. ʒ. ii. olei masticiæ olei cydoniorum. an. ʒ. i. farina ordei. ʒ. i. s. conte ratur subtilissime panis. Cætera puluerizentur, deinde mi sceantur, & fiat emplastrum sine igne. Utiliter hic est notan dum q̄ membris principalibus & maxime cordi & stoma cho nullo modo apponēda sunt frigida actu quāuis poten tialiter, uirtualiter frigida sunt sed aliqualter sunt tepfacien

DISTINCTIO VII.

da, & proprie pueris, quare bene notetur hæc ut queant in-
struere medicamenta accipientes, quia quonia domini me-
dici in aduertenter non explicant de forma approximatio-
nis, & doctus apothecarius supplere potest. Et his em-
plastrorum comunium distinctio completur quæ fuit. ix.
distinctio.

Incipit distinctio decima quæ est de cerotis, &
continet nouem descriptiones.

Distinctio prima.



CEROTVM Diachilon magnū Mes-
sue, quod ab eo appellatur emplastrū,
uerum quia comuniter fit ad formam
ceroti, ideo in eorum summa ponam,
expertum ad resolutionem, & ad matu-
rationem omnis duritie. R. lythargi-
rii mundi triti & cribel. lib. i. olei irini,
olei camomil. olei anethi. an. ʒ. viii. mu-
cilaginis. s. lini, mucilaginis scilicet fenugræci mucilaginis
radicum altheæ, mucilaginis ficuum pingulum, mucilaginis
passularum, succi Ireos, succi squillæ, hyllopi humidæ, glutin-
is alzanach. an. ʒ. xii. s. terbenzinæ. ʒ. iii. resinæ pini ceræ ci-
trine. an. ʒ. ii. confice hoc modo. Accipe lythargirium & su-
pra scripta olea, & diu in mortario lapideo cum pistello fer-
reo conuassentur & elaboretur in eorum conuassatione
per mediam horam saltem: deinde bulliant super ignem cū
facilitate semper & incessanter agitando cū spatula, donec
coaguletur lythargirium tunc deponantur ab igne, & pmit-
tantur infrigidari, deinde accipe mucilagine glutem succū
& hyllopi & terbenzinam & inter eos aliqui ebullitio-
ne bulliant, deinde in mortario cū lythargirio & oleis præ-
dicta ponantur, & cum pistello tantū conuassentur donec
condecens fiat eorum permixtio. Tunc iterum omnia repo-
nantur super ignem & cera addita tantum coquantur q̄ ad
debitam formam ueniant. s. q̄ habeant solidiorem coctio-
nem quam habere debeat unguentum, & nihil ultra ne adu-
ratur. Sunt qui male scribunt & proferunt hanc compo-
sitionem, & dicunt diaquilon & male. debet enim scribi dia-
chilon. i. compositio facta cum succis & mucilagibus qui
sunt sicut succus. Nam chilus idest succus. De alzanach in-
ter doctores magna est controuersia, quidam dicunt q̄ est
mucilago radice enulæ, & hoc satis consonum est, eo quia
mollificatiua & resolutiua. Alii dicunt q̄ est mucilago radi-
cis altheæ, & scribunt alzanach. Nec hoc remotum est a cō-
sonantia cum & illa sit mollificatiua resolutiua & maturati-
ua. Nonnulli alii dicunt q̄ est mucilago radice aristologie,
& hoc etiam de apparentia habet: cum & illa ualeat in resol-
uendis apostematibus & in extrahendo ossa fracta, & scri-
bunt alkanach. Sunt & alii dicentes q̄ est colla piscis, quia
Mattheus syl. dicit q̄ alchanach est nomen cuiusdā piscis,
& alibi q̄ est species cuiusdam piscis, & alibi q̄ est quoddā
genus piscis, quæ uero colla sit remanet indecisum. & nisi
compositum hoc haberet in se attractionem potentē, magis
magis adhererem secundæ opinioni & dimittere hanc col-
lam, sed quia medici cōpositionem hanc attractiuam dicunt
ut experimēto iam comprobatur, & extractio non fit ni-
si mediante hac colla, igitur poni facere potes collam piscis
dissoluendo illam prius in aqua, & hoc idem faciunt com-
muni te praticantes in apothecis.

Descriptio II.

DIACHILON Minus Mes. cuius iuuamētum nō
est ad apostemata dura, & ad duritiem epatis & splenis &
stomachi & ad omnem duritiem & serophulas excorticati-
uas & in omni fluxu epatico & proprie cum emplastratur.
Puluis radice Ireos ʒ. i. Accipe ergo lythargiriū & pulue-
Ireos, & diu in mortario agitentur, & ut supra tibi ostēdi in
alio facias. Commemorando q̄ coctio sit media inter un-
guentum & cerotum. In omni cōpositione in qua in-
trant lythargirium & mucilagine post coctionem lythargi-
rii cum oleo. Anteq̄ mucilagine ponantur semper debemus
expectare infrigidationem uel saltem tepescationem olei in
quo est lythargirium. Si enim ipsis feruentibus apponerentur
mucilagine adeo excreceret super captiam q̄ maior

pars in ignem pederetur. Et hoc sæpe uidi contingere sa-
mulis apothecariorum non expertis, & tunc iudicabam
illos indoctos huius artis, & qui se magistros esse dicebant
ineptissimi discipuli esse complebantur.

Descriptio III.

CEROTVM Pro renibus meo ingenio repertum,
utile atq; mirabile ad prohibendum abhorsum in muliere
pregnante: uidi de eo utilia experimenta, & maxime in illu-
strissima nunc quōdā comitissa Brixie in partibus ultra mō-
tanis uxore Illustrissimi Philippi domini de sabaudia quæ
habuit duos aborsus: approximato ceroto aliquo tempo-
re portauit. Et illo semel relicto iterum ad aborsum uenit.
In multis q; aliis matronis & mulieribus. Illum q; cōposu-
dim Illustrissime suæ dominationi seruirem. anno. 1480.
R. masticis elec. ʒ. i. laudani. ʒ. vi. ceræ citrinæ. ʒ. s. bistortæ
nunc cupressi hypoquistidos achacæ sanguinis dra. rosarū
rubeorum corallorum rubeorum sandalorū, menthæ sicce
seminum coriandrorum preparatorum, galliæ muscatæ, ter-
re sigilla. an. ʒ. ii. olei oliuarum incompletarum lib. iii. pul-
uerizentur puluerizanda, & fiat cerotū in bona forma, q̄ si
tenax non est addatur parum terbenzinæ. Cerotum dicitur
a cera, quia omne cerotum recipit ceram, uel aliquid lo-
co cere, & est quoddam medium inter unguentū & empla-
strum, spissius unguento, & liquabilius emplaistro.

Descriptio IIII.

CEROTVM De gummis Mes. R. galbani. ʒ. i. ar-
moniaci. ʒ. ii. uiridis eris. ʒ. ii. aristol. longæ aristolo. rotundæ
thuris opponaci masticis ceræ an. ʒ. i. olei oliuarum. ʒ.
viii. lythargiri aur. lib. i. s. myrræ. ʒ. i. bdelli. ʒ. ii. lapidis ca-
lamitæ lapidis emathitis. an. ʒ. i. puluerizentur puluerizan-
da, & gummæ in aceto dissoluantur, & fiat cerotum in bo-
na forma. Lythargirium si simpliciter scriptum reperitur
de lythargirio auri intelligatur, q̄q̄ circa instas aliter sentiat.
dicit enim q̄ lythargirium. s. fex stanni in usu est, & commu-
niter eo utimur, & sit perexcoctionem: cum sit stannū ex ue-
na terræ, & hoc uerum est q̄ eo uti debemus quando inten-
dimus multum infrigidare.

Descriptio V.

CEROTVM De laudano magistrale. Mirabilis iu-
uamenti pro stomacho infrigidato & debilitato. confortas
uirtutem digestiuam, & ualens in passionibus frigidis eius,
& remouens dolores factos a uetustate digestiua. R. mē-
the rosarum absinthii ligni aloes masticis cinnamomi spice
nardi myrtillorū. an. ʒ. iii. garioflorū galangæ nucis mus-
m acis zinzibe. galliæ musc. costi. an. ʒ. ii. s. cyperi calami aro-
ma. olibani aloes myrræ corallorum rubeorū. an. ʒ. i. zedoa-
riæ terræ sigillatæ abrotani centonici centaureæ maioris. an.
ʒ. i. s. laudani boni. ʒ. ix. ceræ citrinæ lib. ii. terbenzinæ. ʒ. viii.
Liquefiant cera terbenzina, & laudanum simul, deinde
supra scriptæ aliæ species apponantur. Aliquando scrip-
tur reperies menthæ sicce, & absinthii sicci, & aliquando
menthæ & absinthii simpliciter, quæreret aliquis quid in di-
uersitate dicta est faciendum. Ideo in hoc dico q̄ auctores
semper intelligunt de ipsis siccis quæ uis aliquando non ex-
primant, & aliquando sic, & propter expressionem uolunt
postmodū te intelligere de siccis, & ideo expresseferunt in ali-
quibus menthæ uel absinthii sicci id quod uolunt q̄ tu in ce-
teris intelligas. Nam quando uolunt dictarum humiditatē
herbarum dicunt succi absinthii uel succi menthæ, quare be-
ne nota.

Descriptio VI.

CEROTVM Pro crepatis Gentilis in suis consiliis,
consilio primo. præciosissimum & expertum, quod in usu
est, & est cōsolidatiuū dydimi dilatati per quem intestina de-
scendunt ad osseum siue bursam testiculorum. R. picis li-
quidæ colophonie ceræ aristologie lōge aristologie rotū.
uermiū terrestriū, aloes. an. ʒ. iii. lythargiri armonaci oppo-
ponaci galbani masticis bdelli, sumach. an. ʒ. i. terbenzinæ
serapini consolidæ maioris consolidæ minoris. an. ʒ. i. uiscæ
quercini, lapidis emathitis olibani gipsi myrræ thuris. an. ʒ.
s. gallarum nucum cupressi boli arme. hypoquistidos, mum-
miæ. an. ʒ. vi. sanguinis draco. ʒ. vii. sanguinis humani lib.
ii. confice sic. accipe pellem arietis cum pilis inde remotis,
coquatur

coquatur in aqua tandiu donec tota liqueat, & postea per mitte aqua infrigidare & residere, deinde accipe species bene tritas & cribellatas & gummas, primus tamen dissoluantur in aceto fortissimo, quae dissolute sanguine commiscantur, & haec omnia permisce in colatura aquae arietis pellis in chacabo, & fac ut simul bulliant donec ad nigredinem & formam ceroti ueniat & utere. Sanguis humanus debet extrahi ab homine sano sanguinea complexionis & post extractionem debet in ceroto illico poni, eo quia longa ipsius extractio corruptionem inducit. Aliqui uolunt quod prius exiccetur.

Descriptio VII.

CEROTVM pro costis magistrale, ualens proprie ad dolorem pectoris ex frigiditate, mollificans & sanans loca infrigidata. R. mastice galbani oppoponaci serapini armoniaci thuris picis naualis hyssopi humidae. an. ʒ. ii. ter bentinae cere absinthii fenugrae. s. semis camomille. an. ʒ. i. croci. ʒ. s. mucilaginis fenugraeci mucilaginis seminis lini mucilaginis althaeae. an. ʒ. ii. s. misce, & ex his fiat cerotum dissoluendo prius gummas in aqua decoctionis althaeae fenugraeci & seminis lini, puluerizando etiam puluerizanda reducantur ad formam ceroti. Camomilla si simpliciter scripta in compositis reperitur semper de flore est intelligendum.

Mucilago althaeae si simpliciter scribatur uel scriptum reperitur de radice faciendae est ut doctores uolunt.

Descriptio VIII.

CEROTVM Oxyrocii. Nicolai in magno antidotario, ex aceto & croco nomen habet, ualeat praecipue ad fracturas ossium, & ad membra, quae dolore aliquo affliguntur, & apostematadura in quacunque parte corporis fuerint remouit & dissoluit. R. croci picis colophonae cere. an. ʒ. iiii. ter bentinae galbani armoniaci myrrae olibani aloes, aliquid textus non habet aloem: mastice. an. ʒ. i. ʒ. iiii. cōficiantur sic. Galbanum & armoniacum aliquantum contusa ponantur in sufficienti quantitate aceti per noctem, mane uero ponantur ad ignem usque ad liquefactionem dimittendo, post liquefactionem colentur, & iterum decoquantur donec acetum confirmatur, & tunc addatur picis naualis liquefactae & colatae cera colophonia & ter bentina, & interuallo facto ponantur mastix olibanum myrra & aloes semper cum spatula agitando. Ad ultimum cum coctum fuerit in aqua frigida funde, & extractio ab aqua manibus exprimat ut tota aqua exeat. Et super marmor unctum oleo laurino puluere croci superposito malaxetur. Et factis magdaleonibus referuetur. De croco hoc in ceroto a uariis diuersimode ponitur, quidam post perfectam decoctionem ceroti & postquam amotum est ab igne, Crocum intus ponunt, & cum aliis rebus bene incorporant, & modus iste magis a doctoribus laudatur. Alii uero supradicto modo faciunt nec inutilis est.

Descriptio IX.

CEROTVM De mucilagibus magistrale, lenitiuum & mollificatiuum omnis duritiei. R. mucilaginis althaeae, mucilaginis fenugraeci mucilaginis seminis lini. an. ʒ. vi. bdelii armoniaci oppoponaci. an. ʒ. ii. olei de lilio fecis olei lini. an. ʒ. iiii. lythargiri ter bentinae. an. ʒ. iiii. stora. ʒ. ii. picis nauae. ʒ. iiii. cere nouae lib. ii. medullae bouis uel sepi castra. ʒ. iiii. puluerizentur puluerizanda, & his fiat cerotum in bona forma. Nota quod quando stora simpliciter reperitur, de calamita est intelligendum, cum melior sit aliis speciebus. Nam calamita idem est quod bona gutta a calos quod est bonum & mitos quod est gutta. Ex his completur decima distinctio quae fuit de cerotis in usu existentibus.

Incipit secunda distinctio quae est de oleis, & continet xxx. descriptiones.

Descriptio I.



OLEVM Spicae Mesue, seu nardinu, & est secunda descriptio, multorum iuuamentorum, & proprie ad omnes aegritudines frigiditatis & uetositatis & propria neruorum stomachi epatis splenis renum & uesicae & matricis & confert doloris auris uentoso, & dolori captis, & emigranae secundum omnem formam

administrationis. R. spicae indae. ʒ. iiii. sansuci. i. maioranae. ʒ. ii. xyloaloe. i. ligni alo. enulae. s. radice folii indi. calami aromatici, foliorum lauri, cyperi, squinanti, cordamae. i. carui agrestis. an. ʒ. s. confrangantur omnia grosso modo, & fundantur super ea uini & aquae. an. tantum quod praedictae res cooperiantur, olei sisamini lib. vi. Decoquantur in duplici uase per horas sex lento igne, deinde sine colatura omnia in uase reponantur & obturetur os uasis. Oleum oliuarum est materia omnium oleorum, & denominatione olei habetur, & intelligitur de oleo oliuarum & non de alio oleo. Cōpositio huius olei est praeciosissima. Sed raro fit propter penuriam folii ueri. Et propter auaritiam emptorum nolentium debitum praecium soluere. Oleum sisamini non fit, quia grana sisami non reperiuntur apud nos, sed loco ipsius accipi potest oleum amigdalorum dulcium, uel illud quod inferius describetur.

Descriptio II.

OLEVM Spicae magistrale, & hoc communiter fit, & supplet uicem superius quod propter penuriam folii ueri non fit.

R. spicae nar. unc. ii. spicae celti. unc. i. sticados. unc. s. maiorana. unc. s. nucis muscae. cinamo. an. ʒ. vi. masti. ʒ. ii. calami aromatici. croci. an. ʒ. s. succi saluiae uini optimi aquae fontis. an. ʒ. vi. olei communis lib. vi. Confrangantur omnia similiter, & coquantur in duplici uase lento igne usque ad consumptionem uini aquae & succi, deinde referuetur. Omnia olea debent coqui in duplici uase & lento igne, eo quia oleum facilliter est resolubile, & magno colore inflammaretur, & uirtus deperderetur, ideo doctores uolunt & iusserunt hanc decoctionem. Modus autem tritus est. Sed si artificiale uas ad hoc non haberemus, possemus accipere urceum petrae uel stanni coopertum, & in eo oleum & alia ponere, deinde dictum urceum infundere in cacabo aquae plenum, & sub eo, ignem facere, ex ebullitione aquae, oleum quod aquam non tangit decoqueretur, & hoc est modus optimus. Dicitur oleum spicae & spica in eo intrante eo quia spica est basis in oleo.

Descriptio III.

OLEVM sisaminum magistrale, quod fit quando haberi non potest oleum de granis sisami, tamen si haberi possent melius esset modus compositionis eius esset, sicut olei de amigdalibus, & eius iuuamenta sunt, quia impinguat, & addit in spermate, & lenit durities, & asperitates, & clarificat uocem, & lenit guttur, & est materia multorum oleorum. R. nucis sci. ʒ. i. ligni aloes. ʒ. s. nucis muscae. gariofilorum macis spicae cardamomi. s. maioris & minoris, & galliae muscae. cubebe, calami aromatici. an. ʒ. i. olei communis lib. i. bulliant in duplici uase, & reponantur. Illud oleum ingreditur in multis medicinis, & quia ad nos non affertur, quia multi & false dicant quod uerum apportatur, hanc compositionem loco ipsius solent medici dispensare quae in uirtute est ipsius. Et si haec non uis facere & aliud habere non potes, ipsorum loco accipies oleum amigdalorum dulcium, quod in uirtute est illius, ut omnis medicorum tenet schola, sed recens esse debet non rancidum.

Descriptio IIII.

OLEVM cydoniorum Mesue, stomachorum & membrorum nutritionis confortans, et neruos quibus accidit laxitas, & prohibet multitudinem sudoris. R. carnum cydoniorum tritorum cum cortice suo quibus media accidit maturatio, succi cydoniorum cum cortice incompletae maturatum. an. unc. vi. olei ex oliuis immaturis lib. iiii. Tria haec ponantur in uase uitreo, & soli exponantur per dies xv. uase obturato, deinde coquantur in duplici uase per horas quatuor deinde colentur cum pecia exprimendo, & colaturae iterum addantur cydonia, & succus eorum quantitate supra scripta. Et soli per tantum tempus dimittantur, deinde in duplici uase, ut supra coquantur, deinde exprimantur. Et iterum tertio & cydonia & succus colaturae addantur, & soli exponantur, & tempore dicto iterum dimittantur, postea ultime coquantur & coletur & referuetur. Si oleum de oliuis immaturis haberi non posset loco ipsius accipi potest oleum completum, & ter uel quater lauati potest in aqua, & ita aliquid qualiter ad uirtutem olei incompleti approximabitur. Modus lauandi positus est supra.

DISTINCTIO VIII.

Descriptio. V.

OLEVM mastice Mel. scdm. qd in usu est confortans stomachum neruos epar & iuncturas & lenit apata dura & sedat dolores. R. olei rosa. lib. i. mastice. unc. iii. uini boni. unc. iii. & in alio. unc. viii. decoquantur omnia in duplici uase usq; ad consumptionem uini & reseruetur. Vinum cum quo fieri debet illud oleum debet esse uinum rubeum, eo quia magis stipticum & confortatiuum est.

Descriptio. VI.

OLEVM liliorum compositum secundum Mesue in usu est, separatiuum dolorum qui fiunt a frigidityte & confert dolori pectoris, dolori matricum & frigidityti eius, & calefacit renes & uescam & confert colicę. R. folii liliorum alborum unc. ix. mastice calami aromatici costi carpobalsami. an. ʒ. i. gariofilorū cinnamomi. an. unc. s. croci. ʒ. iii. omnia grosso modo conteratur & proiciantur super eis lib. ii. aquę foliis liliorum remotis & dimittatur per diem ac noctem. postea omnia simul bulliant tribus uel quatuor ebullitionibus: deinde pone olei oliuarum uel sifamini super ea lib. ii. De tribus ebullitionibus iterum bulliant, deinde ponantur in uase uitreo cū foliis liliorum, & dimitte in sole per dies .40. deinde cola & administra. Istud oleum quando fit ex lilio celesti. i. ireos, & tunc illud est magis resolutiuum calesciuum penetratiuum. Factum uero ex lilio albo est magis sedatiuum & lenitiuum & maturatiuum.

Descriptio VII.

OLEVM Costinum Mesue, neruos & lacertos calefaciens & aperiens oppilationes eorum, & confortans omnia membra neruosa & confert stomacho & epati & confortat capillos prohibens caniciem & faciens colorem & odorem corporis bonum. R. costi. ʒ. ii. amari, castię lignę. ʒ. i. summitatum maioranę. ʒ. viii. uini odoriferi lib. ii. confrangantur omnia prædicta, & infundantur in uino per noctes duas, deinde accipe olei sifamini lib. iii. decoquantur omnia in duplici uase per horas sex & reserua. Hic nota quod auctor dicit costi amari, ex his uerbis possit quis credere quod sit aliud costum. igitur intelligas ex suis dictis quod te instruit quod non accipias de adulterato, sed de naturali quod amarum est, & cū his etiam nota quę supra de costo tibi dixi.

Descriptio VIII.

OLEVM Vulpinum Mesue, & est medicamen nobis le ultimum ad arthetia & podagra & dolorem renum & dorsi. R. uulpem integram, cuius interiora sint euulsa, & pone in uase, & funde super ipsam aquę fontium & aquę marinę. an. kist. i. i. lib. i. s. olei antiqui clari, kist. ii. s. i. lib. iii. ʒ. ix. Et simul omnia decoquantur lento igne cum sale. ʒ. iii. & coquantur usq; ad aquę consumptionem, deinde permuta in alio uase, & proice super ipsa, anheti alhase. i. thimum. an. lib. i. & funde super ea aquę dulcis decoctionis perdictarum herbarum lib. ii. Et decoque sicut prius usq; ad aquę consumptionem, & carnis ab ossibus & neruis separationē, deinde colentur omnia fortiter exprimendō & reseruetur.

De aqua marina. Nam si illam habere non potes loco eius apponas aquā bene salitam, & cum hoc quod bene salita sit iterum quantitatē salis in receptis descriptam apponas. Aqua marina ante quartum diem putrefit & fetet. Sed ad eā conseruandum per mensem ponatur seu misceatur cum ea parum aquę uitę, aqua enim uitę est bona conseruatric, eo quia resistit contra omnem putrefactionem. Et ultra hoc conseruat encaustrum ne a magno frigore congeletur, ut sape ego expertus sum hoc incidenter. Salis si simpliciter scribatur uel scriptum reperiatur semper de usuali & communi intelligatur. Kist. enim idem est quod lib. i. s. uel cotilę duę. Et cotila est. ʒ. ix. ut uolunt doctores.

Descriptio IX.

OLEVM Scorpionum secundum Mesue, quod lapidem in renibus & uescica frangit & expellit eum, & propriis in renibus, femore & super collum uescicę inunctum & iniectum per uirgam. R. aristologia rotun. gentianę cyperi corticum. radice cappar. an. ʒ. i. funde super ea grosso modo contracta, olei amigdalorum amararum kist. i. i. lib. i. s. & pone in sole uiginti diebus stringendo orificium uasis, dein

de prolice super ea scorpiones. xv. & iterum stringe orificium uasis, & dimitte in sole per dies. 30. deinde coletur & reponatur. Istud oleū qđ Mesue iubet absq; collione illud facere, tamen ut uirtus istarū rerum in oleo melius transeat laudarem quod anteq; soli exponerentur cum oleo ad ignē tribus uel quatuor ebullitionibus & plus bullirent, eo quia in eo sunt multa de decoctione multum sustinentia.

Descriptio X.

OLEVM irinum Mesue abstergium resolutiuum, maturatiuum, & sedatiuum dolorum frigidorum, subtiliatiuum & maturatiuum materierum in pectore & pulmone existentium, & confert doloribus iuncturarum, & lenit durities earum, & apostemata dura & serophulas, & confert dolori & frigidityti matricis & spalmo & dolori auris, & fetori nariū. R. radicum ireos ʒ. ii. floris eius. ʒ. iii. aquę decoctionis radicum eius lib. i. olei oliuarum lib. ii. bulliant in duplici uase usq; ad aquę consumptionem, deinde cola, & permuta radices & flores, & aqua decoctionis, & hoc bis fiat, deinde cola & reserua. Oleum illud est illud quod intrat in unguento arthanithę Mes. supra descripto.

Descriptio XI.

OLEVM De capparibus magistrale, conueniens & approbatum in duritiębus splenis. R. cortici radicum capparum. ʒ. i. seminis agni casti scolopendrię cyperi tamarisici. ana. ʒ. ii. ruthę. ʒ. i. olei oliuarum lib. i. aceti uini optimi. an. ʒ. ii. misce, & confrangantur omnia grosso modo, & coquantur in duplici uase usq; ad consumptionem uini & aceti, deinde coletur & reponet. Multę alię descriptioes huius olei reperiuntur a doctoribus descriptę, sed ista melior est, & longa experientia probata.

Descriptio XII.

OLEVM Myrtillorum Ioannis de sancto amado, stomachum, cor, & neruos confortans. R. myrtillorum lib. i. confrangantur uini optimi lib. iii. olei cōmunis lib. ii. misce, & simul bulliant in duplici uase usq; ad consumptionem uini, deinde colentur. Et iterum myrtilli & uinum secundum eandem quantitatē cum dicto oleo ad coquendum ponantur, & iterum tertio fiat, deinde coletur & reseruetur. In hoc oleo apponi debet uinum rubeum ut adiuuentur in fripescitate & melius sit. Non fit illud Mesue, quia succus myrtillorum ad nos non portatur, quod si haberi possit modus faciendi est, sicut olei cydoniorum, ut supra ostensum est quare & c.

Descriptio XIII.

OLEVM Rosatum Mesue, & est primus modus confortatiuum, resolutiuum conuenienter: lenitiuum: & sedatiuum. Rude uero est extindiuum inflammationum & confortatiuum: aggregatiuum: & prohibitiuum cursuū. Et differt cōpletum a rudi, quoniam materia completi est oleum ex oliuis cōpletis & folia rosarum completarum. Materia aut rudis est, ex oliuis quibus nondum accidit maturatio, & ex foliis rosarum non completarum. R. olei oliua. nō cōpletę maturitatis, uel oleum oliuarum completum lib. i. lauetur lauationibus pluribus cum aqua fontium rosarū rubearum completarum recentium contusarum. ʒ. iii. infundantur in præscripto oleo loto, & reconde in uase uitreo, & obtura os eius, & expone soli per dies septem, deinde coque in uase duplici per horas tres, deinde fac permutationem rosarum recentium cōtusarum, primas fortiter manibus exprimendo, & soli exponas per dies septem, deinde coque in duplici uase per horas tres, & iterum cola manibus exprimendo, fac denuo & tertio permutationem rosarum, ut supra, & ultimo proice super eas aquę infusionis rosarum, quam tradidimus in cap. de syrupo ex infusione rosarū lib. i. & stringe orificium uasis, & dimitte in sole per dies. 40. deinde cola exprimendo, & abicias rosas, & iterum soli exponas, & permittas usquequo aqua sit consumpta & reserua.

Aqua infusionis quę intrat in hoc oleo fit quemadmodum tibi ostendi supra tractatu syrporum de infusione rosarum pro syrupo rosato.

Descriptio XIII.

OLEVM rosatum Mesue secundum, habens uirtutē superioris, efficitur tamen aliquo modo uirtute succi. Recipe succi

succi rosarum aqua infusionis rosarum. an. lib. i. s. olei loti, ut supra lib. iii. foliorum rosarum contusarum lib. i. recon- de in uase uitreo, & expone soli per dies septem sicut in an- teriori diximus, deinde coquantur in duplici uase per horas tres postea colentur manibus exprimendo. deinde adde ite- rum superscriptam quantitatem rosarum succi & infusionis, & facias ut supra ponendo in sole & decoquendo tempo- re dicto, deinde cola, ultimo uero oleum solum cum succo rosarum & aqua infusionis earum in dosi praescripta recon- dantur in uase, & exponatur soli per dies. 40. deinde reseruetur. Isto modo raro fit, sed hoc modo oleum factum est solutiuum, & est illud de quo intelligit Auicenna quando dixit secundo libro capitulum. de rosis, qd oleum rosatum soluit uentrem. Nota qd rosae ex quibus fit oleum rosatum & syrupus rosatus &c. necessario colligendae sunt in mense Aprilis uel Maii & in umbra exiccadae quae exiccadae sunt.

Descriptio XV.

OLEVM Camomillae Mesue, benedictum, experto- rum iuuamentorum, sedatiuum dolorum, & resolutiuum, & est in eo prohibitio cursus materierum propter stipticitatem eius modicam, & confortat neruos, & neruosa omnia, & confert doloribus eorum. R. olei oliuarum completae maturitatis lib. i. florum camomillae. 3. iiii. infundatur in dicto oleo, & soli exponantur per dies tres, deinde in duplici ua- se coquantur per horas tres, deinde colentur manibus co- primendo, & hoc fiat ter semper flores permittando, deinde de ultimo adde dictam quantitatem florum aquae infusionis florum camomillae lib. i. & pone in uase uitreo, & obture- tur orificium uasis, & exponatur soli per dies. 40. deinde co- la manibus comprimendo, & flores abicias, & colatura iterum soli exponatur, & permittatur usquequo aqua to- ta fit consumpta. Infusio florum camomillae fit eodem mo- do quo fit infusio rosarum accipiendo flores camomillae lo- co rosarum & secundum eandem quantitatem & aquae & florum.

Descriptio XVI.

OLEVM Violarum Mesue, inflammationes sedas ubi- cumq; sint & lenit asperitates peccoris & pulmonis, & se- dat apostemata calida & pleuresim. R. olei oliuarum im- maturarum lib. i. uiolarum. 3. iiii. f. uiridium contusarum re- ponantur in uase uitreo, & soli exponantur per dies septem, deinde bulliant in duplici uase per horas tres. postea colen- tur manibus comprimendo, & hoc fiat bis semper nouas ui- las mutando soli exponendo & decoquendo ut supra. Vlti- mo uero colatur adde uiolas nouas quantitatem dictam, & super his adde aquae infusionis uiolarum lib. i. & stringe orificium uasis, & expone soli per dies. 40. deinde cola ma- nibus exprimendo, & iterum in dicto uase exponatur dimittatur & permittatur usque quo aqua consumpta fit. Infu- sio uiolarum debet fieri ut supra ostendi in syrupo uiolato ex infusione. Accipitur igitur de illa aqua & fit istud oleum.

Descriptio XVII.

OLEVM De anetho Mesue, sedatiuum dolorum, reso- lutiuum prouocatiuum sudoris conferens rigori febris, inuncta spina, prouocans somnum & confert dolori capi- tis. R. olei oliuarum lib. i. florum anethi. 3. iiii. reponantur in uase uitreo, & decoquantur ut in superiori ore tibi dixi ter p- mutando flores, & ter decoquendo ut supra. ultimo adde aquae infusionis anethi lib. i. Et soli exponas per tempus ti- bi in superiori dictum, & omnia facias de isto quemadmo- dum de alio superiori monstraui. Modus infusionis flo- rum anethi est ut infusio rosarum & uiolarum nec plus nec minus, nisi qd loco uiolarum uel rosarum ponitur anethum.

Descriptio XVIII.

OLEVM liliorum simplex Mesue, habens uirtutem compositi superioris, est enim fortioris uirtutis & opatio- nis qd oleum camomillinum. R. olei oliuarum lib. i. florum liliorum albo. 3. iiii. reponantur in uase uitreo, & soli expo- nantur, & mo eo facias & de decoctione & de permutatione florum & coctione & de aqua infusionis, quemadmodum fe- cisti in oleo camomillino, & anethino nec addendo nec di- minuendo, praeter qd oportet qd citrinitas eorum tota abii- catur. Infusionis modus florum liliorum alborum est

ut infusio rosarum & uiolarum, accipiendo duntaxat folia florum liliorum alborum.

Descriptio XIX.

OLEVM Sambucinum Mesue, leniens & mundificans cutim, & confert doloribus neruorum, & confortat eos. R. olei lib. i. florum sambuci in mense Maii collecti. 3. iiii. fa- cias etiam de isto modo quo fit oleum camomillinum ane- thinum liliorum in omnibus tam de permutatione qd de deco- ctione & soli expositione & infusionis additione. Mo- dus infusionis florum sambuci fit ut infusio praescriptorum florum ut rosarum & uiolarum &c. insuper nota qd om- nes praescripti flores debent esse uirides: & de ipsis uiridi- bus est intelligendum. Ideo semel in anno fieri possunt & non plus.

Descriptio XX.

OLEVM Ruthe Mesue, renes, uesciam, & matricem ca- lesfaciens, & confert doloribus eorum, & doiori laterum. R. foliorum ruthe, succi earum. an. 3. iiii. olei oliuarum incom- pletarum lib. iiii. Tria haec reponantur in uase uitreo stricti orifici & obturetur os eius, & soli per dies. xv. exponantur, deinde per horas quatuor in duplici uase coquantur, postea colentur fortiter manibus comprimendo, & secundo & ter- tio hoc reiteretur, demum decoquatur per tempus ut su- pra reseruetur. De oleo nota qd aliud est nouum aliud est uetus, illud quod est nouum calefacit calefactione tempera- ta & humectat, uetus uero est calidum magis, magisq; resolu- bile. Igitur cum olea temperata facere uis uel parum calida oleum nouum accipere debes. Cum uero calida tunc uetus accipere potes. Et hic nota qd omne oleum cum quo haec olea fiunt debet carere omni malo sapore.

Descriptio XXI.

OLEVM menthae magistrale, stomacho debili frigi- do & nauseanti miro modo subueniens, ipsum refocillans, & omnem eius iniuriam detergens. Nauseam & uomitum sedans digestionem confortans, & appetitum procurans sol- uens scilicet duritiam apostematam. R. foliorum men- thae, succi eius ana. 3. iiii. olei oliuarum completarum lib. iiii. Tria haec reponantur in uase uitreo, & soli exponantur per dies. xv. os uasis obturando: deinde bulliant per quatuor horas, deinde colentur manibus fortiter exprimendo, & hoc idem ter reiteretur semper modo praedicto faciendo, deinde cola, & reserua. Istud oleum a Mesue non describitur sed sic communiter ab omnibus practicantibus fieri solet.

Descriptio XXII.

OLEVM De absinthio magistrale, calefaciens & con- fortans membra frigida, corroborans stomachum & exci- tans appetitum mortuum, oppilationes aperiens, & mor- bos oppilationum a causa frigida curans uermes interficiens & educens si unguentis & emplastris contra ipsos apponatur. R. summitatum absinthii, succi eius. an. 3. iiii. olei oliua- rum lib. iiii. & de his facias prout superius tibi monstraui, & de decoctione permutatione & expositione ad solem. Oleum quadoq; fit ex oliuis complete maturitatis, & illud oleum dicitur completum. Aliquando fit ex oliuis immaturis, & il- lud dicitur rude uel onfancinum, & magis stipticum est & frigidum completo.

Descriptio XXIII.

OLEVM Saluae magistrale. Alteratiuum mala com- plexioni frigida, conferens membris paralyticis, & miti- gans morsum uenenosum strigonis marini. R. foliorum sal- uae, succi eius. an. 3. iiii. olei oliuarum lib. iiii. & facias prout in oleo ruthe methae & absin. tibi ostensum est de decoctione & expositione ad solem, & trina permutatione succi & her- bae &c. Modo hoc potes facere ex omnibus herbis oleum & illud oleum habebit uirtute illius herbae. Sed fieri debet olea ex herbis in mense Maii ut in pluribus, eo quia tunc maiori uirtute uigent.

Descriptio XXIV.

OLEVM De floribus papaueris Mesue, sedans dolo- res calidos, & faciens principaliter ad somnum prouocan- dum quando causa uigiliarum est mala complexio calida ab ascensione uaporum acutorum ad caput si ex ipso inungan- tur tempora nares aures & tota frons. R. florum foliorum caput papaueris uiridium contusarum. 3. iiii. olei oliua- rum incompleti lib. i. reponantur duo haec in uase uitreo,

DISTINCTIO VIII.

obturetur os uasis, & soli exponatur per dies septem, deinde bulliant in duplici uase per horas tres, postea colentur manibus fortiter exprimendo, & hoc fiat bis semper noua folia capita & flores innouando, stando q; ad solem & bulliendo ad ignem ut supra. Tertio uero colatur: adde supra scriptam quantitatem foliorum florum &c. contusorum ut supra. Et his addas aquæ infusionis papaueris lib. i. & strin-ge orificium uasis & expone soli per dies .40. deinde cola manibus exprimendo. & iterum in dicto uase reponantur, & soli exponantur, & ibi permittantur usq; ad consumptionem aquæ. Istud oleum fieri etiam potest ex solo semine per expressionem, ut fit oleum amigdalarum & seminu.

Infusio papaueris fit ut infusio uiolarum, excepto q; in illo solum flores accipimus. In isto uero flores folia & capita omnium. 3. iiii. & confranguntur. in reliquis fit ut in illa.

Descriptio XXV.

O L E V M Cucurbitæ Mesue. Alteratiuum malæ complexionis calidæ excessiua, unde conuenit superflue caliditatis renum, & quasi est cõsimilis uirtutis & operationis cum oleo uiola. R. succi rasuræ tenerimæ, cucurbi. floru eius. an. 3. iiii. olei oliuarum incompleti lib. iiii. Tria hæc reponantur in uase uitreo, & facias prout ostēdi tibi in oleo mēthæ & absinthii tā de decoctione q; expositionē ad solē & pmutatione succi & rasuræ &c. Olea oīa frigida pfectiora sūt cum oleo incõpleto q; cum cõpleto, & si pur cū cõpleto sūt lauari debet cū aqua fontis bis uel ter. Calida uero olea fieri debēt cū oleo cõpleto absq; lotionē. Potest et fieri oleum ex semine cucurbitæ p expressionem quæadmodū sunt alia oīa ex seminibus & erit superiori tēperantior & naturæ magis conformis.

Descriptio XXVI.

O L E V M De nenufaræ Mes. cõueniēs quasi cū oleo de papauere, non est tamē tantæ supefactionis, sæpe tā cū quærimus somnū, puocare pmiscemus adiniciē oleū hoc cū oleo de papauere, est et alteratiuum malæ cõplexionis calidæ uicium q; reperitur. R. olei oliuarū immaturarū. lib. i. floru neuuæ uiridiū cõtusorū. 3. iiii. reponantur in uase uitreo, & facias prout de oleo uiola. tibi dixi & de positione ad solē & decoctione, & de pmutatiōe & de additione infusionis. Infusio nenufaris fit, sicut infusio uiolarum uel rosarum nec plus nec minus. Ex omnibus floribus fieri potest oleū & habet uirtutē florum, & fit ut de floribus uiolarū tibi monstraui sed accipi debent cum sunt completē maturi ratis, & cum non deperderunt naturālē eius colorem.

Descriptio XXVII.

O L E V M Amigdalarū dul. Mes. leniens asperitatem gutturis & pulmonis, & partiū omnium exteriorū, & omnes durities & siccitates mēbrorū & iuncturarū, & confert ethis, & impinguat & augmētat sperma, & iniectū cõfert ardo ei uulua: & uescit. R. amigdalas quātitatē q; uolueris. Cõtere eas bene uel mole eas ad molā, & ipsis bene molitis reponē in patella sub qua fit ignis clarus, & eas in dicta patella reuolue manibus usquequo dicta pasta fit bene calida, deinde dicta pasta inuoluat in tela, postea in expressorio ponat & bene cõprimatur, & stet sub eo aliquantulū, deinde iterum ad molā ponas ad remolendū, & postea in patella iterū ad calefaciēdū ponatur demū post calefactionē peccis inuoluatur, & iterū exprimat, & tunc habebis totū oleū. Alios modos ponit Mesue, sed iste magis usitatus est. Sunt qui subtilē corticē ab amigdala remouent ante q; oleū faciāt, eas q; mūdant ab immūditia, & modus iste bonus est, & oleū magis pfectū. Sed merita detēti pauci sunt q; hoc faciāt. Modo igitur præscripto de oleo amigdalarū sunt omnia olea quæ per expressionem sunt ut de nucleis perficorum, de chrysomillis, & oleo amigdalarum amararum.

Descriptio XXVIII.

O L E V M Laurinū magistrale, conueniens oī male cõplexioni frigidæ materiali & immateriali, conferens doloribus epatis: emigranæ: & neruorū & iūcturarū factis à causa frigida: & cõferens dolori stomachi: colico: renū: matris: epatis: splenis & uiscerū, & cū simili cā uel uentositate grossa factis. R. baccarū lauri quātitatē q; uolueris, munden

tura superiori cortice, & masinentur bene ad masinam olea riorū, deinde calefiat illa pasta in cacabo semper in manibus agitādo sub quo fit ignis, deinde inuoluatur in pecia, & sub expressorio ponatur & bene exprimat & iterato remasinetur & calefiat & exprimat & habebis oleū. Alio mō docet facere Mesue hoc oleum bulliēdo in aqua dictæ: bac caræ, & pinguedo supernatās, p ipso oleo accipitur, uide ab eo, sed modus superior est melior. Ex multis seminibus & ex multis nucleis fructuum olea fieri possunt, sed quia in usu non sunt fermonē non feci. Olea nucū amigdalarū, amara, auellanæ, chrysomillæ de persicis, de nuce in da, de cereis, de granis de citri, de phillicis & pineis de lino, de semine papa. de semine iactu. de semine cucurbi. de semine fenugræ. feripossunt, & sunt p expressionē mō quo sunt olea amigdalarum uel dulcium uel amararum.

Descriptio XXIX.

O L E V M amigdalarum magistrale habēs uirtutē olei amigdalarum superius descripti, immo in omnibus excellētius. R. amigdalarū ex corticatarum lib. iiii. uel. lib. ii. si uis exiccantur bene ab aqua in bacilone sub quo fit ignis carbonum, deinde bene pistentur, post bonā cõtusionē ponatur in bacilone dicto & bene calefiat manibus semper ducendo, deinde recolligantur in unā massam, & si teneri per se non possent parum aquæ uiolarum aspergat usquequo de eis fieri aliquid possit ad modū pastoni, semper tamē manibus ducendo. postea inclinato bacilone ad unā positionem sub quo remouetur ignis massam dictam manibus cõprimēs quemadmodū mulieres solent facere cum pannos suos in lisciuā, & post aliqualem fricationē cum sapone illos exprimunt, & hoc sæpe facias. Et sic extrahes p oīa. amigdalarum. 3. iiii. olei, hoc ego sæpe fieri feci pro illustrissima. N. quodā domina Brizia. Oleum amigdalarum simpliciter si scriptum reperitur & absq; determinatione, semper de oleo amigdalarū dulc. est intelligendum.

Descriptio XXX.

O L E V M tartari magistrale, & est quo mulieres liniūt facies suas, abstergit enim faciem mirabiliter. R. tartari quātitatē q; uolueris ponatur super prunas, & tantum permittatur q; totum inflamet & rubeat, postea ponatur in sacco lino: & pone dictum sacculum in loco humido sicut penu, & sub sacco ponatur uel ampulla uel cyathus, q; n. exiet ab eo oleum tartari ab oibus solet appellari. Hoc oleum pot fieri tā de tartaro albo. s. uini albi q; uini rubei. Et sunt qui alio mō faciunt. s. puluerizādo tartarum subtiliter, deinde in sacco tale reponunt, & ipsum sacculum & tartarum irrorant aceto, deinde sub prunis ponunt, & relinquunt usquequo nigrescit deinde extrahunt illud à sacco, & iterum puluerizant & aceto aspergunt, & sub prunis ponunt, & post ipsius nigredinē sacculum accipiunt, & in penu ponunt, liquor exiet ut supra.

Quinque modis habetur diuersitas oleorum, quædā, n. olea sunt p expressionem, ut oliuarum & amigdalarū. quædā p impressionē, & oleum camomill: & de absinthio. quædā p resolutionē, ut oleum ouorum & frumenti. quædam p sublimationē, ut oleum philosophorum uel de lateribus. quædā uero p emanationē, ut oleum balsami. Et iterum oleorum triplex est diuersitas, quædā, n. sunt frigida, ut rosa tum uiolatam. quædā tēperata, ut amigdalarum dulc. recēs eo quia elapso mense rancescit, & sic sua tēperies deperditur, & calidum fit, ideo dixi recēs. Et quædā calida, ut ros thaceum costinum: uulpinum. Olea frigida quanto recētiora tanto meliora, cum transeunt tres menses uirtus ipsorum perditur, & calida sunt. Tēperata uero usq; ad sex menses sunt in sua bonitate. Calida uero seu calefacientia quanto antiquiora tanto meliora. Et sic habes distinctiōnem oleorum quæ fuit undecima in ordine.

Incipit decimasecunda quæ est de artificio ceræ. Et cõtinēt sex modos preparationis.

Distinctio I.

E R A enim quid sit, & quomodo à melle separetur, quomodo fiat à doctoribus lōgo & clario sermone pertractatum est, ita ut & mulieres & rustici



D I S T I N C T I O X I I I .

usque in fine fortis bacilonum ducendo ut in coriandris crispis dixi, & tantum hoc continetur quod grossi reddatur. Sunt qui post primam projectionem zucchari aspergunt dictum cinnamomum incisum zinzibere puluerizato ut fiant magis mordicatiui, & gustui fortiores, sed modus ille non mihi placet, sed ut linguarum mordentes sint debent fieri ex bono cinnamomo, nec infundendum est in aqua ut quidam fatui faciunt ut facilius incidatur, eo quia illa infusio tollit omnino saporem cinnamomi.

Modus I I I I .

Ad conficiendum amigdalas. R. amigdalas, & bene cum panno aspero frica, beneque in bacilone exicca, & ab omni immunditia munda, demum zuccharum fortis coctionis super eas proice cum capite forato bacilonum huc & illuc ducendo incessanter sub quo sit ignis carbonum beneque excitentur, & tantum hoc fiat quod bene tegantur, & quanto plus continuatur dicta ductio baciloni tanto solidiores redduntur. Sunt qui conficiunt amigdalas cum cortice, & hoc modo confectae longiori tempore durant nec rancescunt zuccharo. Alii qui illas diuidunt in duas partes & conficiunt, illasque crispas faciunt. Modus uero faciendi in decoctione zucchari & ductione baciloni est ut de coriandris crispis tibi monstraui.

Modus V .

Ad condendum rancetos. R. corticem ranciorum preparatorum quantitatem quam uolueris, & super eas proice zuccharum cum capite foratum bene coctum, & facias quemadmodum de cinnamomo dixi, & de projectione zucchari & ductione baciloni. Cortices aranciorum hoc modo preparantur. Infundantur in aqua munda, & permittantur per dies nouem omni die aquam innouando, ultimo uero bulliant in aqua decem uel duodecim ebullitionibus, deinde ab igne remotis remoueat pars alba quae cortici adhaeret, & incidantur per longum in satis minuta frustra, & infundantur in zuccharo liquefacto & cocto per diem & noctem, deinde in eo bulliant leui ebullitione, postmodum extrahantur & desiccari permittantur, quae desiccate modo quo supra conficiantur, & hoc modo preparantur, & amaritudo ab eis remouetur.

Modus V I .

Ad conficiendum gariosilos. R. gariosilos & exiccat, beneque munda ab omnibus immunditiis, deinde zuccharum cum capite forato super eos proice fortis satis cocturae. Et si illos crispas facere uis facias ut de coriandris crispis tibi dixi deducendo bacilonem. Si uero solidos ut de amigdalas tibi monstraui, & idem intelligas de rancetis. Ad faciendum confectioes bene crispas debet esse foramen captiae paruum, & zuccharum debet dari equaliter & uniformiter, & quanto ab alto plus proiectur tanto melius, nec permittere sunt guttae super eas cadere, illae enim opus destruent.

Modus V I I .

Ad faciendum anisos. R. femina anisorum bene mundata lib. ii. & super ea proice zuccharum leuis coctionis in principio, & bene manibus ducatur per bacilonum usquequo fere sint cooperta, beneque excitentur ad omnem manus zucchari, & hoc continuetur usque in finem si folios anisos facere uis. Si uero crispas postquam cooperta erunt da zuccharum cum capite forato, & ab alto proice, & sit fortis cocturae, deinde duo bacilonum ut in coriandris crispis tibi dixi, & hoc facias usque ad debitam ipsorum magnitudinem. Anisi quanto paruiores tanto pulchriores, & quanto duriores tanto laudabiliores, duri enim fiunt & non solum anisi, sed & caeterae aliae confectioes si bene siccentur ad omnem zucchari additionem, quare bene hoc notetur.

Modus V I I I .

Ad conficiendum pineas. R. pinearum bene mundatarum quantitatem quam uolueris, & super eas proice zuccharum cum capite forato bonae cocturae a principio usque ad finem & duc bacilonum prout in coriandris crispis tibi monstraui. Si uero folios facere uis facias prout de amigdalas tibi monstraui & de projectione zucchari & ductione baciloni.

Nota quod haec confectio parum durat, eo quia rancescunt pineae, & antequam conficiantur est aduertendum ne rancidae sint, cognoscuntur autem quia sunt nigrae & mali sapores, purgandae sunt cum fursure ut supra tibi ostendi. No

ta insuper quod sunt qui in prima exhibitione zucchari ponunt albumen ouis bene conuassatum eum zuccharo non multum calido ne albumen coqueretur, hoc faciunt, eo quia cum diuicultate zuccharum eis adhaeret propter oleagineitatem quae in eis est, & hic modus non uituperatur. Modus I X .

Ad conficiendum auellanas. R. auellanarum quantitatem quam uolueris, & facias prout de amigdalas tibi monstraui, & crispas & solias faciendo seruando modum in istis, si cut de amigdalas tibi dedi. Auellanae antequam conficiantur debent bene duci in bacilone & calefieri ad hoc quod subtilis cortex eis adhaerens remoueat. Si enim permitteretur zuccharum facilius ab eis remoueretur &c. Modus X .

Ad conficiendum muscardinos. R. cinnamomi subtilis & elec. & bene puluerizati. ʒ. ii. musci optimi dissoluti cum paucissima aqua rosa. ʒ. s. misce duo hoc in bacilone, & super eis proice zuccharum bene coctum, beneque & in celsius santer manibus zuccharum & species ducatur, & bene excitentur, & totiens hoc fiat quod ad grossitudinem, seminis pauis ueniant, in fine dando per duas manus zuccharum leuis coctionis ut rotundi fiant. Muscardini nisi cum difficultate corpus accipiunt. Sed sagax apothecarius & sollicitus in miscendo manibus zuccharum, & species cito eos format, post uero duas tres manus zucchari cribellandi sunt aqua cribellatione exuunt muscardini grossitudinis pontae acus, & puluis referuteur, & alii qui iam corpus sumpserunt expleantur. Feci ego semel facere ab uno famulo bene docto, & praesens steti, & illos cito & optime perfecit. Sed ante perfectionem dimisit pellem manus ad bacilonum, & pauca quae remansit desiccata erat. Insuper nota quod quando praescriptae omnes confectioes in bacilone sunt debet esse sub eo ignis carbonum accessus sine fumo, non autem lignorum ut iam a quibusdam fatuis uidi facere.

Modus X I .

Ad faciendum pignoccatam. R. zucchari clarificati & coctionis non perfecte lib. i. Stangezetur optime cum baculo amota catia ab igne, & post longam eius ductioem addantur pineae munda. ʒ. iii. Et simul misceantur, deinde zuccharum perfecte coquatur & sit dura coctio, deinde morsellis incidatur. Pignoccata si longo tempore conseruari debet apponenda est quantitas praescripta pinearum. Si uero pauco tempore apponi possunt lib. s. pinearum pro omni lib. i. zucchari.

Modus X I I .

Ad faciendum morsellatam albam. R. zucchari clarificati & coctionis non perfecte lib. i. Stangezetur optime cum baculo, & post longam eius ductioem addatur zinziberis minutim incisus. ʒ. ii. deinde zuccharum perfecte coquatur & in morsellis incidatur. Sunt autem multi qui maiorem quantitatem zinziberis pro lib. i. zucchari ponunt ut fortior sit. sed communis & ab omnibus usitata dosis est. ʒ. ii. zinziberis pro omni lib. i. zucchari.

Modus X I I I .

Zinziberata. R. zinzib. mundi & ele. ʒ. s. cinnamo. fini. ʒ. ii. macis. gariosilorum. an. ʒ. i. puluerizentur haec subtiliter, & adde zucchari clarificati & bene cocti lib. ii. & fiat confectio in morsellis. Confectio haec est multum delectabilis gustui, sed non est alba, & sit in multis bonis urbibus. Sed in hac nostra urbe non est in usu.

Modus X I I I I .

Ad faciendum fructus & animalia omnia ex zuccharo. R. zucchari quantitatem quam uolueris & pulueriza, deinde de post subtilem puluerizationem impastetur cum albuminibus ouorum quantitate sufficienti in tantum quod formam pastae habeat, deinde ungantur formae cum oleo amigdalorum dulci, & de dicta pasta formae impleantur, postea simul comprimantur, & sic erunt animalia uel fructus facti. & sic omnia fieri possunt, dummodo formae habeantur, deinde ponantur in stupha ad siccandum, demum pingantur secundum colorem suum. Sunt quidam alii qui impastant zuccharum cum gumma dragaganti facta in aqua rosa, & qui aspergunt formas farinae, & hoc fieri potest, sed superior modus melior est.

Modus X V .

Ad faciendum penidios. R. zucchari lib. ii. infundatur in aqua per noctem, deinde coquatur cum illa aqua absque aliqua alia clarificatione, prius tamen coletur, & sit coctio dura postquam coctio non praecipitatur super marmor inunctum oleo amigdalorum dulci, deinde

deinde ducatur ad ferrum antequam infrigident. & quanto longiori tempore ducuntur tanto albiore fiunt, deinde forpice incidantur, & in supha referuetur. Sunt autem qui ponunt pro omni lib. i. zucchari. ʒ. s. amidi pulverizati post mediam zucchari collisionem uel in sine, & hoc ut zuccharum non ca deat, & modus ille non uituperatur. In aqua aut zuccharum ponitur ut uiscositatem acquirat, qua mediante possit ad ferrum trahi, qua trahitione albi penidii fiant. Zuccharum quanto perfectius tanto longiori tempore in aqua permittitur infusum. Quanto uero grossum magis ac rubeum tanto minori tempore relinquendum est in aqua, & hoc nota. zuccharum enim grossum & rubeum multum de uiscositate habet ideo parum in aqua permittitur. Albu uero paucum habet humiditatem, ideo ad illam acquirendam que necessaria est ad hoc quod trahi ad ferrum possit in aqua infusum stare debet, & longo tempore. Zuccharum in omnibus suprascriptis confessionibus clarificari debet. In ista autem non clarificatur, sed tantummodo colatur, ut a superfluis & immunditiis mundetur.

Modus X V I.

Ad faciendum manuschristi rosatum. R. zucchari clarificati & ab aqua consumpti lib. i. aquae rosae lib. s. misce & bulliant duo simul usque ad aquae consumptionem, & zucchari forte coctionem, deinde proiice super marmor aspersum farina subtili & referua. Sunt qui unguent marmor ex oleo amigdalorum loco farinae. Nec hoc modus mihi placet. Scias insuper quod zuccharum ex quo fit manuschristi non multum stangezatur, longa enim stangezatio prohibet zuccharum candescere &c.

Modus X V I I.

Ad faciendum manuschristi uiolatum. R. zucchari clarificati & ab aqua consumpti lib. i. aquae florum uiolarum lib. s. misce, & fiat ut de prescripto tibi monstrauimus. Non insuper quod apothecarii nostri temporis solum. ʒ. ii. aquae florum uiolarum & rosarum p. lib. i. zucchari ponunt ad faciendum tantum manuschristi uiolati quod rosati, & tunc pauca uirtus in eo est. Iam quantitas illa apponenda est supra a me descripta. Potest etiam fieri manuschristi buglossatum & boraginatum, & fiant ut prescripti permutando solum aquas, ut loco aquae rosarum ponatur aqua florum buglossae uel florum boraginis cum quantitate zucchari prescripta.

Modus X V I I I.

Ad faciendum manuschristi perlatum. R. zucchari clarificati & ab aqua consumpti lib. i. aquae rosarum lib. s. misce haec duo & simul bulliant usque ad aquae consumptionem & zucchari dura coctione. In fine uero addatur margaritarum subtilissime pulverizatarum. ʒ. s. & pilciatur super marmor aspersum ut supra & referuetur. Sunt autem quidam apothecarii, immo fere omnes qui solum ʒ. i. margaritarum pro omni lib. i. zuc. ponunt & hoc pro ipsarum penuria, ac emptores nolunt soluere & male, nulla enim minor quantitas apponenda est quae ʒ. s. p. omni lib. i. zucchari.

Modus X I X.

Ad faciendum manuschristi cum fragmetis. R. zucchari clarificati ab aqua consumpti lib. i. aquae rosarum lib. s. bulliat duo haec simul usque ad consumptionem aquae & dura coctione zucchari deinde in fine addatur fragmetorum praefisurum omnium subtilissime contritorum. ʒ. iii. margaritarum. ʒ. i. misce & proiciantur super marmor & referuetur in supha.

Modus X X.

Ad faciendum sauonia. R. zucchari clarificati & ab aqua consumpti lib. i. aquae rosae ʒ. iii. amidi pulverizati. ʒ. iii. bulliant omnia simul usque ad aquae consumptionem & zucchari dura coctione, deinde in fine addantur zinziberis subtilissime incisi. ʒ. ii. & pilciatur super marmor, & detur ei forma manuschristi, sed latior & maior sit. Haec coactio fit apud curiales & dios Venetos, & his in locis multum in usu est. Multumque delectabilis gustui ac nutritiua.

Modus X X I.

Ad dandum colore rubeum zuccharo. R. brazilii subtilissimi raspati. ʒ. i. aluminis rochae. ʒ. s. aquae. ʒ. vi. infundatur duo hoc in pecia ligata in dicta aqua per dies. vi. deinde calefiat ad ignem leuiter, & cum aqua zuccharum coquatur.

Modus X X I I.

Ad faciendum colore uiride zuccharo. R. succum caulium uel succum bledae uel succum foliorum ireos, & cum altero eorum zuccharum coquatur. Modus X X I I I.

Ad faciendum colore caelestinum uel nigrum zuccharo. R. Indici gummi dragaganti. an. ʒ. s. uini nigri. ʒ. vi. ligentur in pecia duo haec subtiliter pulverizata & infundantur in uino per dies sex, deinde cum dicto uino zuccharum coquatur, prius tamen ad ignem cum dictis rebus aliquantulum ter calefiat.

Modus X X I I I I.

Ad faciendum colore glaucum. R. croci. ʒ. ii. aquae lib. i. infundatur in ea per diem & noctem, deinde aliquantulum calefiat simul, postea colentur, & cum dicta aqua zuccharum coquatur, uel accipe succum florum nascentium in paludibus quae sunt glauci, & est opinio quorundam quod sint flores acori, & cum eo coque zuccharum, est enim glaucum pulcherrimum, non tamen ita boni odoris.

Modus X X V.

Ad faciendum colore turchinum. R. Indici. ʒ. ii. ceruse. ʒ. s. calcis uiscae. ʒ. i. pulverizentur, & in pecia ligentur ac infundantur in lib. i. aquae per diem & noctem, deinde simul ad ignem aliquantulum calefiat & cum dicta aqua zuccharum coquatur.

Modus X X V I.

Ad faciendum colore morellum. R. succi florum ireos, & cum eo zuccharum coquatur, & si illo tempore non reperitur. Accipe. M. i. incisionem corii morelli ex quo fiunt ludae & burfae, & pone in aqua dum incipit bullire, & permittatur bullire tribus uel quatuor ebullitionibus, deinde coletur aqua ab illis incisionibus, & cum dicta aqua coquatur zuccharum, & sic potes facere de rubeis incisionibus si rubeum colorem facere uis abscque brazilii.

Modus X X V I I.

Ad faciendum marzapantum. R. amigd. dul. mundata. & subtiliter contritum lib. s. zucchari bene et pulverizati, deinde iterum cum amigdalibus bene commixti lib. i. aquae rosarum quantum sufficit & fiat pasta quae extendatur super ubiatis, & in furno coquatur. Sunt autem qui non ponunt nisi. ʒ. iii. amigdalorum pro omni lib. i. zucchari. quidam plus & quidam minus, & hoc fieri potest ad placitum sumetis seu comedentis. Fiant aliquando sine ubiatis marzapanti hoc modo facta pasta extendatur super incisionem zuccharo aspersum, & in terra sine igne ponatur, & supraponatur testum cum igne, & post coctionem superioris partem reuoluatur, & ita fiat, & tunc non cognoscetur pars superior ab inferiori. Etiam fiunt marzapanti, & proiciuntur super marmor ut manuschristi. Et hoc modo fiunt, coquatur zuccharum ac si manuschristi facere uelles, & in eo proiciantur amigdalae ultimo contritae, & bene cum zuccharo misceantur. deinde iterum zuccharum coquatur, postmodum super marmor farina aspersum proiciantur. sed primus & secundus modus melior est.

Modus X X V I I I.

Ad faciendum zuccharum rosatum. R. summitas florum rosarum rubeorum incompletae maturitatis. ʒ. iii. permittat post earum collectionem saltim per diem, deinde in lapideo uase ultimo mate coeterantur. postea adde eis zucchari lib. i. & bene permiscantur, deinde reponant in uase uitreato & cooperiatur charta demum soli exponatur & per menses tres permittatur omni die ipsum miscendo, deinde remoueat & referuetur, & hoc modo fit zuccharum uiolatum, buglossatum & boraginatum permutando solum flores, & in reliquis prescriptis modus seruandus est. Nota insuper quod de floribus prescriptis solum sumitas accipienda est alia uero pars abicienda, quia nimis dura. Et si illa quae in floribus boraginis reperiantur abicienda sunt.

Modus X X I X.

Ad faciendum codognatum. R. poma cydonia a superiori cortice & ab interiori anima mundata, & per ignem cum pauco uino in pasta reducta lib. xii. zucchari clarificati & ab aqua consumpti lib. viii. misce & coquantur omnia simul, semper agitando donec cocta sint, & in scatulis referuetur. Haec enim est uera dosis zucchari quae in codognata apponenda est. alii ponunt aequalem quantitatem zucchari & pasta nec modus iste laudatur. Pasta igitur dicta antequam cum ea zuccharum misceatur staminanda est cum bacili forato ad hoc quod ipsa subtilis sit. Semperque ducenda est cum baculo dum ad ignem est ad decoquendum. Ipsius

Lumi. aromatar.

R. ii

autem coctio cognoscitur cum ipsa tota à bacilone ducendo se leuat, nec ab igne remouenda est nisi ipsa separetur à bacilone, quia tunc est signum cocturæ, & hoc idem intelligitur gas de amarenata. Modus XXX.

Ad faciendum amarenatam. R. amarenas non dulces, & cum pauco uino ad bulliendum pone. post uero crepaturā earū colētur à succo suo, deinde manibus fricādo trāseāt p bacilonem foratum & exiet pulpa, & arii seu nuclei & cortices remanebūt. Accipe igitur de dicta pasta lib. xii. zuchari clarificati & ab aqua consumpti lib. viii. misce & bulliant sicut mul semper cum baculo agitando donec à bacilone leuentur & referuetur. Non q̄ hoc modo fit confectio delectabilis seu comalina accipiēdo cornalos & faciēdo ut de amarenata supra monstrauit & de bullitione cum uino & colatura & positione zuchari. Est enim confectio delectabilis multum ac restrictiua. Modus XXXI.

Ad faciēdū zelea amarenarū. R. succi prædicti amarenarū lib. viii. zuchari clarificati & ab aqua cōsumpti lib. ii. misce & bulliat usq̄ ad cōgelationē, semper cū baculo ducēdo & referuetur. Est enim utilis ad sitim extingūdum, & si q̄s loq̄ eo saporis quid uti uellet appetitum incitat &c. Sunt qui hoc idē faciunt de succis cydoniorum, & decoquunt illum ad zalea formā alii uero ad syrapi formā, & utroq̄ mō fieri pōt & in multis egritudinib⁹ ualet. Et hic finis imponitur tertie decimæ distinctioni quæ fuit de artificio zuchari &c.

Incipit decimaquarta distinctio quæ est de decoctione medicinarum. Et continet partes tres.



PRIMA est de medicinis quæ multū sustinent de decoctione, secunda est de medicinis quæ parum sustinent de coctione, tertia est de medicinis quæ mediocrem sustinent coctionē. Hæc distinctio nō minus utilis est q̄ necessaria.

Nisi enim medicina debito mō coquatur, quæ cōpositum faciunt sanē uirtus cōposita à doctoribus limitata non resultabit, igitur ut hunc errorē amouea distinctionē hæc annotauit, in qua & uniuersalem & particularem doctrinam comperies.

MEDICINÆ quæ multum sustinent de decoctione sunt istæ aristologie oēs spēs: feniculus, herbarū & radix apii & radix & herba petrosili & herba & radix brusci: enule: ireos: gentiana: squinantum: colloquintida: hermodactili: cucumer asininus: centaurea oēs, lapsus armenus: lapis stellatus: sarcocolla: serapinū: euforbium, oppoponacū, omnes species serpentaria: duo ellebori, radix peonia, milliū solis: cicera: orobus: baccarē: gramen: cardones oēs plantago: semper uia: cauda equina: raffanus: cortices capparorum: cortices mandragorē: cortices granatorum: spēs oēs salis: aluminis: reupoticum: rubea tinctorum: diptamus: achacia: hypocistidos: cornu cerui: castoreum: omnes succi herbarum radices omnes non aromaticæ: omnia habentia multā humiditatem & frigiditatem: stasifragia: lupuli: faseoli: semen canapis: berberi: stipites arborū & plantarum, minus tamen q̄ radices: & plus quam folia coquenda sunt.

MEDICINÆ quæ parum sustinent de decoctione sunt istæ: manna, aqua lactis: rosa: uiola: sticados: epithimū: psilli capilli ue. scamonea: foliū indū: flores genestæ: cardamomi: gariofili: piper omne: reubarbarum: cinnamomū maiorana: saturegia: anthos: basilicō, mellilotum, camomilla: serpillum, origanum, sandali oēs, muscus, ambra, caphora, ameos, amomi, nigel. f. althea, quatuor. f. frigida maiora. f. papaueris albi & nigri, ozinum, carpobalsamum cum tota plāta: cortices citri: cortices cydoniorū, calamus aromaticus, opium, acetū, aqua rosarum, aqua uiolearum, flores nenufaris, flores buglosæ, flores boraginis, omnes etiam flores omnia aromatica omnia habentia uirtutem in superficie, lignum aloes, omnia facilis resolutionis &c.

MEDICINÆ quæ mediocrem sustinent decoctionem sunt istæ: calamentum, mētha, saluia betonica, folia oia, seia oia, uinū granatorū uinū cydoniorū, herba papauē. vtriusq̄, succi herbarū aromaticarum, aloes, tamarindi, succus rosarum, succus uiolearum, absinthium, fumus terræ, eupato-

riū, hyssopus, pruna, assarum, lupuli, colloquintidē, turbith, agaricus, pulypo, squilla, ireos, senē mezereon, ciclamē. f. genestæ. f. usquiami, sauina, scabiosa, peonia, dauci, carui leuistici, petrosili, feniculi, anisi, cimini, asparagi, apium. f. semē, se. rutha, se. lini, se. fenugraci, se. portulacæ: semen lactuca, semen scariola: semē endi. semen acetosa: & herba, semen urtica, semen coriadorum, ordeum, myrtilli, rubea. f. iuniū peri, iuiuba, balaustra, talsus barbas. herba mētha, endi. scopolendria cicorea, tamarisus, saxifragia, laurus, nenufar. epatica, arthemisia, pimpinella, paritaria, hypericon, costum, zedoaria, zinziber, radix liquiritiæ & succus: Et sic cōcluditur decimaquarta distinctio de coctione medicinarum.

Incipit decimaquinta & ultima distinctio quæ est de coctitione medicinarum. Et continet partes tres.



PRIMA est de medicinis quæ multū sustinent de coctitione. secunda de medicinis quæ parū sustinent de coctitione. tertia est de medicinis quæ mediocrem sustinent coctitionē. Hæc distinctio nō minus utilis est q̄ præcedens. & si intellecta fuerit & executioni madata auctorum cōpōnes uirtutē suam à compositore limitatam in recipientem imprimunt, ad laudē altissimi qui sua benignitate opus nostrum dirigat.

MEDICINÆ quæ multum sustinent de coctitione sunt istæ: aristologia omnes squinatū: enula: ireos, scorria ferri, uiltrum, cortices ouorum, scorpiones, sandali omnes margaritæ, opium, papauer album & nigrum. f. semen, aloes, colloquintida, cortices capparorum, cortices granatorum, reuponticum, rubea tinctorum, costum, diptamus, sang. draco, cornu cerui, osis sepiæ, ebur, aurum, argentum plumbum usū, cartam, seminis usquiami, hermodactyli, cucumer asininus, centaurea oēs, serpentariæ oēs, duo ellebori, radix peonia, milium solis, seia lini, seia fenugraci: berberi, quatuor seia frigida maiora, stasifragia se. coriadorum, lupini, faseoli. f. canapis, cicera, orobus, ordeum baccæ lauri, piperi, migdalæ, auellana, dactyli, passulæ, ficus myrtilli. f. iuniperi, balaustra, gramē oēs, cortices plantarum, sauina, cardones oēs: semper uia, cauda equina, raffanus, lignum aloes, cortices mandragorē, battura eris, marchesita, cerusa lythargirium, minium, argentum, sublimatum, arsenicum, coralli utriusq̄, lapis lazuli, lapis iudaicus, lapis lycis, crystalus, magnes, cinaberis, marmor, sulphur, terra sigillata, uirtiololum, flos eris, auripigmētum, spēs oēs, salis: oia aluminina, lapides oēs, fragmenta oia, præciosa oia mineralia, species tyriacæ, species mitridati, medicina cōposita de oppilla tua, medicina cōposita epatica, medicina p renibus, spēs trosciliorū, medicina omnes stupefaciētes. spēs triserē spēs hierē, spēs loch, medicina pectorales omnia metalla.

MEDICINÆ parum sustinētes de coctitione sunt istæ: scamonea, nigella, capil. ue. aloes, rosa, uiola, sarcocolla, serapinū, euforbiū: oppoponacū, mezereon, flores genestæ, flores camo. mellilotū, anethū, cardamomū. absinthiū, sticados, e pithimū, seia psilli, casti lig. pip. oē, caphora, ambra, muscus succus rosarum, cortices citri, cortices cydoniorum, senæ thimus, omnia uina aromatica, omnes gumme, ameos, amomum, ozinum, calamus aromaticus, laudanū, omnes species aromaticæ. omnia quorum uirtus facile resoluunt, omnia debilia & rarē texturæ, omnia quæ habent uirtutem in superficie, omnia intensē caliditatis & siccitatis.

MEDICINÆ quæ mediocrem sustinent coctitionē sunt istæ: rutha, spica oēs, oia seia, cimini, mirabolani oēs, reubar. fumus terræ, eupatoriū, hyssopus: assarū lupuli, turbith, agaricus, pulypodium, squilla: seia urtica, acetosa: nastur. gariofili, nux musca. cubeb: sicla, scopolopēdria, cicorea tamariscus, serpillum saxifragia, laurus, epatica, arthemisia, pimpinella, paritaria, ireos, cyclamen, se. genestæ, scabiosa, se. peonia, dauci, carui, leuistici, petrosili, feniculi, anisi, cimini, asparagi, apii rutha. f. hypericon, zedoaria, zinziber, eparadib. Intestinum lupi, pulmo uulpis, stomacha gallinarū, medicina oēs solutiua, pillulæ oēs, medicina stomachicæ, dianimum dianisum, diatriton pipereon, omnia folia præter ipsa aromatica, omnia ferē semina præter aromatica. Et sic finem operi imponimus.

Explicit Lumen apotheciariorum.

INDEX LUMINIS APOTHECA.

INDEX DISTINCTIO
num ac descriptionum omnium
istius libri. Cōtinet præfens li
bellus quinq; & decem
distinctionum.

PRIMA erit confectionibus aroma
ticis.

- 2 De electuariis amaris.
- 3 De medicinis solutiuis.
- 4 De trociscis.
- 5 De pulueribus.
- 6 De loch.
- 7 De syrupis.
- 8 De unguentis.
- 9 De emplastris.
- 10 De cerotis.
- 11 De oleis.
- 12 De artificio ceræ.
- 13 De artificio zucchari.
- 14 De decoctione medicinarum.
- 15 De contritione medicinarum.

PRIMA quæ est de confectionibus
aromaticis continet 22. descripti
ones.

- Prima est electuarii de gemmis. 76
- 2 Diamusci dulcis. 76
- 3 Diamusci amari. 76
- 4 Diagalangæ. 76
- 5 Aromatici rosati descriptiones Ga
brielis. 76
- 6 Diacimini. 77
- 7 Diambra. 77
- 8 Diacoralli. 77
- 9 Triasandalorum. 77
- 10 Electuarii de aromatibus. 77
- 11 Diarodon abbatis. 77
- 12 Confectionibus de storace 77
- 13 Confectionibus de cinnamomo. 77
- 14 Rosatæ nouellæ. 77
- 15 Diadraganti frigidi. 77
- 16 Diarodon descriptione cōmuni. 77
- 17 Aromatici rosati. 78
- 18 Aromatici rosati minoris. 78
- 19 Aromatici muscati. 78
- 20 Aromatici garosilati. 78
- 21 Aromatici nardini. 78
- 22 Electuarii de citro. 78

SECUNDA distinctio quæ est de
electuariis amaris continet. 26. descri
ptiones.

- Prima est tyriacæ andronici. 78
- 2 Tyriacæ Galeni. 79
- 3 Mytridati. 79
- 4 Aureæ alexandrinæ. 79
- 5 Iustini. 79
- 6 Electuarii de baccis lauri. 79
- 7 Diacalamenti Nicolai. 80
- 8 Diacalamenti Galeni. 80
- 9 Dianisi. 80
- 10 Diatriton pipereon. 80
- 11 Diacurcumæ. 80
- 12 Dialaccæ. 80
- 13 Confectionis anacardinæ. 80
- 14 Confectionis de scoria ferri. 80
- 15 Electuarii de cineribus. 80
- 16 Diastyrionis. 81
- 17 Diatriis. 81
- 18 Diapenidion. 81
- 19 Diadraganti calidi. 81
- 20 Triferæ magnæ. 81
- 21 Diaolibani. 81
- 22 Requies. 81

- 23 Egete. 81
- 24 Athanasia. 81
- 25 Philoni persici. 81
- 26 Philoni. 82

TERTIA distinctio quæ est de me
dicinis solutiuis continet descriptio
nes. 51.

- Prima est hierapigræ Mef. 82
- 2 Hieræ simplicis Galeni. 82
- 3 Hieræ composite. 82
- 4 Benedicte. 82
- 5 Electuarii indi maioris. 82
- 6 Electuarii indi minoris. 82
- 7 Confectionis amech. 82
- 8 Electuarii elefscoph. 82
- 9 Diacatoliconis. 82
- 10 Electuarii rosati. 82
- 11 Electuarii de succo rosarum. 83
- 12 Diaseñ. 83
- 13 Confectionis de manna. 83
- 14 De psilio. 83
- 15 Michlete. 83
- 16 Diapiniconis. 83
- 17 Diaprunis non solutiui. 83
- 18 Diaprunis solutiui. 83
- 19 Diacastæ. 83
- 20 Castæ fistulæ. 83
- 21 Diarob cū turbith, & reubar. 83
- 22 Diarob sine reubarbaro. 83
- 23 Diacartami. 84
- 24 Pillularum elefanginarum. 84
- 25 Pillularum masticinorum. 84
- 26 Pillularum aurearum. 84
- 27 Pillularum turbidatharum. 84
- 28 Pillularum aggregatiuarum. 84
- 29 Pillularum de fumoterræ. 84
- 30 Pillularum de mezereon. 84
- 31 Pillularum de hiera simplici. 84
- 32 Pillularum de hiera composita. 84
- 33 Pillularum fetidarum maiorum. 84
- 34 Pillularum fetidarum minorum. 84
- 35 Pillularum de sarcocolla. 84
- 36 Pillularum de bdelio minorum. 84
- 37 Pillularum lucis. 84
- 38 Pillularum de hermodac maiorum. 85
- 39 Pillularum de reubarbaro. 85
- 40 Pillularum de hermodac minorum. 85
- 41 Pillularum indarum. 85
- 42 Pillularum sine gbus esse no. 86
- 43 Pillularum cochiarum Nicolai. 85
- 44 Pillularum cochiarum Almanforis. 85
- 45 Pillularum arabicarum. 85
- 46 Pillularum asalaret. 85
- 47 Pillularum stomaticharum. 85
- 48 Pillularum imperialium. 85
- 49 Pillularum communium. 85
- 50 Pillularum de agarico. 95
- 51 pillularum bichichiarum. 85

QUARTA distinctio quæ est de tro
ciscis continet. 31. descriptiones.

- Prima est trociscorum diarodon. 85
- 2 Trociscorum de rosis minorum Me
sue solutiuorum. 85
- 3 Trociscorum de rosis maiorum
Mef. 85
- 4 Trociscorum de eupatorio & ros. 85
- 5 Trociscorum de reubarbaro. 86
- 6 Trociscorum de camphora. 86
- 7 Trociscorum de spodio. 86
- 8 Trociscorum de spodio cum semi
ne acetosæ. 86
- 9 Trociscorum de berberis. 86

- 10 Trociscorum de absinthio. 86
- 11 Trociscorum de alkekingi. 86
- 12 Trociscorum de capparibus. 86
- 13 Trociscorum de eupatorio. 86
- 14 Trociscorum de charabe. 86
- 15 Trociscorum de myrra. 86
- 16 Trociscorum de terra sigil. 86
- 17 Trociscorum de aniso. 86
- 18 Trociscorum de agarico. 87
- 19 Trociscorum alandal. 87
- 20 Trociscorum diacoralli. 87
- 21 Trociscorum de tyro. 87
- 22 Trociscorum de squilla. 87
- 23 Trociscorum andronici. 87
- 24 Trociscorum de uipera. 87
- 25 Gallia muscate. 87
- 26 Gallia febelia. 87
- 27 Gallia elephanginæ. 87
- 28 Gallia magnæ. 87
- 29 Trociscorum ramich. 87
- 30 Tortelle de seni. 87
- 31 Sigillatio trociscorum. 87

QUINTA distinctio quæ est de
pulueribus continet. 11. descriptio
nes.

- Prima est pulueris pro epithimate cor
dis car. 88
- 2 Pulueris cordialis. 88
- 3 Pulueris contra uermes. 88
- 4 Pulueris pro bocio. 88
- 5 Pulueris ducis. 88
- 6 Pulueris senæ. 88
- 7 Pulueris senæ magis solutiui. 88
- 8 Pulueris p mingebus in lecto. 88
- 9 Pulueris restri ctiui. 88
- 10 Pulueris pro sacco capitis. 88
- 11 Pulueris pro sacco cordis. 88

SEXTA distinctio quæ est de loch
continet. 9. descriptiones.

- Prima est loch de pino. car. 88
- 2 Est loch de papauere. 88
- 3 Loch sani & experti. 88
- 4 Loch de asma. 88
- 5 Loch de squilla. 88
- 6 Loch de pulmone uulpis. 88
- 7 Loch de althea. 89
- 8 Mixtura pectoralis. 89
- 9 Mixtura cordialis. 89

SEPTIMA distinctio quæ est de
syrupis continet. 46. descriptio
nes.

- Prima est syrupi acetosi. 89
- 2 Syrupi de duabus radicibus 89
- 3 Syrupi rosati de infusione 89
- 4 Syrupi rosati ex rosis siccis. 89
- 5 Syrupi de endiuia magistralis. 89
- 6 Syrupi de endiuia gentilis. 89
- 7 Syrupi de succo acetosæ. 89
- 8 Syrupi de agresta. 89
- 9 Syrupi de papauere. 89
- 10 Syrupi de succo endiuia. 89
- 11 Oxyzaccharæ. 89
- 22 Syrupi de pomis simplicis. 89
- 13 Syrupi de pomis compositis 89
- 14 Syrupi de myrtis magistralis. 89
- 15 Mellis uiolati. 89
- 16 Mellis rosati. 90
- 17 Syrupi de acetositate citri. 90
- 18 Oxymellis simplicis. 90
- 19 Syrupi uiolati compositi. 90
- 20 Syrupi de iulubis. 90
- 21 Syrupi de scabiosa 90

INDEX LUMINIS APOTHECAE.

22 Iulep rosati.	90	4 Emplastris de granis lau.	94	tio quæ est de artificio zucchari	
23 Iulep uiolati.	90	5 Emplastri montagnanæ contra fluxum.	94	continet. 31. modos laborationis.	
24 Syrupi uiolati ex infusione.	90	6 Emplastri de crusta panis eiusdem.	94	Primus est de coriandris foliis. ca. 97	
25 Syrupi de granatis.	90	DECIMA distinctio quæ est de			
26 Oxymellis squillitici.	90	cerotis continet. 3. descriptiones.			
27 Miuc cydoniorum sine speciebus.	90	Prima est ceroti diachilonis magni.	94	2 De crispis.	97
28 Syrupi de bizantiis.	90	2 Diachilonis minoris.	94	3 De cinnamomo conficiendo.	97
29 Syrupi de mentha.	90	3 Ceroti pro renibus.	93	4 De amigdalibus.	97
30 Syrupi de fumoterra.	90	4 Ceroti de gummis.	94	5 De rancetis.	97
31 Syrupi de prasio.	91	5 Ceroti de laudano.	94	6 De gariofilis.	97
32 Syrupi de absinthio.	91	6 Ceroti pro crepatis.	94	7 De anisis.	97
33 Syrupi de epithimo.	91	7 Ceroti pro costis.	95	8 De pineis.	97
34 Syrupi de thimo.	91	8 Ceroti oxycroci.	95	9 De auellanis.	97
35 Syrupi de arthemisia.	91	9 Ceroti de mucilagibus.	95	10 De muscardinis.	97
36 Diamoron Mesue.	91	VNDECIMA distinctio quæ			
37 Diacaridion seu rob nucum.	91	est de oleis continet. 30. descriptiones.			
38 Miuc cydoniorum aromaticæ.	91	Prima est olei spicæ.	car. 95	11 De penidiis.	97
39 Syrupi de sticados.	91	2 Olei alterius.	95	12 De manuscristi rosato.	98
40 Syrupi de corticibus citri.	91	3 Olei sisamini.	95	13 De manuscristi uiolato.	98
41 Syrupi de radicibus.	91	4 Olei cydoniorum.	95	14 De manuscristi perlato.	98
42 Syrupi de hyssopo.	91	5 Olei masticis.	95	15 De manuf. cum fragmentis.	98
43 Syrupi de liquiritia.	92	6 Olei liliorum compositi.	95	16 De sauonia.	98
44 Syrupi de eupatorio.	92	7 Olei costini.	95	17 De colorando zuccharum rubeo	
45 Decoctionis pectoris.	92	8 Olei uulpini.	95	18 De colore.	98
46 Decoctionis communis.	92	9 Olei scorpionum.	95	19 De colore uiridi.	98
OCTAVA distinctio quæ est de					
unguentis continet. 23. descriptiones.					
Prima est unguenti stomachi.	92	10 Olei irini.	95	20 De colore caelestino.	98
2 Unguenti sandalini.	92	11 Olei de capparibus.	95	21 De colore glauco.	98
3 Unguenti Galeni.	92	12 Olei myrtillorum.	95	22 De colore turchino.	98
4 Unguenti populeonis.	92	13 Olei rosati primi.	95	23 De colore morello.	98
5 Unguenti citrini.	92	14 Olei rosati secundi.	96	24 De marzapanis diuersis.	98
6 Unguenti egyptiaci.	92	15 Olei camomillæ.	96	25 De zucch. ros. uio. & aliis.	98
7 Unguenti apostolorum.	92	16 Olei uiolati.	96	26 De codognata.	98
8 Unguenti basiliconis.	92	17 Olei anethi.	96	27 De amarenata.	98
9 Unguenti de cerusa crudi.	92	18 Olei liliorum simplicis.	96	28 De zela amarenarum.	98
10 Unguenti de cerusa cocti.	92	19 Olei sambucini.	96	DECIMA quarta distinctio quæ	
11 Unguenti de dragagantis.	92	20 Olei ruthæ.	96	est de coctione medicinarum continet par	
12 Unguenti pectoralis.	92	21 Olei menthæ.	96	tes tres.	
13 Unguenti de comitisse.	93	22 Olei de absinthio.	96	Prima est de medicinis quæ multum su	stinent decoctione.
14 Unguenti pro uermibus.	93	23 Olei saluæ.	96	2 De medicinis quæ parum sustinent	decoctione.
15 Unguenti pro scabie Mesue	93	24 Olei de floribus papaueris	96	3 De medicinis quæ mediocrem susti	nent coctionem.
16 Unguenti pro scabie alterius pro	94	25 Olei de cucurbita.	96	DECIMA quinta & ultima dis	
pueris.	94	26 Olei nenufare.	96	tinctio quæ est de contritione me	
17 Unguenti de arthenita.	93	27 Olei amigdalarum dulcium.	96	dicinarum continet partes tres.	
18 Unguenti dialtheæ.	93	28 Olei laurini.	96	Prima est de medicinis quæ multum susti	nent de coctione.
19 Unguenti marciatonis.	93	29 Olei amigda. magistralis.	96	2 Est de medicinis quæ parum susti	nent de contritione.
20 Unguenti aragon.	93	30 Olei tartari.	96	3 Est de medicinis quæ mediocrè su	stinent contritione.
21 Unguenti agrippæ.	92	DVODECIMA distinctio quæ			
22 Unguenti marciatonis alterius.	93	est de artificio ceræ continet. 6. mo			
23 Unguenti stasfagria.	93	dos præparationis.			
NONA distinctio quæ est de em					
plastris continet. 6. descriptiones.					
Prima est emplastri de melliloto.	94	Primus de cera rubea facienda.	96		
2 Emplastri Galeni emundantis ui	94	2 De cera uiridi.	97		
3 Emplastri diafiniconis.	94	3 De cera nigra.	97		
		4 De albando ceram.	97		
		5 Alius modus dealbandi ceram	97		
		6 Mensura cereorum omnium.	97		
		DECIMATERTIA distinctio			

F I N I S.

TESAVRVS AROMATARIO. 100

CLARISSIMIS DOMINIS MEDIOLANENSIBVS COLLEGGII PHYSICIS PAVLVS SVARDVS AROMATARIVS. S. D.



CVM ANIMA DVERTEREM, Colendisimi doctores, quam plures in nonnullis aromatariorum apothecis errores ob ignorantia committi, quod in animarum simul & corporum humanorum summum damnum fore dubitandum non est, eosq; corrigere non nisi honestum ac iustum esse uideatur, ego tum amicorum precibus, tum pietate motus, diuino prius inuocato auxilio, sine quo omnia uana, testante diuino auctore nostro Mef. sanat solus languores deus, opusculum hoc hinc inde auctentice eligendo componere decreui, in quo compositionum omnium in communi practica existentium uirtutem, modum, tempus eligendi, omniaq; eis pertinentia declarantur, serie alphabetica omnia ordinando, correctionibus emendationibusq; uestris me submitendo, quibus summe debeo, & sicut charitate moueor, ita deus sublimis benignitate sua in sanitate nos conseruare dignetur, qui fit benedictus in secula seculorum amen.



AUREA ALEXANDRINA Nicolai aurea dicta est ab auro, Alexandrina ab Alexandro peritissimo philosopho, a quo fuit inuenta, ualet proprie ad omne uitium capitis ex frigiditate, & maxime ad omnem decursione reuematam quae fit de capite ad oculos, ad gingiuas, ad aures, & ad grauedinem omnium membrorum, quae fit de eodem humore, cuius permixtio.

Recipe.

Assari.	Seminis leuistici.
Carpobalsami. i. sem. e. plae. an. 3. ii. s.	Sinoni, idest macedonicu. an. 3. s.
Iusquiami.	Auri purificati. i. in foliis collecti.
Gariolorum.	Argenti meri. an. gra. xiiii.
Opii.	Aliptae muscatae.
Myrrhae.	Castorei.
Radicum cyperi. an. 3. ii.	Spicae nardi.
Balsami. i. liquor emanans ab arbore bal.	Galangae.
Cinnamomi.	Oppoponaci.
Folii.	Anacardi.
Zedoariae.	Masticis.
Zinziberis.	Sulphuris uiri.
Costi.	Radicum peoniae.
Coralli albi & rubei.	Radicum iringi.
Cassiae lignae.	Rosarum rubearum.
Euforbii.	Thimi.
Dragaganti.	Radicum acori.
Thuris.	Pulegii.
Storacis calamitae.	Aristolochiae longae.
Spicae celticae.	Gentianae.
Meu. i. radix.	Corticum mandragorae.
Cardamomi maioris & mi.	Chamaedreos.
Semen fileris montani.	Radicum ualerianae.
Radicum saxifragiae.	Baccarum lauri.
Seminis sinapis.	Seminis ameos.
Seminis aneti.	Seminis dauci.
Seminis anisi. an. 3. i.	Macropiperis. i. piper longum.
Ligni aloes.	Leucopiperis, idest piper album.
Reubarbari. an. 3. s.	Xylobalsami. i. lignu balsami.
Seminis petrosillii.	
Seminis ruta.	

fami. Osis de corde cerui. an. gra. xiiii. Rafura eboris. Calami aromatici. Pyretri. an. gra. viii. Puluerizanda puluerizentur, & cum mellis despumati quantum sufficit fiat confectio in bona forma, & da post sex menses cum uino albo calido ad modum auellanae in sero quando uadit dormitum.

Sinoni secundum Simonem Ianuensem & secundum Dioscoridem est semen petrosillium agreste, & in libro pandectarum est semen macedonici, opinio mea est quod sit semen macedonicum.

Opium quod fit in nostris partibus ex capitibus papaueris nigri, fieri debet de mense Maii uel de mense Aprilis, & ita opium thebaicum in illo tempore fieri debet in partibus thebanis.

De meu Sera. in cap. de meu dicit, habet radicem non subtilem, cuius aliqua partes diuiduntur in plures, quarum quaedam sunt tortuosae, & quaedam rectae, longe habet odorem bonum, & radix eius est quae administratur, postea iterum ait ex auctoritate Gal. radix huius herbae est id in quo est uimentum, similiter ait circa instans.

Pro balsamo ponitur terbetina subtilis, uel oleum laurinum, uel oleum balsaminum, uel gummi hederae, uel quaedam compositio olei, qui describitur in recepta diacurcumae in isto in fo.

Radices omnes in autumnno sunt colligendae & cyperi de mense Octobris. Et nota quod si radices alicuius herbae uel arboris colligentur, tunc debent colligi, quando non habent flores, si uero folia, quando flores habent.

ATHANASIA magna Mef. conferens ad dolore capitis, & splenis, & oppilationem in eis, & dolorem stomachi, & asthma, & tusi antiquae, & mundificat pectus, & fluxum uentris antiquum, dissenteriam, & ad fluxum sanguinis & est in sedatione dolorum sicut philonium, & confert ad dolorem renum, & hemorrhoidarum, & Gal. praecipit miceri epar adi. i. epar lupi. ualet enim proprietate sua ad morbos epatis, cuius permixtio.

Croci.	Cordumeni. i. semen carui.
Opii.	Semen papaueris nigri.
Myrrhae.	Spicae nardi.
Castorei.	Eupatorii.
Seminis iusquiami.	Epar adip. i. epar lupi.
Costi. an. 3. iiii.	Cornu dextri caprae. an. 3. iiii.

Quae sunt puluerizanda puluerizentur, cetera liquefiant cum uino, & cum melle despumato quantum sufficit fiat confectio, & da post sex menses, dosis eius est ab aureo medio usque ad aureum unum, cum uino suauis & dulci, aut cum rob & succo endiuiae & api.

Epar adip. i. epar lupi preparatur hoc modo & conseruatur. primo debet optime lauari cum uino albo optimo, & bene mundari ab omnibus immunditiis, deinde saletur seu aspergatur sandalis citrinis bene & subtiliter puluerizatis, deinde permittatur exiccari, demum inuoluatur absinthio, & ponatur in una scatula in loco sicco cum dicto absinthio, omni hebdomada absinthium mutando.

Lupi uero intestinum hoc modo preparatur, & conseruatur. laues cum optimo uino albo, deinde tumefiat, & ponatur ad exiccandum, sed caueatur a fumo & puluere, deinde etiam in absinthio inuoluatur & reseruetur. ualet. n. in colica mirabiliter.

ANACARDINA Mef. est confectio sapietum, & eorum qui desiderant scire. acuit. n. intellectum, subtilizat sensum, memoriam recuperat, & confert dolori stomachi & uentris a frigiditate facti, & clarificat sanguinem & colorum bonum facit.

Piperis nigri.	Mirabolano: um ind.
Macropiperis. i. pip longu.	Vini de beduist. i. castoreum an. 3. ii.
Mirabolano: um keb.	Costi.
Mirabolano: um emblico.	Anacardi. an. 3. vi.
Mirabolano: um bel. an. 3. ii.	Baccarum lauri. 3. vi.
Zuechari taba. i. zuc. albu.	Radicum cyperi. 3. iiii.
Burungi. i. nigella. an. 3. vi.	

Tere anacardos per se, deinde alias medicinas cōfice cū butyro uaccino & melle despumato. an. lib. i. proficiēdo primo butyrum purgātū postea mel despumatū, deinde alias medicinas subtiliter puluerizatas, & da post sex menses & caueat sumens à labore, ira, coitu, & ebrietate, dosis est. ʒ. ii.

Omnes mirabolani ponuntur in hac cōfēctione ad frangendum malitiam anacardorum, nisi enim illi ponerentur ipsorum malitię omnes alias medicinas corrumpērent, quare in hac bene aduertant apothecarii.

Anacardi sunt fructus cuiusdā arboris, qui habēt similitudinē cordis autū paruārū, habētes intrinsecus rubedinē quā dā ad similitudinē sanguinis, & nascuntur in Sicilia in montibus igneis, qui cōtinuē comburunt, & ab ipsis denominatur cōfēctio anacardina, & nota q̄ isti fructus dum sunt recētes cōdiuntur cum melle hoc modo. liquefactum mel in eo ponuntur anacardi, & diu morantur in eo, illud tale mel uocatur mel anacardum, & habetur in usu absq̄ dictis anacardis, & aliquando ingreditur in electuaris, ut inferius apparebit, & illud tale mel habet intensiorem gradum caloris, & sicci tatis, quā mel purum, quia anacardi sunt calidi & sicci in 4. gradu, nec sunt pediculi elephantis ut quidā fatui dicunt.

In pande
tis dicit
q̄ arbor
pducens
ipsum di
cit pedic
culus ele
phantis,
Sy. & p̄
tete de
mēte Ser.
aliter sen
sunt.

Burgoni de eo est magna differentia. Christophorus de honestis super illū passum exponit q̄ est nigella, & q̄ nigella est semē nigrū odoriferū. Gentilis uero exponēs illā cōfēctionē inquit. burungi sunt grana similia piperi, quæ non habemus, sed illorum loco secundū quosdam ponitur catapulta. Alii uero dicunt q̄ est quædā herba habens folia similia ruta faciēs semē in uaginis simile nasturtio, quæ mordet linguā, sed prima opinio est melior magis q̄ ad mētē auctoris cū nigella cerebrū p̄fortet. humiditatē q̄ ipsius desiccet, quæ admodū cōfēctionis uirtus est, quare nigella ponenda est.

ATHANASIA Nicolai. i. inmortalis, ualet p̄prie cōtra fluxū sanguinis mulieris, data cū succo plātaginis, qui succus debet duci super lapidē molarē cū lapide hamatitidis, donec in sanguinis uertatur colorē, & cū tali succo medicina distemperata detur, & etiā suppositoriū de eadē medicina inunctū, & in uulua immissum sanguinē stringit, hoc idē facit hæmoptoicis, uentris etiā fluxū mirabiliter sedat, q̄ similiter distemperata & sit naribus attracta, sedat fluxū sanguinis ex naribus cū pentaphyllon soluta, & fronte illinita si ue naribus immissa cū omni celeritate sistit sanguinis anatropa hæmagogā, siue dubiosim ex pectore, seu epate cū tussi facta cum succo scripinatis, uel in tubehico, siue medicinali puscha oblatum potentur, accipe menstrua cū uino & aqua in quibus decocta fuerit uerbena potato potentur stingullię cum succo turionis sumptus colicis cum aqua in aqua nullum missum fuerit dyssenteriaci alapsæ lyenteriacis cū apozimate balauitiæ nō modice auxiliatur, cuius permixtio. &

- | | |
|------------------------------------|--|
| Cinnamomi. | Myrrha. |
| Cassie fist. an. ʒ. iii. gr. viii. | Lapis hæmatitis. |
| Storacis calamitæ. | Sanguinis draconis. |
| Croci. | Coralli rubei. |
| Fu. i. radicū ualerianæ. | Mummia. |
| Betonicæ. | Costi. |
| Iusquiami. i. semen. | Boli armeni. |
| Sifeleos. i. sileris montani. | Symphyti. i. consolida ma. secundum Dioscoridem lemnias. i. terra sigillata. |
| Semen apii. | Acori. i. radicū. |
| Semen dau. | Assari. i. radicū. |
| Semen anisi. | Mandragoræ. i. radicū. |
| Opii. an. ʒ. i. s. gra. iii. | Polii montani. |
| Spicæ. | Baccarum lauri. an. ʒ. s. |
| Folii. | Leucopiperis. |
| Castorei. an. ʒ. s. | Petrosillii. an. ʒ. s. |
| Meu. i. radix. | |
| Macropiperis. an. ʒ. s. | |

Mellis quātū sufficit, dosis eius est. ʒ. iii. & da post sex menses. hac cōfēctio sapius liberat hoīem ab extremis mortis.

ANTI D O T V M Nicolai. i. cōtra datū hæmagogū. i. sanguinē menstrualem ducens, ualet ad multas passiones mulierū ad matricē, quæ nō usu purgantur purgat mirabiliter, menstrua educit, fœtum in utero occidit, & postea extrahit, & post partum, quæ nō sunt purgata, purgat, & ad salu-

tē perducit, petram in uesica rumpit, & purgat urinam, mouet stranguriam, sanat epatis emphrazim, curat sclerosim in splene sanat, & ad omnia interiora magnū bonū facit, & ad stomachi indigestionē, & eos sanat qui colicā patiuntur, ne phreticis prodest, hoc autē qui biberit sanitatē obtinebit, uel aliquādo hæmorrhoidas prouocat, uia totius corporis aperit, & fœtum mortuū, & secundinā educit, & uesicā purgat, stomachū calidū facit, uentositatē cōsumit, uomitū cōpescit tamē in mulieribus nihil inuenitur fortius ad omnia quæ illis sunt utilia, proptet quod cauendum est patientibus hæmorrhoidas, aut fluxum uentris aut dyssenteriam. &

- | | |
|---|-------------------------------------|
| Radicū assari. | Orobi. i. moco. ʒ. i. |
| Radicū acori. | Stipteræ. i. aluminis plumæ. ʒ. ii. |
| Amomi. | |
| Seminis atriplicis. | Pyretri. ʒ. ii. gra. xiiii. |
| Marathri. i. semen feniculi. an. ʒ. i. gra. vi. | Piperis nig. ʒ. i. ʒ. ii. gra. vi. |
| Seminis anisi. ʒ. ii. | Seminis rutæ. ʒ. ii. gra. xiiii. |
| Aristolochiæ longæ. | Spicæ nardi. |
| Artemisiæ. | Pulegii. an. ʒ. ii. gra. xiiii. |
| Cassæ fist. an. ʒ. ii. gr. xiiii. | Radicū peoniæ. ʒ. i. gra. vii. |
| Centaureę mi. ʒ. i. gr. vi. | Radicū cyperi. ʒ. i. |
| Dauci cretici. i. pastinacæ. ortensis. ʒ. ii. | Smittis. i. betonica. ʒ. ii. |
| Ellebori nigri. ʒ. i. | Squinanthi. ʒ. i. gra. xiiii. |
| Foliorū lauri. ʒ. i. s. gr. iii. | Gariofilorum. ʒ. ii. |
| Liquiritiæ rasæ. ʒ. i. ʒ. i. | Radicū capparis. |
| Lupini. ʒ. ii. | Cimini. |
| Melanti. i. git & nascitur in frumentis. ʒ. ii. | Zinziberis. an. ʒ. i. |
| Myrrhæ. ʒ. ii. gra. xiiii. | Seminis apii. |
| | Sauinæ. an. ʒ. ii. gra. xii. |
| | Xylobalsa. ʒ. i. gra. xiiii. |
| | Macedonici. ʒ. ii. gra. xiiii. |

Mellis quātū sufficit, detur ad modum auellanę maioris cum aqua calida post balneum. si cum febre est, si uero sine febre, cum uino ueteri aut mulla dabis, dosis est. ʒ. iii.

AROMATICVM rosatū descriptione Gabrielis Mes. ualet contra defēctionem stomachi, & omnia nutritio nis membra confortat, & est contra stomachi humiditatem & mollificationem, & omnem corruptionem in eo corriget, cor cōfortat, appetitū excitat, digestionē procurat, cōualescentibus & debilibus mire subuenit, cuius permixtio. &

Rosarum rubearū. ʒ. xv.	Gummi arabici.
Liquiritiæ rasæ. ʒ. vii.	Dragaganti. an. ʒ. ii. ʒ. ii.
Ligni aloes.	Nucis muscatæ.
Sandalī mazachari. i. citri. ni. an. ʒ. iii.	Cardamomi.
Cinnamomi electi. ʒ. v.	Galangæ. an. ʒ. i.
Macis.	Spicæ nardi. ʒ. ii.
Gariofilorum. an. ʒ. ii. s.	Musci. ʒ. i.
	Ambræ. ʒ. ii.

Syrupi rosati & de corticibus citri quantum sufficit, & fiat cōfēctio. dosis est. ʒ. ii.

AROMATICVM rosatū Mes. stomachū & cor confortat, humiditatem uiscerum exiccat, appetitū excitat, & digestionem cōfortat, uomitum & naueam sedat, &

Rosarum rubearū. ʒ. i. s.	Macis.
Ligni aloes. ʒ. ii. s.	Gariofilorum. an. ʒ. ii. s.
Troscorum diarodon.	Zinziberis.
Galliæ musca. an. ʒ. ii. s.	Nucis musca. an. ʒ. ii. s.
Liquiritiæ rasæ. ʒ. viii.	Heil. i. cardamomum maius.
Cinnamomi electi. ʒ. iii.	Spicæ nardi. an. ʒ. i.
Galangæ. ʒ. ii. s.	

Puluerizentur subtiliter, & cum syrupo rosato & de corticibus citri. an. ʒ. viii. aromatizando illam cum. ʒ. s. optimi musci, sed in forma solida fieri solent ut supra.

Si rosarum in aliqua compositione scriptum reperies sine determinatione est de rubeis intelligendum tanquam de melioribus & perfectioribus.

Hic & pro hac compositione, & pro ante scriptis, & infra scribendis est notandum q̄ descriptio troscorum in istis ingredientibus infra describitur in descriptionibus de troscis tantum erit.

AROMATICVM rosatū minus Mes. stomachū & cor confortans & eorum inflammationes sedans. &

Rosarum

Rosarum rubearum. 3.x. Cinnamomi electi. 3.iiii.
Ligni aloes. Mastice. 3.i. 3.i.
Sandali maffuræ. i. citri. Ambræ. 3.ii.
ni. añ. 3.ii. Musci. 3.i.

Puluerizentur subtiliter & cum syrupo ro. fiat confectio, & si in forma solida sit, ut supra diximus, inuenitur in hac cōpositione magna diuersitas literæ. aliquādo enim dicit ut in superiori annotauit, & bene litera stat. in aliquo Mes. scriptū reperitur mastice ex agium unum, & hic litera corrupta est, quia superior tenenda est.

Insuper intelligendum q̄ si in aliqua compositione scriptum reperis sandali, de sandalis citrinis est intelligendum, cum meliores sint, eo quia participant de utraq̄ natura, & quoddam medium sunt inter albos & rubeos. Si uero reperiatur sandalorum de omnibus sandalis intelligas.

Aromaticum rosatum minus, dicitur minus, quia minus simplicia intrant.

AROMATICVM muscatum Mes. confert syncopei & tremori cordis, & confortat cerebrum & cor, & confert epilepsia & præfocioni matricis, & facit oris odorem bonum, cuius permixtio. R.

Ligni aloes. 3.vii. Ambræ. 3.iii.
Darseni. i. cinnamo. fini. 3.x. Musciv. ni. 3.ii.

Puluerizentur subtiliter & cum syrupo rosato fiat confectio, si in forma solida, fac ut supra ostendi.

De musco. nota q̄ uim suam ac odorem amittit si cū speciebus aromaticis cōseruatur, seu ponitur, & uirtus sua anifusa recuperatur, si in cloaca ponatur, odorem recuperat quē amiserat ex permixtione aromaticorum, cōseruatur autem si in suo folliculo tenetur uel in ampulla uitrea, & cum eo permisceatur plumbum in parua frustra incisum, sed ab aromatis elongetur.

Medicinae simplices plures ponuntur in composita, eo quia ex his simplicibus fiat una uirtus cōmnis, quæ in nulla simplici inueniebatur.

AROMATICVM garioflatum Mes. stomachū & cor confortat, nauseam & uomitum sedat, & ualet contra putrefactionem in partibus stomachi, membra naturæ nutritionibus calefacit, uentositatem dissoluit & carminat, cuius permixtio. R.

Garioflorum. 3.vii. Heil. i. cardamomum maffuræ. 3.i.
Macis. Rosarum rubearum. 3.iiii.
Zedoaria. Liquiritiæ rasæ.
Galangæ. Gallæ muscatæ. añ. 3.ii.
Sandali mazachari. i. citri. Foli. 3.
Troscorum diarodon. Cubebæ. añ. partes. ii. 3.
Cinnamomi. unius. i. 3.ii.
Ligni aloes. Musci. 3.s.
Spicæ indæ. Ambræ. 3.i.
Piperis longi. añ. 3.i.

Puluerizentur subtiliter omnia, & cū syrupo citrino quantum sufficit, fiat confectio, si in forma solida facere uis, fac ut supra.

De folio inter doctores magna est differentia & controuersia, quidam dicunt q̄ est quædam herba nascens in aquis dulcibus absq̄ radice, & super eas natat quemadmodū lentigo aquæ, alii q̄ est arbusculum nascens in India, & folia ipsius dicunt q̄ est folium, alii uero dicunt quod sunt folia gariofli.

Partes duæ unius drachmæ sunt duo seropuli. nam diuidendo drachmam per quatuor, omnis pars erit gra. xv. & sic ter multiplicando quindecim, erunt duo seropuli. & gra. v. Cum seropulus medicinarū resuitet siue sit grana ulginti.

AROMATICVM nardinum Mes. ualet ad stomachum & epar & uiscera confortat, & renes & uescicam calefacit, & addit desiderium coeundi, oris & sudoris odorem bonum facit, & confortat anhelitum, & facit digestionem cibi, & resoluit uentositates, cuius permixtio. R.

Spicæ indæ. 3.ii. dam compositio.
Rosarum rubearū. 3.iiii. Cubebæ.
Liquiritiæ rasæ. 3.ii. s. Ligni aloes.
Gallæ musc. sebelig. i. quædam compositio. Macis.

Garioflorum. Pinearum purgatarum.
Folii indi. Amigdalorum purgatarum &
Cinnamomi. añ. 3.i. 3.i. ex corticatarum. añ. 3.v.
Seminis anisi. Dragaganti.
Corticum citri. Gummi arabici. añ. 3.ii.
Troscorum diarodon. Musci. 3.s.
añ. 3.i. 3.i.

Puluerizentur subtiliter & conficiantur cum syrupo rosato quantum sufficit, & fiat ut supra.

Purgantur pineæ, & amigdalæ hoc modo. accipiatur bacilonum sub quo fit ignis carbonum, & in eo ponatur amigdalæ & pineæ ex corticatae seu mundæ à subtili cortice, & manibus ducatur hinc & inde usq̄ quo sint bene calidæ, & illa caliditate consumitur illud dimidium corruptum. Alio etiam modo fieri potest, cum amigdalis & pineis ponantur M. iii. uel. iiii. secundum ipsorum quantitatem fursuris frumeti, & bene super dictum ignem omnia simul uolue quousq̄ bene calefacta sint, & de illo fursure amouetur illa rancitas, & puræ fiunt sine malo sapore reductæ, & hic modus melior est.

Sebeligest quædam compositio quæ describitur infra in tractatu troscorum, quæ à Mes. gallia sabelia appellatur.

Item notandum est q̄ in præscriptis compositionibus in quibus Mes. scribit, & confice cum syrupo ro. uult q̄ componatur cum iulep rosato, quia perfectior est, & magis confortatium. igitur exponas, confice cum syrupo rosa. i. factio cum aqua infusionis rosarum uel uiolearum.

ATRAMENTVM bonum pro scribendo. R. galli rupti grosso modo lib. viii. aquæ pluuialis aut uinatii lib. ix. & dimittatur galletū simul in aqua aut uino per dies quinque, postea bulliat usq̄ ad consumptionem medietatis, si est aqua, si est uinum, consumetur quarta pars, & postea dimittatur frigescere, & postea addantur Gummi arabici. lib. iiii. Vitrioli romani. lib. vi. & iterum bulliat parum, & sic fit.

ATRAMENTVM bonum factum ad solē in carne scriptum. R.

Vncia sit gallæ, media 3, sit uncia gummi.
Vitreeoli pars quarta his addas octo falerni.
Hæc tribus ad solem uitreo suspende diebus.
Noctibus & totidem sub aperto desine celo.

ACETVM squilliticum Mes. confortat gingiuam laxam & putridam, & cōfirmat dentes motos, & similiter colutio ex eo & eius potus, similiter est medicina magna fetori oris faciens ipsum odoriferum, & sanat dolorem stomachi, & adiuuat ad digestionem, & usus eius secundum omnem modum administrationis ipsius confortat corpus, cui accidit laxitas & mollificatio, & colorem bonum efficit, doctis potio aceti ipsius est añ. 3.v. usque ad 3. xii. & oxymellis eius ab aure. vi. usq̄ ad 3. iii. & troscorum eius añ. 3. ii. usq̄ ad 3. iiii. R. Laminas squillæ quæ in medio sunt, abiciendo primas & ultimas, quia uenenosæ & malæ. primæ sunt uenenosæ, quia sunt etiam multum calidæ. interiores uero sunt abiciendæ, quia mortiferæ sunt nimia frigiditate, mediæ uero sunt temperatæ. diuidenda est igitur squilla, & tot tunicae sunt ab exteriori parte abiciendæ, quot in interiori & mediæ reseruandæ. Accipe igitur de melioribus quantitate quam uolueris, & siue eas in filo cum stilo ligneo, & sit distantia inter eas, & dimitte eas siccare in umbra per dies. 40. postea incide eas in frustra cum incisario ligneo in frustra mediocria, & pone ad omnem libram dictarum corticum squillæ aceti albi & boni lib. viii. & ambo pone in uase uitreato stricti orificii & obturetur os eius, & exponatur soli per dies. 40. post illud cola, & reserua administrando ubi oportet.

Incisio & foratio squillæ cum instrumento ligneo est, ne insurgat ex ferro in ea rubigo, quam excitat sui acuitate, & ab hoc doctores dubitantes cum instrumento de ligno fieri faciunt. &c.

AQVA ad asthma secundum Rasim. R.
Ficum siccarum. 3.x. Seminis feniculi. añ. 3.v.
Dactylorum. Capilli ueneris.
Seminis apii. Liquiritiæ rasæ.

Hyssopi sicca.

Prasii. añ. 3.v.

Coquantur omnia in lib.iii. aquæ & bulliant simul usque ad consumptionem duarum partium, & coletur, & de dicta colatura da bibere. 3. liii. pro uice de summo mane loco syrapi.

A Q V A constrictiua magistralis. R.

Prunorum syluest. Sorbarum.
Cydoniorum. Granorum myrti.
Mespillarū immaturarū. Florum auedoni.
Plantaginis. añ. partes æquales, & distilla ad lambicum.

A Q V A ad oculos rubentes & lachrymantes experta & bona. R.

Zucchari albi. Vini albi clari.
Aloes epatici. añ. 3.v. Aqua rosæ.
Thutia preparata. 3.s. Aqua feniculi. añ. 3. liii.
Canfora. gra. ii.

Misce in una ampulla uitri & desuper liga peciam unam lini subtilis, & de dicta aqua asperge in oculis.

A Q V A A D inflammationem membri bona & experta. R.

Aqua plantaginis. Lithargyri subtiliter pulueris
Aqua portulacæ. zati. añ. 3. liii.
Aque vermicularis. añ. 3. ii. Canfora. gra. iii.

Misce omnia simul & balnea pluries in die cum pecia lini subtilis frusta, ubi est inflammatio.



BENEDICTA simplex Nicolai, & dicitur benedicta, quia ab omnibus à quibus sumitur benedicitur, maxime si detur habetibus infirmitates cõtra quas inueta fuit. ualet ad guttam arthriticam & podagram ex frigiditate, renes & uescicam purgat, peripleumonicos, stomatichos, epaticos curat, cuius permixtio. R.

Esula. 3. ii. Salis gemmæ.
Turbith albi & gumosi. Galange.
Zucchari albi. añ. 3. x. Macis.
Diagridii. Seminis carui.
Hermodactylo. Seminis sparagi.
Rosari rubearū. añ. 3. v. Litospermaton. i. milium solis.
Gariofilorum. Amomi.
Spica nardi. Piperis longi.
Zinziberis. Polypodii.
Crocii. Cardamomi.
Seminis petrosillii. Masticis.
Seminis apii. Seminis ameos.
Radicū saxifragiæ. añ. 3. i. Lapidis lycis. añ. 3. i.

Puluerizentur subtiliter, & cum melle colato & despusmato quantum sufficit, fiat electuarium. dosis est. 3. liii. uelque ad. 3. viii.

Benedicta dicitur ab effectu, & ab eo denominatur, quia bonum effectum inducit, unde ab omnibus sumentibus benedicitur.

Feniculi si simpliciter inuenitur de semine ipsius intelligendum est, non autem de radice, neq; de herba.

Sextaria multiplicia sunt & diuersificantur secundum diuersitatem rerum, si enim dicitur aquæ sextarium unū, tunc idem est quod lib. ii. s. Si autem unū sextarium unum, idem est quod lib. ii. 3. viii. Si uero sextarium unum clei & idem est quod lib. i. ultimo sæpe inuenitur sextarium unum mellis, & idem est quod lib. iii. quare nota has differentias, quia sæpe uidi errores contingere in compositione medicinarū, & non à uulgaribus aromatiariis.



CONDITIONUM de secacul Mesue resnes calefacit & coitum excitat, uentositatem stomachi dissoluit. Et modus operationis eius est. R. radices earum albas grossas & teneras, & radantur cortices eius cineritij, & elixentur & munden tur à uenis interioribus & incidantur in frusta, sicut est mensura pollicis, & ponatur in eius uacuitatibus arundinis frustum zinziberis

humectati, sicut dicemus in cap. de zinzibere cõdito, & grati. humectatus, & accipiantur ad omne pondus eorum mellis pondera tria. Et alij ponunt mellis pondera duo, & zucchari pondus. i. postquam coctum fuerit cum facilitate, & proficiatur super illud specierum aefanginae partes conuenientes. & dosis eius est. 3. i. uel. ii.

CONDITIONUM de acoris Mes. ualet ad egritudines cerebri & neruorum, & modus eius est, sicut secacul conditum, adduntur ad omnem partem eius secacul boni partes. ii.

CONDITIONUM de bautia Mes. ualet sicut secacul, & eius modus est sicut secacul.

CONDITIONUM de cydonis Mes. fluxum ventris & uomitum sistunt, stomachum uero confortant & digestionem.

R. Cydonia magna munda à putrefactione, & munden tur à cortice suo & granis interioribus, & incidantur in frusta conuenientia, & decoquantur cum iulep multa aquositate, & post diem unum decoquantur cum alio iulep, quod est uicinum perfectæ coctioni usq; dum perficiatur in eis de coctio, deinde aromatizentur cum musco, & ponantur in uase uitreo, & sepeliantur cum iulep in quo decocta fuerunt. Et quidam decoquunt cum melle. Et quidam cum uino cõcto decoquunt. Et quidam super condunt cum speciebus aromaticis & alia. Et q; faciunt alia.

CONDITIONUM de citro Mes. stomachum & cor confortat, & digestionem facit, & bonum oris odorem. R. Corticum citri mundatorū à corticibus suis, & proprie magnorum, sicut sunt uolæ manus, quantitatem quam uolueris, & fundatur super eos lixiuli clari quantitas, in qua submergantur, & mutetur super eos usq; ad nouem dies semel in die aqua, deinde post illud mittatur super eos aqua clara tantum, donec dulces fiant, & abscondantur amaritudo eorū, tunc uero elixentur in aqua fontium plurima in uase munito, usq; dum teneferant, deinde exprimantur donec fiat aquositas eorum, post illud infundatur super eos in uase lapideo iulep quantitas aliqua qua submergantur, & sic dimittantur per diem & noctem, & sit iulep ex zuccharo albo & aqua, quæ sit triplum ipsius, deinde coquantur cum facilitate usq; ad modum penidii, tunc uero separentur cortices citri à zuccharo, & recondantur in uase uitreato, & condiantur cū iulep rosato, cuius decoctio sit sicut nabit, ita q; una superficies sit laminarum citri, & alia iulep, & recondet & da post mensem. Et sunt qui aromatizant cum ambra & musco &c.

CONDITIONUM de zinzibere Mes. confert ad frigiditatem & stomachi molificationem, & malitiam digestionis, & corruptionem ipsius, & acetosam eruuationem, & lenitatem uiscerum, & multitudinem uentositatum, faciens cibum cito penetrare ad epar, & totum corpus & modus eius est. R. Zinziberis recentis si haberi potest uel saltem humectati partem unam, mellis boni partes tres, zucchari partem unam, coquantur sicut secacul. Et quidam accipiunt secacul & zinziberis humectati. añ. partem unam. Et sit delicatius. Et quidam super condunt cum speciebus aefanginae. Et quidam faciunt alia, modus autem humectationis eius est sicut diximus de kebulis, & proprie ut infundantur in aqua, deinde sepeliantur in arena. Et sit zinziber album munitum & recens.

CONFECTIONUM de zinzibere Mes. ualens sicut superius diximus. Accipe zucchari albi partes octo, mellis tabarzet partes quatuor, zinziberis boni puluerizati puluerizatione ultima sicut alcohol partes tres, aquæ infusionis zinziberis quantum sufficit, distemperetur zuccharum cū aqua & melle, & coquantur usq; dum sufficit, deinde proficiatur super illud puluis zinziberis, & agitur, & incorporetur cū eo & administretur.

CONDITIONUM de piris Mes. stomachum & cor confortans, & modus condiendi ea est sicut cydoniorum.

CONDITIONUM de pomis Mes. cor confortans, syn copim & cordis pulsus sedans. Et modus condiendi est sicut cydoniorum.

CONDITIONUM de persicis Mes. stomachum calidū & cor confortans, sitim reprimens, oris faectorem abscondens.

dens. Et modus condiendi est sicut cydoniorum.

CONDITVM de kebulis Mes. stomachum confortans, & appetitum prouocans, digestionem procurans, sensus & rationem uigorans, uisum clarificans, utentes eis in iuuentute conseruans. Et modus condiendi est, ut accipias ex eis humidis, si haberi possunt, uel saltem humectatis secundum artem, qua humectari possunt, quantitatem quam uolueris, & cum stilo punge eos undique, & decoque eos in aqua cum facilitate usque dum tenerescant, post hoc dimitte ipsos super tabulam, & exprime aquam illorum & submerge illos in aquam mellis, & dimitte eos per dies duos, tunc uero decoque eos igne lento cum facilitate, & postquam decocti fuerint, reconde eos in uase uitreo, & submerge eos in melle decoctionis eorum, & da post sex menses. Ars alia auxiliatur ipsos in humectando hoc modo. Infundantur in aqua plurima, & exponantur radiis solaribus per dies octo, deinde accipe uas magnum sicut dolium, uel saltem fiat fossa magna sub terra in loco humido, ubi intus multam arenam humidam pone, in qua distinctim sepeliantur, saepe accipe aquam superfundendo & innouando arenam de quinque in quinque, aut de quatuor in quatuor dies, usque dum tumescant & humectentur.

CONDITVM de mirabilibus emblicis Mes. stomachum confortans & humiditatem ipsius abscondens, & preparans ipsum preparatione qua partes & uirtutes eius aggregentur in ipsum. Et modus condiendi eos est huiusmodi. Accipere ex eis quantitatem quam uolueris, & infunde super eos aquam, & expone soli quousque tumescant, & humectentur, post exprime in aqua mellis, & dimitte per duos dies, deinde coque cum facilitate postquam cocti fuerint dimitte eos in frigidari, & adde cum melle tabarzet, sicut cum quarta parte totius, & reconde. Quidam uero super codiunt cum speciebus aromaticis, sicut est cinnamomum, & gallia, & cardamomum, crocum, muscum & similia &c.

CONDITVM de citro alio modo. Aui. in. 5. can. conueniens ad debilitatem stomachi & digerit cibum. Sumatur citrum recens, & incidatur secundum longitudinem in quatuor partes totum citrum, & mundetur interius totum acetosum, & proiciatur in liurello testeo, & infundatur ex aqua dulci clara cum sale grosso albo septem diebus donec stringat, deinde septem diebus alius sine sale, immo cum aqua donec alteretur color eius, & fit album illud quod est exterius, sicut quod est interius, & gustetur aqua tam diu, donec non sit in ea falsedo, & sumantur mellis boni pars. i. aquae partes duae secundum quantitatem quae cooperiat citrum, & proiciatur in uase, & decoquatur leni igne duabus horis, deinde tollatur ab aqua & melle, & in mane sumatur mel & ferueat, & tollatur spuma eius, & proiciatur in eo citrum, & ferueat bullitione una, & tollatur & reducatur citrum in liurello, & puluerizentur super ipsum istae medicinae ad omnes duas heminas citri, croci, & heil, & cardamomi, omnium an. aur. i. garioflorum & cinnamomi, amborum an. aur. s. Musci sexta, & medietas sextae. 3. i. Tere has medicinas, & pulueriza super citrum ex utroque latere eius, & proiciatur in uase, & proiciatur super ipsum mel, & administretur.

CONDITVM de citro descriptione ex alia Aui. 5. can. Sumatur de citris media matura & qualis superficiei longa, & scindantur in longum, & fiant de unoquoque citro quatuor frusta, & infundantur in liurello testeo nouo, & illud fit in kenini, primo quando solingreditur capricornum. Et melius quod fit de eis est in anno uehementis frigoris, quonia quanto plus congelatur super ea aqua est magis indurans ea, & sunt magis remanentia, deinde abluantur in omni die bis, postquam fricata sunt cum sale grosso, & mundificantur, & reducuntur ad aquam frigidam usquequo transeant super ea tres hebdomadae, deinde extrahantur ex aqua, & fundantur super planum aliquod ut tabula, & mundificantur cum cultello, si iam aliquid computruit ex eis, & reducuntur ad quam dulcem, & abluantur in extremitatibus diei cum facilitate, donec praetereant super ea. xl. dies, deinde extrahantur ab aqua, & abluantur ab omnibus quae adueniunt eis ex putrefactione & corrosione, & dimittantur die & nocte, do-

nec auferatur ab eis humorositas, deinde ponantur quasi in mane in uase habente latum caput, aut patella munda, & effundatur super ea tantum aquae quod ipsa cooperiat, & puluerizetur super ea de zucharo contrito quantum est tertia pondus citrorum, & decoquantur igne leni, & misceantur cum spatula, deinde extrahantur, & abstergantur, & mundificantur, & ponantur super planum ut est tabula, & dimittantur duobus diebus continuis, deinde reducuntur ad patellam & proiciantur super ea de zucharo quantum est medietas ponderis citrorum & aquae, quae cooperiat ea, & si superfluat quatuor digitis coniunctis decoquantur lento igne sicut coxisti ea prius, & caue in hoc ne corrumpantur in igne, quoniam sunt debilliora eorum quae condarentur. Et sit mensura & intellectus tuus totus ad ea, quia ignem accendis sub eis, ut sit ignis lenis & quietus. Deinde extrahantur & expandantur super tabulam, & dimittantur tribus diebus continuis & noctibus suis, & a die quarto mundentur & mundificantur cum capite cultelli, & reducuntur ad uas, & fundatur super ea mellis colati quantitas quae cooperiat ea, & superfluat quatuor digitis, & decoquantur lento igne quinque horis aut sex, donec uideatur mel egredi super illud quod apparet de citro sicut similitudo margaritarum, & ingrossetur mel in grossatione aliqua, deinde auferantur ab igne & infrigidentur, & sumantur spicae, & gariofli, & cinnamomi, & zinziberis, & cardamomi, & macropiperis, & girboae, omnium an. pars. i. & sit pondus omnium quantitas medietatis decimae ponderis citrorum. Et est ut sint duo sextaria pro unaquaque hemina citrorum, & terantur grosse & ponantur in uase uiridi uitriato, & puluerizentur in eo res parua de medicina, & fundantur desuper citra quantitatem tunicae unius, deinde puluerizentur super ea medicinae, & fiat cum eis ita donec compleantur ambo simul, deinde fundantur super ea in patella de reliquiis mellis, donec cooperiat ea, & superfluat quatuor digitis, & stringatur caput uasis, & ponatur in loco, in quo non adueniat ei frigus, neque humorositas. Et scias quod signum maturitatis citri est eius submersio in liurello sub aqua &c.

CYDONIA condita. 5. can. Aui. quae conueniunt ad confortandum stomachum, & stringunt naturam, & ad malitiam digestionis & uomitum propter causam oris stomachi. Sumantur cydonia bona magna, & mundentur interius, & excorticentur & incidantur in frusta, & decoquantur cum aqua & melle, & sint aquae partes. ii. & mellis pars. i. Quidam uero decoquant ea cum uino & melle, & est melior operatio, & infrigidentur, & in die secundo decoquantur cum melle solo, deinde expandantur in liurello, & puluerizentur super ea medicinae praedictae in citris, & fundatur super ea mel, & feruetur.

CYDONIA condita ex alia descriptione, quae conferunt ad debilitatem stomachi & solutionem uentris. Sumantur de cydoniis matura, & incidantur in quatuor frusta, & mundentur quod est in interiore parte eorum ex granis, & abstergantur interiora eorum cum mantili de lino, & fundantur super ea mellis pars. i. & aquae partes quatuor cum quantitate quae cooperiat cydonia, & ferueant duabus ebullitionibus aut tribus, deinde colentur & reducuntur ad uas, & fundantur super ea mellis despumati pars. i. & aquae pars. i. & bulliant ebullitionibus duabus aut tribus, deinde colentur & expandantur super planum aliquod, ut est tabula, & dimittantur, donec exiccetur quod in eis est de humorositate, detur de abstergantur & reducuntur ad uas, & fundatur super ea mellis quantitas quae submergat ea, & emineat quatuor digitis coniunctis, & ebulliant ebullitione una, & puluerizentur super ea species quas diximus in operatione citrorum, & ponantur in uase uitreato uiridi, & oppiletur stricte caput eius, quidam uero medici non proiciunt super ea de speciebus nisi de cardamomo, & garioflis, & crocum.

CONDITVM de cucurbitis magistrale, quae conueniunt stomachis calidis, & sitim extinguunt. Accipe cucurbitas longas natas uersus ortum solis non nimis teneras nec nimis duras, & rade corticem earum desuper, & incide in frusta magna sicut palma manus, & munda molliscula interius,

& postea infunde eas in aqua feruentissima per nouem dies & noctes semper mutando quotidie aquam feruentissimam semel in die, postea accipe dictas cucurbitas, & pone in melle colato & despumato, aut zucharum album clarificatum non nimis calidum, & ibi dimittas per octo dies, & postea permuta in alio melle colato & despumato, aut zucharo clarificato, & sit bene coctum sicut iulep, & caue qd mel aut zucharum non remaneat aquosum, & ponantur in uase uitreato & cooperiatur os eius. Et sunt aliqui qui aromatizant cum speciebus aromaticis, aut musco &c.

CORNELINA confectio delectabilis & multum constrictiua, & sit sicut marenatum nec plus nec minus, tam in forma solida qm in forma zely.

CONFECTIO hamech primę descriptionis Mef. quę in usu est. ualet omni passioni quę fit ex cholera & hegmate falso, quę est sicut impetigo scabris lepra, cancer corrosus & similia, & est confectio medicaminis & medicina sublimis iuuamenti, cuius permixtio. R.

Mirabolanoꝝ citrinorū.	Polypodii uiridis. an. ʒ. xviii.
Mirabolanoꝝ kebulorū.	Abinthii.
Mirabolanoꝝ indorū.	Assæ. i. thimus.
Reubarbari electi. an. ʒ. ii.	Folliculorum se. an. ʒ. viii. in alia. ʒ. vi.
Agarici albi.	Succi fumiterræ. lib. i.
Coloquintidæ interioris albæ.	Prunorum numero. lx. Passularum. ʒ. vi.

Infundantur hæc omnia in aqua cafei quantitate sufficiens, & ponantur in uase uitreo stricti orificii, & obturetur os eius & dimittatur per dies quinque, deinde bulliant ebullitione una postmodum coletur, & in tali colatura addantur.

Tamarindorum. ʒ. v.	Tereniabin. i. manna. ʒ. ii.
---------------------	------------------------------

Fricentur manibus, & dissoluantur cum decoctione prædicta, deinde coletur, & proiciantur super istis.

Zuchari lib. i. s.	Scamoneæ. ʒ. i. s.
--------------------	--------------------

Et hæc omnia simul coquantur, donec habeat spissitudinem mellis, deinde puluerizentur super illud.

Mirabolanoꝝ citrinorū.	Reubarbari.
Mirabolanoꝝ kebulorū.	Seminis fumiterræ. an. ʒ. iii.
Mirabolanoꝝ indorū.	Seminis anisi.
an. ʒ. iiii.	Spicæ indæ. an. ʒ. ii.
Mirabolanoꝝ emblico.	Dosis eius est. ʒ. ii. usque ad aure.
Mirabolanoꝝ bellerico.	re. ii.

Tereniabin est species manna, quę apud nos non reperitur, sed loco ipsius accipimus mannam. est enim tereniabin ros quę de nocte cadit in quibusdam partibus egypti super frondes aliquarum arborum, & sic colligatur, ut habetur in sacra scriptura, Exodi in cap. i. 6.

In ista confectioe intelligendum est, qd auctor coquit scamoneam, ut amoueat malitiam eius, eo quia non est præparata, qd si præparata esset, non deberet decoqui, sed reseruari secundum canonem medicinæ, deinde puluerizare eam grosso modo, & cum aliis rebus puluerizatis apponi, qd si decoqueretur, uirtus solutiua ipsius deperderetur.

Incidenter de aqua lactis hic intelligendum qd ponitur aqua lactis ca præ, qd melior est &c.

CONFECTIO de manna Mef. de mente Galeni est medicina nobilis operationis & bonæ. solutione enim efficit facilem, & educit choleram citrinam sine molestia, & ualet ad ægrotudines factas ex ea & est medicina delectabilis boni saporis, cuius permixtio. R.

Mannę purę & recentis. lib. i.	Scamoneæ antiochiæ. ʒ. i.
--------------------------------	---------------------------

Dissoluatur manna cum succo rosarum rubearum, & sit succi quantitas conueniens circiter lib. i. & coquatur cum facilitate, donec habuerit sufficientem coctionem, deinde pone super illud mastice. ʒ. iii. & da. ʒ. iiii. Inquit Gal. ostendit compositio huius medicinæ nobilitatem eius. est enim composita ex partibus conuenientibus complexionem & proprietate. Tereniabin syracost & manna inter se differunt, nec est manna ut quidam dicunt in uno differunt & secundum patriam & secundum locum in quem cadunt, & secundum uirtutem & complexionem. syracost enim & tereniabin calidiores & humidiores sunt manna, sed quia ad nos nõ por-

tantur, ideo ipsorum loco ponimus mannam. Quidam doctores uolunt qd diagridium & non scamonea hoc in loco ponatur. Sed sua semper pace salua, si poneretur & decoqueretur, uirtus solutiua ferē in totum deperderetur. coctio enim est præparatio dictæ scamoneæ, quia illa non diagridium est ponendum.

CONFECTIO de storace magistralis illa Mef. & Nicolai non est in usu propter opium. ualet enim & confert ad superabundantem fluxum cholericum uētris, & hegmatitis, & ad tenasmon factū à frigiditate, cuius permixtio. R. Passularū electarū & ulti Cinnamomi electi. ʒ. i. s. me contritarum. ʒ. i. Storacis calamitæ. ʒ. v. Liquiritiæ rasæ. ʒ. vi. Boli armeni loti & præparati. ʒ. iii.

Ligni aloes. Nucis muscatę. an. ʒ. i. s. Puluerizentur subtiliter omnia & cum zuchari. ʒ. xv. dissoluti in aqua betonica & foliorum uiolarum fiat confectio in morfellis.

Confectio enim nihil aliud est qm compositio diuersorū. Modus lauandi & præparandi bolum armenum talis est. Accipe de eo quantitatem quam uolueris, & tere subtiliter postea infundatur super eum quantitas aquę rosata qua irroretur, deinde in uapori permittatur exiccari, & iterum post exiccationem conteratur, & aqua rosata irroretur, & ter ut primo hoc fiat, postea reserua, illud enim dicitur lotum & præparatum. Storacis simpliciter si scriptum reperietur, de storace calamita intelligendum est.

CONFECTIO de cinnamomo Mef. quę est medicina sana & experta ad humorositatem stomachi & putrefactionem in eo, hegma digerit, & digestionem attrahit. R.

Cinamomi subtilis & electi. ʒ. xv.	Zinziberis.
Darseni, idest cinnamomi grossi.	Heil. i. cardamomum minus & est melegeta.
Cimini.	Macis.
Radicum enule. an. ʒ. iiii.	Nucis muscatę.
Galangæ. ʒ. iiii.	Ligni aloes. an. ʒ. iiii.
Gariofilorum.	Croc. ʒ. i.
Piperis longi.	Zuchari tabarzet. i. al. ʒ. v.
Cardamomi. an. ʒ. iiii.	Musci. ʒ. i. partes duas. i. ʒ. ii.

Puluerizentur subtiliter omnia. Mellis despumati & colati quantum sufficit, & fiat confectio in forma solida ut supra tibi ostensum est. Confectio hæc licet in usu non sit, tamē quia in ea aromatarii solent dubitare, igitur nota qd cum in una compositione scriptum reperies darseni per se semper debes apponere cinnamomum electum, si uero & darseni & cinnamomi, ut in superiori, uidiſti utriq; .s. subtile & grossum est ponendum, nec auscultes illos dicentes, qd per darseni intelligitur Macis. hæc. n. opinio reprobata est à Christo phoro de honestis super Mef. Secundo est intelligendū qd cū reperis in una recepta heil per se, de cardamomo maiori semper est intelligendum, si uero cardamomum per se reperiat, etiam de maiori est intelligendum, si uero ambo reperiantur, ut in superiori, & maiorem & minorem debes apponere, non autem gariofilos ut quidam dicunt.

CASSIA fistulatum pro clysteri magistrale, ualet ad mundificandum sanguinem & compescit omnem acuitatē, & sedat sitim, & mundificat stomachum, & educit cholera, & hegma, & operatur sine nocumento, & resoluit apostemata, & confert calefactioni, cuius permixtio. R. Florum uiolarum. Bletarum. Matrū uiolarum. i. herba. Parietariæ. an. M. i. Maluarum. Abinthii romani Manipulū. s. Mercurialis. an. M. i.

Omnium uiridium, fiat ex his decoctio in sufficienti quantitate aquę, postea coletur manibus exprimēdo, de qua colatura dissoluatur cassiæ extracta lib. i. mellis electi lib. s. & coquatur usq; ad consumptionem decoctionis, & reseruetur. Herba omnes præscriptæ, ex quibus decoctio hæc fieri debet, uirides esse debent, eo quia sunt magis lenitiuæ, si uero haberi non possint, sicca ponantur. De abinthio nota qd ipsum diuersificatur secundum diuersitatem loci & patriæ,

AROMATARIORVM

patriæ in quibus oritur, ideo quando dicitur, & reperitur in receptis absinthii romani, hoc est, quia illud est melius aliis. una tamen & eadem est species, sed quia illud haberi nõ potest, eligatur illud quod in montibus & locis saxosis oritur, quia melius est q̄ qui nascitur in locis humidis & umbrosis, & colligi debet in mēse Iulii, & in umbra excicari. Inter enema & clystere differentia est. nam clystere est instrumentum, quo decoctio in intestinis impellitur, enema autem est ipsa decoctio, & medicina quæ iniicitur.

CASSIA fistulatū de melle & de zuccharo sic fit. *R.*
 Prunorum numero. xxx. Seminis anisi. an. ʒ. ii.
 Violarum. Medullæ castiæ. lib. ii. s.
 Tamarindorum. Mellis lib. iii. s.
 Et fiat electuarium, & ad faciendum de zuccharo loco mel-
 lis accipe zucchari candidi. ʒ. iii.
 Mannæ electæ. ʒ. ii.

Et nota q̄ decoctio debet fieri de prunis uiolis & anisi
 supra scriptis.

CASSIA fistulatum alia magistralis ualet, cuius per-
 mixtio. *R.*
 Pulpæ castiæ. Tamarindorum. ʒ. vi.
 Pulpæ prunorum damasce- Mellis. lib. iii.
 norum an. lib. i.

Cassia & Tamarindi dissoluuntur cu decoctione malua-
 rum, matrum uiolarum, & mercurialis, in quo sint coctæ pru-
 norum damascenorum quantum sufficit.

CODOGNATA de zuccharo sine speciebus sic
 fit. ualet sumentibus ante cibum ad confortandum & fortifi-
 candum stomachum, & fumendo post cibum ad restringen-
 dum fluxum, sumentibus per horam ante cibum, & similiter
 post cibum immediate. *R.* Poma cydonia à cortice supe-
 riori & ab anima interiori mundata, & cum paucio uino uer-
 milio antiquo cocta, & in magdaleones reducta. lib. viii.
 Zucchari boni & clarificati. lib. vi.

Et q̄ sit ab aqua cõsumati misce & coquantur omnia simul,
 semper agitando cum spatula, donec cocta sint & serua. hæc
 est enim uera dosis zucchari, quæ in codognata apponenda
 est, alii ponunt æqualem, sed prima melior est, & debet stan-
 gezari cum baculo super ignem hinc & inde, usquequo co-
 cta sit.

CONDITVM de cydoniis cum perlis magistrale,
 stomachum & cor confortat, & fortificat, & uentrem strin-
 git mirabiliter, cuius permixtio. *R.*

Seminis coriandrorum præ Margaritarum non præfora-
 paratorum. tarum. ʒ. i.
 Radicum cyperi. Zucchari albi. lib. ii.
 Cinnamomi fini. an. ʒ. i.

Et fiat confectio in forma manus christi cum uino cydo-
 niorum.

CEROTVM Galeni emendans uitia stomachi, Mes-
 stomachum confortat, quæ ex frigiditate sunt preparans &
 confortans appetitum & digestionem cibi, & confortans
 epar, & sedans dolorem eorum. *R.*

Rosarum rubeorum. Tere subtiliter & accipe ce-
 Foliorum absinthii sicci. ræ nouæ. ʒ. iii.
 Mastice. an. ʒ. xx. Olei rosati. lib. i. ʒ. vi.
 Spicæ indæ. ʒ. x.

Dissoluantur oleum & cera ad ignem, & lauatur lauatio-
 nibus pluribus cum aqua rosata, deinde iterum lauatur cum
 uino uermilio ueteri, & succo cydoniorum, & paucio aceti,
 deinde misce cum speciebus supra scriptis.

CEROTVM hyssopi descriptione filagri, Mes. ex-
 pertum ad dolorem splenis, stomachi, & epatis, & duritiam
 in eis, & dolorem matricum, & apostemata in eis linitum ex-
 terius, uel etiam suppositum in lana, & ualet ad durities &
 nodositates quæ sunt in ipsis, cuius permixtio. *R.*

Croci. ʒ. v. Cera citrinæ. lib. i.
 Bdellii. Terbentina. ʒ. i. s.
 Mastice. Medullæ cruris uacæ.
 Armoniæ. Adipis anseris. an. ʒ. xv.
 Aloes. Hyssopi humidæ. lib. i. ʒ. vi.
 Storcis liquidæ. an. ʒ. viii.

Bdellium aromaticum & aloes dissoluantur in aqua infu-
 sionis fœnigræci, & fiorum camomillæ, & cum cæteris fiat
 cerotum, & post filagrum addiderunt expressionis squillæ.
 ʒ. iii. Olibani. ʒ. i. Sepi uituli. ʒ. xv. in alio ceræ nouæ. lib. i. mi-
 nus quarta, & est conuenientius.

CEROTVM oxytocici secundum Nicolaum maio-
 rem in antidotario, ualet ad fracturas costarum, fracturas os-
 sum, & mirabiliter confortat ratificat. *R.*

Croci. Armoniæ.
 Picis naualis. Myrrha.
 Colosonia. i. picis græcæ. Olibani.
 Cera citrinæ. an. ʒ. iiii. Aloes.
 Terbentina. Mastice. an. ʒ. i. s.
 Galbani. an. ʒ. i. s.

Cõficiatur sic. galbanū & aromaticū aliquantulū cõtusum
 ponat in aceto p̄ diē & noctē, mane uero ponatur ad ignē
 usq̄ ad liquefactionē diuidēdo, post liquefactionē colet, &
 ite coquat, usq̄ quo acetū cõsumat, & tūc addant pix naua-
 lis liquefacta & colata, cera colosonia, & terbentina, & inter
 uallo factō ponantur mastix, olibanū, myrrha, & aloes, semp
 cū spatula agitando, ad ultimū cū coctū fuerit in aqua frigida
 ponat, & extractū ab aqua manibus exprimat, ut tota
 aqua exeat, & super marmor unctum oleo laurino puluere
 croci superpositū malaxet, & factis magdaleonibus reserue-
 tur. De croco hoc in ceroto à uariis diuersimode ponit,
 quidā post perfectam coctionem, & postquam amotum est
 ab igne, crocus intus ponunt, & cum aliis rebus bene incor-
 porant, & modus iste magis doctoribus laudatur, alii uero
 supra dicto modo faciunt, nec inutilis est.

CEROTVM p̄ costis magistrale, cuius pmixtio. *R.*

Mastice. Cera noua.
 Galbani. Absinthii.
 Oppoponaci. Seminis fœnigræci.
 Serapini. Florum camomillæ. an. ʒ. i.
 Armoniæ. Croci. ʒ. iii.
 Thuris. Mucillaginis fœnigræci.
 Picis naualis. Mucillaginis seminis lini.
 Hyssopi humidæ. an. ʒ. ii. Mucillaginis altheæ. an. ʒ.
 Terbentina. ʒ. i. ii. ʒ. iii.

Misce, & ex his fiat cerotū, dissoluēdo prius gummas in
 aqua decoctionis altheæ fœnigræci & seminis lini, pulueri-
 zando etiam puluerizanda, reducantur ad formam ceroti.

Camomillæ si simpliciter scribatur, uel scriptū reperitur,
 semper de flore est intelligendum.

Mucillago altheæ si simpliciter scribitur, uel scriptum re-
 peritur, de radice facienda est, ut doctores uolunt.

CEROTVM hyssopi descriptione. Pauli, Mes. ualet
 ut diximus in descriptione filagri cerotū, cuius pmixtio. *R.*

Armoniæ. ʒ. x. Aloes.
 Bdellii. ʒ. v. Olibani. an. ʒ. ii. s.
 Sigea, idest storcis liquidæ. Cera noua. ʒ. iii. s.
 ʒ. iiii. Sepi uituli.
 Croci. ʒ. i. s. Medullæ uituli. an. ʒ. ii.
 Mastice. ʒ. ii. s. Hyssopi humidæ. ʒ. xl.

Ireleon. i. olei nardini quantum sufficit & fiat cerotum.

CEROTVM pro renibus magistrale, repertum utile
 atq; mirabile ad prohibendū abortum in muliere pregnate.
 uidē de eo utilia experimēta, & maxime in illustrissima nūc
 quondā Comitissa Brixia in partibus ultramontanis uxore
 illustris uiri Philippi domini de Sabaudia, q̄ habuit duos ab-
 ortus, & approximato ceroto aliquo suo tēpore portauit,
 & illo semel relicto iterū ad abortum uenit, in multisq; aliis
 matronis & mulierib. illud ualde operauit, cui⁹ pmixtio. *R.*

Mastice electi. ʒ. i. Corallorum rubeorum.
 Laudani. ʒ. vi. Sandalorum.
 Cera citrinæ. ʒ. iiii. Menthæ siccæ.
 Radicum bistortæ. Seminis coriandrorum præ-
 Nucum cupressi. paratorum.
 Succu hypoquistidos. Galliæ muscatæ.
 Acatiæ. Terræ sigillatæ. an. ʒ. ii.
 Sanguinis draconis. Olei oliuarum completæ.
 Rosarū rubeorum. an. ʒ. ii. rum. lib. iii.

The. aroma.

T H E S A U R V S

Puluerizentur puluerizanda, & fiat cerotum in bona forma & q̄ sit tenax, & si nō est tenax, addatur parū terbetinā.

Cerotum dicitur à cera, quia omne cerotum recipit cerā, uel aliquid loco ceræ, & est quoddā mediū inter unguentū & emplastrū, sp̄s. sius unguento, & liquabilius emplastro.

C E R O T V M pro crepatis Gentilis in suis consiliis consilio primo præciosissimum & expertum, & est in usu diuersis partibus, cuius permixtio. R.

- | | |
|----------------------------|------------------------------|
| Picis liquidæ. | Consolidæ maioris. |
| Colofoniæ. i. picis græcæ. | Consolidæ minoris. añ. 3. i. |
| Ceræ citrinæ. | Gallarum. |
| Aristolochiæ longæ. | Nucum cupressi. |
| Aristolochiæ rotundæ. | Boli armeni. |
| Vermium terrestrium. | Succi hypoquistidos. |
| Aloes. añ. 3. iiii. | Mummia. añ. 3. vi. |
| Lithargyri aurei. | Thuris. |
| Armoniæ. | Visci quercini. |
| Oppoponaci. | Lapidis hæmatitis. |
| Galbani. | Olibani. |
| Masticis. | Gipsi. |
| Bdelli. | Myrrhæ. añ. 3. iiii. |
| Sumach. | Sanguinis draconis. 3. vii. |
| Terbentinæ. | Sanguinis humani. lib. ii. |
| Serapini. añ. 3. i. | |

Confice sic. Accipe pellem arietinam cū pilis inde remotis, coquatur in aqua tam diu, donec tota liqueat, & postea permittite aquam in frigidari & residere, deinde accipe species bene tritas & cribellatas, & gumma prius tantum dissoluantur in aceto fortissimo, quæ dissolutæ sanguine commisceantur, & hæc omnia permisce in colatura aquæ pellis arietis in cacabo, & fac ut simul bulliant, donec ad nigredinem & formam ceroti ueniant, & utere. Sanguis humanus debet extrahi ab homine sano, sanæ complexionis, & post extractionem debet in ceroto illico poni, eo quia longæ ipsius extractio corruptionem inducit.

C E R O T V M de mucilagibus magistrale, ualet ad mollicandum, resoluendum, maturandum omnē duritiā & inflationem, & est expertum. R.

- | | |
|--------------------------------------|--|
| Mucilaginis althææ. | Fæcis olei linosæ. 3. iiii. |
| Mucilaginis fœnigræci. | Lithargyri. |
| Mucilaginis feminis lini. añ. 3. vi. | Terbentinæ. añ. 3. iiii. |
| Bdelli. | Storacis liquidæ. 3. ii. |
| Armoniæ. | Picis naualis. 3. iiii. |
| Oppoponaci. añ. 3. ii. | Ceræ nouæ. lib. ii. |
| Olei de lilio. 3. iiii. | Medullæ bouis, uel sæpi castri. 3. iiii. |

Puluerizentur puluerizanda, & ex his fit cerotum in bona forma. Nota q̄ quando storax simpliciter reperitur, de calamita est intelligendum, cum melior sit aliis speciebus, nam calamita idem est quod bona gutta, à calos quod est bonum & mitos quod est gutta, ex his completur.

C E R O T V M aliud ad crepatis de pelle arietina secundum Rainaldum de uilla noua in libro secundo in capitulo de crepatura. capitulo trigesimo, & multum in usu, cuius permixtio. R.

- | | |
|--|--|
| Lithargyri aurei. | Ceræ albæ. |
| Opii. | Ceræ rubæ. añ. 3. i. |
| Sedenengi. i. lapis hæmatitis, siue sanguinaris. | Radicum cōsolidæ maioris. |
| Sanguinis draconis. | Radicum cōsolidæ medianæ. |
| Boli armeni. | Radicum consolidæ minoris. añ. 3. iiii. |
| Masticis. | Rosarum rubearum. |
| Armoniæ. | Myrrhæ. |
| Mummia. | Aloes. añ. gra. xv. |
| Galbani. | Pallæ marinæ. i. balæ maris ne combustæ. |
| Thuris. | Gallæ. |
| Costi. | Balaustrarum. |
| Lumbricorum terrestrium. añ. 3. s. | Aristolochiæ rotundæ. añ. 3. vi. |
| Picis naualis usualis. | Visci quercini. 3. ii. |
| Picis græcæ. i. colofoniæ. añ. 3. i. | Sanguinis hois rufi. 3. ix. |

Conficiatur hoc modo. Accipe pellem unā hædinā uel

arietinam cū omnibus pilis suis, & decoquatur quasi bullitudo per totū diem, quousq̄ tota liquefacta sit, & fiat sicut colla, & parum uel nihil de aqua ibi remaneat, deinde ex illa aqua accipe lib. i. optime cū staminia uel panno colatam, & adde cū eo uiscum quercinū, & in olla noua lento igne fac liquefieri & bullire, & cū baculo semper & continue ducas, aut per aliū ducere facias, deinde lumbricos terrestres post ceram & picem addas, deinde adde terbentinā. i. gummi albotin. 3. ii. postea colofoniā, masticē, myrrham, armoniacum, & galbanum adde, & liquefac simul, & cū baculo semper ducantur. & signum quando erit coctum est, q̄ ponatur una gutta ex eo super lapidem marmoreum, seu super cullum oleo undum, quod cū in frigidatum fuerit si malaxetur, & optime coaguletur, tunc signum est perfecta coctionis, sin autem lento igne bulliat, & fiat & usui reserua in pelle pecorina uel arietina. Et istud cerotum est illud quo generaliter utuntur doctores sub nomine ceroti ad crepatis, uel sub nomine ceroti cum pelle arietina. Ibi Rainaldus dicit, q̄ crepatura accidit sæpe in mulieribus & robustis uiris, qui uolunt nimis saltare uel currere, uel maxima pondera portare, uel petras grossissimas iactare, uel eas uiriliter eleuare, uel ex nimio & alto clamore. Et Bartholomeus Montagnana in suo antidotario habet unum emplastrum usuale pro crepatis, sed idem non est uerum differunt parum, de quo infra. Gentilis in suis consiliis in consilio primo habet unam descriptionem de super istud scriptam prout patet, sed non est eadem, sed ista est plus in usu.

C E R O T V M de laudano magistrale, ualet ad stomachum & omnia membra mirabiliter. R.

- | | |
|--------------------------|-------------------------------|
| Mnethæ sicca. | Cyperus. |
| Rosarum rubearum. | Calami aromatici. |
| Abinthii sicci. | Olibani. |
| Ligni aloes. | Aloes. |
| Masticis. | Myrrhæ. |
| Cinnamomi. | Corallorū rubeorū. añ. 3. i. |
| Spicæ nardi. | Zedoaria. |
| Myrsinorum. añ. 3. iiii. | Terræ sigillatæ. |
| Cariofilorum. | Abrotani. |
| Galangæ. | Centonici. |
| Nucis muscatæ. | Cétauræ maioris. añ. 3. i. s. |
| Macis. | Ladani boni. 3. viii. |
| Zinziberis. | Ceræ citrinæ. lib. ii. |
| Gallæ muscatæ. | Terebentinæ. 3. viii. |
| Costi. añ. 3. ii. s. | |

Liquefiant terbentina, & cera, & laudanum, simul, & deinde supra scriptæ species simul apponantur. Aliquando reperies scriptum menthæ sicca & abinthii sicci. & aliquando do menthæ & abinthii simpliciter. Quæreret aliquis quid in diuersitate dicta est faciendum. In hoc dico quod auctores semper intelligunt de ipsis siccis, quamuis aliquando nō exprimant, & aliquando sic. & propter expositionem uolunt postmodum intelligere de succis, & ideo expresserunt in aliquibus menthæ uel abinthii sicci id q̄ uolunt, q̄ tu in cæteris intelligas, nā quādo uolunt dictarū humiditate herbarū dicunt succi menthæ uel succi abinthii. quare bene &c.

DIACHYLON magnum Mes. siue rotum, q̄ ambo appellantur emplastrū, uerum quia communiter fit ad formam ceroti, ideo in eorum summa ponam, ualet ad resoluendum & ad maturandū omnem duritiem & inflationem, & est expertum, cuius permixtio. R.

- | | |
|--------------------------------------|--------------------------------|
| Lithargyri subtiliter triti. lib. i. | Mucilaginis feminis fœnigræci. |
| Olei irini. | Mucilaginis ficuum pinguium. |
| Olei camomillæ. | Mucilaginis passularum. |
| Olei aneti. añ. 3. viii. | Succi ieros. añ. 3. xii. s. |
| Mucilaginis feminis lini. 3. xii. s. | Terbentinæ. 3. iiii. |
| Succi squillæ. | Raxæ pini. |
| Hyssopi humidæ. | Ceræ citrinæ. añ. 3. ii. |
| Glutinis alchanach. añ. 3. xii. s. | Confice |

Confice hoc modo. Accipe lithargyrium & suprascripta olea, & diu in mortario lapideo cum pistello ferreo cōquasentur, & elaboretur in eorum conuassatione per mediam horam saltem, deinde bulliant super ignem cum facilitate semper, & incusant agitando cum spatula donec coaguletur lithargyrium, tunc deponatur ab igne & permittatur infrigidari, deinde accipe mucilagines, glutē, succum, & hyssopū humidū, terbētīnā, & inter eos aliquā ebullitione bulliāt, deinde in mortario cū lithargyrio & oleis prædicta ponatur, & cū pistello tātū cōquassentur donec cōdecēs fiat eorū pmixtio. Tūc itē oīa reponatur sup ignē, & cera adita tantū cōquatur, q̄ ad debitā formā ueniāt. q̄ habeāt solidiorē cōtione, qualiter habere debet unguētū, & nihil ultra ne aduratur. Istud emplastrū est in usu, maxime secū dū istā descriptionē ipse aut Mes. intitulat hoc emplastrū diachylon, sed secundū modernorum opinionē debet dicere diachylon. i. cōpositio facta ex mucilagibus & succis, & propter hoc à multis dicitur cerotū de mucilagibus sine gūmis, aut diachylon sine gūmis. & sic si bene legis expositores nostrorū doctorum uidebis quod emplastrum diachylon magnum, & cerotum de mucilagibus & unguentum diachylon sine gummis idē sunt, & qui nō credit uideat in antidotario 10. serap. quod dicit unguentum de mucilagibus, & est diachylon, idē dicit Gentilis super. 5. Aut. magister Petrus Argillata in cap. de scrophulis ponit unguentū diachylon, qd idem est, & ibi docet ipsum conficere cum gummis: de quo infra. supra est positum unguentum de mucilagibus ex auctoritate Bartholomei Montagnanæ, quod potest fieri pro diachylon sine gummis. Scias autem q̄ generaliter aromatarii maxime apud nos faciunt emplastra in forma molli, & cerota in forma solida, de quo aromatarii Neapolitani admirantur, quia ipsi faciunt contrarium. nam emplastra faciūt in forma dura, & cerota in forma molli. Leonardus de predapalea in cap. de ulceribus profundis ponit emplastrū diaphanicon descriptione Alexandri sed dicitur emplastrum. i. dura confectio, eadem est opinio Nicolī.

Gluten alchanach, siue alchamach, siue alazanach quid sit generaliter ignoratur, uere nunquam uidi nec audiui ab aliquo uidisse auctore authenticū de eo mentionē facere, uerū scdm cōsuetudinē aromatariorū est colla pisciū, qd non nego nec affirmo. Certe in partibus Romæ dictū fuit q̄ in re ueritate gluten alchanac est quidā uiscus, qui reperitur in arabis super arbore affæ fatidæ, tamen deus scit. Magister Petrus de Argillata, qui sæpe & sapius utitur isto unguento, quod ipse describit in cap. allegato, ibi loco glutinis alchanac ponit uiscum, cum quo capiuntur aues, sed nos intelligimus uiscum quercinum, quod conuenit in isto casu, tamen non affirmo quid sit generaliter, loco eius ponitur colla piscium, sed intentio nostrorum chyrgicorum uiscus quercinus etiam ualet. Si autem facere uolueris unguētum diachylon, seu emplastrum de mucilagibus cum gummis, oportet facere ut docet magister Petrus Argillata in cap. allegato. ubi sic ait in fine descriptionis dicens, conficiatur sicut ipse Mesue docet in antidotario, & si cum istis addatur bdelium, armoniacum, & serapinum, an. ʒ. i. erit diachylon gummatum siue cum gummis, tu uero scias si ponas supra unguentum diachylon sine gummis aut cerotum de mucilagibus sine gummis illas tres gummas quas nominoui, tunc erit diachylon cum gummis.

DIACHYLON minus Mes. siue cerotum dissoluens & maturans tumores à caliditate factos, & apostemata calida, cuius permixtio. R.
Mucilaginis foenigræci. Lithargyrii subtilissime puluerizati. ʒ. i. s.
Mucilaginis se. lini. an. ʒ. i. Olei camomillæ.
Mucilaginis althææ. ʒ. i. Olei irini. an. ʒ. i. s.
Fiat dicti mucilagines in aqua decoctionis melliloti. R.

Accipe ergo olea, lithargyrium, & pulueriza ireos, & diu in mortario agitentur ut tibi ostendi in alio, facias commemorando quod coctio sit inter unguentum & cerotum.

In omni compositione in qua intrant lithargyrium & mu-

cilagines post coctionem lithargyrii cum oleo antequā mucilagines ponantur, semper debemus expectare infrigidationem uel saltem tepescationem olei, in quo est lithargyrium. si enim ipsis feruentibus apponerentur mucilagines, adeo excrescerent super captiā, q̄ maior pars in ignē p̄deteretur, & hoc sæpe uidi cōtingere famulis aromatariorū nō expertis, & etiam multis qui se magistros esse dicebant.

DIACHYLON paruum Mes. maturans & dissoluens tumores caliditate factos, & apostemata calida. R.
Lithargyrii. ʒ. vi. ʒ. i. s.
Olei ueteris clari. lib. i. Mucilaginis seminis lini.
Mucilaginis psyllii. ʒ. iiii. Mucilaginis radicum maluar.
Mucilaginis iusquiami. an. ʒ. i. Et eius operatio est sicut operatio alterius.

DECOCTIO communis sic fit. R.
Prunorum. Liquiritiæ rasæ.
Tamarindorum. Ordei mundi. an. partes
Passularum. æquales.
Violarum.

Bulliant hæc omnia in aqua infusionis quantitatis sufficientis secundum artem, deinde coletur & referuetur.

DECOCTIO pectoralis magistralis sic fit, cuius permixtio. R.

Hyssopi sicca. Passularum.
Capillorum ueneris. Ordei mundi.
Ficum. Liquiritiæ rasæ. an. partes
Dactylorum. æquales.
Sebesten.

Bulliant hæc in aqua quantitatis sufficientis secundum artem & coletur & seruetur.

In hac decoctione sunt aliqui, qui addunt ireos, sed q̄ p̄ pectoralis sit, ego non laudo illum apponēdū esse propter eius horribilitatem & malum saporem.

Decoctiones istæ & omnes aliæ per tres uel quatuor dies conseruantur & non plus, & maxime in æstate, & inter omnes hic incidenter dicā de infusione facta in aqua lactis seu casei, quia minus conseruatur, quia uix per unum uel duos dies conseruari potest.

Syrupi uero conseruantur, si sunt de melle, per duos annos, si uero de zuccharo, & bene cocti, & in uase bene obstruati, per annum durant, aliter uix possunt durare.

De conseruatione iulep, scias q̄ iulep aquosum & male decoctum pauco tempore conseruatur, & maxime tempore æstatis. iulep uero bene coctum per annum seruetur, & non plus sub forma iulep.

DECOCTIO carminatiua magistralis, quæ ualet cōtra omnes uentositates. R.

Seminis anisi. Ameos.
Seminis foeniculi. Cimini.
Dauci. Polypodii. an. partes
Carui. æquales.

Bulliant in aqua secundum artem, ut dictum est in aliis decoctionibus.

DECOCTIO constrictiua sic est, & sic fit. R.

Corticum granatorum. Azimorum uuarū. i. granellæ.
Balaustrarum. Sumach.
Myrtillorum. Acaciæ.
Nucum cupressi. Sorbarum siccarum.
Gallarum. Nespillarū immaturarū siccarū.
Cupularum glandium. Caudæ eqnæ. an. partes æquales

Bulliāt in aqua plantaginis secundum artem, & de dicta decoctione da, ubi oportet, & multum ualet ad restringendum.

DIABVGLOSSATVM Mes. ualet ad confortandum cor maniacis & melancholicis, confert syncopi, & tremorem cordis aufert, & modus eius est. Accipe florum buglossæ bene mundatorum. ʒ. iiii. Zucchari albi. lib. i. Expone soli, & fac sicut in capitulo de zuccharo rosato.

DIABORAGINATVM Mes. ualet ad confortandum cor maniacis & melancholicis, confert syncopi, & tremorem cordis aufert. R.

Florum boraginis. ʒ. iiii. Zucchari albi. lib. i.
Contundantur in mortario lapideo & exponantur soli, The. aroma. S ii

ut dictum est in zucchero rosato, in isto sic fit.

D I A M V S C V S dulcis Mef. faciens ad pulsus cordis, & agridudines melancholicas, & ad eum qui tritatur sine causa, & confert ad agridudines cerebri, sicut est uertigo, & epilepsia, & paralyfis, & ad agridudines pulmonis, & difficultati anhelitus, cuius permixtio hæc est. R.

- | | |
|----------------------------|---------------------------|
| Croci. | Ozimi citrati. 3.ii.s. |
| Doronic. | Been albi. |
| Zedoaria. | Been rubei. |
| Ligni aloes. | Folii. |
| Macis. an. 3.ii. | Spicæ. |
| Albarum margaritarum. | Gariofilorum. an. 3.i. |
| Setæ crudæ parū adustæ. | Zinziberis. |
| Karabæ. | Cubebæ. |
| Coralli rubei. an. 3.ii.s. | Piperis longi. an. 3.i.s. |
| Galliæ muscatæ. 3.ii.s. | Musci boni. 3.ii. |

Confice cum melle crudo, quod sit quadruplum ponderis omnium, & pone in uase uitreo. Et sit dosis eius. 3.i. usq; ad 3.ii.

Si autem hanc confectioem amaram facere uolueris ualentior efficietur ad ea quæ diximus, & ad exiccandum humiditates stomachi & putrefactiones in eis, & proprie si ad datur in permixtione eius.

- | | |
|-----------------------------|----------------------------------|
| Absinthii. | Castorei. 3.i. |
| Rosæ rubeæ. an. 3.iii. | Keisim. i. semen leuistici. 3.i. |
| Aloes optime abluti. 3.iii. | Cinnamomi electi. 3.ii.s. |

Puluerizanda puluerizentur subtiliter, & fiat electuarium in bona forma. Circa hanc descriptionem nota quod de seta cruda parum adusta sic aduritur. Accipe de folliculis siccis noui, qui nondum pertransiuit annum unum, & aperi & extrahe uermes quos intus reperies mortuos, & munda per optime, deinde pone in olla noua dictos folliculos, quæ coopertorio lapideo bene tegatur, deinde in furno ponatur & tantum permittantur quod possint puluerizari, deinde extrahantur & usui referuentur, hæc enim combustio fit ut de siccat, ac ut conteri possit. in una alia confectioe infra reperies subtiliter incidatur, est etiam ut bene teratur. igitur per hoc intelligas quod uterque modus laudatur. Tamen ego non solo hoc in electuario nec in aliis confectioibus cordialibus setam comburere, sed subtiliter incidere, sed si comburere uis, ut uerba Mef. sonant, caueas quod illa adustio non sit incinerans, immo prudenter fieri debet, & taliter quod sericum solum sit puluerizabile, & remaneat seta secundum formam suam. dicit etiam cruda, quia per coctionem uirtus eius extrahitur. De ozimo, quando enim in compositionibus reperies scriptum ozimi gariofilati, tunc idem est quod semen basiliconis citrinum. si uero ozimi simpliciter, idem est quod semen basiliconis nigrum, & hoc colligitur a planta basiliconis habens folia lata. Citrinum uero a planta faciens parua folia. & hæc est ipsorum differentia. Citrinum. n. magis aromaticum est, & cordiale, magisque calidum. igitur in hac compositione ubi dicit ozimi citrati, tunc ponere debes de ozimo citrino, quia odorẽ habent de citro, prout per experientiam uidere potes fricando eum in manibus, dico de semine, & sic nostri aromatarii communiter utuntur. Hic bene aduertendum est de been scriptum per duplex ee. bene sunt duæ radices alba & rubea, & debent scribi per duplex ee, & non per unum e, neque per h, prout patet in 2. lib. Auic. cap. 86.

Spica aliquando. n. reperitur scripta spicæ nardi uel spicæ indæ, & ambæ idẽ sunt, aliquando spicæ romanæ uel spicæ celticæ, & hæc duæ idẽ sunt. Mel crudum est quod non est coctum. igitur si modo descripto a Mef. facere uis. Accipe mell. puri. lib. i. suprascriptarum specierum. 3.iii. & permisce, & sic habes mentem auctoris, sed mel crudum quod est quadruplum ponderis omnium. si uero non habes mel purum, potes hoc modo facere. Accipias unam quantitatem mellis quantum uolueris, & pone ad ignem ad bulliendum, & semper illum despumabis quousque coctum sit, deinde ab igne amoueat, & post infrigidationem suprascripta specierum quantitas apponatur, & hoc modo habebis mel crudum, & a superfluitatibus depuratum. Alii uero dicunt quod mel crudum est illud

quod manibus absque igne exprimitur a fauo mellis habetur & extrahitur, & hæc opinio non omnino sine ratione est fundata, uel illum uel præscriptum accipias, quia conueniunt, & si in forma solida facere uis fac ut supra. Aloes succinum dicitur aloes optimum, quia inter omnes alias species aloes est melius, & lauetur hoc modo. Teratur quantitas aloes tibi necessaria & rorabis illum aqua pluuiali uel aqua endiuæ, hæc enim lotio fit ut ipsius acuitas amoueat, & confortatio augeatur, donec totum ab aqua fit made factum, deinde sol exponatur ad desiccandum, & permittatur usquequo possit denuo puluerizari, deinde iterum conterere, & quantitatem de prædicta aqua iterum irora, & soli exponas, & illud idem & tertio facias, demum post exiccationem referua & utere illo. De aloë iterum est notandum quod aliqui sunt qui illum comburunt quem ponere uolunt in hac confectioe & non lauant dicentes, quod per combustionem amouetur sua gummofitas per quam laxabat & stomachum debilitabat, & per hoc magis appropriatur alia uirtus & alia operatio, quæ est confortare, & immo melius confortat & ad hoc notandum est quod si aloes datur ad laxandum non comburitur nec lauitur, sed si ad confortandum uel abluere uel comburitur, quæ combustio ipsius de raro fiat. Modus comburendi est, ponatur in olla munda, & super prunas permittatur donec aduratur. Semen leuistici compositionibus apponendum est non planta, neque radix, neque folia.

D I A G A L A N G A Mef. ualet contra morbos uentositatum grossarum, & acetosam eructationem medicina experta, & ad malitiam digestionis, & bonificat operationes stomachi & epatis frigidi, immo emendat defectionem ipsorum. R.

- | | |
|--|---------------------------|
| Galangæ. | Piperis albi. an. 3.i.s. |
| Ligni aloes. an. 3.vi. | Calamenti. |
| Gariofilorum. | Menthæ siccæ domesticæ. |
| Macis. | Hel. i. cardamomum maius. |
| Keisim. idest semen leuistici. an. 3.ii. | Spicæ. |
| Zinziberis. | Seminis apii. |
| Macropiperis. i. piper longum. | Seminis feniculi. |
| Cinnamomi. | Seminis anisi. |
| | Seminis carui. an. 3.i. |
| | Calami aromatici. 3.i.s. |

Puluerizentur omnia suprascripta debito modo, zucchero tabarzet. i. albi uel illius prouinciæ. 3.x. Et fiat confectio decoquendo quantum sufficit, & fiat. dosis eius est. 3.ii. usque ad aur. ii. si autem in forma solida, fac ut dixi.

Intelligendum quod in omnibus confectioibus & compositionibus cordialibus, stomachicis, epaticis, & breuiter in quibuscunque, exceptis in medicinis uomitiuis semper apponendum est cinnamomum subtile. In uomitiuis uero grossum apponendum est, eo quod illud uomitum prouocat, parumque sustinet de decoctione & coctioe, & minus subtile iterum sustinet. Quando simpliciter piper descriptum in compositionibus reperitur, de pipere usuali est. Calamentum & mentha sicca in hac compositione ponuntur, quia sicciore sunt complexionis. Et de mentha domestica & calamento montano est intelligendum, non de aquatico.

Nonnunquam continget aromatario reperire in quibusdam compositionibus mel tabarzet, ideo declarabo quid illud sit, & dico quod est mel album, de celo cadens ad modum roris, & est albius, & aliquantulum densius quam sit apum, & quasi tendit ad naturam zucchero, sed quia illo caremus, loco eius ponimus mel album uel zucchero secundæ coctionis. Et hoc mel tabarzet ponitur a Mef. in confectioe de zinzibere. distinctione quarta circa finem.

D I A C I M I N V M bonum Mef. primæ descriptio nis, ualet contra stomachum & uiscerum uentositatem, digestionem procurat, stomachum & uiscera calefacit. R.

- | | |
|---|--|
| Cimini infusi in aceto per tres dies & noctes. 3.x. | Macis. 3.ii. |
| Zinziberis. | Galangæ. |
| Cinnamomi. an. 3.iii. | Piperis longi. |
| Gariofilorum. | Cardamomi maioris & minoris. an. 3.ii. |
| Ligni aloes. an. 3.ii. | Musci. 3.s. |

Puluerizentur

Puluerizentur puluerizanda, & cum melle quantum sufficit fiat confectio. & si in forma solida fieri uis fac ut supra dixi in aliis receptis. Variæ enim reperiuntur receptæ de hac confectioe, sed ista est melior & in usu. Reperitur quâdo magnus error in hac cõpositione apud aromatarios & medicos. Aliqui enim habent in suis receptis cimini carmeni, & aromatarii dicunt q̄ carmeni nihil aliud est q̄ pro uincia, in qua dictum ciminum nascitur, ut uerbi gratia, opii thebaici &c. Sed multû errant, ut uideri potest à Matth. syl. cap. de ciminio ubi dicit q̄ ciminum carmenû idê est quod fiseleos. i. filer montanum. Causa autem quare infunditur ciminum in aceto per diem est, quia acetum addit sibi in uirtute profundationis & incisionis, & temperat eius calorem aliter. Nota insuper q̄ contritio medicinarum huius confectioe non debet esse subtilis, sed grossa, cum intentio ipsius medicinæ non sit nisi q̄ sit fortis in resoluendo & euacuando uentositatem. Quia si ultimate conterantur uentositatem non resouerent, sed per urinam educerent. hoc declarat Au. 5. ca. capitulo de diacimino.

DIAMBRA Mef. est medicina sublimis cerebri confortans, stomachum, & omnia membra, & digestionem procurat, & membra nutritionis calefacit, senibus quoque conuenit, & frigidis natura, & multibus, & ægritudinibus matricis. R.

Cinnamomi.	Cardamomi maioris & minoris. 3.i.
Doronici.	Zinziberis. 3.i.s.
Garioflorum.	Sandali citrini.
Macis.	Ligni aloes.
Nucis muscatæ.	Piperis longi. an. 3.ii.
Folii.	Ambra. aur. i.
Calangæ. an. 3.iii.	Musci. 3.s.
Spicæ. 3.i.	

Puluerizentur puluerizanda, & confice cum syrupo rosato facto cum aqua infusionis rosarum. i. cum iulep rosato. & si facere uis in forma solida, fac ut supra tibi ostendi in aliis confectioibus. dosis est. 3.iii. Diambra dicitur ab ambrâ ingrediente in bona quantitate. hoc apud medicos est multum in usu & maxime ista descriptio.

Circa præscripta & sequentia unum generale est notandum, q̄ species huius confectioe, & omnes species medicinarum confortantium membra, aperiētium oppilationes debent subtiliter puluerizari, & eo maxime si ad longinquam membra confortanda debent transire, non autem ultimate. ultima enim contritio perdit uirtutem medicinæ aromaticæ sed media fit inter ultimam & subtilem. Et si nostro tempore hæc confectioes fiant in morsellis, maior operatio tamê & efficacior ut plurimum fit ab electuario, q̄ à confectioe præparata ut superior, & hoc multis rationibus. Prima, propter meliorem fermentationem, quæ fit aromatum in electuariis, quæ fieri nõ potest in confectioibus. Secunda, quia de aromatis plus ponitur in electuario construendo, quâ in confectioe. Tertia, quia melius & facilius euaporat, & transit uirtus electuarii ad membra remota, q̄ uirtus confectioe assumptæ in passionibus pectoris & cerebri, & hoc uerificari potest in omnibus confectioibus & electuariis.

DIACORALLI magistralis ualet &c. R. Specierû diarhodon ab Fragmentorum præciosorum. batis. 3.iii. Margaritarum non perforatarum. an. 3.s. Corallorum rubeorum. rum. an. 3.s. Corallorum alborum. an. 3.s.

Puluerizentur subtiliter & addatur zucchari dissoluti in aqua rosa. 3.vii.s. Et fiat confectio in morsellis.

Intelligendum, q̄ quando scribitur fragmentorum præciosorum absolute, de quin q̄ descriptis in electuario de gemmis est intelligendum, & non de aliquibus aliis.

Secundo etiã est intelligendum, q̄ quando dicitur specie rû diarhodon abbatis uel specierû trialandalorum uel aliarum specierum de ipsis complete intelligendum est. i. de ipsis secundum integram descriptionem positâ à doctoribus, non ut quidam fatui dicebant, qui cum scriptum inuenerunt specierum diarhodon abbatis, illas sine musco ponebant, sidentes q̄ illa erat doctorum intentio & fatue.

DIARHODON abbatis Nicolai & dicitur à rosis quia ibi intrant plus q̄ de aliis speciebus. Abbatis ab abbate de curia factum datur proprie ictericis, epaticis, & phthisicis, eclicis, & cardiacis, qui patiuntur ex calore, conualescentibus ex longis & acutis ægritudinibus calidis. R.

Sandalorum alborum.	Seminis basiliconis.
Sandalog. rub. an. 3.ii.s.	Berberorum.
Dragaganti.	Seminis scariole.
Gummi arabici.	Seminis portulacæ domesticæ.
Spodii. an. 3.ii.	Seminis maluæ.
Alfari.	Seminis lactuæ.
Spicæ.	Seminis papaueris albi.
Masticis.	Seminis cidoniorum.
Cardamomi maioris & minoris.	Seminis citrulli.
Croci.	Seminis melonis.
Xyloaloes. i. lignû aloes.	Seminis cucumeris.
Garioflorum.	Seminis cucurbitæ. an. 3.i.
Gallia muscatæ.	Osis de corde cerui.
Seminis anisi.	Margaritarum. an. 3.s.
Marathri. i. semê fenicu.	Zucchari candi.
Cinnamomi.	Rosarum rubeorum. an. 3.i.
Succi liquiritiæ.	3.iii.
Reubarbari. an. 3.i.	Camphoræ. gra. vii.
	Musci. gra. iii.s.

Puluerizentur puluerizanda subtiliter, & cum syrupo rosato quantum sufficit fiat, & si in forma solida facere uis, modum supra descriptum habes.

Nicolaus dicit q̄ hæc confectio debet dari cum rhodostomate uel cum frigida ut igitur omnis pars clara sit, scias q̄ rhodostomate. i. cum decoctione rosarum, uel cum frigida. i. cum decoctione facta cum frigidis. Sed decoctio hæc hoc tempore non est in usu, sed loco ipsius datur cum syrupo rosato.

DIARHODON descriptione communi Mef. confert ad dolorem stomachi & epatis, & puncturam in eis, & caliditatem, & acuitatem cholerae citrinæ, faciens dirigere cibû, & est ex confectioibus stomachi & epatis debilibus. R.

Rosarû rubeorû. 3.iii.	Throciscorum de spodio.
Throciscorû diarhodon. 5.iii.	Liquiritiæ raxæ. an. 3.iii.
Garioflorum.	Seminis portulacæ.
Gallia muscatæ. an. 3.iii.	Seminis lactuæ.
Spodii.	Seminis scariole.
Croci.	Seminis citrulli.
Masticis.	Seminis melonis.
Ligni aloes. an. 3.ii.	Seminis cucumeris.
Sandalorum alborum.	Seminis cucurbitæ.
Sandalorum rubeorum.	Margaritarum albarum.
Sandalorum citrinorum. an. 3.iii.	Alfelengemisch. i. ozium.
Alfari. i. radicum.	Rasuræ eboris.
Spicæ.	Dragaganti.
Macis.	Gummi arabici. an. 3.i.
Carda. ma. & mi. an. 3.i.	Camphoræ. 3.i.s.
	Musci. 3.s.

Puluerizentur subtiliter puluerizanda, & cum syrupo rosato quantum sufficit fiat confectio. Si in forma solida facere uis, fac ut supra ostendi.

Syrupus factus ex rosis rubis & aqua rosata, cû quo debet cõfici hæc confectio, si in forma liquida facere uolueris, hoc modo fiat. Accipe rosarû rubeorû uiridû lb. ii. ponas in uase uitreo stricli orificii, & super eas infundas feruētis aque rosate lib. v. & constringatur orificium uasis, & permittatur infrigidari, deinde dicta rosæ bene in manibus exprimatur, & dux alia libræ rosarû uiridum accipiantur, & prædicta aqua rosata calefiat bene, & iterum supra eas ponatur. deinde de coletur post infrigidationem manibus exprimendo rosas & in dicta colatura addatur zucchari lib. iii. & clarificetur cum supra scripta aqua rosata, & fiat syrupus de quo sit supra scriptum confectum, & si fieret infusio ter, esset melius.

De musco & opio in medicinis parû ponitur, muscus. n. in modica quantitate est magnæ qualitatis & operationis, opium similiter. Et immo sufficit parum apponere, ne in ma The. aroma. S iii

gna quantitate noceat, aut operationes aliarum medicinarum corrupat, aut occultet. Et sicut de opio & musco exemplifico, ita & de aliis medicinis fortibus est intelligendum.

Nota hic de contritione specierum electuariorum & cōfectionum. Nam species quæ ponuntur in electuariis cōfortantibus, aperientibus, uel alterantibus, & cōfortantibus subtiliter debent conteri. Causa est, quia non alterant, nec cōfortant, nisi attrahantur, & immo ad hoc ut alterent membrum uel confortent, indigent ut attrahant à membris possint penetrare. Facilius autem penetratio fit per contritionem multam, secus autem est de medicina solutua. Nam ipsa manens quæta in stomacho secundum communem opinionem euaporat ad membra, & si attraherentur à membris esset malum, & ideo grosso modo debent conteri, & hoc respectu subtilis, ne citius debito transeat à stomacho, & hoc notato habebas perfectam doctrinam conterendorum.

DIADRAGAGANTHVM frigidum Nicolai à dragaganto nomen accipit, ualet ad omne uitium pulmonis & pectoris quod fit ex calore maxime phthisicis, eclicis, pleureticis, peripneumoniacis, ad omnem tussim quæ fit ex caliditate & siccitate, & ad omnem linguæ asperitatem & gutturis, cum uero sumuntur, tamdiu in ore teneantur, donec parum ibi dissoluitur. *R.*

Dragaganthi albi. ʒ.ii.	Seminis melonis.
Gummi arabici. ʒ.i.ʒ.ii.	Seminis cucumeris.
Amidi. ʒ.iiii.	Seminis citrulli.
Liquiritiæ rasæ. ʒ.ii.	Seminis cucurbitæ. an.ʒ.ii.
Penidii. ʒ.iii.	Camphoræ. ʒ.s.

Syrupi albi Galeni. i. iulep uiolati. lib.ii. contundantur subtiliter omnia, deinde permisceantur bene in mortario paulatim miscendo illa cōfectione cum iulep & referuetur. Sed hæc communiter fit in forma solida hoc modo.

De compositione ista est intelligendum, quod cum fit in forma solida, non debet fieri de superioribus quæ tibi dixi accipiendo specierum. ʒ.i. zuchari. lib.i. eo quia pauca species cribellata in ea intrant. Sed de eis supra descriptis debes accipere. ʒ.iii. specierum zuchari. lib.i. & facere in mortello, tantum enim zuchari quæ prædictæ species possint simul teneri, debet apponi & non plus. Igitur præscripta regula ab aromataris tenenda est. Et oppositum uidi semper fieri ab eis, quæquam sepe ac sapius à magistris moniti essent. Omnes doctores conueniunt quod gumma debent dissolui in cōfectionibus, in quibus intrant, & non conteri, eo quia puluerizari non possunt, & pistando uirtus illarum deperditur, quare cum in aliqua cōfectione intrant, dissolui debent in aqua appropriata, in ista enim dissoluantur cum parum aquæ uiolarum, in aliis uero cum aliis aquis secundum diuersas intentiones.

DIADRAGAGANTHVM calidum Nicolai, ualet tussientibus ex frigido slegmate, & non ualentibus eicere, asthmaticis, hæmoptoicis, anhelosis, suspirosis, peripneumoniacis, pleuriticis, & ad omnem coarctationem pectoris, stomachum confortat, digestionem procurat. *R.*

Dragaganthi triduo in aqua temperati. lib.i.	Seminis scængræci.
Hysopi.	Cinnamomi. an.ʒ.ii.
Pinearum.	Seminis lini asfi. ʒ.iii.
Amigdalas mūdatas & excorticatas. an.ʒ.iii.	Zinziberis.
	Liquiritiæ rasæ.
	Succi liquiritiæ. an.ʒ.i.

Puluerizentur subtiliter puluerizanda, & conterantur cōterenda, confice sic. Dragaganthum infusum in aqua per linteam extorque, & cum lib.ii. ʒ.viii. mellis cocti usque ad spissitudinem lento igne semper cum spatula agitando miscetur, deinde addantur pineæ amigdalæ, semen lini, & scængræci. Ab igne deponatur, & puluis superscriptarum specierum addatur, & usui referuetur. Modus assandi seminum lini in eo intrantia talis est. Accipe patellam uel bernaciū, & super ignem multum calefacias, postquam bene calefactum fuerit, remoue ab igne, & intus ponas semina lini semper mouendo usquequo sint assata. Et si tunc bene assata non sunt, iterum uas calefiat amoris seminibus, deinde ab igne remoto iterum semina supra ponantur, semper mouendo usque

quo sint bene assata, deinde referua, & secundum hanc doctrinam omnia alia semina debent assari. Semen lini assatur, ut amoueat humiditas superflua & uiscositas, & plus assari debet quæ alia semina. Ideo nota quod omnia semina per se assanda sunt, eo quia aliquod semen multum assandum est propter eius uiscositatem multam, ut semen lini & psylli. quædam minus, propter eius paucam humiditatem, ut semen anisi, & ozimi & huiusmodi. quare bene notent aromatarii.

Cōfectiones hæc amaræ per duos annos seruantur oēs, theriaca uero magna longiori tempore seruat ut in ipsa scripsi.

DIACALAMENTHVM Nicolai dictum est à calamentum præcipue ad omne uitium pectoris, & capitis ex frigidityte, maxime his qui sunt in senili ætate, ualet etiam tussientibus ex frigida causa & quartanariis. si ex eo utuntur accepto post prandium & post coenam, in sero cum uino, frigiditytem & dolorem stomachi amputat, uentositatem immaturam excludit, calculos frangit, menstrua imperat, quartanarios & quotidianarios cum duobus scropulis diagridit & euforbii, in modum nucis ponitæ ante duas horas accessione cum apozimate pigami uel toris marini sumptum mirabiliter liberat. *R.*

Calamenti syluestris.	iii. ʒ.ii.
Pulegii.	Seminis leuistici. ʒ.i.ʒ.i.
Hysopi sicca.	Seminis apii. ʒ.i.
Melanopiperis. i. piper nigrum.	Seminis ameos.
Seminis fiseleos, idest siler montanum.	Thymi.
Seminis petrosillii. an.ʒ.	Seminis aneti.
	Cinnamomi.
	Zinziberis. an.ʒ.ii.

Puluerizentur omnia debito modo, & cum melle quantum sufficit fiat cōfectio. Calamentum quod in hac compositione ingreditur, debet esse syluestre, eo quia magis confortatiuum & absterfium est quæ domesticum. In mense Iulii & augusti ista semina colligenda. s. semen petrosillii, lauroleæ, cataputiæ, rutæ, sceniculi, caulis, milium solis, lactuce, portulacæ, pastinacæ, rapæ, & similia. Anetum si simpliciter scriptum reperitur, semper de semine est intelligendum non de herba, ut est communis corruptela.

DIACALAMENTHVM Mesue descriptione Gal. conferens ad ægritudines frigidas membrorum nutritionis, & ad malitiam digestionis, & facit penetrare cibum qui non potest penetrare ad epar & corpus reliquum, & est hæc eius proprietas, & confert rigori februm, & emplastratum & inunctum in spina, & est ex maxime subtilissimis humoribus grossos & uiscosos & ex resoluendis. uentositates, & cōfert singultui uehementi frigido & uetoso uel acetoso, quorū difficilis est resolutio, & prouocat urinam & menstrua. *R.*

Calamenti montani & syluestris.	Seminis apii.
Seminis fiseleos, idest siler montanum.	Extremum alafæ, idest thymus. an.ʒ.ii.
Semis petrosillii. an.ʒ.vi.	Keissim. i. leuisticus. ʒ.vi.
Zinziberis. ʒ.iii.	Piperis nigri. ʒ.xii.

Puluerizentur omnia, & cum melle quantum sufficit fiat electuarium, dosis est. ʒ.i.

Calamentum tam montanum quæ situale colligendum est in mense Iulii, & exiccandum est in umbra, exiccatio enim facta in sole operationem eius debilitat, & eo tempore colligitur pulegium. Quinq; de causis medicinarum miscentur simul. Primo, ut uirtus earum fortificetur, & hac de causa scammonea miscetur cum medicinis aloeticis & zinziber cum turbitum. Secundo, ut cito faciat alias medicinas trāsire ad locum, debitum. & sic crocus admiscetur auro & argento, aurum enim & argentum sua ponderositate ad intestina descendunt, nec ad uenas possunt penetrare, & crocus facit eas ad cor penetrare. Tertio, miscemus ut cito medicina non transeat ad uenas, ut cum uolumus epar deoppilare per diuretici, quia illa sunt cito penetrantia ad uenas permiscemus aliam medicinam ut raffanum. Raffanus enim habet proprietatem attrahendi humores ad stomachum. Quarto, ut una per aliam debilitetur, & sic miscemus cum uiolis uel cum cascasi stula mirabolanos. Quinto, ut malitiam alterius remoueat uel impediatur.

impediat, ut zinziber cum scamonea, scamonea enim multum debilitat stomachum & zinziber confortat.

DIACODION Mef. & est confectio de iecur, & modus confectiois de iecur secundum intentionem Gal. & diacodion purum conferens eis, quibus ex capite ad pectus & ad pulmonem subtiles catarrhi defluunt, & sunt causa tussis & in somnietatis. R. decem capita papaueris albi in quibus sit mediocritas inter paruitatem & magnitudinem, & humiditatem & exiccationem, & proficiatur super ea sextarium unum aquae, & sit aqua pluuialis. Et si sint humida plus, & sic ea, dimittantur die ac nocte, si sint sicciora, dimittantur plus. Tunc coque ea usque dum discocta sint, & aquae duae partes sint consumptae, tunc uero cola succum eius, Et restat post illud duplex consideratio, quoniam si catarrhus subtilis fuerit, & timetur fluxus eius ad pectus & pulmonem & canna, & timentur uigiliae, oportet tunc ut misceatur ex rob quantitas quae sit medietas aquae, & coquatur super ignem, in quo non sit flamma neque fumus, sed super prunas tantum. Et non conuenit in hac intentione mel, quantum mel est ex habentibus acumen, quare est subtiliatum, & est propter hoc quod intendimus, & quantum est materia subtilis ualet, & mel est ex subtiliantibus. Cum autem plenitudo continetur in thorace & pulmone, & uelis medicamentum fieri abstersium, tunc mel conuenientius est, quoniam dormire facit, & materias quae sunt in pectore, ad expellendum habilitat. Et quandoque fit medicamentum ex utrisque, quando cadunt in occupatione dupplicis intentionis, & est dosis. ʒ. i. & plus & minus secundum quod exigit dispositio. Et oportet ut teneat eam patiens in ore suo & traiciatur inde modicum quod dissoluatur ex ea in salua. Si autem uelis ut sit retentiuum naturae eruptionis sanguinis a locis qui sunt super diaphragma, & ab aliis locis manationis, & a partibus uiscerum, & tunc ad unam quaeque lib. ipsius proficiatur acacia rubea, heuistidos, croci, myrrhae balaustiae. an. ʒ. i. & ramich. ʒ. iiii. & administrat. Et sunt qui ponunt idem iecur puro loco mellis penidias. Et sunt qui ponunt zuchcharum. Et quandoque exigit dispositio aegritudinis, quae est multae caliditatis & acuitatis ut fiat medicamentum ex papauere nigro & sint eius capita usque ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. Et quandoque ex albo & nigro. Et loco mellis ponitur zuchcharum penidia.

DIASPOLITICON de speciebus grossis. Au. in. ʒ. lib. & uocatur diacimum grossum, facit ad uentositates frigidas, & satietatem nauseauam, & resoluit uentositates, & confert ei qui non digerit cibum, cuius haec est permixtio. R. Baurach. i. sal. nitrum partem mediam. Cimini carmeni infusi in aceto & torrefacti, Piperis albi, Piperis longi, Foliorum rutae omnium. an. partem unam. Et hoc quidem fit secundum duas descriptiones, quandoque enim fit ex partibus aequalibus in omnibus suis compositionibus. s. cimini piperis, rutae, & baurach, & iste modus soluit naturam ualde & quandoque permiscetur de speciebus reliquis, quantitas aequalis, & de baurach medietas huius quantitatis, & eligitur de cimino carmino, & infunditur in aceto forti, deinde torrefit, & sit piper album, & illud ideo quoniam ipsum confortat stomachum plus quam duae aliae species. s. piper longum & piper nigrum, & hoc est illud quod non est paruum uis delicet contractum, & enim eius cortex est grossus, immo est ex illo quod dicitur grauis ponderis, & eligatur de eo magnum & sanum & baurach. Fiat ergo medicina ad illum cuius natura retinetur cum baurach, dico nitrū naurnacon, & est rubeum, & quando feceris ipsam ad illum, cuius natura est soluta, administrabis baurach aliud, & sit illud quod de eo proficies medietas quantitatis uniuscuiusque medicinae quas diximus, & folia rutae iterum. Sint ergo sicca cum mensura, & illud ideo quoniam si exiccantur uehementer sunt calidae complexionis, & est calefactio eorum ultra mensuram, & si non exiccantur uehementer, remanet in eis humiditas superflua, quae non consequitur ultimam digestionem, quapropter non destruitur eius inflatio in aliquo. Et haec quatuor species quandoque permiscantur cum melle despumato, & quandoque non permiscantur cum aliquo, & reseruantur per se absque melle. Cum ergo ipsae sunt necessariae

proficiantur in aqua ordeii, aut in cibo alio conueniente, & haec medicina sumitur sola ante cibum & post cibum, & illa permiscetur cum melle despumato est magis conueniens in hac dispositione, & illud ideo quoniam ipsa destruit inflammationem omnino, & oportet iterum ut sit mel bonum quando non est necessarium ut sit haec medicina nisi fortis in resoluendo uentositatem, & euacuet cum fortitudine, & oportet ut scias quod quando uis ut sit eius euacuatio plus, contritio medicinarum sit non subtilis sed grossa, & illud ideo quoniam scio hominem qui contriuit hanc medicinam contritione ultima, quoniam non seruauit illud quod ego dixi, quare non soluit naturam omnino, immo prouocauit fortiter, & uenit ad nos mirans, & quaerens de causa in hoc, & illud ideo quoniam ipse existimabat quod in corpore illius uiri esset proprietates, quae esset in causa in hoc quod accidit, postquam ego feci scire eum quod causa in illo esset dispositio compositionis eius, tunc composuit eam sero, sicut praecipi ei, & completa est eius operatio, & oportet ut seruetur hic determinatio in compositione reliquarum medicinarum.

DIANISI Mef. ualet ad uetustitatem grossam & frigiditatem quae est in stomacho, & tussi diurnae cuius permixtio. R.

Seminis anisi. ʒ. xx.	Gariofilorum. an. ʒ. i. s.
Liquiritiae rasa.	Zinziberis.
Malticis. an. ʒ. viii.	Seminis feniculi.
Carui. i. semen.	Cinnamomi. an. ʒ. v.
Macis.	Piperis albi.
Galangae. an. ʒ. v.	Piperis nigri.
Calamenthi montani.	Piperis longi. an. ʒ. ii.
Pyrethri.	Cubeborum.
Cassiae ligueae. an. ʒ. ii.	Croci.
Heil. i. cardamomum maius.	Spicae. an. ʒ. i. s.
	Zuchchari. ʒ. xvi.

Puluerizentur ista satis subtiliter & cum melle despumato quantum sufficit fiat confectio, dosis est. ʒ. ii.

Notandum quod in electuariis de melle & de zuchcharo semper in eis species aromaticae ponendae sunt post earum alioquale infrigidationem, quia si ponerentur melle uel zuchcharo existente adhuc ad ignem, ut quidam faciunt, uirtus aromatum perderetur. Feniculi & anisi cum simpliciter scriptum reperiuntur in confectioibus uel electuariis, de ipso forum seminibus est intelligendum, cum ea magis ad usum medicinae conueniant.

DIATRION pipereon Mef. descriptione communi, quod calefacit stomachum & uentrem, & remouet dolorem eius ex humiditate slegmatica multa & cruda, & mundificat eum ab ipsis, & ualet contra acerbos ructus, & digestionem procurat. R.

Piperis albi.	Amomi.
Piperis nigri.	Cinnamomi. an. ʒ. i.
Piperis longi. an. ʒ. ii.	Cassiae lignae.
Zinziberis.	Seminis apii.
Assae. i. thymus.	Siseleos. i. siler montanum.
Anisi. i. semen. an. ʒ. ii.	Assari, idest radicum.
Spicae.	Radicum enulae siccae. an. ʒ. s.
Seminis ameos. an. ʒ. i.	

Mellis quantum sufficit & fiat confectio, dosis eius est. ʒ. i. usque ad. ʒ. ii.

Piper album non est illud quod est paruum contractum & quod habet corticem grossum, sed est illud quod est magnum grauis ponderis sine contractione subtilissimi corticis. Et illud plus confortat stomacho quam duae aliae species. Enula debet esse sicca, eo quia maioris est desiccationis quam quando est recens.

Cassia quando in libris auctorum reperitur absolute scripta, consideranda est si compositio illa in qua intrat est solutua, uel lenitua, & tunc debemus ponere cassiam fistulam. Si autem non est solutua nec lenitua, sed calefactua, confortatiua, uel operatiua oppilationum, tunc debemus ponere cassiam ligneam, & hoc fit de generali regula & documento.

DIACVRCVMA Magna Mef. conferens ad aegritudines antiquas, hydropisi iuuamentum manifestum, &

eradicat ægritudines epatis, & chronicas quæ iam indurate sunt & confert ad febrietatem caloris & corruptionis stomachi, & humiditatem frigidam & uentositates grossas in eis, & dolori renum & uescicæ, & urinam prouocat. *R.*
 Croci. Squinanti. an. ʒ.ii.
 Radicum assari. Carpobalsami.
 Seminis petrosilii. Rubeg tinctorum.
 Seminis dauci. Succu absinthii.
 Seminis anisi. Succu eupatorii.
 Seminis apii. an. ʒ.iiii. Olei balsami. an. ʒ.ii.
 Rauesfeni. i. reubarbari. Calami aromatici.
 Meu. Cinnamomi. an. ʒ. i. s.
 Spicæ nardi. an. ʒ. vi. Scordeon: idest alium syluestre.
 Costi. Scolopendria.
 Myrrhæ. Succu liquoritiæ. an. ʒ. ii. s.
 Castæ lignæ. Dragaganthi. ʒ. i.

Puluerizentur omnia subtiliter & cum melle quantum sufficit. & fiat electuarium, dosis est. ʒ. i. uel. ii.

Dicitur diacurcuma, quia color assimilatur curcumæ, uel dicitur à croco, quia crocus apud grecos dicitur crocò, qui in ea ingreditur in bona quantitate. Et quia uocabulum est corruptum dicunt diacurcuma, sed debet dicere diacrocò.

Insuper nota quod omnes medicinae confortantes epatis & ualentes epatis, debent bene teri & subtiliter cribellari. Balsamus est liquor emanans à stipite illius arborescenti, & dicitur opobalsamum.

Oleum quod ponitur loco balsami, & est nobilissimum secundum Guilelmum Placentium. *R.*

Myrrhæ. Nucis indiæ. ʒ. iii.
 Carbobalsami, idest seminis Hipericoni. præforati. ʒ. ii.
 balsami. an. ʒ. iii.

Terantur grosso modo, & misceantur cum. ʒ. v. olei uel. ʒ. i. ʒ. iii. terbeninae siue largati, & in fine addatur musci. gra. v. Ambræ. gra. iii. olei de lateribus. ʒ. i. Hoc enim loco balsami potest poni in omni loco, facit enim operationes ut balsamus. Istud oleum maxime secundum istam descriptionem potest poni in omni loco ubi balsamus ingreditur, & secundum intentionem Guilelmi facit operationes ut balsamus, uerum ipse Guilelmus describit duas alias descriptiones olei quod ponitur loco balsami, sed secundum intentionem suam ac modernorum doctorum ex illis tribus hæc est nobilior, sed ipse Guilelmus non ponit, qualiter ipsum oleum debeat componi. uerum est quod in secunda descriptione melius docet, & est quod omnia bene terantur, & malaxentur deinde in mortario, & ponantur in uase albedi, & distillentur ut aqua rosa. Secunda recepta est posita in diacurcuma magna Mesue, prout uidere poteris.

DIALACCA magna Mesue conferens ad debilitatem stomachi & epatis, & ægritudines frigidas factas in eis. Oppilationes epatis aperit, et omnem duritiam resouit lapidem renum & uescicæ frangit, urinam prouocat. & est ad hydropisum & cachexiam medicina sublimis. *R.*

Gummi lacæ ablutæ. Rubæ tinctorum.
 Rauesfeni, idest reubarbari. Seminis feniculi.
 bar. an. ʒ. iii. Seminis anisi.
 Spicæ nardi. Radicum assari.
 Masticis. Aristolochiæ rotundæ.
 Seminis apii. Gentianæ.
 Cimarum squinanthi. Croci.
 Absinthii. Cinnamomi.
 Succu eupatorii. Hyssopi sicca.
 Seminis ameos. Castæ lignæ.
 Sauiæ. Cimarum squinanthi.
 Amigdalarum amararum. Bdellii. an. ʒ. i. s.
 Costi amari. Piperis nigri.
 Myrrhæ. an. ʒ. i. s. Zinziberis. an. ʒ. i.

Infunde bdellium & myrram in uino. cætera tere subtiliter, & confice cum melle despumato & colato quantum sufficit fiat, dosis est aur. i. usque aur. ii. Modus lauandi lacæ ponitur à pandectis in capitulo proprio de lacca in hunc modum. Tere gummam lacæ & laua illam in mortario postquam bene pistata fuerit & lauationibus pluribus ex aqua

fontis, in qua bulliant aristolochiæ longæ & squinanthi partes æquales, & tadium lauetur cum hac aqua, & clarescat semper cum pistello agitando, deinde dimittatur residere, postea coletur aqua & in umbra permittatur desiccari, quæ desiccata referuentur, & hoc est modus. Et ex ista lotionem lacca acquirit subtilitatem & apertionem maiorem. Medicina rû ablutio fit quinq; de causis. Primo, ut acuitas quæ in medicina est auferatur, & hoc modo abluatur calx. Secundo, ut sordes remoueatur & abiciatur, & hoc modo abluatur oleum. Tertio ut possit melius conterri, & hoc modo abluatur thutia. Quarto, ut eius malitia auferatur, & hoc modo lauatur lapis lazuli ut remoueatur quædam uirtus nauseatua, & compre sua sola remaneat. Quinto, ut acquirat maiorem subtilitatem, & hoc modo lauatur lacca, quæ emittit subtilior ad aperendum.

DIASATYRION Mesue secundæ descriptionis ista est in usu, & uocatur cõfectio testiculorum uulpis, & est melior quàm prima: faciens erectionem uirgæ & multiplicans sperma & desiderium coeundi. *R.* Secaculi albi & mundi elixati in aqua cicerum, quorum eiecta fuerit prima aqua lib. i. Satyrion. i. testiculi uulpis. ʒ. viii. Radicis rassani ʒ. iii. Luf. plani. i. serpentaria, uel dragontea. ʒ. ii. terantur, & fundatur super eas lactis uaccini, aut ouini quantitas, quæ supernatet duobus diebus, & olei sifamini, & butyri uaccini recentis an. ʒ. iii. & quoque cum facilitate usque ad spissitudinem, & si adhuc radices non bene decoctæ sunt, fundantur super eas ex lacte & oleo & butyro usque dum perfecte decoctæ sint, & prius hæc infunde super hoc totum mellis boni & despumati. lib. vi. Succu cepæ humidæ lib. ʒ. s. decoque omnia simul usque ad perfectam coctionem, tunc enim deponere ab igne, & proice super ea puluerem. cuius permixtio hæc est. *R.*

Caudatum stinci cum reni Seminis nasturtii.
 bus & summe. ʒ. viii. Cinnamomi.
 Seminis enacæ. Piperis longi.
 Zinziberis. Bauciæ, idest semen pastinacæ
 Been albi. domesticæ.
 Been rubei. Seminis napi.
 Lingua auis, idest semen Seminis asparagi.
 frasinii. an. ʒ. iii. Seminis synapis. an. ʒ. iii.

Et conficiantur cum eis. ultimum uero ponatur in medicamine pinearum mundatarum. lib. ʒ. s. Phillicorum mundatarum. ʒ. x. Cerbellorum passerum. ʒ. ii. Conficiantur omnia bene & aromatizentur cum. ʒ. i. boni musci, & usui referua. Hæc cõfectio est illa qua nos utimur & maxime secundum istam descriptionem. Nicolaus in suo antidotario habet unam aliam descriptionem, sed non sit apud nos.

Secacul secundum modernos est sigillum sanctæ Mariæ, & non iringus, ut quidam herbolarii uolunt. quare Serapio aliud capitulum facit de secaculi, aliud de iringo. Præterea uide Serapionem in septimo capitulo de cõditis qui inquit, quod secacul est radix sicut zinziber, & asportatur ex India, & fit ex eo ingina dum est recens, & sic est secundum ueritatem quod secacul secundum modernos habet radicem similem zinziberi, & hæc est quæ nostro idiomate uulgariter zonozello uocatur in partibus nostris, in multa quantitate reperitur.

Cicer secundum Serapionem ex auctoritate Galeni, cicerum tria sunt genera, sunt enim alba & nigra, & est alia species quæ dicitur kerienue, & cicera minuta quæ dicuntur kerienue sunt alba, & assimilatur orobo, & nigra nominantur chubes. & Plinius inquit arietinum ciceris genus quod capiti arietis assimilatur, quod ceteris magis diureticum creditur esse, & agreste & erraticum, & columbinum quod aliqui uenerunt dixerunt candidum rotundum leue arietino minus. Cicer erraticum apud Dioscoridem uocatur à quibusdam serpillum. Galenus in. 6. de simplicibus inquit. cicera sunt species leguminum.

Testiculi uulpis sunt satyrion. Dioscorides de satyrione tria capitula facit sub litera satyrion. & alibi capitulum de orchis, & ibi ponit duas species, quod etiam inter species satyrionis sunt in numero, & hoc apud Auicennam uocantur testiculis canis alibi, cynosorchin, idest canis testiculi.

Quare

Quare prima aqua eicris abiciatur, & in secundo lauatur satyriones & secacul, est qa prima est abstersua phibes inflationem & uentositatem generari. secunda uero est multum uentosa & inflatiua, & comportatiua aliarum medicinarum ad genitalia membra. Stincus est quoddam animal simile laceratae degens in ripis aquarum iuxta flumen Nil. In hac confectioe pro omni lib. i. mellis cocti & despumati ponenda sunt. ℞. iiii. specierum cribellatarum, si habere debet uirtutem à Mesue scriptam.

Iringus & fassus barbaissus colligendi sunt in mēse octobris. Incidenter hic notandum est, hoc electuarium dupli ratione solet dari hominibus. Primo exhibetur corporibus exiccatis ad humectandum, & tunc debemus exhibere de eo. ℞. s. in mane p̄ horas quatuor uel duas uel minus ante prandium. Datur & secundo ad augmentum coitus & uirilium membri erectionem, & tunc ipsum exhibere debemus uespere ante cœnam per duas horas cum modico uini subtilis & odoriferi. Complexio dieti electuarii est temperata inter calidum & frigidum, humida tamen ad secundum gradum.

DIARIS de melle Nicolai dicitur à radice illa que ireos appellatur, prodest dispnoicis, arteriaticis, tussientibus uocem perditam restaurat, si fuerit ex frigiditate, cuius permixtio.

Ireos.	℞.	Cinnamomi.
Pulegii.	℞. i.	Zinziberis.
Hysopi.		Piperis.
Liquiritiæ rasæ.	an. ℞. vi.	an. ℞. iiii.
Dragaganthi.		Caricæ. i. sicuum.
Amigdalorum.		Carnium dactylorum.
Pinearum.	an. ℞. iiii.	Pastularum.
		an. ℞. iiii. s.
		Storacis rubæ.
		℞. ii. ℞. i.

Puluerizentur puluerizanda subtiliter omnia, & cum melle despumato & cocto fiat confectio, dosis e. ℞. ii. usq; ad ℞. iiii.

Hysopi si simpliciter scriptum reperitur de herba sicca est intelligendum, & in umbra exiccandum est, & non solum ipsum, sed omnes herbas aromaticas. Sol enim aromaticitatem illam resoluere facit, & uirtutem destruit. Pineæ & amigdalæ nisi sint recentes. ante quam in confectioibus & electuariis pectoralibus ponantur, semper debent purgari, ut supra ostensum est, aliter rancitas sua nocet pectori, & tussim prouocat. quare bene notent aromatarii in hoc & aduertant.

DIAPENIDION dicitur à penidiis que ibi intrat plusq; de aliis speciebus, secundum Nicolaum ualet contra omne uitium pulmonis & tussis, & ad raucedinem uocis factam ex siccitate, & tussientibus p̄pneumonicis, & pleuriticis. ℞.

Penidorum.	℞. xvi. s.	Dragaganthi.
Pinearum preparatarum & mundatarum.		Gummi arabici.
		Amidi.
Seminis papaueris albi.		Seminis citrulli.
an. ℞. iiii.	℞. i.	Seminis mellonis.
Gariofilorum.		Seminis cucurbitæ mundatarum.
Cinnamomi.		
Zinziberis.		Seminis cucumeris.

Succi liquiri. an. ℞. i. s. gra. viii. an. ℞. i. s. gra. viii. Camphoræ tertiam partem unius scropuli. Syrupi uiolati quantum sufficit puluerizentur subtiliter puluerizanda, & conterantur conterenda, deinde confice sic. In lib. i. ℞. iiii. aquæ uiolarum bulliant, donec aqua aliquatulum inficiatur, postea colatur, & colaturæ addatur lib. i. zuchari, & bulliat donec incipiat inspissari. Tunc addantur pineæ, & quatuor suprascripta semina unum quodq; per se bene cotusum cum spatula semper mouendo. Deinde addantur penidi subtiliter puluerizati, & cum liquefacti fuerint, illud grossum quod supernat cum catia dispumetur, & iterum in mortario piciaf & bene teredo, comiscendo ad ultimam puluis suprascriptarum cum supradicto syrupo in mortario semper agitando moueatur donec incorporetur, demum referuetur in uase uitreato.

DIOLIBANVM Nicolai, & dicitur ab olibanis quod ibi ponitur, lachrymas oculorum potenter costringit, dolorem hemibranchi & ciuili sanat, fauces rheumaticis et arterias lenit. hæmoptoicis et tussientibus medetur, uomitum compefcit, dolorem stomachi & nauſeam aufert, pe-

ripneumonicis, pleuriticis, subuenit gonorrhœæ, & satyriæ sim emendat, & menstrua sanguinis sistit. ℞.

Castorei.		Radicum peoniæ.
Opii thebaici.		Macropiperis. i. piperis longi.
Iusquiami.	ana. ℞. iiii.	Storacis calamitæ.
Cassia fistula.	℞. ii. ℞. ii.	Myrrhæ.
Folii.		an. ℞. i.
Croci.		Spicæ.
Thuris.	an. ℞. i. s.	Pyretri.
Reupontici.		Euforbii.
Amomi.	ana. ℞. i. ℞. ii.	Leucopiperis, idest piperis albi.
		ana. ℞. ii. s.

Puluerizentur subtiliter omnia, & cum melle quantum sufficit fiat confectio in bona forma. De iusquiamo cum scriptum reperitur, semper de semine, & non de herba est intelligendum, herba enim maioris est uenenositatis q̄ sit semē. Peonia si simpliciter scribitur, de radice est intelligendum, cum illa magis usui medicinae conueniat, q̄ folia uel semina.

DIACORI Mesue in cap. agritudinis neruorum. Et est confectio conditi ad agritudines neruorum frigidas mirabilis. ℞. Secacul. Pinearum mundatarum. Radicum acori. an. lib. i. s. Et sint secacul & acori elixata & expressa, & misce cum eis præter pineas mellis despumati. lib. x. & de coque lento igne, usq; dum spissitudinem acquirat, deinde deponatur ab igne, & proiciatur super ipsum pineas & misceantur adinuicem, post hoc pulueriza super ea piperis. ℞. i.

Piperis longi.		Nucis muscatæ.
Gariofilorum.		Galangæ.
Zinziberis.		Cardamomi.
Macis.	an. ℞. iiii.	an. ℞. iiii.
Dosis eius est.	℞. i.	mane & sero.

DIAMORVSION Mesue, est medicina multarum utilitatum, sicut diacurcuma magna, & experta & efficax nimis, & proprie ad dolorem stomachi propter frigiditatem factum, & humorem crudum, & ad agritudines splenis & epatis, & chronicas factas in ipsis propter hydropisum. ℞.

Croci.		Seminis anisi.
Radicum acori.	an. ℞. ii.	Cordumeni. i. canu agrestis.
Myrrhæ.	℞. iiii.	Spicæ.
Baccarum lauri.	℞. ii. s.	Mentha sicca.
Dauci.		Marmacur, idest marubium in pandectis.
Cinnamomi.		Ameos.
Casie lignæ.		Costi.
Cimini carmeni.		Piperis longi.
Carpobalsami.		Piperis albi.
Florum squinanthi.		Piperis nigri.
Seminis apii.	an. ℞. i.	an. ℞. i.

Mellis despumati & colati quantum sufficit, & fiat confectio. dosis eius est. ℞. i. usq; ad ℞. ii.

DIACOSTVM Mesue ualet ad dolorem uiscerum & oppilationum in eis, ad principium hydropisus. ℞.

Costi amari.		Rauedeni, idest reubarbari.
Cassie lignæ.		ri. ℞. iiii.
Cinnamomi.	an. ℞. v.	Radicum asari.
Seminis apii.		℞. iiii.
Seminis anisi.		Croci.
Cimarum squinanthi.	an. ℞. iiii.	Aristolochiæ.
		Myrrhæ.
		an. ℞. ii.

Mellis quantum sufficit, & fiat confectio. DIASVLFVR Mesue confert febris antiquis, & melancholicis, si gmaticis: & constrictioni anhelitus: & antiquæ tussi: & eis qui habent pectus saniosum: & confert iuuamentum manifestum ad duritiem splenis, & hydropisum: & prouocat urinam: & frangit lapidem: & confert mor sui uenenoſo: & eis qui timent potasse uenenum. ℞.

Piperis albi.		Agrestis.
Piperis longi.	an. ℞. vi.	℞. viii.
Sulphuris citrini.		Rutæ.
Thuris.		Costi.
Meu.		an. ℞. vi.
Iusquiami albi.		Opii.
Myrrhæ.		Corticum mandragoræ.
Storacis calami.	an. ℞. viii.	an. ℞. iiii.
Cordumeni, idest carui.		Croci.
		℞. ii. s.
		Cassie lignæ.
		℞. v.

THESAURVS

Confice cum melle despumato, & utere post sex mens-
ses dosis eius est. ʒ. ii. usq; ad ʒ. iii.

DIACVBEBE confectio, in thesauro pauperū in ca-
pit. de oppilatione epatis, & in usu a paucis diebus citra. ʒ.
Cubeborum. frigidorum.

Ozimi. i. semen. an. ʒ. iii. s. Spodii.
Sandalorum alborum. Rafuræ eboris. an. ʒ. i. s.
Sadalorum rubeorum. Seminis endiuæ.
Sandalorum citri. an. ii. s. Seminis portulacæ. an. ʒ. i.
Quatuor seminum maiorum.

Pistentur omnia subtiliter, & cum zuccharo quantum suf-
ficat fiat electuarium secundum artem tibi ostensam. Ad-
dendo in hoc electuario in magistrale reubarbari electi infu-
si. ʒ. iii. & misceatur in suprascripto electuario arte & in-
genio, ne uirtus infusionis reubarbari huius deperdat.

DIAREVBARBARVM N. ualet ad defectio-
nem epatis & oppilationem eius, & uentositati uiscerum &
indigestibilitati. ʒ.

Costi.	Radicum assari.
Croci.	Myrrha.
Cinnamomi.	Aristolochiæ longæ & rotundæ.
Spicæ indæ. an. ʒ. i.	Squinanti. an. ʒ. iii.
Cassia lignæ. ʒ. iii.	Reubarbari elec. ʒ. iii.

Mellis quantum sufficit & fiat confectio.

DIAPAPAVER N. dicitur à papauere albo, quia
intra. ualet contra uitium pectoris & pulmonis, cuius per-
mixtio. ʒ.

Succi liquiritiæ.	Seminis cucumeris.
Dragaganthi.	Seminis cucurbitæ.
Gummi arabici.	Seminis lactucæ.
Seminis papaueris albi.	Seminis maluæ. an. ʒ. i.
Penidii. an. ʒ. vi. ʒ. ii.	Amidi.
Amigdalorum. ʒ. ii. ʒ. ii.	Seminis cydoniorum.
Seminis melonis.	Seminis portulacæ.
Seminis citrulli. an. ʒ. i.	an. ʒ. i. ʒ. ii.

Syrupi uiolati quantum sufficit & fiat confectio.

DIACORI magistralis ualet ad paralytim, epilepsiam,
& torturam oris, & ad frigiditatem stomachi, & ad omnem
passionem corporis ex causa frigida. Cuius permixtio. ʒ.

Acori sicci & mundi. ʒ. iii.	Aristolochiæ longæ.
Zinziberis.	Nucis muscatæ.
Piperis longi.	Gariofilorum.
Piperis nigri. an. ʒ. i. s.	Cinnamomi.
Seminis peoniæ.	Galangæ.
Radicum peoniæ.	Zedoariæ.
Carui, idest semen.	Castorei. an. ʒ. iii.
Seminis ameos.	Seminis ozimi, idest semen ba-
Sticados citrini.	siliconis.
Saluæ.	Hysopi sicca.
Petrofiliæ, idest semen.	Pyretri. an. dra. ii.

Ruthæ. an. drag. ii.
Puluerizentur omnia subtiliter, & cum lib. v. ʒ. iii. mellis co-
cti & despumati fiat confectio in bona forma, dosis est. ʒ. ii.

DIACATHOLICON lassatiuū in Nicolao ma-
iori uniuersaliter potest dari in omnibus ægri tudinibus, in
quibus est fienda quasi uniuersaliter solutio uentris, datur &
sanis constipatis ad conseruationem sanitatis, datur indiffere-
nter ante cibū & post sine nutritione alicuius, purgat me-
lancholiam, cholera, & flegma, mundificat sanguinem, & ex-
pellit uentositatem uentris & pectoris, & lenit intestina. ʒ.

Folliculorum senæ.	Penidii.
Cassia nouiter extracta & mundæ.	Zucchari candi. an. drag. vi.
Tamarindorum. an. ʒ. ii.	Seminis anisi.
Reubarbari.	Seminu comunium. an. ʒ. iii.
Violarum. an. ʒ. i. alibi. ʒ. i. s.	Polypodii. ʒ. i.
Liquiritiæ rasæ. drag. vi.	Zucchari. lib. ii.

Fac hoc mō. cassia & tamarindi extrahatur & cum modi-
co alteri polypodio, & fiat decoctio, & extrahat cassia & ta-
marindi cætera puluerizentur, & cū lib. ii. zucchari fiat ele-
ctuariū in bona forma. Species electuariorum solutiuo-
rum sunt grosso modo conterendæ & per sedatium rarum

transiri debent, & non solum electuaria solutiua, sed & con-
fectiones solutiua ut diarob & diacartamū. Et grossa hæc
puluerizatio duplici causa fit. Primo ut diu in stomacho ma-
neant, & ibidem diu operentur. Secundo ut uirtus eius cito
non euanescat, & ne sua subtilitate ad mēbra transirent, quia
maximum nocumentum inducerent. ut supra declarauit.

Medicinæ solutiua dicuntur, eo quia habent corruptos
humores soluere, idest educere & euacuare.

DIASENÆ Nicolai dicitur a sena quæ ibi recipitur
plus q̄ de aliis speciebus. ualet propria melancholicis, ma-
niacis cardiacis, tristibus. Cuius permixtio. ʒ.

Folliculorum senæ. ʒ. iii.	Spicæ.
Auellanarum assata. an. ʒ. ʒo	Ozimi, idest semen basilici.
Serici combusti. ʒ. ii.	Zinziberis.
Lapidis armeni. ʒ. i.	Folii.
Lapidis lazuli amborum.	Cardamomi, scilicet maioris
lotorum. ʒ. ii.	& minoris.
Zucchari. ʒ. vi.	Croci.
Cinnamomi. ʒ. i.	Zodoariæ.
Gariofilorum.	Florum roris marini.
Galangæ.	Macropiperis, idest piper lon-
Piperis. an. ʒ. ii.	gum. an. ʒ. ii.

Puluerizentur omnia subtiliter, & cum lib. ii. mellis cola-
ti & despumati fiat electuarium in bona forma hoc modo.
Auellana subtiliter conterantur: deinde ad bulliē dum cum
melle ponantur, semper spumam a melle amouendo, post
uero aliqualem coctionem mel remoueat ab igne, & spe-
cies ponantur. Lapis lazuli & lapis armenus hoc modo
lauantur. Terantur ambo per se subtilissime, deinde accipe
mortarium lapideum, & proice ipsorum alterum, & aquā
claram in eo: & cū pistello agitādo simul misceantur, et hoc
facto per aliquod tempus permittite residentiā facere, & pri-
mam aquā abicias, & sic ter facias semper aquam innouan-
do postea loco aquæ claræ accipias aquam rosatā: & sic fa-
cias ut de eorum aqua dixi. Et tantum cū dicta aqua lauen-
tur q̄ aqua remaneat clara: & tunc ipsorum perfecta erit
lotio, sed per se conteri debent & lauari. De serico uero
quod scriptū est q̄ apponatur in medicinis cordialibus pro
confortatiuo cordis nullo modo debet comburi, sed minu-
tis sine incidi & teri. Quod uero ponitur in medicinis ad
materiæ consumptionem ut in hoc electuario ponitur, tunc
comburendum est. Modus combustionis positus est supra
in diamusco dulci.

DIAPHENICON Mesue, confectio de dactylis uo-
catur. cōferēs ad febres cōpositas & chronicas, & ē medici-
na securitatis confert ad colicam & dolorem uentris, & hu-
morem crudum, & frigora, & solutiua facile & conueniēs.
ʒ. Dactylorum heyron infusorum in aceto tribus diebus &
noctibus. ʒ. c. siue drachmas cētū. Penidiorū schari, idest fa-
cti de zuccharo albo infuso i aqua decoctionis ordeī. ʒ. ʒo
Amigdalorum mundata. Cinnamomi.
rum. ʒ. xxx. Macis.
Turbith. ʒ. xxxv. Ligni aloes.
Scamoneæ pparatæ. ʒ. xii. Seminis anisi.
Zinziberis. Seminis feniculi.
Piperis longi. Seminis dauci.
Foliorū ru. siccorū. an. ʒ. ii. s. Galangæ. an. ʒ. ii. s.

Conterantur subtiliter dactyli, penidii, & amigdalæ. cæte-
ra uero puluerizentur nō multū subtiliter. Mellis despuma-
ti & colati quantum sufficit, & fiat electuariū. Dactyli hey-
ron dicuntur heyron ab illa regione in qua dactyli multum
abundant, & qui in ea nascuntur sunt meliores omnibus aliis
aliarum regionum. Alii uero dicunt q̄ est una maneries da-
ctylorum quæ melior est, quæ admodum sunt pruna dama-
scena, quæ meliora sunt aliis primis, & una & altera opinio
est. Penidii & dactyli in hac compositione ponuntur ut in-
uiscentur & ingrossent medicinas solutiuas, ne ad lōginqua
penetrent, & hac de causa ponuntur in hac compositione a
Mesue & in omnibus aliis medicinis solutiuis, in quibus po-
nuntur. De hac cōpositione uaria reperitur litera, & pau-
cissimi sunt aromatarii qui usq; adeo cōpositionē hanc rite
composuerint ob literæ uarietatem. reperio enim in aliqui
compo-

bus Mes. scriptum fieri, in aliis fiam, in alio fiam, in quibusdā sachari in aliis fiam, & in aliis fiam & fiam, quæ omnes corruptæ sunt, præter illam quæ penidiarum fiam dicit, & multipliciter exponitur. Quidam enim dicunt quod penidii fiam sunt penidii facti ex zuccharo illius provincie, & quod fiam est provincia, & hæc opinio falsa est. Alii dicunt quod sunt penidii qui sunt ex zuccharo prius infuso in aqua ordei, cū fieri idē sit quod ordeū, & tunc illo modo facti sic appellantur di sunt magis q̄ lenitui sunt & absterfui, minusq̄ uiscoli & oppilatiui. Alia expositio est quod fiam idem est quod solidi albi & leues, & hi sunt ex bono zuccharo & dū hęc opinio nes bonæ sunt, sed secunda magis ad mentem doctoris, & fuit & est mea opinio. Igitur cum compositionem hanc facere uis, Accipe zuccharum album & infunde in aqua decoctionis ordei per horas sex, deinde zuccharum coque illa in aqua & penidios fac, & habebis perfectam & ueram descriptionem diaphaniconis secundum auctoris mentem.

Penidii fiūt ex zuccharo solido ultimate decocto & ex lōga & continua ductiōe & manibus pertractatione dealban tur: & de bono zuccharo faciendū sunt non de puluere zucchari ut quidam faciūt aromatarii. Diaphanicon dicitur à phanichius, idest dactylis de quibus plus intrant quàm de aliis medicinis, basis tamen non fuit hac medicina. Sed turbith & scamonea sunt basis.

DIAPRVNIS non solutiui Nicolai, & dicitur diaprunis siue diamuscum, quia pruna damascena ibi intrat, ualet proprie acutas patientibus, & per acutas maxime causon & synoche in principio augmento & statu agritudinis.

R. Prunorum damascenorum quantitatem quam uolueris non perfecte maturatorum, sed propinquorum maturatiōni, aquæ claræ quod possint bulire, coque donec mollescat, deinde pone ad cribrum ut transeat, & superius remaneant ossa & cortices. In aqua uero decoctionis dictorum prunorum adde uiolarum. ʒ. i. & bullat iterum, deinde coia dicta decoctionem & syrupiza cum lib. ii. zucchari in quo superpone de pulpa prunorum lib. i.

Cassia nouiter extracta. Tamarindorum. an. ʒ. i.
Coque totum usq̄ ad mediocrem spissitudinem semper cum spatula agitando postea adde hos plures. R.
Sandalorum alborum. Berberorum.
Sandalorum rubeorum. Succu liquiritiæ.
Spodii. Dragaganti. an. ʒ. ii.
Reubarbari. Seminis citrulli.
Cinnamomi. an. ʒ. iii. Seminis melonis.
Violarum. Seminis cucurbitæ mundatorum. an. ʒ. i.
Rosarum.

Seminis scariofæ. an. ʒ. ii.
Puluerizentur omnia satis subtiliter, & permisceantur, & habebis diaprunis non solutiui.

Et si lassatum facere uolueris adde pro qualibet libra istius electuarii diagridii. ʒ. vii. Pruna & omnes fructus colligendi sunt quando iam maturitatem acceperunt, & antequam cadant ab arbore, & sic debent conseruari.

Pruna ex quibus superscripta compositio fit debent esse mediocris maturitatis, non multum matura uel muza.

Muzum autem proprie dicitur, cuius sapor est compositus ex dulci & acetoso.

DIACASSIÆ magistralis. R.
Cassia munde & elec. lib. ii. Tamarindorum. ʒ. i.
Prunorum numero. xii. Thymi.
Violarum. Epithymi. an. M. s.
Ordei. Passularum. ʒ. s.
Seminis anisi. Seminis faxniculi. ʒ. ii.
Polypodii. Seminis portulacæ.
Cartami. Seminis natiuarum. an. ʒ. iii.
Liquiritiæ. Cinnamomi. ʒ. iii.
Capillorum ue. an. M. s.

Misceantur & confrangantur omnia grosso modo, & bulliant in lib. xii. aquæ secundum artem, deinde colentur manibus exprimendo, de qua colatura cassiæ & tamarindi extrahantur & dissoluantur. Et addatur zucchari. lib. i. deinde coquantur quo usq̄ ad formam electuarii, reducantur lento

igne, cum spatula semper agitando. Drachma nomen est ponderis, & ponderat nonam partem uncie, & sic accipiebatur antiquitus, & illa est uera drachma, modernivero octaua partem uncie pro drachma accipiunt, quæ est scropuli tres, & drachma græce idem est quod manipulus uel fasciculus modernorum. Grana ex quibus medicinæ ponderantur, debent esse grana ordei uel frumenti. si enim sunt frumenti debet illud granum esse a superiori cortice mudatum. si uero ordei illud granum esse debet cum cortice, & sic habebis debitum ordinem ponderum.

DIACARTA MI magistrale. R.
Medullæ cartami. ʒ. i. Turbith electi. ʒ. i.
Specierum diadragagati trigidii. ʒ. ii. Diagridii. ʒ. ii.
Carnium cydoniorum. ʒ. ii. Mannæ granatæ.
ʒ. i. s. Mellis rosati. an. ʒ. viii.
Zinziberis albi. ʒ. i. Zucchari albi. ʒ. vi.

Et fiat confectio in morsellis uel in forma manus christi de. ʒ. iii. pro singulo cuius est dosis.

Dosis enim est limitata mensura & quantitatis simplicis, uel compositæ medicinæ solutiue uel non solutiue de se apta nata est facere sufficientem operationem non diminutâ nec superfluum. Carnes cydoniorum, idest pulpa cydoniorum, debent subtiliter conterri cum cartamo a quo amotus sit cortex exterior, & hoc modo dicitur medulla, deinde ambo debent dissolui cum melle rosato & manna & zuccharo ferre cocto bene misceri, in fine uero addantur species prescriptæ misceri debet & confectio fieri. Medicinæ omnes solutiue conseruantur per duos annos in sua bonitate & solutione, elapso uero dicto tpe amittunt uirtutē suâ solutiua.

DIAROB cum turbith magistrale & cum reubarbaro ualet, & est confortatiuum, solutione educit humores hegmaticos grossos & uiscosos & a remotis & iuncturis proprie. Et ipsum quidem mundificat stomachum, & expellit ab eo superfluitates adherentes in uis eius, & mundificat pectus à hegmate grosso & putrido, & educit à iuncturis & locis neruosis, & anchis humorem grossum & uiscosum, & est medicina ad dolores iuncturarum, & usus eius preseruat à lepra, ab infectionibus hegmaticis, sicut est morphea & baras. est enim medicina bona febrium hegmaticarum. is autē qui sumit ipsum timeat auritū, & abhorreat pisces. Cuius permixtio hæc est. R.

Turbith albi & gūmo. ʒ. x. Macis. ʒ. s.
Zinziberis albi. ʒ. v. Reubarbari boni & electi. ʒ. iii.
Galangæ. Diagridii infusi in aqua rosa. per dsem. ʒ. s.
Piperis longi. Zucchari boni. ʒ. xvi.
Cardamomi maioris & minoris.

Croc. an. ʒ. i.
Et fiat confectio in morsellis, dosis eius est. ʒ. vi.

Pondera comunia, ex quibus medicinæ comensurantur & ponderantur, sunt sex. Primo libra, cuius talis est figura lib. secundo uncia & talis est figura. ʒ. Tertio drachma & talis est. ʒ. Quarto scropulus & talis est. ʒ. Quinto granum & talis est. gr. Sexto Manipulus & talis est. M. & his sex ponderibus comuniter oēs mensuræ mensurantur medicinarū.

DIAROB cum turbith sine reubarbaro magistralis ualet & c. R.
Turbith albi & gummofi. Galangæ.
ʒ. viii. Piperis longi.
Zinziberis. ʒ. iii. Macis. an. ʒ. i.
Cinnamomi. Diagridii. ʒ. iii.
Gariofilorum. an. ʒ. ii. Zucchari albi. lib. i.

Et fiat confectio in morsellis de. ʒ. iii. pro quolibet morsello dissoluendo zuccharum in uino cydoniorum & aqua simplici puluerizando solutiuum hoc more & c.

Inter antiquos & modernos de ponderibus est differētia, ideo intelligendum quod libra modernorum constat & resulat ex. ʒ. xii. uncia constat. ex. ʒ. viii. drachma ex. ʒ. iii. scropulus ex. gr. xx. & sic medicinæ à medicis commensurantur hoc tempore.

DIAMARGARITON N. & dicitur à duobus

generibus margaritarum perforatarum & non perforatarum, quæ ibi intrant ualet cardiacis tristibus, & ad omnem cordis debilitatem, stomachi patientibus fastidium aufert, digestio nem procurat, asthmaticis, disphnoicis opitulatur, & phthi sic, & eos q ex longa ægritudine sunt extenuati resumit. R. Garioflorum. Margaritarum non perforatarum. Spicæ. Margaritarum perforatarum. Galangæ. Zinziberis. Ligni aloes. Osis de corde cerui. Lquiritiæ. Rasuræ eboris. Trochilorum diarhodon. Blata bizanzia. an. 3. s. Trochilorum diani. an. 3. i. s. Musci. Nucis muscatæ. Ambræ. Macis. Cardamomi. Aliptæ muscatæ. Seminis leuistici. Reubarbari. Seminis basilici. an. 3. i. mi nus. gra. ii. Zedoariæ. Camphoræ. gra. vi. Storacis calamitæ. an. 3. i. Mellis rosati quantum sufficit. detur in æstate cum rhodo stomate, uel cū frigida, in hyeme cū uino mane & meridie.

DIAMARGARITON Auicennæ, ualet mulie ribus, ipsum enim rectificat dispositionem matricis earum, & dispositionem stomachorum earum, & oportet ut uehes mens sit studium in stomachis earum, quare confortentur cū eis quæ sunt, sicut geleniabîn cum xyloaloe, & mastice, & si milibus, & electuaria facta cum zuccharo plurimo cū specie bus aromaticis. in quibus enim est multa caliditas cum em/ plastris stipticis calefaciētibus aromaticis, cuius pmixto. R.

Margaritarum non perforatarum.	Zedoariæ.
Pyretri. an. 3. i.	Doronici.
Zinziberis.	Seminis apii.
Masticis. an. 3. iiii.	Thapsiæ.
Been. albi.	Cinnamomi.
Been. rubei.	Nucis muscatæ.
Piperis.	Macis. an. 3. ii.
Macropiperis. an. 3. iiii.	Cinnamomi. 3. v.

Zucchari sublimis quantum omnia & plus fiat confectio in morfellis, & etiam in forma electuarii potest fieri.

DIACARIDION seu rob nucum Mesue, conferens eis quibus a capite ad pectus catarrhus acutus & subtilis defluit, & ad cannam pulmonis, & est causa apostematum & præfocationum mortis, & est ad hoc medicamē fuz blime. Et eius modus est. R. succi corticum exteriorum, nucum in diebus canicularibus lib. iiii. decoque ipsum ebullitione una, deinde adde mellis purificati. lib. ii. & coque usq ad spissitudinē mellis, & referua. Nota q rob durat per duos annos in sua bonitate & perfectione, ut uoluerunt antiqui, moderni uero dicunt per annū solū sed durat plus & minus secundū ipsorum succorū purificationē. Nux simpliciter prolata uel scripta semper de nuce cōmuni intelligatur.

Dies caniculares sunt dies in quibus apparet quædam stella meridionalis canis appellata ab astrologis, in matutinis apparet & solis ortū antecedit, & hoc est in medio æstatis. Incipit autem caniculare tempus decima die Iulii uel circa & durat usque ad dies. xx. Augusti, ita q in summa dicti dies sunt numero. xl. illis igitur diebus nuces colligendæ sunt per hac compositione.

Dies quidam dicuntur naturales, quidam artificiales, naturales dies sunt a prima hora usq ad .xxiiii. artificiales uero ab ortu solis usque ad occasum.

Et post illud nobis occurrent intētionēs quatuor. nā pro pueris & mulieribus & humidis natura sufficit medicamen sic factum, & qn est in principio aliquid de stipticitate habētibus, misceri oportet, sicut sunt rosæ & balauistiæ, & quādo in statu est ægritudo crocus & myrrha muscenda sunt, in declinatione uero baurach & sal armoniacus & similia. est enim medicamen sublime & expertum.



LECTVARIVM de gummis Mes. iuuamentum est magnum ægritudinis cerebri, cordis, stomachi, & epatis & matricis mulieris frigida, & nos fecimus experimentum bonum, & ualet ad tremorem cordis, & syncopim, & debilitatem stomachi, & quādo quis tristatur & nescit radicem, & ei qui diligit solitudinem, & facit corporis colorem & odorem bonum. R.

Albarū margaritarum. 3. ii.	Zinziberis.
Fragmentorum zaphiri.	Piperis longi.
Hyacinti.	Croci.
Sardinis quod est quidam lapis pretiosus.	Spicæ.
Granatorum.	Folii.
Ferugegi. i. s. ineraldi. an. 3.	Heil. i. cardamomum ma/ ius. an. 3. i.
Zedoariæ. i. s.	Trochilorum diarhodon.
Doronici.	Ligni aloes. an. 3. v.
Corticum citri.	Cinnamomi.
Seminis alphelengemisch. i. ozimi garioflati.	Galangæ.
Macis. an. 3. ii.	Zurumbet est radix aromati/ ca. an. 3. i. s.
Corallorum rubeorum.	Foliorum auri & argenti. an. 3. ii. gra. v.
Carabæ.	Musci boni. 3. s.
Limaturæ ebo. an. 3. ii.	Ambræ. 3. ii.
Been albi & rubei.	
Garioflorum. an. 3. i.	

Puluerizentur & referentur in uase uitreo & obturetur os uasis.

In hac compositione multa sunt uidentia pro clariori ipsius doctrina. Primo quid sit sardonis. est enim lapis rubeus spissus cum substantia peruia seu trasparente, & dicitur q eius uirtus est quæ accendit animum ad gaudium, & acuit ingenium. ideo merito in hoc electuario positū est. Sed quæ cognitio huius lapidis non est apud aromatarios, ideo uoco ipsius ponuntur rubini. Et hoc consonum est cuidam re ce ptæ inuētæ in uno antiquissimo Mes. quæ dicebat quinque generum fragmentorum communium præciosorum, & sic erit litera bona. Quia si scriptum reperies quinque generum fragmentorum communium præciosorum, de quinque supra dictis deberes intelligere. s. de zaphyri, hyacinti, rubini, smeraldi, granatæ fragmentis & non de aliquibus aliis. De al scias q de per se nihil significat nisi articulū scilicet hoc. Nam ubi nos dicimus hoc, arabes dicunt al. Et ideo quando al miscetur cum aliqua dictione significat articulum in illa dictione ut alhase. i. thymus & c. Felengemisch differentia est de eo inter doctores, quidam dicunt q est ozimū garioflatum, & illud est semē citrinum odoriferum, quod colligitur a basilicone habente folia minuta, & hæc opinio uera est. Alii uero dicunt q est semen melissæ. Alii q est cinnamomum, quæ duæ opinioniones a doctoribus reprobantur, & prima tenetur. Preciosa fragmenta & mineralia sunt cum in aliqua compositione intrant ultimate conterenda usque quo possunt per satis spissam telam transire, ac etiā omnes lapides ut coralli, lapis iudaicus, & ita ea administrare ut docet, nos q monet Auic. cum lapidem iudaicū in carulo, alias calculo, iubet dari, illum super cotem uel lapidem molarē duceret iubet ut magis subtilior sit. Igitur nunquam in tritando eos fessus sis, quia quāto subtiliores tanto perfectiores existunt. Zurumbet non est zedoaria ut Matth. syl. exponit, cum Auic. secūdo canon. diuersa de eis faciat cap. Sed zurumbet est quædam radix similis cypero grossior zedoaria intus subcitrina, & odore aromatica, & sapore acuto, minus tamen zedoaria, sed si caremus ea, loco ipsius zedoariam ponimus. De aureo pondere dicendum est, inter doctores de eo est magna differentia, quidam dicunt, ut Gentilis, q est pōdus de 3. i. s. & hoc affirmat Simon Ianuen. Alii dicunt q est septima pars uncia. Sed communis & uera de ciso est, q si inueniatur aureum. i. ut in hoc loco & in omnibus aliis medicinis non solutiuis idem est quod 3. i. s. in medicinis uero solutiuis si reperiat, idem est quod septima pars uncia & non plus. Insuper quia confectio hæc & sequentes

sequentes propter lasciuia hominum fieri solent in morsellis
quantitas specierum ad zucharam declaranda est. Ideo ad
omnem lib. i. zuchari apponi debet. 3. i. specierum cribella-
tarum. Cribellatarum dico propter simplicia, quae cribella-
ri non possunt, ut amigdala, dactyli, semina omnia. Ad om-
nem uero lib. i. mellis specierum cribellatarum ut supra. 3. iii.
Et hoc modo faciēdo habēt domini medici & a gri uirtutē
medicinarum a doctoribus limitatam. Scelus autem faciunt
aromatarii nostri temporis auaritia ducti, quod ignoscat illis
deus. Nota insuper q̄ Mes. dicit, confice cū melle embli-
corum & colatura geleniabin. Ideo si in forma illa facere
uis, scias q̄ mel emblicorum hoc modo fit. R. mirabola-
norum emblicorum. 3. ii. aquae communis lib. ii. Terantur
subtiliter didi mirabolani, & infundantur per dies. viii. in di-
cta aqua, postea bulliant usq̄ ad consumptionē medietatis,
deinde colentur cum panno linteo bene manibus exprimen-
do, & in dicta colatura addatur mellis boni lib. i. bulliant si-
mul usq̄ ad consumptionem aquae & coctionem mellis, &
reseruetur. hoc enim dicunt mel emblicorum. Accipe ergo
mellis emblicorum geleniabin. i. mel rosatum an. lib. s. i. u.
prescriptarum specierum. 3. iii. & simul mil. ce. & habebis ele-
ctuarium de gemmis in forma liquida ut scribit. Mes. De
geleniabin inter doctores est discor. am. Aui. 5. can. cap.
de conditis dicit, q̄ geleniabin idem est quod rosa condita
siue cum melle siue cum zucharo, & sic tam zucharam ro-
satum quam mel rosatum secundum eum appellari potest
geleniabin, & hoc idem tenet Halyabas. Rasis uero tertio
almanforis dicit geleniabin est mel rosatum. Quas opinio-
nes reprobat Matth. syl. dicens q̄ geleniabin idem est quod
mel rosatum. Sed seleniabin. i. zucharam rosatum, gelenia-
bin. i. syrupus rosatus, & haec opinio ab aliis omnibus do-
ctoribus tenetur. Igitur geleniabin. i. mel rosatum & c. Et haec
de electuario de gemmis.

ELECTVARIVM Conciliatoris in cap. differen-
tiarum. xvi. cor. laticat & confortat, mirabiliter ualet ut pa-
tet in libro Conciliatoris. R.

Succi pomorum dul. despu- mati, & sint poma redolens tia.	Florum boraginis. Rosarum rubeorum. Been albi & rubei. Coralorum rubeorum, Limaturae eboris. an. 3. iiii.
Succi buglossae despumati. an. 3. v.	Spodii. 3. iiii.
Doronici.	Setae crudae minutim incise.
Corticum citri. an. 3. iiii.	Croci. an. 3. ii.
Galliae muscatae.	Mirabolanorum omnium. an. 3. iiii.
Macis.	Berillorum.
Charabae.	Smeraldorum.
Osis de corde cerui.	Hyacinthorum.
Sandalorum rubeorum. an. 3. iiii.	Sardani.
Seminis basiliconis.	Zaphilorum.
Folii.	Granatarum. an. 3. i.
Myrtillorum.	Albarum margaritarum. 3. iiii.
Melissae.	Limaturae auri.
Seminis coriandrorum pra- paratorum.	Limaturae argenti. an. 3. ii.
Cinnamomi.	Ambrae.
Galangae.	Cantora. an. 3. v.
Zedoariae.	Musci. 3. i.
Spicae nardi.	
Ligni aloes crudi. an. 3. ii.	

Misce & fiat electuarium arte & ingenio ori laudabile cū
zucharo albo quantum sufficit.

ELECTVARIVM de aromatibus Mesue quod
scripsit Galenus expertorum iuuamentorum ad causas sto-
machi & epatis, & egritudinis in eis factas ex regmate gros-
so & uentositate. Digestionem confortat. Inflammationem
remouet, & morbos ex ea factos curat, retardat canos, Ca-
lorem emittit bonum, & oris & sudoris odorem reddit bo-
num, renes quoq̄ calefacit, & coitum excitat, acidus ructus
curat, & fastidium & abominationem remouet. R.

Ligni aloes crudi nō cocti. aure. xii.
Rosarum rubeorum an. Galliae muscatae.

Doronici.	Cardamomum. s. maius.
Piperis longi.	Cardamomum minus, idest melegeta.
Nucis muscatae.	Trium sandalorum.
Menthae siccae.	Reubarbari.
Spicae.	Cubebae.
Cassiae lignae.	Coffi.
Macis.	Zinziberis.
Garioflorum.	Seminis feniculi.
Masticis.	Seminis anisi.
Cinnamomi.	Keisim. i. seminis leuisticis. an. aur. ii.
Radicum assari. an. aur. iii.	Zuchari. 3. vi.
Calami aromatici. aur. iiii.	
Croci.	

Mixtae aromaticae idest mixtae cydoniorum cum speciebus
lib. i. Mellis despumati quantum sufficit, & fiat electua-
rium, puluerizatis prius puluerizandis. Sed si in morsel-
lis facere uis, facies ut supra, dosis eius est ab. 3. ii. usque ad
aureos. iii.

Lignum aloes crudum est illud, quod non est coctum.
Arabes enim solent ipsum decoquere antequam illum ad
nos uenire permittant decoquendo illum in aqua, per quam
decoctionem quaedam humiditas, quae in illo erat, seu gum-
mositas amouetur quae natans super aquam illam reseruat,
deinde mittunt ad nos illum coctum bene quod est sine ani-
ma, & nullam habet uirtutem uel bene paucam, & ob hoc
auctor dicit crudi. Cognoscitur quod sit crudum hoc mo-
do. Nam si in igne ponitur emittit quandam humiditatem
aromaticam quae illum a combustionem prohibet. Secundo
si in aqua proiciatur subito fundum petit propter ipsius
grauitatem, & talis est eius cognitio.

ELECTVARIVM de bacis lauri. Rasis. al-
manforis capitulo de colica. ualet, ad colicam & iliacam
passionem, & doloribus intestinorum ex causa frigida uel
uentosa. R.

Foliorum rutae siccorum.	Acori. an. 3. ii.
3. x.	Keisim. idest semen leui- stici.
Seminis ameos.	Origani.
Cimini.	Carui.
Nigellae. an. 3. ii.	Amigdalorum ama. an. 3. ii.
Piperis nigri.	Baccarum lauri.
Macropiperis idest piperis longi.	Castorei. an. 3. ii.
Mentastri.	Serapini. 3. iiii.
Dauci.	Oppoponacis. 3. iiii.

Puluerizentur puluerizanda non multum subtiliter, ut di-
ctum est de diacimino. Mellis cocti & despumati ad podus
omniū & est. 3. v. 3. v. gummata uero dissoluantur in aqua ru-
tae, & facies in bona forma. Et nota q̄ Rasis dicit, quod
non habet partem in resoluendo uentositatem. Ruta, quae
in hac compositione intrant ac in omnibus aliis, debet exic-
cari cum mensura. & hoc ideo quoniam si exiccatur uehe-
menter est calidissime complexionis, & eius calefactio est
ultra mensuram. Et si non exiccatur debito modo, remanet
in ea humiditas superflua, quae prohibet eam digeri, & uen-
tositate facit, quare in ipsius exiccatione diligentia habenda
est. Et debet in umbra exiccari, nō autem in sole, ut quidam
imperiti faciunt. De nigella multi sunt qui errant, ponentes
in receptis semen quoddam cinerulentum odoriferum
satis triangulare pro ipsa nigella, & errant. Sed nigella est
quoddam semen nigrum clarum aromaticum multum fa-
ciens folia fere similia fumiterae, & id in medicinis appone-
dum est. Origanū colligendum est in mense Iulii, postquam
sol tendit ad occasum scilicet in uesperis. Non autem in
mane ante solis ortum ut quidam fatui faciunt. Mel &
omnes medicinae triplici causas coquuntur, primo ut mu-
dificent mel, quia coquitur ut sua impuritas remoueatur, se-
cundo ut expellamus aliquam substantiam nostro propo-
sito repugnantem, ut multa decoctio caulium, quae illos
stipticos facit, tertio ut uirtus ipsius in oleo uel aqua tran-
seat & c.

ELECTVARIVM de citro Mesue inuentione
nostra, confortans stomachum & procurans digestionem, &
The. aroma. T

odorem oris facit bonum, grossas uentositates expellit & cor confortat. Cuius permixtio hæc est. *R.*
 Corticum citri aur. xx. idest. Galangæ. ʒ.ii.
 ʒ. xxx. Musci. ʒ. s.
 Gariofilorum. Cardamomi maioris & mi
 Ligni aloes. noris.
 Cinnamomi. Zinziberis. an. ʒ. i.
 Macis. an. ʒ. ii.

Puluerizentur hæc non multum subtiliter, mellis cocti & despumati. ʒ. viii. & fiat confectio, ut fieri solet, in forma solida, ut supra.

Vellem postquam prouinciam hanc accepi, Ioannes Fraciscus mi, partem omnem aromataris necessariam declarare ne illi sua ignorantia ad tenebras exteriores ducerentur. Cōtingit nonnunquam ad eos accedere uiros & homines affictos stomachi dolore, petentes ab eis suffragium. Ipsi pietate moti exhibent uel aromaticum, uel diaciminum, uel dianisim, non ultra considerantes de hora exhibitionis, quæ res aliquando ducit ægrum ad non parua pericula. Ea propter indocti me audiant notentq; distinctionem hanc.

Confectiones quæ dantur aut ad digerendum materiam facientem ægritudinem, & deoppilandum, ac ad confortandum membrum ut triasandal, tunc dari debent ante cibum, saltem per horas quatuor, ut possint à natura præparari, & ad loca necessaria transmitti. Si uero propter stomachum, aut propter prostrationem appetentiæ dantur, tunc parum ante cibum dandæ sunt. Si uero propter uirtutem digestiuam exhibentur, immediate post prandium exhibendæ sunt. Si uero dantur ad confortationem cerebri & uirtutis animalis, post prandium & post canam per longum tempus, saltem per duas horas dandæ sunt. Si uero ad cordis confortationem, debent dari circa mediam noctem, & tenendæ sunt multum in ore, ut paulatim resoluantur. Si uero ad resolutionem uentositatis, stomacho uacuo & à cibo & superfluitatibus mundato exhibeantur. Et in hoc aduertendum est q; nullo modo exhibeantur itaq; theriaca, neq; confectiones aperitiuæ, seu diureticiæ cibo existente in stomacho, uel in ipso repleto malis humoribus. Igitur consuetudo Vercellensium, quæ est accipere thriacam cū aqua ardentis propter nauseam uituperantur, ac corruptela Italicorum, qui eam cum maluatico assumunt. Et ratio est, quia cibus indigestus ac superfluitates malorum humorum ducuntur subtilitate maluatici, uel aquæ ardentis ad epar, & oppilationem faciunt & ad prauas ægritudines homines præcipitant, quare. Cuius electuarii species sunt satis grossæ terendæ, cum sua uirtute sit in confortando stomachum, & non transit ipsum, sed uentositates resoluit, & hoc propter causas assignatas in recepta diacimini.

Modus accipiendi cortices citri & aliorum pomorū suauem & aromaticum habentium odorem hoc modo facies. Igitur qui uult uti corticibus pomorum citri in compositionibus eligat poma quæ habeant acetositatem maiorem intrinsecus, eo quia cortices eorum sunt magis odoriferi, & oportet q; excorientur illa die qua collecta sunt ab arbore, tergantur ergo primo bene cum mantili aspero & mundo, & excorientur cū cultello acutæ acutiei paulatim & leuiter, ne accipiatur ex came cū cortice, & simili modo oportet fieri de cydoniis & aliis pomis, deinde in umbra exsiccentur.

Nota q; ista omnia electuaria dulcia seruantur per annū integrum & ultra, & omnia alia præter electuariū, quo utuntur reges & prælati, q; nō potest diu seruari, eo quia rācescit, sed solū per dies quindecim, uel per mēsem ad plus seruat.

ELECTUARIUM de cineribus Auicēnæ fen de cima octaua tertii cap. 19. *R.*

Cineris uitri.	Cineris corticum oui à quo pullus egressus fuit. an. ʒ. i.
Cineris scorpionum.	Lapidis iudaici.
Cineris radicū caulii nabati sunt caules nō trāspātati.	Gummi nucis.
Cineris leporis.	Radicum acori. an. ʒ. i.
Lapidis spongiæ.	Seminis petrosillii.
Sanguinis hirci exiccati & præparati.	Dauci. i. semen pastinacæ

Syluestris.
 Pulegii.
 Gummi arabici.
 Seminis althææ.
 Piperis. an. ʒ. i. s.

Puluerizentur omnia subtilissime, mellis cocti & despumati. ʒ. x. & fiat electuariū, quod bene obturetur, ac sæpe cū spatula cōmiscatur. Vitru cōburitur hoc modo, teratur bene, deinde reponatur in crucibulo uel captia ferri, & pone super prunas semper insufflando, donec rubeū fiat, deinde ab igne remoueat, si erit incineratū bene, aliter iterū ponatur super prunas & insuffuetur, & nō desinas sic facere, donec incineretur, & de eo utere. Scorpiones hoc modo cōburuntur. Accipe scorpionū uiuorū quātitatē quā uolueris, & pone in olla noua, & claude eā lutando illā cū pasta uel cū terra, & pone illā in furno calido, & dimitte per diē & noctē, deinde extrahe, & cinerē ipsorū habebis. Caules nabati. i. caules nō transplantati hoc modo cōburuntur. Extrahe radices à terra, mudentur ab omni immunditia, deinde in frustra incidantur, & ponantur in olla, & cooperiatur olla cooperitorio perforato, ita ut fumus possit exire, & ponatur in furno, & dimitatur per totum diem, in sero remoueat, & reperiens in dicta olla tanquā carbones, postea dictos carbones tere bene, & in alia olla parua repone, cooperi lutando eā, & repone eam in furno, & dimitte per diem & noctem, & tantum ac tam sæpe hoc facias, q; carbones in cinerē album esse conuersos reperies, & de illo utere.

Modus incinerandi leporē. Accipe leporē uiuū, & decolla illū, & repone in olla noua cū toto sanguine & pelle, bene obturando ollā. Deinde ponatur in furno, & tantū dimitta tur, q; incineretur, & dicto cinere utere in electuario supra scripto. Cortices ouorū hoc modo incinerentur. Accipe cortices ouorū à quibus pullus egressus fuit, & bene pistentur, deinde ponantur in olla noua, quæ bene obturata sit, ponatur in furno, & dimitatur per noctē, in mane si sint incinerate, bene est, sin autē bene in furno dimitatur, usq; quo sint incinerate, & nota q; quo magis coquuntur, eo albiores redduntur, & incinerantur, & eis utere. Gummi uero nucis scidū quosdā est fungus, qui reperitur super arbores diuersas, cuius color est ad similitudinē spongiæ, sed nō recte sentiunt, quia illa res uocatur narcotica nucis, gummi uero nucis scidū ueritatē est gummi quod reperitur super arbores ferentes nuces, sed in partibus nostris non reperiuntur. ego autē uidi prædictū gummi quod in colore est similis colorī myrrhæ grossæ, sed odore nō habet, defertur de Apulia ad nos & in illis partibus inuenitur. Auicē dicit, q; dosis istius electuarii sit q; ad aur. ii. ʒ. iii. & supra cū aqua tribulorū decoctorū. i. tribulorū marinorū, quos ipse in secundo uocat hasek, & sunt qui nominant ipsos uulgo castaneolos laucus. Serapio & auctor pandectarū uolunt q; differētia sit inter dauci & bauciæ, & dicunt q; dauci est pastinaca syluestris, bauciæ uero pastinaca domestica. Auicē uero & Mes. in ter eas nullā differentiā faciunt. Tamen in usu est, & tenetur opinio pandectarū & Serapionis. Sanguis hirci in hoc electuario ingrediens hoc modo præparandus est. Accipe hircum. iiii. annorū in diebus canicularibus, qui sint dies canicularis infra describentur in diacaridion, nutriatur saxifragia fœniculo, apio, petrosillio, pulegio, hedera, squinanto, genera capillis ueneris, polytricho, uel lupulis, & potetur optimo uino, & si ad aliquale acetositatē tenderet, melius esset, semperq; in sole teneatur, & hoc modo nutriatur saltē per dies .xl. deinde cū incipit urina eius denigrari, sumatur olla noua, & fundatur in ea aqua, & ferueat, donec auferatur ab ea terreitas, quæ in ea est. Deinde decolletur hircus, & accipiat ex medio sanguine, qui currit ex eo in ollā, & nō accipiat primus sanguis, neq; postremus, & non amoueat, donec coaguletur, deinde incidatur in partes. ii. eo existente in concauitate ollæ, & cooperiatur cum rutæ stricto, aut cū panno subtili raro. Et dimitatur sub diuo, donec recipiat radios solis & lunæ, & dimitatur, donec exiccetur bene, & caue ne adueniat ei humectatio ex rore. Nec decollandus est, nisi sanus sit hircus, & ex dicto sanguine utere in omni medicina & in omni loco, in quo scriptum reperis sanguinis hirci. In collectione mineralium tres condiciones considerandæ

consideranda sunt. Primo eligantur à mineris notis & famos. Secundo q̄ nō sit admixtum quod impediatur eius cognitionem. Tertio q̄ non habeat substantiam transmutatam.

EGETEA Mes. experta ad dolorem stomachi à frigiditate factum, & omnes dolores factos ex simili causa, & à uentositate grossa, & ad dolorem colicæ, & difficultate urinx, & dolorem dentium, & ad uentositates matricum, & confert iuuamentum maximum ad sterilitatem bibita & supposita cum lana & oleo de lilio, Cuius permixtio hæc est. R.

Castorei.	Costi.
Myrrhæ.	Cinnamomi.
Opii.	Fu. i. ualerianæ.
Piperis.	Meu.
Macropiperis, idest piper longum.	Dauci.
Galbani.	Affari.
	Croci. an. 3. i.

Puluerizentur omnia subtiliter & cum lib. s. mellis cocti & despumati fiat electuarium in bona forma. Mel ponitur in ista medicina, & nō solum in ista, sed in omnibus aliis triplici ratione. Primo ut placet horribilitatem medicinarum, Secundo ut mundificet, & resoluat, Tertio ut cōseruet species sua uiscositate. Stupefactio est dispositio inducta in membro à frigiditate, per quam membrum nō sentit, aut obtuse sentit.

ELECTVARIVM indum maius Mes. solutione educens humorum superfluitates, & proprie flegmaticorum & putridorum à stomacho, & à membris nutritionis uentositatem grossam in eis resoluat, & morbos factos ab eorum exuberantia curat, sicut est dolor stomachi, & uiscerum, & colica, & dolor renum, & educit materias quæ sunt in iuncluris, & confert iuuamentum manifestum doloribus earum. Cuius hæc est permixtio. R.

Cinnamomi.	Turbith albi & gumosi. 3. i.
Gariofilorum.	Zucchari albi.
Spicæ.	Penidiarum. an. 3. xx.
Rosarum rubearum.	Galangæ.
Cassia.	Heil. i. cardamomū maius.
Macis.	Cardamomi. f. minoris. i.
Cyperl. an. 3. iiii.	megeta.
Sandalorū citrinorū. 3. ii. s.	Affari.
Ligni aloes.	Masticis. an. 3. i. s.
Nucis muscatæ. an. 3. ii.	Diagridii. 3. xii.

Omnia hæc fricentur manibus cum oleo amigdalorum dulcium, deinde accipe Succu cydoniorum, Succu granatorum, Succu apii, Succu foeniculi an. lib. s. Puluerizentur puluerizanda satis grosso modo. Mellis despumati lib. iiii. s. misce & decoquatur cum succis, & fiat electuarium in bona forma, dosis est aur. iiii. De cassia hic est notandum, q̄ secundum doctrinam supra tibi datam in forma. Cassia fistula ponenda est cum sit electuarium solutiuum. Nec cassia lignea in electuario est ponenda, q̄ tamen secus esse quidam tenent. Ego etenim apponi facio cassiam fistulam. Cū nullum solutiuum sine lenitio esse debeat, ut uolunt doctores. Nota q̄ doctores nō ponunt in electuariis à remotis attrahentibus penidos in suis receptis, sed duntaxat in illis, quorum intentio est à stomacho, & intestinis & uenis magnis attrahere, ut in diaphœnicone, & hoc electuario. Affarum cum simpliciter scriptum reperitur radix ipsius ponenda est, quia radix melior pars est plantæ. Licet Mes. in litera ponat q̄ dosis huius electuarii est usq̄ ad aur. iiii. hic intelligendum est quado ad lib. i. mellis ponitur 3. iiii. specierum, sicut ego hic anno. au. Sed si ponitur 3. ii. ut aromatarii nostri temporis faciunt & male, maior quantitas dari potest & c.

ELECTVARIVM indum minus Mes. habens intentionem maioris. Cuius permixtio. R.

Turbith al. & gumosi. 3. c.	Zinziberis.
Zucchari. 3. c.	Cinnamomi.
Macis.	Heil. i. cardamomū maius.
Gariofilorum.	Nucis muscatæ. an. 3. vii.
Piperis. an. 3. vii.	Scamoneæ. 3. xii.

Puluerizentur omnia satis grosso modo, mellis colati & despumati lib. ii. 3. ii. misce & fiat electuarium liquefaciedo

zuccharum cum melle. Nota hic unum generale intelligendum in omni compositione, quod scamonea acuitur. Medicina enim quando fit in principio ueris & acuitur, ut per totum annum possit seruari, & dari quando uolumus. Et tunc cum scamonea non cocta acuenda est, ne sua uirtus longa mora debilitetur. Nec timetur eius malitia, eo quia per temporis diuturnitatem satis aufertur. Aliquando autem acuitur medicina non quæ debet diu conseruari, sed quæ in fra. iiii. uel. iiii. dies debet exhiberi. Et tunc cum scamonea cocta debet acui, ut sua malitia coctura moueatur. Et idem intelligas tam in electuariis q̄ pillulis & confectionibus. Insuper nota q̄ Mes. acuit hoc electuarium cum scamonea, & non cum diagridio, eo quia intentio est q̄ longo tempore seruetur. si uero dare illum intendimus omni die, acuiatur cū diagridio, & non cum scamonea, propter causam supra assignatam.

ELECTVARIVM elecoph Mes. quod educit superfluitates à toto corpore, & expellit uentositatem, & ualet ad iunclurarum dolorem, & laterum, & colicam, Et mundificat renes & uescicam, & addit in coitu. Cuius permixtio hæc est. R.

Scamoneæ antiochiæ.	Zinziberis.
Turbith albi & gumosi. an. 3. vi.	Mirabolanorū emblicorum.
Gariofilorum.	Nucis muscatæ.
Cinnamomi. an. 3. ii. s.	Polypodii. an. ii. s.
	Zucchari albi. 3. vi.

Puluerizentur omnia grosso satis modo, mellis despumati lib. i. misce & fiat electuarium in bona forma. Scamonea dicitur antiochia. i. illius prouinciæ, eo quia melior & perfectior est quam quæ reperitur in aliis prouinciis. Insuper nota quod & si in medicinis solutiuis reperis scriptū scamoneæ, quod intelligendum est de preparata, nisi in duobus sequentibus casibus. Primo nisi in dicto electuario coquatur, ut in confectione amech & electuario rosato, & tunc scamonea ponatur non cocta, quia coquendo preparatur. Secundo nisi illud compositum longo tempore reseruari debeat, & hoc modo preparata ponatur propter causam supra allegatam. In aliis uero si reperitur litera Mes. suppleatur, & dicatur scamoneæ. f. coctæ.

ELECTVARIVM rosatum Mes. solutiuum, solutione educens choleram sine molestia, & ualet ad iunclurarum & aritudines calidas, & ad sodam calidam & uertiginem, oculorum dolores, & icteritiam citrinam, & est expertum. Cuius permixtio. R.

Succi rosarum rubearū cōpletarum. f. in maturitate. lib. iiii.	loco ipsius ponitur manna. 3. vi.
	Scamoneæ antiochiæ. 3. i. s.

Tereniabin puri & recentis
Zucchari tabarzet. i. illius regionis. lib. i. s.

Conteratur grosso satis modo. Coquantur omnia super prunas usq̄ dum mellis habet spissitudinem, deinde proice super illud.

Trochiscorū despodio. 3. i.	Croci. 3. ii.
Gallie muscatæ. 3. ii.	Trochiscorū de berbe. 3. iiii.

Et repone in uase uitreato, & reserua. Succu rosarum completarum, eo quia rosæ seu succus earum magis est solutiuus, quam succus incompletarum, & ideo explicauit de completis, & nulli sunt aromatarii, qui ad hoc aduertant. Nota insuper quod cum hoc electuario reformari debent pillulæ aggregatiuæ Mes. ex inuentione nostra, & pillulæ de hermodactylis minores, & pillulæ de hermodactylis inuentione nostra ipsius Mes. non electuario de succo rosarum, ut quidam bestiales faciunt.

ELECTVARIVM de succo rosarum Nicolai, solutiuum educens choleram sine molestia, & ualet ad aritudines calidas, & est expertum contra guttam calidam, choleram rubeam purgat, cōualescentes ab aritudinibus quartanariis tertianariis & quotidianariis de falso flegmate, purgat, & reliquias malorum humorum potenter educit, quæ remanserunt post aritudinem, uel ut quidam uolunt, si admisceatur medietas benedictæ, purgat reliquias quæ remanserunt post medicinam. R.

T H E S A U R U S

Succi rosarum rubearum. Spodii de canna. 3.iii.
 Zucchari al. an. lib. i. 3.iiii. Diagridii. 3. i. 3.iiii.
 Trium sandalorum. an. 3. vi. Camphora. 3. i.

Misce & fiat electuarium, dosis est. 3. i. usq. 3. viii. pulueris
 zando prius puluerizanda. Succus rosarum hoc modo
 fiat. Accipiantur rosae completae, & post earum collectione
 permittantur per diem, deinde in mortario marmoreo pi
 stentur cum pistello ligneo, & bene terantur, deinde in pecia
 inuoluantur, & in torculo exprimantur & colentur, & in ua
 se uitreo reponantur, per aliquot dies permittantur, deinde
 residua seu fecia facta amoueatur, ponendo in alio uase,
 & super eum ponatur parum olei oliuarum, & reserua. con
 seruatur enim in bonitate sua per duos annos. Electuariu
 enim idem est quod electum ex uariis, quia ex multis & ua
 riis rebus electuaria conficiuntur, & electuarium dicitur om
 nis compositio non reducta ad soliditatem siue cum zuc
 charo siue cum melle fiat. Confectio uero dicitur quando du
 rescit, & in dura forma fit.

ELECTVARIUM de scoria ferri. Rasis nono
 Almanforis in capitulo de hemorrhoidibus, & ualet ad san
 guinem per partem inferiorem. R.

Mirabolanorum indorum. Radicum cyperi.
 Mirabolanorum emblicorum. Zinziberis.
 Mirabolanorum bellerico
 rum. an. 3. s. Piperis nigri.
 Spicæ indæ. Seminis ameos.
 Squinanti. an. 3. ii. Olibani. an. 3. ii.
 Scorix ferri preparatæ. 3. i. s.

Puluerizentur omnia subtilissime, & conficiantur cu mel
 le despumato, quod sufficit, & sit coctum cum apozimate
 emblicorum. 3. x. & fiat. Preparatur scoria ferri hoc modo.
 Accipe scoria ferri quantitatem quam uolueris, & ea infun
 de in aceto fortissimo per hebdomadam, omni die acetum
 mutando, postea proiciatur super laminam ignitam, & totu
 resiat, deinde subtilissime puluerizetur, & reserua.

Mel cum apozimate emblicorum hoc modo fit. R. mi
 rabolanorum kebulorum & emblicorum. an. 3. xx. terantur
 & in tribus libris aquæ coquantur, donec ad unam libram
 remaneat, & postea coletur, & in colatura ponatur mellis
 boni lib. i. deinde bulliant, donec aqua à melle consumata
 sit, & hoc facto habes mel cum apozimate emblicorum quod
 in hac confectioe ingreditur.

ELECTVARIUM de seminibus Mes. sedans do
 lorem uiscerum ex uentositate factos, oppilationes aperit,
 lubricitatem à malitia digestionis curat. R.

Seminis foeniculi. Cinnamomi fini.
 Cimini. Keisim. i. semē leuistici. 3. iiii.
 Seminis carui. an. 3. vi. Gariofilorum. 3. iiii.
 Anisi. Cardamomi.
 Dauci. Spicæ indæ. an. 3. iiii.
 Ameos. Siseleos.
 Apil. Zinziberis.
 Amomi infusorum in aceto Macropiperis, idest piper
 per diē & noctem & exic
 catorum. an. 3. vi. Galangæ. an. 3. v.

Mellis quantum sufficit, & quando ponitur in eo zuc
 chari duplum ponderis omnium, & fac sicut suffus, & est sa
 num & c.

ELECTVARIUM de passulis Auicen. Et existit
 maui Gal. quod medicamen compositum ex medicinis co
 uenientibus cum suis proprietatibus epati. R.

Passularum enuclea. 3. xxv. Spicæ indæ. 3. iiii.
 Croci. 3. s. Squinanti. 3. ii. s.
 Calami aromatici. 3. ii. Myrrha.
 Edellii iudaici. 3. ii. s. Terbentina. an. 3. iiii.
 Cinnamomi. 3. ii. Darisahan. an. 3. ii.
 Castix lignæ. 3. s. Mellis despumati. 3. xvi.

Vini quantum sufficit & fiat electuarium. Darisahan,
 secundum Serapione est arbor granati syluestris, quæ apud
 Dioscoridem uocatur aspalinum. uide Galenū q̄ loco daris
 fahan habet limaturam aspalei quod idem est.

ELECTVARIUM pliris arcoticon Nicolai, plir
 is. i. cōpleta medicina arcoticon. i. principiu interpretatur.

ualet tristibus melancholicis. ualet etiam ad magnam stoma
 chi debilitatem & cordis. i. syncopi, memoriam reparat, sen
 sum acuit, epilepticis analeticis prodest, & omnem cerebri
 debilitatem reparat. R.

Gariofilorum. Balsamita. i. mentha aqua
 Cinnamomi. tica.
 Ligni aloes. Seminis basiliconis.
 Galangæ. Cardamomi.
 Spicæ indæ. Piperis albi.
 Nucis muscata. Myrtilorum.
 Zinziberis. Corticum citri. an. 3. ii.
 Spodii. Lapidum præciosorum.
 Squinanti. Been albi.
 Cyperi. Been rubei.
 Rosarum rubearum. Corallorum rubeorum.
 Violarum siccarum. an. 3. i. Corallorum alborum.
 Folii. gra. xv. Setæ parum combustæ. an.
 Liquiritiæ. 3. i. gra. xii. s.
 Storacis calamitæ. Musci. gra. vii. s.
 Masticis. Camphoræ. gra. v.
 Sansuci. i. maioranæ.

Syrupi rosati quantum sufficit & fiat. Item nota q̄ in
 aliis inueni piper loco in pro pipere albo. 3. ii. gra. xv. &
 albi inueni gemmarum & margaritarum loco lapidum præ
 ciosorum cum aliis dosis, & sic de singulis & c.

ELECTVARIUM de psilio Mes. solutione edu
 cens choleram citrinam & confert ad febres difficiles & ue
 hemētes, & ad sodam, & uertiginem, quæ sunt à fumis cho
 lericis, & confert ad calefactionem epatis ex itinere. Cuius
 pennixtio. R.

Succi buglossæ syl. & dome. Seminis anisi.
 Succi endiuixæ. Folliculorum fenæ. an. 3. iiii.
 Succi apii coctorū & despu
 mator. & colator. an. lib. Capilli peneris. M. i.
 ii. & prolice super ipsos. Succi fumiteræ. 3. iiii.
 Cuscute. 3. iiii. Radicum assari. 3. iiii.
 Spicæ indæ. 3. ii.

Infundantur omnia in supradictis succis die ac nocte,
 deinde bulliant ebullitione una, & proiciatur super ea uio
 larum uiridium uel siccarum. 3. iiii. Epithymi. 3. ii. Et bulliant
 adhuc ebullitione una alia parua, deinde coletur, & exprima
 tur, & in colatura ponantur Psilii. i. semen. 3. iiii. Et dimitta
 tur die ac nocte, omni hora agitando cum spatula, deinde
 exprimatur uiscositas facta, deinde accipiatur huius uiscosita
 tatis lib. iiii. & proiciatur super ea zucchari albi lib. ii. s. Sca
 moneæ coctæ in pomo. 3. iiii. s. coquatur cu facilitate, & post
 quā coctū fuerit proiciantur super ipsum hi pulueres. R.
 Trochiscorum diarodon. rum. an. 3. i.
 Trochiscorum de spodio. Trochiscorum de berberis.
 Rauedfeni, idest reubarba 3. iiii.

Puluerizentur hæc satis subtiliter, & misceantur simul, &
 reseruentur in uase uitreato, & qui poneret diagridium in
 pulueribus melius esiet quam bulliendo in succis. dosis
 eius est. 3. iiii. usque ad aur. iiii. Et uocauit hamech confectio
 nem hanc electuarium trochiscorum, sunt alii qui addunt
 aceti lib. i. s. Succi uiolarum lib. i. Et est medicamentum no
 bile. Viola si simpliciter scripta in compositione repe
 riuntur de ipsis sicis intelligendum est, quæ colligenda
 sunt in mense martii, exiccatio fit in umbra, & reseruan
 da, in loco sicco. in humido enim eis putrefactio induci
 tur. Sunt aliqui textus qui dicunt, scamoneæ non coctæ,
 & hæc litera magis consona est, quia ponendo scamone
 am coctam, & illam iterum decoquendo uirtus soluti
 ua deperditur, sed nota quod quando præparata coqui
 tur, intentio est ut illud electuarium sit lenituum, & non so
 lutuum. Quando igitur in his electuariis reperis hanc lite
 ram scilicet scamoneam ponere, & coque uel diagredium,
 & puluerizare grosso modo & cum aliis speciebus in sine
 in electuario ponere sine coctione & altero duorum modo
 rum facias.

ELECTVARIUM quo utuntur reges & prælati
 Mes. & est bonum & expertum, & confortat stomachum,
 cor, pectus, & cerebrum. Cuius permixtio. R.

Pinearum

AROMATARIORVM

Pinearū mundatarū. 3.viii.
 Amigdarū mundata. 3.v.
 Zucchari albi. lib.iiii.
 Aquæ rosæ. lib.i.s.
 Olei rosati.
 Olei amigdarū dulciū re/
 centis. an. 3.iii.

Misce omnia, puluerizentur quæ sunt puluerizanda, & fiat electuarium in bona forma.

ELECTVARIVM de pomis Mes. bonum, ad de/
 bilitatem cordis & stomachi, & confortat digestionem. R.
 Carnium pomorum dulciū
 & redolentium mundato/
 rum, & incisorum per fru/
 sta. lib.vi.
 Zucchari albi. lib.v.
 Aquæ rosæ. lib.ii.

Hoc etiam modo fit electuarium de pomis acetosis & ele/
 ctuarium de pomis paruis & aromaticis dulcibus.

ELECTVARIVM de forbis Mes. confortans sto/
 machum & sedans solutionem fortem. R. Carnium for/
 barum immaturatarum, & uicinarum maturitati, & elixata/
 rum in aqua rosæ rubeæ quæ prius p^{re}ta fuerint, & cor/
 ticum granatorū. an. lib.iiii. Mellis aut zucchari albi lib.ii.s
 coquatur usq; ad spissitudinem, & reconde in uase uitrea/
 to, dosis est. 3.i. pro uice.

ELECTVARIVM ad scabiem, & prudiam car/
 nis in tractatu. 5. Almanforis in capitulo de pruritu scabiæ &
 magnis pustulis. R.

Mirabolanorum citrinorū. Folliculorum senæ.
 3.ii. Fumiteræ. an. 3.i.

Succi absinthii quantum ad eorum sufficit conspersione
 aliquotiens autem additur huic medicinæ absinthii quantum
 quarta pars mirabolanorum, & conficiantur omnia cum mel/
 le, & sumatur ex ea quotidie quantum est auellanæ magni/
 tudo. Istud electuarium non est in usu, sed generaliter lo/
 co huius electuarii utimur unguento quodam pro scabiæ,
 cuius compositio nota est aromataris. Auellana aliquan/
 do sumitur pro fructu, aliquando pro pondere ut apud Auic/
 enam in distinctione de ponderibus, & est pondus auri unius,
 ergo est. 3.i. & seminis unius drachmæ, ut dicit Simon Ia/
 nuensis. Auellana uero pro fructu secundum Isidorum dici/
 tur ab Auella campaniæ oppido, ubi abundant, hæc à grecis
 ponticæ appellantur, eo quod circa ponticum mare abun/
 dant. Rasis dicit qd de prædicto electuario datur quantum est
 auellanæ magnitudo, auellanæ apud Auic. est sicut granum
 lauri ut dicitur in suo capitulo.

ELECTVARIVM ad restaurationem humidita/
 tis secundum Nico. Cuius permixtio. R.

Liquiritiæ rasa. an. 3.iii.
 Rosarum rubearum. Cinnamomi. 3.i.
 Zucchari. an. 3.ii. Storacis calamitæ.
 Dragaganthi. Zinziberis. an. 3.ii.
 Gummi arabici. an. 3.i. Croci. 3.i.
 Sandali albi. Penidii. 3.ii.
 Sandali citrini. an. 3.vi. Quatuor seminum. M. frigi/
 Papaueris albi. 3.i.s. dorum. an. 3.iiii.
 Succi liquiritiæ. Seminis cydoniorum. 3.iii.
 Amidi. Amigdarum.
 Seminis portulacæ. Pinearum.
 Seminis lactucæ. Berberis.
 Seminis scariolæ. an. 3.s. Sebesten.
 Spodii. Seminis maluæ.
 Gariofilorum. Violarum. an. 3.i.
 Florum uuarum syluestriū.

Syrupi rosati quantum sufficit.

ELECTVARIVM almezereon Mesue, ex inuen/
 tione nostra, quod est medicamen benedictum ad hydro/
 pssim, solutione enim educit aquam citrinam cum fortitu/
 dine. R.

Foliorum almezereon præ Zucchari tabarzet. 3.lxxx.
 paratorum. 3.x. Aquæ casei infusionis agari

ci. 3.xxx. Tereniabin. i. manna. 3.lx.
 Carnium cydoniorum eliza Olei almezereon. 3.xii.
 torum in aceto. 3.lxxx.

Dissoluatur zuccharum & tereniabin in aqua casei præ/
 dicta, & misceantur cum carne cydoniorum, & coquantur
 cum facilitate usq; dum mellis habeat spissitudinem, & in/
 uoluatur puluis foliorum almezereon cum oleo iam dicto
 & conficiantur cum eis. Et sit dosis eius. 3.iii.

ELECTVARIVM de persicis Mes. confortans
 stomachum, sicut extinguens, & ardorem stomachi miti/
 gans, & oris fetorem amputans. Cuius permixtio. R. Car/
 nium persicorum mediocrium inter maturitatem & acerbita/
 tatem, & mundatorum à corticibus suis. Succi persicorum.
 an. lib.iii. Zucchari tabarzet. lib.ii. Terantur persica ut sint se/
 cut medulla, & exerceas in eis decoctionem cum syrupo si/
 cut diximus in confectioe de cydoniis, & cum coctum fue/
 rit puluerizentur super ipsum uidelicet. R.

Ligni aloes. 3.ii. Macis. 3.iii.
 Cinnamomi. Sandali citrini. 3.ii.
 Cubebæ. an. 3.iii. Musci. 3.s.

Et aliquando fit sine speciebus, & est sanum & expertum.

De emplastris.
EMPLASTRVM de mellifoto Mesue mol/
 lificans omnem duritiem quæ est in epate, sple/
 ne, stomacho, & in uisceribus. R.

Florum melliloti. 3.vi. Radicum ireos.
 Florum camomillæ. Cyperi.
 Seminis fœnigræci. Ameos.
 Baccarum lauri. Spicæ. an. 3.i.s.
 Radicum althææ. Casia lignæ. 3.i.s.
 Absinthii. an. 3.iii. Sansuci. i. maioranæ. 3.iii.
 Seminis apii. Armoniaci. 3.x.
 Cordumeni. i. carui agre/
 stis. Storacis.
 Terbentina. 3.i.s. Bdellii. an. 3.v.
 Ficum pinguium nu. xi. Cera. 3.vi.
 Sepi caprini. Olei sansuci. i. maioranæ.
 Rafinæ. an. 3.ii.s. Olei spicæ. an. lib.ii.

Conficiatur sic ex semine fœnigræci, radice althææ, & fi/
 cis fiant mucilagines in aqua decoctionis alterius fœnigræ/
 ci, camomillæ, & melliloti. an. quantum sufficit, & de dicta
 decoctione etiam gummi præscriptæ dissoluatur. Cætera
 uero puluerizentur, & additis oleis, cera, & adipibus fiat em/
 plastrum. Potes etiam alio modo facere, decoque radi/
 ces althææ, & ficus in præscripta decoctione, & post ipsarū
 perfectam coctionem bene illas pista, & gummas in deco/
 ctione dissolues, cætera uero pulueriza, deinde cum oleis
 prædictis quod remansit de decoctione misce, & his adde
 radices & ficus & gummas dissolutas, & iterum simul tan/
 tum bullias qd decoctio consumpta sit, postea adde flores,
 & leui bullitione bulliant, deinde terbentina, rasina colata, se/
 pi & cera ponantur, & bulliant usq; ad liquefactionem ces/
 ræ, deinde ab igne deponantur, & puluis præscriptarum
 rerum addatur, & bene omnia misceantur, & referuetur. Et
 hic melior erit modus, qd etiam superior sit bonus. Ea
 quæ in emplastris ponuntur non multum sunt conterenda,
 eo quia uirtus ipsius solum agit in membrum quod tangit,
 & diu uirtus eius durat. Et debet esse emplastrum grossum,
 quando super locum ægrū ponitur. Aliqui imperiti aro/
 matarii puluerizant semen lauri exteriori cortice non amo/
 to, & male, quia quo in loco ponuntur, semper à superiori
 cortice mudentur. Cordumeni. i. carui agreste. Sed si ha/
 beri non potest, eius loco apponi possunt carui domestici.

E M P L A S T R V M diaphanicon Mes. confortans
 stomachum & epar mirabiliter, in quibus accidit uehemens
 debilitas, & uiscera in quibus accidit lubricitas & mollificatio,
 & confert ad fluxum uentris, & ad fluxum epaticum. In
 primis fiat cerotum. Cuius permixtio. R.

Cera. 3.ii. Dactylorum siccorum nu/
 Olei rosati. mero. xl.
 Olei nardini. an. 3.iiii. Tortellarum de seni. 3.x.
 deinde accipe.

THESAURVS

Deinde infunde biduo in uino odorifero, & accipe. Carniu cydoniorum decoctoru in uino .3. viii. & tere cu dactylis cu cotritione ultima, & misceantur cu ceroto, & contundantur in mortario, donec aggregentur, deinde prolice super ea. R.

- | | |
|----------------------------|---------------------------|
| Masticis. | Aloes loti. |
| Olibani. | Spicæ. |
| Abinthii romani ficci. an. | Acaciæ. |
| 3.ii.s. | Galliæ muscata. |
| Ligni aloes. | Ramich. |
| Macis. | Calami aromatici. an.3.i. |
| Myrrhæ. an.3.i. | Laudani. 3.ii. |

Et iterum conterantur donec permisceantur, deinde line super lamina ex eo, deinde suffumiga cu ligno aloes, & pone super stomachum, & epar, & uiscera, & de meliori operatione est ut mastix & olibanum cum cera & oleis misceatur, & sic cum cæteris fiat emplastrum. Calamus uel calami si simpliciter scriptum reperitur, de calamo aromatico semper est intelligendum. Aloes, quod ingreditur in emplastris, unguentis, & cerotis, semper debet esse lotum, cum magis confortatiuum sit magisq; desiccatiuum & minus morificatiuum &c.

EMPLASTRVM de granis lauri Mef. conferens ad dolores à frigiditate & uentositate factos, & proprie ad dolorem uentris & stomachi, & renum & matricum, & uescæ, & aliorum uiscerum. Cuius permixtio hæc est. R.

- | | |
|-----------------|-----------------------|
| Olibani. | Granorum lauri. 3.ii. |
| Masticis. | Cyperii. |
| Myrrhæ. an.3.i. | Costi. an.3.s. |

Mellis colati quantum sufficit ad aggregandum, & extendatur in panno, & calidum superponatur, ubi oportet. Si autem triplicatur in eo cyperum, & ponatur de stercore caprarum aut uaccarum sicco ad pondus omnium, inuenitur mirabile ad hydropisum. Ad faciendum emplastrum cu melle pro omni lib. i. mellis dare debes. 3.iiii. specierum cribellatarum, si debitam formam habere debet. Mel in emplastris nullo modo coquendum est, eo quia coctura multum tenax ipsum facit, ideo ponatur in eis crudum.

EMPLASTRVM Montagnanæ contra fluxum, quod in usu est. Cuius permixtio hæc est. R.

- | | |
|---|---|
| Eupatorii. M.i. | Terræ sigillatæ. 3.vi. |
| Squinanthi. M.ii. | Seminum coriandroru præparatorum. 3.i.s. |
| Spicæ indæ quartâ partem manipu. unius. | Spodii. 3.ii. |
| Masticis. | Rosarum. 3.i. |
| Macis. an.3.iiii. | Farine ordeï. 3.ii. |
| Ligni aloes. 3.iiii. | Specierum triafandalorum sine camphora. 3.iiii. |
| Mirabolanoꝝ emblicoru. | Scoriæ ferri præparatæ. 3.i. |
| Mirabolanoꝝ kebulorum. affatorum. an.3.i. | Olei masticis. |
| Boli armeni. | Olei myrtillorum. an. lib. i. s. |
| Lapidis hæmatitis. an.3.vi. | |

Conteratur subtiliter eupatorium, cætera uero puluerizentur, & fiat emplastrum in bona forma. Mirabiliter enim ualet in fluxu uentris. Camphoram enim non iusfit apponi in speciebus triafandalorum hoc in emplastro intratibus propter intensam ipsius frigiditatem. Intestina enim sunt de bilis caloris, ideo nec multum frigida sunt apponenda, regulariter operando.

EMPLASTRVM de crusta panis Montagnanæ, ualet in uomitu puerorum, & sic non potentibus cibum retinere multum in usu est. Cuius permixtio. R.

- | | |
|---------------------------|---|
| Masticis. | Crustæ panis asii & infusi in aceto per mediâ horâ. 3.ii. |
| Menthæ. | Olei masticis. |
| Spodii. | Olei cydoniorum. an.3.i. |
| Corallorum rubeorum. | Farinæ ordeï. 3.i.s. |
| Sandalorum alborum. | |
| Sandalorum rubeo. an.3.i. | |

Conteratur subtilissime crusta panis, cætera puluerizentur, deinde misceantur, & fiat emplastrum sine igne. Vtiliter hic est notandum qd membris principalibus, & maxime cordi, & stomacho nullo modo apponenda sunt frigida actu quauis potentialiter & uirtualiter frigida sunt, sed aliqualis

ter sunt tepesciendi proprie pueris. Quare bene notetur hoc ut queant instruere medicamenta accipientes, quia quâdo domini medici inaduertentia non expedit de forma approximationis, doctus aromatiarius supplere potest.

EMPLASTRVM filii Zachariæ Mef. qd lenit duritiam, & nodositatem iuncturarum, & lenit pectus, & habilitat materias in eo, & pulmone diuiculis expulsionis. Cuius permixtio hæc est. R.

- | | |
|---------------------------|---------------------------|
| Ceræ citrinæ. | Adipis gallinæ. |
| Medullæ cruris uaccæ. | Mucilaginis feminis lini. |
| Adipis anatis. an.3.iiii. | an.3.iiii. |

Olei de lilio quantum sufficit. Si autem fortius facere uolueris ad de mucilaginis althææ & mucilaginis fœnigræci partes conuenientes, & pro oleo de lilio ponatur oleum de keiri citrino, uel utrunq; Et si adhuc fortius facere uolueris, ad de hyssopi humide, & glutinis zanaba in quantum de una mucilaginum & miraberis effectum eius ad ea quæ diximus &c.

EMPLASTRVM contra morbum magistralis. R.

- | | |
|--------------------------|----------------------------|
| Axungia porci. 3.iiii. | Crecentis frumenti. |
| Caput allii numero. i. | Farinæ frumenti. an. M. i. |
| Puluis sinapis ru. M. i. | |

Misce cum aqua d. 3. iii. olei camomille & fiat emplastrum.

EMPLASTRVM ad extrahendum codexellas magistralis. R.

- | | |
|-----------------------------|---------------------------|
| Radicum althææ. 3.iiii. | Terebenting. 3.iiii. |
| Farinæ frumenti. | Albuminum oui numero. ii. |
| Farinæ linosæ. an.3.iiii. | Ficum siccoru numero. vi. |
| Farinæ ordeï. | Cepæ lili numero. iii. |
| Farinæ sinapis ru. an.3.ii. | |

Et fiat emplastrum secundum artem.

EMPLASTRVM ad pleuresim Mef. R.

- | | |
|-------------------------|----------------------|
| Radicum althææ. M. i. | Florum melliloti. |
| Farinæ ordeï. 3.iiii. | Violarum. an.3.iiii. |
| Florum camomille. 3. i. | |

Bulliant primo radices althææ, & bene plentur, & postea bulliant omnia simul, & coquantur, & in fine addatur Olei camomille, Olei uiolati, Olei amigdalorum dul. an.3.ii. Misce & fiat emplastrum secundum artem in bona forma, & sunt qui addunt in fine butyri recentis. 3.iiii.

EMPLASTRVM ad crepatos magistralis. R.

- | | |
|---------------------|-------------------------------|
| Sanguinis draconis. | Masticis. 3.iiii. |
| Thuris. an.3.ii. | Pulueris balaustraru. 3.viii. |
| Boliameni. 3.iiii. | Farinæ cicergiarum. 3.xvi. |

Et fiat emplastrum cum decoctione camomillæ, abinthii & balaustrarum, quantum sufficit.

EMPLASTRVM ad morsum scorpionum magistrale. R.

- | | |
|---------------------|-----------------------------|
| Castorei. | Assæ. |
| Serapini. | Sulfuris. |
| Fimi columbini. | Cimini. |
| Mentastri. | Picis naualis. |
| Pulegii. an.3.iiii. | Olei scorpionum. an.3.iiii. |

Misce & fiat emplastrum in bona forma secundum artem &c.

EPITHEMA pro corde magistrale. R.

- | | |
|------------------------|-------------------------|
| Aquæ endiuia. | Been rubei. |
| Aquæ buglossæ. | Doronici. an.3.i. |
| Aquæ rosæ. | Spodii. |
| Aquæ melissæ. an.3.ii. | Camphoræ. an.3.s. |
| Aceti fortis. 3.iiii. | Croci. an.3.i. |
| Sandalorum rubeorum. | Osis de corde cerui. |
| Rosarum rubeorum. | Setæ combustæ. gra. vi. |
| Sandalorum alborum. | Misce, & fiat epithema. |
| Been albi. an.3.i. | |

EPITHEMA pro epate magistrale. R.

- | | |
|------------------------|------------------------|
| Aquæ solatri. | Rosarum rubeorum. 3.i. |
| Aquæ endiuia. | Spodii. |
| Aquæ rosæ. an.3.ii. | Camphoræ. an.3.s. |
| Sandalorum alborum. | Aceti fortis. 3.iiii. |
| Sandaloru rub. an.3.i. | |

Misce, & fiat epithema pro epate.

Filonium



FILONIVM ex inuentione prima Mesue manifestorum iuuamentorum expertorum in sedatione dolorum, & separatione a casibus mortis, & proprie dolori stomachi à frigiditate facto, aut humore crudo, aut à uentositate grossa extendente. Et sedat dolorem colicæ, & uiscerum, & dolorem renum, & matricum, & dolorem laterum, & præfocacionem anhelitus, & difficultatem urinæ, & singultum uehementem, & est in usu primæ descriptionis in antidotario. R.

Piperis albi. Spicæ.
Seminis iusquiami. an. ʒ. xx. Pyrethri.
Opil. ʒ. x. Castorei. an. ʒ. i.
Croci. ʒ. v.

Puluerizentur omnia subtilissime, & cum lib. ii. ʒ. xi. mellis cocti & despumati fiat confectio in bona forma, dosis eius est sicut cicer aut faba parua cum eo quod conuenit ex potibus. Et sunt qui ponunt ut usci. ʒ. i. Medicinæ autem omnes quomodo stupefaciant notant. Omne enim membrum sentiens habet quandam mensuram frigoris terminati cum suo calido. in quo frigore si fiat additio in certa mensura membrum stupefit, & hoc modo medicina ocs opiatæ stupefaciunt. Contritio enim medicinarum omnium stupefacientium debet esse subtilissima ad hoc quod possit per paruas uenas penetrare & ardua loca, aliter enim membrum ab eis non posset stupefieri, neque sensus obtundi.

In actu pratico notent iuuenes medici, & non solum de hac compositione, sed de omnibus narcoticis & stupefactiuis, tam simplicibus quam compositis, Quia si intentio medici est somnum prouocare, illa danda sunt post cenam in sero transacta hora. Cum autem intendimus sedare dolores, seu fluxum sanguinis prohibere, non nisi uacuo stomacho à cibo & superfluitatibus sunt exhibenda. Neque post per quinque horas est cibus assumendus, & sic de theriaca noua intelligatur.

FILONIVM persicum & est in capitulo de sputo sanguinis Mesue est uehementis uirtutis ad manationem sanguinis undecumque, & screatum eius cum tusi & sine tusi, & superfluitatem menstruorum dolorosam & hæmorrhoidarum, & egestionem sanguineam, & ad mulieres prægnantes quibus erumpuntur menstrua, & conseruat fetus in matricibus earum. Cuius permixtio hæc est. R.

Seminis papaueris albi. Euphorbii.
Seminis iusquiami. an. ʒ. xx. Pyrethri.
Terra sigillata. Marga. non perforata.
Opil. an. ʒ. x. Karabæ.
Scehedenege, idest semen canapis. Zedoariæ.
Croci. an. ʒ. v. Doronici.
Castorei. Ramich. i. quædam compositio infra descripta. an. ʒ. i.
Spicæ. an. ʒ. i. Camphoræ. ʒ. i.

Puluerizentur subtiliter omnia mellis rosati colati lib. ii. & fiat electuarium in bona forma. Differentia enim est inter sceedenegi & scehedenege. sceedenegi idem est quod lapis hæmatitis, scehedenege. i. semen canapis. quare bene consideranda sunt literæ in omni compositione & uocabulo.

Castoreum enim in hac compositione ponitur ut prohibeat congelationem ab opio. Margaritæ uero ad confortationem membrorum principalium propter læsionem opii.

Margaritæ à natura perforatæ meliores sunt quam non perforatæ. Et ratio est, quia per illud foramen superfluitates ipsarum sunt consumptæ & purgatæ. Philonium enim dicitur à compositore, quia Philon medicus illum composuit.



GALLIA MUSCATA Mesue quæ cerebrum & cor confortat, & ingrediuntur in permixtionibus medicinarum, & facit corporis & oris odorem bonum. R.
Xyloaloes crudi, idest lignum aloes. ʒ. v.
Ambræ. ʒ. iiii. Musci boni. ʒ. i. Glusinis dragaganti facti in aqua rosata quantum sufficit. Et fiant trochisci conterendo conterenda & sigillantur. Muscus enim & ambræ

renda non sunt, nec puluerizanda, sed dissolueda sunt cum aqua, eo quia puluerizando euaporat uirtus sua, ut de gummis dixi in recepta diadragaganti.

GALLIA sebeliæ Mesue stomachum & cor confortat, & epar debile, & ingreditur in medicinis magnis. Cuius permixtio hæc est. R.

Foliorum rosarum recentium & humidarum, quæ iam incipiunt reseruare nodos, idest quæ quasi sunt completæ dilatata. ʒ. i. s. Terantur contritione ultima in mortario lapideo, deinde accipe.

Ligni aloes boni & electi. Sandalorum citrinorum. ʒ. ii.
Gariofilorum. Ramich, idest quædam compositio. ʒ. iiii.
Gummi arabici.
Spicæ indæ. an. ʒ. i. s.

Terantur omnia hæc subtilissime, & misceantur cum superprescriptis rosis, & simul pistando bene misceantur humectando omnia cum parum aquæ rosæ infusionis gummi arabici. Et iterum terantur, deinde iterum humedentur & terantur, & hoc facias per totam unam diem, postea aromatizentur cum ʒ. ii. Musci, Ambræ, & Camphoræ. an. aureum medium. i. ʒ. ii. gra. v. & fiant trochisci & sigillantur. Gallia omnes species sunt subtilissime terendæ, & per spiritum cribrum transeundæ ut ipsarum confortatio ad longinqua membra penetrare possit. Ista compositio est illa quæ in trat in aromatico nardino Mesue. Et de qua intelligitur cum scriptum reperitur gallia sebelia.

GALLIA alefangiæ Mesue & est eius interpretatio aromatizatum. Et est illa de qua antiqui considerant, & de qua plurimum loquuntur, cerebrum cor, stomachum, & epar confortat & omnia membra nutritionis. Et linitur super neruos debiles, & confortat eos, & ingreditur in medicinis magnis & hoc est quod intelleximus. R.

Mirabolanorum emblicorum bonorum abiectionibus. ʒ. iiii. conterantur contritione grossa, & ponantur in uase uitreo & fundantur super eos aque rosatæ bonæ & electæ, infusionis rosarum siccarum & corticum citrorum lib. s. & stringantur os uasis & dimittatur per tres dies. Deinde fundatur in eis aquæ prædictæ infusionis. ʒ. iiii. & in crastinum fiat similiter usquequo emblicorum uirtus in aqua impressa sit. Tunc uero. R.

Ligni aloes boni. ʒ. viii. Spicæ indæ. ʒ. iiii.
Ramich, idest quædam compositio. Sandali citrini aromatici. ʒ. iiii.
Rosarum. Gummi arabici. ʒ. vi.
Gariofilorum. an. ʒ. x.

Terantur omnia sicut alcohol, sicut dixi, & fundatur super ea parum succi infusionis prædictæ emblicorum, & conterantur cum eo usque dum totum in eo paulatim fundatur. Ultimo uero aromatizetur cum ʒ. i. Camphoræ & ambræ. ʒ. ii. Musci boni. ʒ. ii. fiant inde trochisci, & sigillantur sicut diximus, & ponantur in uase uitreo & administrantur &c.

Si secundum doctrinam tibi supra datam non uelles camphoram puluerizate dissoluere, sed tunc ne tota circum mortario deperdat, hoc modo facias. Primo in dicto mortario pistabis duas uel tres amigdalas, à quibus exit quædam unctuositas, quæ circumuoluta mortario non permittit camphoram mortario adherere, pistatæ amigdalæ abiciantur, & camphora intra ponatur & pistetur, & sic nihil de ea deperditur hoc annotare uolui propter iuuenes, quibus ego antequos quandoque in hoc errare uiderim, & non sunt sine risu.

GALLIA magna siue regalis, seu zuchalerus Mesue ualeat. R. Succus albelach. lib. i. bulliat ebullitione una, deinde coletur & proficiatur super ipsum gallarum contritarum contritione ultima. ʒ. iiii. & simul bulliant, donec fiant sicut mel, deinde. R.

Rosarum rubearum. ʒ. i. Ligni aloes. ʒ. vii. s.
Cardamomi. f. maioris & Darfeni. i. cinnamomi electi. ʒ. v.
Lingue auis. i. semine frasinii. Sandali mazachari, idest citrini. ʒ. v.
Gariofilorum. Nucis muscæ. Croci. ʒ. s.
Masticis. an. ʒ. vii. s. Gummi arabici. ʒ. i.

Terantur contritione subtilissima & cribellentur, deinde misce cum prædicto succo, postea expandantur omnia hæc mixta super marmor inunctu oleo amigdalarum, & dimitatur, donec siccetur, deinde pulverizetur subtilissime, & aromatizetur cum .j. s. musci dissoluti in aqua rosata, & cū dicta aqua fiant trochisci, qui exiccantur in umbra, & sigillantur & referentur. Inter doctores magna est diversitas de albelah. quidam enim dicunt qd est flos palmæ ut Aui. quidam qd est species dactylorum, Alii qd sunt dactyli immaturi, & hæc opinio vera est. Sed quia ad nos non portantur ita uirides qd succus ab eis extrahi possit, igitur hoc modo faciendum est. Accipias dactylorum immaturorum quātitatē quā uolueris, ut lib. ii. bene pistentur, uel minatissime incidantur, & post incisionem apponantur ad ignem cum lib. ii. aquæ cōmunis, & permittantur simul bullire donec aqua remaneat in lib. s. deinde dicti dactyli exprimantur bene in pecia uel staminia, & succositas ab eis exiens referuetur, & utaris in hac confectioe, & hoc facias si succum dactylorum habere nō potes, qd si haberi potest succus, magis conueniens esset, quanq̄ ab ipsa decoctione uirtus ipsorum extrahatur, tū per dictam decoctionem de uirtute eius indubie resoluitur &c.



MOMORVSA in .j. can. Aui. quæ confert ad debilitatem epatis & splenis, & duritiem eorum, & aperit opilationem & prouocat urinam & frangit lapidem in renibus, & iuuamentum eius in inceptioe hydropisis est magnum. R.

- | | |
|--------------------------|---------------------------|
| Seminis dauci. | Piperis longi. |
| Cimini carmeni. | Costi. |
| Xilobalsami. | Piperis albi. an. .j. s. |
| Cassia lignea. | Myrrhæ. 3. iii. |
| Cordumeni. | Baccarū lauri. numero. x. |
| Floris squinanthi. | Acori. |
| Seminis apii. an. .j. i. | Croci. an. .j. ii. |

Mellis despumati quantum sufficit, & fiat confectio & da ad quantitatem auellanae cum aqua tepida.

HIERAPICRA Galeni Mel. siue de mente Galei. Et uirtus quidem huius medicinae affert iuuamenta multa experta ad ægritudines capitis & stomachi & epatis & iuncturarum & renum & matricum & membrorum frigiditas, & educit humiditates generatas in eis & putredines. Cuius permixtio hæc est. R.

- | | |
|--------------------------|------------------------------------|
| Cinnamomi. | Croci. |
| Affari. | Xilobalsami, idest lignum balsami. |
| Masticis. | Cassia lignea. an. .j. i. |
| Spicæ. | Aloes fucotriini. 3. ii. |
| Carpobalsami. an. .j. i. | |

Mellis colati & despumati. 3. iii. & fiat electuarium in bona forma. Dosis est à 3. iii. usq̄ ad 3. i.

Quantitas mellis in hac compositione debet esse pauca. s. specierum & mellis an. partes æquales. Eo quia mel frangit uirtutem aloes, & non solū de hac cōpositione est intelligendum, sed & de omnibus aliis, in quibus aloes est basis.

Basis in medicina dicitur illa medicina simplex, cuius operatio principaliter quaritur in medicina composita. & per consequens operationem, cuius aliæ medicinae intendunt sicut finem, & ipsa est efficiens principale. Et sic ratio essendi basis est ratio finis intenti. Vel illud dicitur basis in medicina, per quod laudes medicinae ei cōueniunt, quare bene nota. Hiera enim exhibenda est ilico, cum est facta, & hoc contra indoctos medicos, & ignaros aromatarios. Albuma far enim uult qd postquam est facta, sepeliatur per sex menses in ordeo, ut fermetur, & debet cōfici in mense Iulii uel Iunii, & non in frumento, quia calore ætatis & frumēti corrumperetur, cuius contrarium faciunt aromatarii nostri temporis. De aloe fucotriino & epatico differentia est inter doctores. Aui. Mel. & quidā alii laudant fucotriinū, Halyabas epaticū. Igitur uero qd aloes epaticū magis est solutiū, & hoc est qd Halyabas dicere uult. Sed in aliis fucotriinū epaticū in bonitate superat. Et ideo cū aloes simpliciter scriptū reperitur, de fucotriino est intelligēdū tāquā de perfectiori.

HIERA SIMPLEX Gal. 7. Therapeutices, quæ est illa quæ in usu est, & de qua intelligunt doctores, cum tā

tas laudes contribuunt & dicunt qd dosis est. 3. i. qd nō intelligant de præscripta satis patet, eo qd ea exhibui & exhibere uidi à famosis doctoribus. 3. i. & quādo. 3. x. & parū operabatur. Et uirtus quidem huius medicinae affert iuuamēta multa experta ad ægritudines capitis, & stomachi, & epatis, & iuncturarum, & renum, & matricum, & membrorum frigiditas, & educit humiditates generatas in eis & putredines. Cuius permixtio hæc est. R.

- | | |
|--|-------------------------|
| Cinnamomi. | Affari. |
| Masticis. | Spicæ nardi. |
| Croci. an. .j. i. | Aloes fucotriini. 3. e. |
| Xilobalsami, idest lignum balsami. 3. i. | seu centum. |

Mellis colati & despumati. 3. centū & sex. Ita qd est æqualis quātitatis cum speciebus, & hæc est descriptio hieræ quæ fieri debet non alia dosis. 3. iii. usq̄ ad 3. viii. Si reperitur scriptū hiera simplex, uel hierapicra Gal. uel hiera ex odo rebus, uel hierapicra, semper de nunc præscripta est intelligēdum nō de alia. Hieræ omnes seruari possunt a sex mē sibus usq̄ ad quatuor annos in sua bonitate. Cum uero de mū tēpus transeunt, à bonitate & perfectione declinant. &c.

HIERA COMPOSITA Gal. quæ in clysteris apponitur, & est descriptio Nicolai, ualet & facit ad diuersas capitis passiones, & aurium & oculorum distemperantiā, stomachum optime purgat, causas epatis emendat, splenis duritiem & diuersitatem remouet & extenuat, renibus & uescicæ proficit, & matricis distemperantiā emendat. R.

- | | |
|------------------------------------|-------------------------|
| Cinnamomi. | Spicæ. |
| Croci. | Abinthii. |
| Squinanthi. | Epithymi. |
| Affari. | Agarici. |
| Cassia lignea. | Rosarum rubearum. |
| Xilobalsami, idest lignum balsami. | Turbith albi & gummosi. |
| Carpobalsami, idest semen balsami. | Coloquintidæ. |
| | Masticis. an. .j. ii. |
| | Aloes electi. 3. iii. |
| | Violarum. an. .j. ii. |

Puluerizentur subtiliter omnia mellis colati & despumati. 3. viii. quod est ad pondus specierum. & confice &c.

Squinanthum per se terendum est & puluerizandum, eo quia multum sustinet de contritione, & si permisceretur cū aliis medicinis ad puluerizandum, ante ipsius puluerizationem euanesceret uirtus aliarum medicinarum, & bonitatem perderent, per se ergo conterendum est.

Hieræ species sunt omnes subtilissime terēde, ut sua subtilitate uirtus aloes transeat per angustas uias, & hoc uoluit Albucaasis particula quinta. cap. de hiera antiqua, cum dicit. Et unaquæq̄ pars teratur, & cum panno serico triconizetur, & puluis in aliquo uase uitreo reponatur. Dosis est. 3. iii. usq̄ ad 3. viii. Mel in electuariis solutiuis parum uel nihil decoquendum est, mel enim quanto minus coctum, tanto magis laxatiuum, & quanto magis coctum tanto magis restrictiuum, ac etiam quia per coctionē magis uiscosum rediditur. Mel enim coctum magis nutrit & minus laxat.

HIERA LOGODION secundum Aui. Et est cōfectio benedicta plurimi iuuamenti, mundificans corpus ab ultimis extremitatibus suis cum solutione in qua non est labor omnium humorum & superfluitatū, & confert ad ægritudines capitis & dolorem, & hemicraniam & cephaliam, & ouum, & galeam, & uertiginem, & alguesgues, & mania, & epilepsiam, & timorem, & paralysim, & mollificationem, immo ad apoplexiam, & totum illud accepta in puluere, sicut dictum est de scelithe, & est melior illo plurimum, & cōfert ad dolores auris & oculi & confortat stomachum, & aperit opilationes epatis, & prouocat mēstrua, & remouet difficultatem anhelitus, & confert ad quartanam & omnes passiones flegmaticas crudas, & febres antiquas, & ualet ad dolores iuncturarum, & podagram, & uenam sciaticam. Et est utilis ad tyriā & alopiam, & ulcera antiqua in capite, & alia, & ad baras, & morpheam, & impetiginē, & excoriatiōnem, & leprā, & ad scrophulas, & apostemata frigida, & cā cros. Cuius permixtio. R.

Pulpa

Pulpæ coloquintidæ. 3.v.
 Squillæ affatæ.
 Agarici.
 Scamoneæ.
 Hafcæ.
 Hypericon.
 Folii indi.
 Prasii.
 Casfiæ lignæ.
 Polii montani.
 Melanopiperis, idest piper nigrum.
 Macropiperis, idest piper longum.
 Leucopiperis, idest piper album. an. 3.ii.
 Croci.
 Cinnamomi.
 Oppoponaci.
 Polypodii.
 Mellis despumati quantum sufficit, dosis integra aut .iiii. cū aqua tepida & melle, aut cum decoctione epithymi & psyllularum enucleatarum. dosis 3.ii. u. 3.iiii.

HIERA HERMETIS Mer. & est hiera luf super qua expectatur fiducia iuuamentorum multorum expectorum, & proprie ad dolorem capitis, & hemicraniam, & uertiginem, & paralyfim, & epilepsiam, & tremorē, & torturam. Et educit superfluitates, & proprie humorum grossorū & uiscosorum & subtilium à capite, & neruis, & iūcturis, & stomacho, & toto corpore. Et confert iuuamentum manifestum doloribus iuncturarum, & renum, & colice difficili, & dolori matricum. Cuius permixtio hæc est.

Aloes. 3.i.
 Trochiscorū alādal. aureos numero. vii. idest 3. xii.
 Turbith albi & gummosi.
 Agarici albi.
 Vtriusq; luf. i. dragontes & serpentariæ.
 Radicum iteos albi.
 Serapini.
 Mirabolanorū citrinorum.
 Mirabolanorū kebulorum.
 Mirabolanorum indorum. an. 3. i. s.
 Zinziberis.
 Cinnamomi. an. 3. i.

Et fiat omnium contritio bona. Gummi autem ponatur in uino odorifero, & inuoluatur puluis in succo cucumeris asini, quantitate, qua bene inuoluatur & exiccetur, & iterum denuo inuoluatur in prædicto succo & pauco oleo nucum, & iterum sicetur, & conficiatur totum cum melle despumato, quantitate, qua fiat totū sicut pasta, & detur post sex menses. Dosis eius est. 3. i. usq; ad. 3. ii. & c.

VSTINVM imperatoris Nicolai, dicitur à Iustino imperatore, quia illud composuit, ualet proprie calculosis & ad illi dolorem, contra strāguriā & dysuriā, & ad mucos mingentes.

Cuius permixtio hæc est.
 Cinnamomi.
 Costi.
 Folii.
 Spicæ nardi.
 Casfiæ lignæ.
 Aristolochiæ lō. & rotūda.
 Enulæ. scilicet radix.
 Hyssopi.
 Pulegii.
 Artemisæ.
 Pentaphylon.
 Leucopiperis. i. piper albū. eius poni pōt domestica.

Ellebori nigri.
 Armoniaci
 Scordeon. an. 3. iiii. s. & in descriptione alia. an. 3. ii. s.
 Serapini.
 Castorei.
 Seminis petrosillii.
 Myrrhæ.
 Aristolochiæ longæ.
 Succu abinthii.
 Euforbii.
 Spicæ.
 Amomi.
 Zinziberis. an. 3. ii.
 Gentianæ.
 Sticados. an. 3. i. s.
 Epithymi.
 Chamædreos.
 Bdellii.
 Aloes. an. 3. iii.

sufficit, dosis integra aut .iiii. cū aqua tepida & melle, aut cum decoctione epithymi & psyllularum enucleatarum. dosis 3.ii. u. 3.iiii.

Mellis despumati quantum sufficit, dosis integra aut .iiii. cū aqua tepida & melle, aut cum decoctione epithymi & psyllularum enucleatarum. dosis 3.ii. u. 3.iiii.

Masticis.
 Bdellii.
 Ellebori nigri.
 Euforbii.
 Asari, idest radix.
 Casfiæ lignæ.
 Salsi indi.
 Castorei.
 Croci.
 Seminis apii.
 Kessim. i. semen leuistici.
 Seminis mezereon.
 Sticados. an. 3. i.
 Squillæ affatæ. 3. ii. s.
 Scamoneæ bonæ. 3. ii.

Orobi, idest mocus, similitur arbilia. Nota quod frequēs usus eius facit mingere sanguinem.
 Leuistici.
 Macedonici.
 Seminis urticæ.
 Milii solis, idest milium syluestre.
 Saxifragiæ.
 Juniperi. scilicet semen.
 Seminis asparagi.
 Sileris montani.

Seminis apii.
 Seminis aneti.
 Rutæ agrestis. f. semē loco.
 Seminis petrosillii. an. 3. i. s.
 Seminis citri.
 Seminis feniculi.
 Anisi.
 Baccarum lauri. an. 3. i. s.

Puluerizentur omnia subtilissime, melius codi & despumati. lib. ii. & fiat electuarium. Et nota quod hoc electuarium solum per annum seruetur. De costo in receptis scriptum reperitur absolute, de costo amaro intelligendum est. Nec auscultes dicentes dulce costum reperiri. Nam illos omnino uituperat Simon Ianuensis hoc modo dicens. Inuenitur autem in multis locis costum dulce scriptum in confectionibus, sed nec uidi, nec audiui ab aliquo dici, sed quod imperiti dicunt costum dulce esse, radix est enulæ artificiose præparata, igitur & si in receptis inueniatur scriptum costum dulce, amarum ponatur, cum illud dulce in rerum natura non sit. Duæ tamen reperiuntur diuersitates costi. unus enim est indicus & est rufus uiolentus est, & arabicus qui albus est & temperatior & illo utimur. quare nota & hoc omnes clamant doctores. A nullo enim reperies dulce costum scribi de doctoribus medicinarum, quare ac quiescant tantis auctoritatibus uiri hi ignari dicentes costum dulce reperiri.

De saxifragia est controuersia inter aromatarios. multi enim ignorantes pro ea ponunt quandam herbam habentem folia similia feræ celidoniæ siue pimpinellæ, minus tamen lata & habentem radicem grossam & errant. nam illa est pastinaca syluestris. Sed uera saxifragia est quædam herba nascens in montibus aronæ adhærens saxibus, quæ herba facit plantam multis foliis subtilissimis, subtilitatis fere capillorum, longitudinis digiti, & hæc uere saxifragia est, & illa in medicinis debet apponi & non alia, & ex hoc apparet corruptela aromatariorum, quia non habetur uirtus medicina à doctoribus limitata & c.

IULEP ROSATVM Mes. ualens & conferens adustioni februm, & uehementiæ sitis, & inflammationi stomachi & pectoris. Cuius permixtio hæc est. R. Aquæ rosæ lib. iiii. Zucchari albi clarificati. lib. ii. & fiat iulep lento igne debito modo decoquendo, & leuiter clarificato cum aqua rosa. Aromatarii nostri temporis nō faciūt hoc modo, sed clarificato zuchcharo cum aqua communi cum propinqua qua est codioni addunt pro omni lib. i. zuchchari, aquæ rosæ. 3. ii. & iste nō est modus, & ideo nō habetur utilitas à doctoribus posita, & hoc propter auaritiā aromatariorum.

Quotiens enim scriptum reperitur iulep de rosato, semper est intelligendum tanquam de perfectiori & meliori.

IULEP VIOLATVM Mes. conferens ad febrē & inflammationem, & asperitatē pectoris, & tussim, & pleurēsim, & eius operatio est sicut iulep rosatum. R.

Aquæ florum uolarum. lib. iiii. Zucchari albi & clarificati cum aqua uiolatum. lib. ii. & fiat iulep. Iulep omnes sunt parum decoquendi, eo quia si multum decoquantur, cande scunt, nec propter leuem eius codionem, timetur eorū corruptio, eo quia aqua est aromatica, & omnes à corruptione conseruat. Et nota quod dico, quod non sunt multum decoquēdi, coquendi tamen sunt. Differt syrupus à iulep dupliciter. Primo, quia syrupus longe melius decoquitur quam iulep. Secundo, quia iulep absq; alicuius rei commixtione decoquitur, secus autem syrupus. Et sic sunt iulep & c.

IULEP de iuiubus Mes. ualet ad asperitatē pectoris ad tussim, & ingrossat sputū subtile, & facit facilē eius expulsiōnem, & confert raucedini è pleuritisi. Cuius permixtio hæc est. R.

Iuiubarum magnarum & pinguium. numero. c. Et decoquuntur in lib. iiii. aquæ usq; dum remaneant lib. ii. & cum lib. i. zuchchari fiat iulep in bona forma & c.

KATORTICVM imperiale Nicolai, idest laxatiuum, pro imperatoribus, uel aliis delicatis hominibus inuentum. dicit enim sine læsione. præcipue ualet pinguibus hominibus qui semper sunt constipati, ualet etiam illois, uentositatē stomachi & intestinorum habentibus, optime caput purgat, & de toto corpo

re utranq; cholera quietā educit. Cuius pmixtio hęc est. R.
 Diagridii. Cinnamomi.
 Mirabolanorum citrinorū. Spicæ nardi.
 Hermodactylorum. Saxifragiæ.
 Zucchari. an. 3. iiii. s. Polipodii. an. 3. ii.
 Garioflorum. Macropiperis, idest piper
 Zinziberis. longum.
 Spicæ celtice. an. 3. i. s. Cardamomi.
 Melanopiperis. i. pip nigro. Amomi. an. 3. i. s.
 Mellis quantum sufficit. sumatur cum uino uel cum aqua
 calida mane & sero. dosis est. 3. iiii.

LITHONTRIPON Nicolai pertundens lapidē interpretatur. hoc lapidem frangit & expellit. si in renibus uel uescica sunt, hac utens medicina nec dolorem illi nec lapidis uitium incurrit. Cuius permixtio. R.

Spicæ nardi.	Seminis urticæ.
Zinziberis.	Seminis citri. an. 3. i. & gra. xv.
Xylobalsami.	Folii.
Acori.	Croci.
Cinnamomi.	Squinanthi.
Peucedani.	Cassie lignæ.
Meu.	Bdellii.
Melanopiperis, idest piper nigrum.	Masticis.
Leucopiperis. i. piper albū.	Radicum ireos.
Saxifragiæ. an. 3. ii.	Amomi.
Carpobalsami.	Seminis leuistici.
Garioflorum.	Seminis grana solis.
Costi.	Seminis petrosilini.
Reupontici.	Sileris montani.
Liquiritiæ rasæ.	Simoni, idest petrosilli agre stis.
Ciperi.	Cardamomi.
Dragaganthi.	Aneti, idest semen.
Alexandri. i. macedonici.	Euphorbi.
Chamedreos.	Lapidis lycis.
Seminis apii.	Olei nardini.
Seminis asparagi.	Olei muscellini. an. 3. i. & gra. xv.
Seminis basiliconis. an. 3. i. & gra. xv.	minus. grana. iiii.

Mellis dispumati quantum sufficit, detur quando opus fuerit cum uino calido.

LÆTIFICANS Rafis. 9. Almanforis in cap. de melancholica. in diebus uero quibus quiescit eger, debet fume re ex electuario, quod uocatur lætificans, lætificat cor & animum, & oris & sudoris odorē bonū facit. Cuius pmixtio. R.

Seminis melissæ.	Been albi.
Corticum citri.	Been rubei.
Garioflorum.	Zedoariæ.
Galliæ muscatæ.	Doronici.
Masticis.	Seminis ozimi maioris.
Croci orientalis.	Seminis ozimi garioflati. an. partes equales.
Cinnamomi.	Musci quantum est. i. o. pars unius.
Nucis muscatæ.	
Cardamomi maioris.	
Neremisch.	

Deinde sumantur kebuli. xx. emblici. xxx. Et terantur in tribus libris aquæ, & coquantur ad consumptionem duarum partium, & colentur, in colatura uero addatur mellis despumati. lib. i. deinde bulliant usq; ad consumptionem aquæ. Postea ex hoc melle conficiantur prædictæ species, quod tamen in pondere fit ad triplum ad species, de quo, cum necesse fuerit, ad magnitudinem auellanæ sumendum est. hoc enim medicamen lætitiā, & doloris pulchritudinem, & digestionis bonitatem operatur, & retardat canos. Neremisch apud Auic. in. 2. can. cap. 520. est flos, & cortex & capta simulatur macis sed est minus rubeus ad citrinitatē declinans, & est aromaticus & c. neq; per id cognoui quid sit.

Permutatio neremisch in eodem cap. & loco eius ponitur quarta ponderis ipsius de zinzibere, & medietatis ponderis eius de phitticis, & 6. ponderis ipsius de spica.

Simon Ianuensis inquit neremisch, sed in arabico nere-

misch est, ut Auic. describit, sed nec Simon uidetur cognouisse quid esset. Matthæus sylvaticus dicit, q; neremisch est semen rosæ afini, uel flos ipsius. Auic. in suis simplicibus in fine antidotarii ait neremisch, idest masaha, & est flos peoniae uel peonia, & sic credo esse bene expositum. nam sicut dictum est. Matthæus sylvaticus dicit, q; neremisch est flos rosæ afini. Auerrois uero in quinto colliget dicit, peonia, idest rosā afinorū. Præterea uide apud Ioan. Arculanum in cap. de melancholia, qui describit prædictum electuariū ex auctoritate Rafis, & ibi inq; neremisch, idest semen peoniæ. Bartholomæus Motagnana habet loco neremisch peoniā quæ idem est Gentilis uero super quinto can. Auic. ignorauit quid esset neremisch. Dicit enim ibi q; Conciliator dicit falsum in cap. de colica, dum dicit, q; neremisch est semen peoniæ, & sic ego reperi apud Conciliatorem differētia ducentesima nona, quæ est penultima omnium suarum differētiarum, dicit enim ibi, neremisch, idest peonia, & sic ex meo iudicio Conciliator & alii bene dixerunt, sed Gentilis nō bene dicit, sicut ostendi supra per supradictos auctores, q; uerum neremisch est flos peoniæ uel semen ipsius. Præterea uide etiā q; Rafis in electuario de nucleis fructum habet seminis peoniæ. & Auicenna in eadem confectione habet neremisch, quod idem est.

LOCH de pino. mel. conferens tussis antiquæ & asthma, & sputo uiscoso, & constrictioni anhelitus. Cuius permixtio. R.

Granorum pini mundatorū & recentium. 3. xxx.	Radicum lilii celestis, idest ireos. 3. iiii.
Amigdalorum dulcium ex corticatarum.	Carnium dactylorū heyron, i. dactyli illius provincie. 3. xxxv.
Auellanarum assatarum.	Amigdalorum amararū etiā ex corticatarum. 3. iiii.
Dragaganthi.	Mellis passularum.
Gummi arabici.	Zucchari tabarzet.
Liquiritiæ rasæ.	Butyri recentis. an. 3. iiii.
Succi liquiritiæ.	
Amilli, idest amidi.	
Capillorū ueneris. an. 3. iiii.	

Mel tabarzet quid sit, supra declaratum est. lib. i. & 3. v. s. fiat loch. mel coquendo & depurando.

Auellanæ assantur quemadmodum semina. Igitur facias ut supra tibi ostendi de seminibus, & hoc modo habes doctrinam assationis earum, assantur autem, quoniā assatæ maturat catarrhum. sed cortex interior abicitur, & hoc modo assando remouetur quædam superflua humiditas. Dragaganthi q; ponitur in omni loch, præparatur hoc modo. Accipiat mellis & aquæ an. quatum sufficit, & infundatur dragagantum & permittatur per totam nodem usq; in mane, & si deest aqua, addatur, deinde per sedatiū fricando trāseatur, & hoc modo utaris, & sic facias de omnibus gumis in loch intrantibus.

Nucleus si simpliciter scribitur, de nucleo pini intelligitur. quidam uero alii de nucleo oliuæ intelligunt. Auic. uero. 2. can. de nucleo dactyli intellexit. Sed prima opinio uerior & melior est.

Mel passulatum fit hoc modo. Exprimatur passulæ donec ex eis exeat succus, & accipe de dicto succo partē unā, mellis partes duas uidelicet succi passulati. 3. i. mellis. 3. ii. misce & bulliant simul usq; ad consumptionem succi, & tūc erit mel passulatum. Et hoc modo ostendit facere Gal. mel myrtinum, quod fit ex duabus partibus mellis & una myrtinorum. f. succi. In suo antidotario minori in cōfectione quæ incipit. Confectio melli myrtini. Quia si succus earum haberi nō potest, hoc modo facias. Passularū. 3. ii. aquæ. 3. vi. bulliant simul usq; fere ad consumptionem aquæ deinde exprime passulas, & adde duplū mellis, & coq; & erit mel passulatum. Varia reperitur litera in hac compositione, quæ dā enim dicit, ut supra annotatū est, & ista litera bona est. Alia uero dicit. mel cannæ quatum sufficit, & idem est quod puluis zucchari, eo quia puluis ille extrahitur ex cannis, & condensari non potest, & antiqui mel cannæ appellabant. Alia uero dicit zucchari tabarzet, & idē significat quod zuccharum illius regionis, quod est albisimum purum & bene coctum. uerum

stum.uerum quia non cognoscitur ipsorum diuersitas accipitur zucarum medere &c.

LOCH de papauere Mef. & est diapaouer, conferens ad tusim calidam, & pectoris asperitatem, & cuius sputum est tenue, & indiget maturatione, & ingrossatione. Et confert febris calidæ dolori pectoris, & pleuresi Cuius permixtio hæc est. **R.**

Seminis papaueri al. ʒ. xxv.	Amidi.
Amigdalorum dulcium ex corticatarum.	Seminis portulacæ.
Granorum pini.	Seminis lactucæ.
Gummi arabici.	Seminis cydonior. an. ʒ. iiii.
Dragaganti.	Croci. ʒ. i.
Succi liquiritiæ.	Penidiarum albarum. ʒ. iiii.
	an. ʒ. x.

Syrupi de papauere hoc modo facti. lib. i. & fiat loch in bona forma.

Syrupus iste hoc modo fieri debet. **R.**
Capita papaueris albi & nigri. an. M. s. Seminis lactucæ. Florum uiolarum. an. ʒ. i. Bulliant hæc in lib. iiii. aquæ secundum artem deinde colentur & addatur lib. ii. zuchari. Fiat Syrupus, de quo fiat loch præscriptum.

LOCH de Squilla Mef. Et est medicamen iuuamenti magni eis, quibus materia grossa & viscosa & difficilis maturationis exuberat in membris anhelitus, reddens eam facilem ad expellendum, & confert difficultati anhelitus, & dolori pectoris & laterum. Cuius permixtio hæc est. **R.**
Succi squillæ. Mellis colati & bene despumati. an. ʒ. vi. Misce, & simul coque usque ad formam loch, & referuentur.

Modus extrahendi succum à Squilla talis est. Mundetur Squilla à superioribus & interioribus corticibus, quia uenosa & medice sumatur, & bene inuoluatur in pasta facta cum farina ordeii, uel siliginis, uel frumenti, non autem ex luto ut quidam fatui faciunt. Et notanter dictum est in pasta ordeii, siliginis, uel frumenti, non autem in luto. Lutum enim in sorditiæ eius addit, sed farina dictæ non habent sorditiem, immo addunt in uirtute earum, & subtiliant, & mundificant ipsas, & post inuolutionem de dicta pasta ponantur in furno temperate calido, & permittantur usque ad cocturam pastæ, in qua laminæ squillæ sunt, deinde extrahantur, & abiecta pasta accipiantur laminæ squillæ ita calidæ, & proiciantur in mortario lapideo prius calefacto, & pistello ligneo bene pistetur, non autem cum pistello ferri, ferrum enim facit eis rubiginem, quæ rubigo uenosa est, & post perfectam pistationem confestim ante infrigidationem ipsarum in subtili pecia inuoluuntur, & exprimantur fortiter, & sic succum habebis. Nec infrigidari permittantur, eo quia infrigidate, succus haberi non posset propter maximam uiscositate quam facerent &c. Quia si Squilla careremus apponi potest loco eius raffanus &c.

LOCH sanum & expertum Mef. & est ex inuentione nostra, conferens tusi, & raudini uocis, quæ est propter frigiditatem, & flegmati grosso, quod continetur in pectore & pulmone. Cuius permixtio hæc est. **R.**

Cinnamomi.	Foenigræci. ʒ. v.
Hysopi sicca.	Capillorum ueneris. M. i.
Liquiritiæ rasæ. an. ʒ. iiii.	Anisi.
Iuiubarum.	Seminis fæniculi.
Sebesten. an. ʒ. xxx.	Radicum ireos.
Passularum enucleatarum.	Calamenthi, scilicet motani.
Ficum siccarum.	Seminis lini. an. ʒ. iiii.
Dactylorum pinguium. an. ʒ. ii.	

Hæc omnia coquantur secundum artem in lib. iiii. aquæ usque ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & in colatura addantur Penidiarum lib. ii. Et coquantur usque ad spissitudinem mellis, deinde proiciantur super eis.

Pinearum mundatarum. ʒ. v.	Gummi arabici preparati ut supra.
Liquiritiæ.	Amidi. an. ʒ. iiii.
Amigdalorum mundatarum.	Radicum ireos. ʒ. ii.
Dragaganti. an. ʒ. iiii.	

Misce omnia simul, prius tamen bene contusis conterendis, & puluerizatis puluerizandis, & reducantur ad formam loch bene omnia commiscendo. Dosis eius à ʒ. v. usque ad ʒ. x. Et sumantur lambendo &c.

Coqui secundum artem est plus & minus res bullire secundum quod sui natura & plus & minus sustinent de decoctione. Quæ uero sint illa quæ sustineant multum de decoctione, quæ uero minus. In ultima distinctione declarabitur, pro nunc his sis contentus.

LOCH ad asthma Mef. bonum ad constrictionem anhelitus, & ad tusim antiquam, & subtiliat humorem grossum. Cuius permixtio est hæc. **R.**

Squillæ asata. ʒ. iiii.	Prasii. ʒ. i.
Radicum ireos. ʒ. ii.	Myrrhæ.
Hysopi.	Croci. an. ʒ. s.

Mellis costi & bene despumati. ʒ. ii. s. & fiat loch prius conterendo subtiliter præscripta.

Modus assandi Squilla talis est. Accipe cepæ Squillæ mediocris magnitudinis, & amoue cortices exteriores & interiores abscidendo ambas. Quæ uero in medio sunt inuoluas in pasta ordeii, & sit pasta grossa grossitudinis digiti, deinde ponatur in furno, & tamdiu dimittatur, quæ pasta effecta sit rubra, deinde extrahe & dimitte infrigidare, post infrigidationem aperiat, si bene assata est, contere subtiliter, & utere. Aliter iterum inuoluas in alia pasta & in furno ponas, & tantum hoc facias quod bene assata sit. Nam nisi bene assentur remanet in eis acuitas mala, quæ nocent stomacho & uentri ualde, uomitumque & nauseam faciunt. Mel nota quod bene despumati debet in quacumque compositione ponatur, & maxime in loch & confectioibus pectoralibus, eo quia quando spuma ab eo non est ablata, facit tusim, & laxat uentrem quare notent aromatarum, quia aliquando sunt causa magni detrimeti &c.

LOCH de pulmone uulpis magistrale, ualet asthmae eis empycicis dyspnoæ fortasse orthopnoæ, ortomiæ & tusi sentibus ex causa frigida, Cuius permixtio hæc est. **R.**

Radicum ireos.	Zinziberis.
Liquiritiæ rasæ.	Ficum siccorum.
Hysopi sicca.	Dactylorum.
Dragaganti. an. ʒ. i.	Cubebarum.
Pulegii.	Seminis urticæ.
Cinnamomi.	Seminis anisi. an. ʒ. ii.

Amigdalorum dul. an. ʒ. ii.
Pulmonis uulpis. ʒ. vi. præparati. Zuchari dissoluti in decoctione capillorum ueneris. Liquiritiæ. Hysopi. & Pulegii. ʒ. vi. & fiat loch.

Pulmo uulpis hoc modo præparatur & conseruatur. mundetur pro optime ab omnibus suis immunditiis, deinde illum bene laues cum aqua uite, & postea illum aspergas zucharo optimo bene puluerizato, deinde exicari permittas in stupa uel furno leuiter calido. Et post ipsius exicationem inuoluatur in absinthio, & referuetur in loco sicco. Absinthium enim conseruat illum à corrosione uermium. Alio modo conseruari, & præparari potest hoc modo. Accipe pulmonis uulpis numero. vi. scindantur per uenas & cannas postea abluantur cum uino albo dulci & calido & odorifero quater uel quinque uicibus per horam pro qualibet uice, postea exiccantur in furno leuiter calido, & usui referuentur in absinthio, & modus iste melior est.

LOCH de aliis Mef. quod confert tusi flegmaticæ, & maturat materiam eius, bonum & expertum. **R.** Alliorum mundatorum lib. s. Et elixa ea in aqua decoctionis ticerii & hysopi sicca usque dum sint bene discotta, deinde colentur & terantur allia sicut medulla, & proiice super ea mellis & butyri. an. ʒ. vi. Et decoquantur lento igne usque ad terminum loch, & utere bonum est.

LOCH de caulibus Mef. ualet ut supra dictum est in loch de aliis. **R.** Succi caulium non transplantatorum. lib. v. lento igne coque auferendo spumam eius usque dum redeat ad lib. ii. Deinde coquatur cum rob & mellis. an. lib. i. usque dum ingrossetur, & bonum est.

LOCH de farfara magistrale, multum ualet in passione pectoris. Cuius permixtio hæc est. **R.** Radicum farfara. i. unguis caballina elixatarum in aqua communi. ʒ. vi. Pistetur subtiliter in mortario lapideo cum pistello ligneo, & postea addatur Pinearum purgatarum. ʒ. i. s. Passularum enu-

THESAURVS

eleatarum. ʒ.ii. Pistentur omnia subtiliter & cum lib.i. Zucchari & alii. lib.i.s. dissoluti in decoctione ubi coctæ sunt radices farfaræ, & sunt aliqui qui addit infra scriptas spēs. R.
Crocī. Succī liquiritiæ. ʒ.iii.
Gariofilorum. Misce, & fiat loch secundum artem.

L O C H bonum Mes. conferens ecclis & consumptis, & phthificis maxime, & expellit sanem de pectore, mundificat pectus & pulmonem, & tussim lenit. R.

Papaueris albi. Seminis cidoniorum.
Spodii. Seminis citrulli. an. ʒ.vi.
Seminis lini torrefacti. Granorum nasturcii.
Crocī. Seminis cotti.
Amigdalarum dul. an. ʒ.iii. Amigdalarum amararum.
Amidi. Fabarum. an. ʒ.i.s.
Dragaganti. Penidiorum. ʒ.lxx.

Gummi arabici. an. ʒ.vi.
Dissoluantur penidiæ in aqua fontium, & coquantur, & conficiantur cum eis cætera. dosis. ʒ.ii. cum aqua mellis.

L O C H de amigdalīs Mes. conferens ad tussim ad uehementiā siccitatis pectoris & pulmonis. Cuius pmixtio. R.

Amigdalarum dulcium. Gummi arabici.
Amigdalarum amararum. Liquiritiæ.
Seminis lini torrefacti. Siccī liquiritiæ. an. ʒ.i.s.
Granorum pini. Zucchari.
Anisi. Penidiorum.

Dragaganti. an. ʒ.i.s.
Confice cum mellis & succi foeniculi bullitorum quantitate sufficienti & fiat &c.

L O C H de althea magistrale. R. radicū altheæ quātum placet, lauentur optime, & à ligno interiori mūdentur, postea incidantur per transversum minutissime, & coquantur in aqua completa decoctione, postea optime pistentur, deinde stamignentur cum sua decoctione, si per se non possent trāsire, manibus fortiter cōprimātur, & de hac colatura accipe lib. iiii. iusti ponderis.

Mellis despumati lib. ii. rum. ʒ.iii.
Liquiritiæ rasæ subtiliter pulverizata. ʒ. vi. Pulmonis uulpis preparati.
Seminis cotti. an. ʒ.iii.

Passularum bene contusarum.
Conterantur omnia subtilissime, & misceantur, & bulliat quousq; habeat formā loch, & in fine post aliqualem infrigidationem apponantur prescriptæ species. Species omnes in loch intrantes debent subtilissime conteri, & per spissum sedatium transferri, & non tantum species loch, sed omnes medicina pectorales. Loch omnes in sua bonitate per annos duos seruantur, & proprie delectabiles, horribiles uero usq; ad tres annos seruari possunt.



METRIDATVM magnū Nicolai, hoc est mater antidotorū, ualet ad omnem capiti passionem uiri & mulieris, & timidis lachrymantibus oculis, & uisio aurium subuenit detum doloribus & palato, omniaq; uitia oris & maxillarum medetur si super locum dolentem ponatur, & iterum ad modū emplastrī

ponatur in tēporibus ubi sit discursio, lientericis datur cum decoctione balaustrarum, præcipue datur contra uenenum si distemperatum potetur succo menthæ, uel superponatur. Quartanariis etiam ante horam accessionis datum mirifice prodest cum uino tepido. Hæc Metridatica compositio discussa & uentilata fuit in Ticinensi academia à collegio medicorū, & secundū modū sequentem fuit approbata eise de mente Nicolai, nihil ultra addendo uel minuendo. R.

Gariofilorum. Dragaganti.
Storacis calamitæ. Masticis.
Spicæ nardi. Galbani.
Xylobasami, idest lignum balsami. Gummi cedri, & quia nō habemus loco eius ponimus gummi iuniperi.
Orobi. Asphalti.
Leuistici.

Castorei.
Offei, idest gummi hederæ.
Bdellii.
Terræ sigillatæ.
Melliloti.
Laudani.
Oppoponaci.
Armoniæ.
Opī.
Liquiritiæ rasæ.
Sulfuris uiui.
Nitri, idest sal nitrum.
Hypocistidos.
Acaciæ.
Rosarum.
Chamedreos.
Hypericon.
Abrotani.
Peoniæ.
Elenii, idest enula.
Origani.
Hysopi.
Rami cedri, quia nō uerū tur, loco ipsorum ponitur flos & folia fanem: quidā uero ramusculos iuniperi, sed fanem melior est.
Daphnidis, idest lauri.
Aristolochiæ longæ.
Epithymi.
Peutedani.
Centaureæ. s. minoris.
Roris marini.
Radicum irigorum.
Balaustrarum.
Squillæ.
Cimarum myrti. an. ʒ.ii.
Sticados.
Artemisiæ.
Calamenthi. s. montani.
Scordion. i. allium syluestre.
Leucopiperis. i. piper albū.
Camæpithyos.
Melanopiperis, idest piper nigrum.
Pentaphyllon. an. ʒ.iii.
Iusquiami.
Corticum granatorum.
Anisi.
Raphani.
Carpobasami, idest semen balsami.
Cymini.
Cardamomi. s. maioris.
Seminis foeniculi.
Sisseleos, idest siler montanū semen accipitur.
Seminis apii.
Ameos.
Petrosillini, scilicet hærbæ.
Rutæ, scilicet herbæ.
Seminis papaueris nigri.
Dauci.
Nafeos, idest semē git, idest Iapa.
Seminis rapæ.
Sinapis albæ.
Macropiperis, idest piper longum.
Ozimi.
Amomi. an. ʒ.ii.
Acori, scilicet radix.
Ilafeos, idest bardena.
Panis porcini, idest ciclamē.
Phyllis, idest caperis.
Zacchari. i. flos. agnicasti.
Comu cerui.
Balsami. idest liquor emansans ab arbore balsami.
Cinnamomi.
Crocī.
Zinziberis.
Costi.
Squinanti.
Terbentina.
Myrrhæ.
Olibani.
Cassia lignæ.
Agarici albi.
Spicæ celticæ.
Radicum ireos.
Reupontici.
Assari.
Prasii.
Diptami.
Coloquintidæ.
Sillei. i. cōfoli. mi. an. ʒ.iiii.
Petrosillini, idest seminis petrosillii.
Seminis anagogæ, idest suumach.
Malabathri. idest folii indi.
Cardamomū. s. minus. i. meligeta. an. ʒ.iiii.
Baccarum lau. ʒ. i. gra. vii.
Vini uetustissimi. ʒ.ii.

Puluerizentur subtiliter omnia, sed gumma dissoluantur in optimo uino albo, quæ emadmodum dictum est in theriaca, mellis cocti & despumati lib. viii. & ʒ.ii. & fiat in bona forma. Laudanum non est terribile, immo si laboretur in eius trituratione, prius corrupetur quàm malaxabile, ideo debet dissolui & liquefieri in uino quemadmodum gumma. Laudanum res est calida & sicca in primo gradu. Insuper scias q; omnes gumma parum sustinent de contritione, & omnes medicina subtilis substantiæ & acutæ, & raræ sicut scamonea, aloes, & omnes medicina inflammabiles, sicut gumma, ut bdellium & serapinum. Et ratio est, quia per triturationem acquiritur inflammatio, quæ inflammatio fit per motum, qui motus calefacit. Et hoc quia istæ medicina sunt aptæ inflammationi ratione substantiæ & subtilitatis, & hac inflammatione & motu duo fiūt, Vnū quia partes subtiles euolant, Aliud quia ipsa intensa contritio corrūpit substantiam earum. Aristolochiæ omnes species de trituratione & decoctione rem plenam sustinent. Anna enim dictio arabica & tantum importat in lingua latina, quantum & qualiter.

æqualiter. Radix ireos debet in umbra exiccari, & incidi in parua frustra, & in filo infilari, & partes seu frustra separata esse debent, ita q̄ una pars non tangat aliam, & referuetur.

Peucedani colligi debent de mēse Nouembris. Spica ue ro celtica colligi debet de mēse Iulii. Vnum uniuersale in omnibus compositis est intelligendum de etimologia uocabuli. Medicinis enim compositis imponuntur nomina uaria. Quandoq̄ enim à medicina quæ est basis, denomina tur, sicut diacydonitem à carnibus cydoniorum, Aliquando à quantitate, licet non sit basis, sicut diaphanicon à phæni cis. i. dactylis. Aliquando à componente, sicut philonium à Philone medico, & mithridatum à Mithridate rege. Ali quando ab effectu communi sicut benedicta, quia ab omni bus fumentibus benedicuntur. Aliquando à propriis effecti bus, sicut blanca, quia blancos scilicet albos purgat humo res. Aliquando à similitudine, ut diacurcuma, quia similitur radici curcumæ. Aliquando à loco, ut syrupus de bizantiis, bizantium quidam est locus in confinibus Macedoniæ. Ali quando à quantitate medicinæ & auctore componente, si cut dicitur diarhodon abbatis. diarhodon dicitur à rosis ab batis, quia abbas quidam composuit. Aliquando ex effectu & auctore, ut ygia græca, idest ygia saluatrix græca, quia græci eam inuenerunt. Aliquando ex medicina & similitudi ne, sicut opopyra idest succus similis igni. Aliquando à nu mero medicinarum ut theriaca diatesferon idest de quatuor rebus. Aliquando à loco in quo aliqua suarum medicina rum fuerit collecta, sicut medicina asuledatio scripta in cap. de lepra. asuledati est mons quidam, super cuius lapides mingunt hirci montani, & ibi colligitur. Et quia tantum duo decim modi sunt hic positi tantum plurimi sunt alii modi impositionis, qui apud nos sunt noti & qui ignoti, & qui procedunt à uoluntate hominis, immo omnes describi non possunt. Istæ species sunt subtiliter etiam puluerizandæ & cribellandæ. Nam cribellatio & puluerizatio subtilis duo facit. Primo quia transeunt ad loca remotissima. Secun do cito calore nostro alterantur & præparantur. Mithridatum sicaniæ & secundum artem factum est, durat eius uirtus usq̄ ad annos quadraginta in sua uirtute & boni tate &c.

MITHRIDATVM Auic. & est confectio quàm fecit Mithridates rex & nominauit suo nomine & composuit ipsam, & est ex medicinis expertis super uenena proprie, & super ægritudines alias, ut esset aggregatum iuuamenti uenenorum diuersorum & ægritudinum diuersorum, fuit ergo ipsum theriaca in illo tempore. Deinde postquam accidit Andromacho illud quod expertus fuit ipsum super iuuamentum carniū serpentum & aliorum, addit in eo troiscos de uiperis, & alterati est parum per additionem & diminutionem. Fuit ergo theriaca magna in multitudi ne iuuamenti. Verum tamen theriaca magna est maioris iuuamenti in re una, & est iuuamentum supernum. In reliquis uero rebus non diminuitur mithridatum à theriaca dimi nutione, de qua sit curandum, immo est magis additi in plu ribus earum iuuamenti & confidentioris utilitatis, & non prælongemus sermonem in numero illorum iuuamento rum, quoniam ipsa sunt illa prædicta, quæ sunt theriacæ, & sit dosis copiosior pariter. Confectio mithridati ex des criptione communi omnium Cuius permixtio. R.

Myrrha.	Camepitheos.
Croci.	Galbani.
Agarici albi.	Terbentina.
Zinziberis.	Macropiperis. i. piper lôgū.
Cinnamomi.	Hypocisthidos.
Dragaganti. an. 3. x.	Castorei.
Spicæ nardi.	Folii.
Olibani.	Storacis calamitæ.
Nasturcii.	Oppoponacis an. 3. viii.
Squimanti.	Cassia lignea.
Xylobalsami.	Leucopiperis. i. piper albū.
Sticados.	Melanopiperis, idest piper nigrum.
Siseleos.	Hermodactylorum.
Costi.	

Polii, scilicet montani.
 Scordeon an. 3. vii.
 Dauci.
 Melliloti.
 Gentianæ.
 Olei balsami.
 Carpobalsami.
 Troiscorum coccion.
 an. 3. vii.
 Bdellii.
 Rutæ an. 3. ii.
 Armoniæ.
 Spicæ romanæ.
 Masticis.
 Gummi arabici.
 Petrofillii.

Cordumeni, idest carui
 agreste.
 Seminis fœniculi. an. 3. v.
 Anisi.
 Acori.
 Meu.
 Serapini.
 Allari. an. 3. iii.
 Opii.
 Rosarum rubearum,
 Pulegii ceruini. an. 3. v.
 Fu.
 Acaciæ.
 Umblici stinchorum.
 Seminis iuniperi.
 an. 3. liti. s.

Vini odoriferi antiqui, in quo infundantur ea quæ oportet infundi. Mellis despumati quantum sufficit, & miscetur, & referuetur & administratur post sex menses, summa istarum præter mel & uinum sunt numero. lvi.

MICHLETA Nicolai, idest experta, detur proprie hæmorrhoidas habentibus & contra uentris tortionem & rugitum, hentericæ & dysentericæ omni solutioni optima est, detur cum aqua pluuiali mane, meridie, uel sero. Cuius permixtio. R.

Mirabolanorum citrinorū.	Nasturcii. 3. ii. s.
Mirabolanorum indorum.	Anisi.
Mirabolanorum kebulorū.	Cymini.
Omnium mundatorum & assatorum. an. 3. ii. s.	Marathri, idest semen fœni culi. an. 3. ii.
Mirabolanorū belliricorū.	Ameos.
Mirabolatorū emblicorū omnium assatorū. an. 3. ii.	Carui an. 3. i. s.

Infundantur hæc omnia in fortissimo aceto per diem & noctem. Deinde extrahantur & exiccari permittantur, deinde de puluerizentur, & postea addatur.

Spodii.	Masticis. an. 3. i. gra. v.
Sumach.	Gummi arabici. an. 3. i. gra. v.
Balaustriarum.	

Fricentur hæc alia manibus cum oleo rosato, & postea puluerizentur subtiliter, & cum lib. i. & 3. iii. syrupi myrtini & fiat electuarium in bona forma.

Mirabolani omnes assantur hoc modo, infundantur mirabolani qui assari debent in succo cydoniorum uel granatorum, deinde linteo exicca eos, postea madesant in oleo rosato, uel masticino, deinde eos assa super patellam ferream bene calefactâ, super ducendo & mouendo. Et antequam incipiant nigrescere ab igne siue à patella calida amoueantur, ne comburantur, & sic sunt assati, & hoc modo in usu administrantur. Sex sunt modi præparationis medicinarum, primus est coctio, secundus contritio, tertius adustus, quartus ablutio, quintus congelatio; sextus commixtio, & causam omnium istorum hoc in libello reperies descriptam.

MEL ROSATVM Mes. stomachum confortat, & detur mane & meridie. R.

Infusionis rosarum uiridium lib. x. Mellis despumati lib. v. Coquatur ad modum syrupi rosati ex infusione.

MEL ROSATVM Nicolai, quod græci rhodo mel uocant sic fit. R.

Mellis albisissimi & purissimi. lib. x.
 Succu rosarum recentium. lib. i.

Ponantur in caldario ad ignem posito cum bullire coe perit uiridium rosarum cum forcibus uel cultello incisarum. lib. iiii. addantur, & tam diu bulliant, quousq̄ ad succi consumptionem redeat, & dum bullit semper agitetur, & in ficti li uase reponito, & quanto magis tenebitur, tanto melius erit. Stomachum confortat & mundificat, cum frigida confortat, mundificat, & constipat, cum calida mundificat. Datur in mane & meridie, de hoc conficitur diamargariton gario filatum & rubea troscata.

MEL VIOLATVM fit eodem modo. Et ualet typice febrilibus cum tepida corpus humectat & re

T H E S A U R V S

laxat, & ualet ad siccitatem pectoris cum aqua tepida datū.

MEL VIOLATVM Nico. alio modo. ℞.

Mellis electi & purificati lib. x. Violarum lib. v. Bulliant duo hæc simul leui ebullitione, deinde coletur, coquatur postea ad debitam coctionem, & referuetur. Mel, de quo fit mel rosatum & uiolatum, antequam uiolæ uel rosæ in eo ponantur, debet bene purgari, deinde ponendo in eo aquam & bulliando cum ea debet continue despumari, demum cum aqua per decoctionem ferè est consumpta, uiolæ uel rosæ sunt intus ponendæ, & post pusillum colari debet, deinde in integrum decoqui, & hoc modo mel purificatur.

MEL ROSATVM Nicolai alio modo. Cuius permixtio. ℞. Mellis purificati. lib. x. Rosarum lib. v. bulliant simul ebullitione leui, deinde coletur, & perfecte decoquantur, & referuetur. Quidam sunt qui ad purificandum mel non faciunt ut supra ostensum est. Sed illum clarificant cum ouis, quemadmodum dixi de zucchero, hic modus non est inutilis, facias modo ut tibi placet.

MIVA CYDONIORVM cū speciebus Mef. stomachum, & epar, & omnia uiscera confortas, appetitum excitans, digestionem prouocans, uomitum & uentris solutionem sedans, & est medicina experta & famosa. ℞. Succu cydoniorum acetosorum lib. xx. Vini antiqui boni, lib. x. Coquantur cum facilitate usq; dum consumpta sit eius terra, semper auferendo spumam eius. Deinde coletur, & dimittatur residere, ut clarescat, & proiice super illud mellis boni & despumati lib. vi. Et iterum bulliantur, & auferatur spuma eius, & proiciantur super illud species alefanginæ ligatæ in panno suspenso super illud medicamen, & sunt proprie istæ. ℞.

- | | |
|-------------------------|----------------------|
| Cinnamomi. | Ligni aloes. |
| Heil. id est cardamomi. | Garioflorum. 3. ii. |
| maius. an. 3. iii. | Zinziberis. 3. i. s. |
| Masticis. an. i. s. | Macis. an. 3. i. s. |
| Croci. 3. ii. | |

Omnia præter crocū terantur contritione grossa, & suspēdantur in panno, sicut diximus, omni hora fricando illud super medicamen, donec fiat ei spissitudo. Deinde aromatizentur cum musci. ʒ. i. galliæ. ʒ. ii. Et sunt ex hominibus qui faciunt ipsum sine speciebus, & sunt qui loco mellis ponunt zucchero, & proprie quando oportet faciunt cum speciebus, & sine speciebus. Miua hæc aromatica durat per annos tres in sua uirtute & bonitate.

Species præscriptæ ad bulliendū nō sunt ponendæ usq; ferè facta sit decoctio uel sit bene propinquum coctioni, eo quia ista parum sustinent de decoctione, & hoc bene nota.

MIVA cydoniorum sine speciebus Mef. similiter ualens sicut diximus superius. ℞.

Succi cydoniorum lib. c. & ponatur in uase lapideo mundo, & bulliat cum facilitate auferendo omni hora spumam eius usq; ad consumptionem medietatis, deinde coletur, & dimittatur modicum residere, sicut per horas tres, & proiciatur super ipsum uini antiqui lib. ix. Deinde coquatur super prunas usq; dum spissitudinem habeat. Et sunt qui loco mellis ponunt zucchero. Et sunt qui faciunt cum speciebus & quidam sine eis & aromatizant, sicut diximus.

Succus seu uinum cydoniorū hoc modo fit. Cydonia cū gratulata rasantur usq; ad interiorem animam. Deinde in pecia inuoluuntur, & cum torculari exprimuntur, & colatura præparatur ut uinum granatorum. durat enim in eius uirtute per annos tres. Nota hic q; in condendo radices, & faciendos syrupos cum succis, apponenda est magna quantitas mellis, quia eos conseruat. Et sic in condendo radices ponitur quadruplum mellis.

MEL myrtinum fit sic. Accipe succi myrtillorum. lib. i. mellis despumati lib. ii. & bulliat simul, usq; ad consumptionem succi, & coletur, & tunc erit mel myrtinum.

MELLIS Anacardi fit prout patet in isto in fol. 25. in cap. de anacardina.

MVSA magna Nicolai, quæ à multis probata melancholicis, antique & moderne tusientibus asthmaticis peculiarem peripneumoniacis, epaticis, cardiacis est probata,

dysenterie obsistit, quotidianariis, & quartanariis typos sine dubio tollit. Cuius permixtio hæc est. ℞.

- | | |
|------------------|----------------------------|
| Croci. | Aristolochiæ rotundæ. |
| Opii. an. 3. vi. | Gentianæ. |
| Cinnamomi. | Ireos. |
| Cassia. | Peucedani. |
| Euphorbii. | Piperis albi. |
| Castorei. | Piperis nigri. |
| Myrrhæ. | Iusquiami. |
| Olibani. | Dauci. |
| Masticis. | Petrofillini. |
| Cozumbri. | Sinomi, id est petrofillii |
| Pyrethri. | agrestæ. |
| Celticæ. | Mandragoræ. an. 3. i. |

Aristolochiæ longæ. an. 3. i. Mellis quod sufficit, datur ad modum castanæ ante horæ accessionis cum aqua calida tusientibus in sero &c.

MARENATVM sic fit. ℞. Marenarum lib. xxv. uel circa & bulliant in lib. i. aquæ. lento igne, ebullitionis tantum quod exeat unum, & de dicto uino claro accipe lib. vi. zucchari boni & solidi lib. iii. & fac bullire tantum quod sit in forma zeladiæ, & non plus. Et ad faciendum marenatum de scatolis, accipe marenarum lib. ii. zucchari lib. i. & coque, sicut codognacæ de zucchero.

- | | |
|--|---------------------------------|
| MIXTVRA cordialis Magistralis sic fit. ℞. | |
| Diaboraginati, | Zucchari candi. |
| Diabugiosfati. | Manuschristi rosati. an. 3. ii. |
| Zucchari uiolati. an. 3. iii. | Pulueris cordialis. 3. iii. |
| Zucchari rosati. | |

Misce & fiat mixtura cum syrupo uiolato. Conterantur subtiliter manuschristi, & zuccharum candidum facto subtili cum syrupo de acetositate citri & fiat mixtura. Candi si simpliciter scriptum reperiatur, uel candi uiolati, uel rosati, illud est zuccharum rosatum uel uiolatum induratum, quod reperitur in fundo uasis, ubi reconditur iulep rosatum uel uiolatum, & de eo est intelligendum. Ista compositionia hanc mixturam debent multum bene commisceri in mortario semper & paulatim syrupum addendo, donec ipsorum debita fuerit facta permixtio &c.

- | | |
|---|----------------------------|
| MIXTVRA pectoralis magistralis sic fit. ℞. | |
| Zucchari uiolati. | Penidiarum. |
| Zucchari bugiosfati. | Diatraganthi. an. 3. vi. |
| Zucchari boraginati. | Diacalamenti. |
| Manuschristi uiola. an. 3. iii. | Loch de althea. an. 3. ii. |
| Diairis de zucchero. 3. vi. | |

Misce cum syrupo uiolato, & fiat mixtura, & referuetur.

In ista compositione est notandum quod si debitam formam habere debet, necesse est quod manuschristi, penidii, diatraganthi, & diairis subtilissime prius per se terantur, deinde cum aliis rebus misceantur, & cum syrupo prædicto humedentur &c.

XYZACCHARA N. ab oxy, quod est acetum, & zucchero dicitur. fit aut hoc modo, & ualet tertianariis, quotidianariis & acutis & peracutis, & quartanæ non ueræ, coleram purgat. Datur cum calida in mane. ℞.

Zucchari lib. i. Succu malorum granatorum acetosorum. ʒ. viii. Aceti. ʒ. iii.

Ponantur omnia ad ignem & tandiu bulliant cum spatula semper agitando, & spumam remouendo, donec ad formam syrupi reddatur. Hoc in loco zuccharum non clarificatur, & si illud clarificare uis, saltem tantu bulliant, q; aqua consumatur, antequam aceto permisceatur, quæ postquam consumpta erit acetum & succum granatorum ponatur, & hoc fit ut aceti uirtus deperdat &c.

OXIMEL simplex Mef. Iuamentorum multorum propriorum qui sunt in corpore toto & ad materias quæ sunt in iuncturis proprie quoniam resoluit eas, & diuidit & subtiliat humorem grossum, qui est in stomacho & epate, & est efficax in materia februm longi temporis. Diuidit enim & maturat eas. Cuius permixtio hæc est. ℞.

Mellis



Mellis boni lib.ii. Aquæ fontium lib.iii.
Misceantur duo hæc & bulliant leto & claro igne usq; ferè
ad consumptionem aquæ, deinde his addatur.

Aceti boni lib.i. Decoquantur usq; ad perfectam decoctio-
nem & referuetur in uitreato uase. Secaniabin.i. Syrupus
factus ex melle, aceto, & aqua. Squingibin est syrupus factus
ex aqua, aceto, & zuccharo. Ieleniabin idem est quod mel
rosatum. hydromel uero idem est quod aqua mellis &c.

OXYMEL LIS compositi Mef. conferens febribus
antiquis, & diuidit & abstergit cholera grossam & flegma,
& aperit opilationes oēs, & proprie stomachi & epatis &
splenis, & prouocat urinam. R.

Corticum radices apii. Seminis anisi.
Corticum radices fenicis. Seminis apii.
li. an. 3. ii. Seminis feniculi. an. 3. i.

Mundentur cortices, & conterantur, & proiciantur super
eas in uase lapideo aceti boni antiqui & albi lib. x. aquæ lib.
xii. dimittatur per diem & noctem. Deinde coquatur, do-
nec eius tertia consumatur, postea coletur, & proiciatur su-
per ipsum mellis quod sit medietas eius, & coquantur cum
facilitate, sicut superius diximus.

OXYMEL squilliticum uirtuosum Mef. ualet contra
materias difficiles, & submersas in leuissimis difficilis eradicatio-
nis earum, & confert ægri tudinibus stomachi, & epatis, &
uiscerum, & erucluationem acetosam, & mollificatione uesi-
cæ. R. Mellis despumati & purificati lib.iii. Aceti squillitici
lib.ii. Coquantur usq; ad perfectam coctionem, & referuetur.

Ad purificandum mel debet esse dupla quantitas aquæ
ad mellis, ut mellis lib.ii. aquæ communis lib. vi. simul debet
bullire, usq; ad consumptionem medietatis, semper spumam
abiciendo. hoc modo purificatur.

De oleis.
LEVM muscellinum. R.
Olei communis lib. vi.
Aquæ fontium lib.iii.

Folij.	Mirrhæ.
Spicæ.	Cassia lignea. an. 3. vi.
Masticis. an. 3. i. s.	Xyobalsami. 3. vi.
Storacis calamitæ.	Gariofilorum.
Croci. an. 3. vi.	Carpobalsami.
Costi.	Bdellii. an. 3. iii.

Musci. 3. i. alij dicunt q; debet dicere musci. 3. i. Neregil. i.
nuce indica. 3. ii. Hæc omnia terantur grosso modo, ex-
cepto musco, & bulliant simul ad consumptionem aquæ, de-
inde coentur, & reponantur in uase uitreo bene obturato,
& intus posito musco dissoluto cum oleo, & serua. Istud
oleum est in usu in diuersis locis. dicitur autem muscellinum
propter muscum quod recipit, quidam prauè putauerunt
hoc esse oleum balsaminum. i. de granis been sed nõ recte,
ille uero qui dedit istã descriptione istius olei dixit q; ipsum
inuenit in antidotario Gal. & dixit, q; Galenus cõposuit ip-
sum. Neregil. i. nux indica secundum Serapionem in cap. de
nuce indica, ut dictum est supra.

OLEV M rosatum Mef. & est cõfortatiuum, & resolu-
tiuum, conuenienter lenitiuum, & sedatiuum. Rude uero est
extinctiuum, inflammationum, cõfortatiuum, aggregatiuum,
inspissatiuum, & prohibitiuum cursuum pp quod potētissimū
est potatū ad dysenteria, & ad fluxum menstruorū per cor-
pus. Et differt cõpletū à rudi, quoniã completi materia est
ex oliuis completis, & foliis rosarum completarum. Rudis
autem materia est ex oliuis, quibus nondum accidit comple-
tio, & maturatio, & ex foliis quæ nõ referant nodos suos.

Et modus cõpositionis est eius modi, ut accipiatur oleū
de oliuis, aut oleum sisaminum recēs, lauetur cum aqua fon-
tium lauationibus pluribus. Deinde accipe folia rosarum ru-
bearum recentium contusarum quantitatem sufficientem, &
sepelias in oleo quod modo lauasti, & reconde in uase ui-
treo, & obtura orificium eius, & exponas soli per dies. vii.
Deinde coque in uase duplici per horas. iii. Deinde fac per-
mutationem foliorum rosarum, & utere aliis recentibus, &
& dimitte per alios dies. vii. Deinde exerce coctionem in
eo, sicut fecisti prius, & fac denuo permutationem foliorū

rosarum, & proice super illud tantam quantitatem aquæ in
fusionis rosarum, quàm tradidimus in capitulo de syrupis,
quanta est quãtitas olei, & stringe orificium uasis, & dimitte
soli per dies. xl. Deinde excola & iterum expone soli, & di-
mitte tempore extenso, & utere ubi oportet &c.

OLEV M rosatum Mef. alio modo, & est magis reso-
lutiuum. R. Succis rosarum. Aquæ infusionis rosarum præ-
dictæ. an. partem. i. Olei loti & præparati, sicut diximus par-
tes. iii. Foliorum rosarum contusarum quantum sufficit re-
conde in uase uitreo, & expone soli sicut diximus. De-
inde operare de decoctione eius & permutatione folio-
rum rosarum, & expositione in sole secundum q; diximus
de permutatione succi & aquæ infusionis, & hoc fiat bis.

Ultimo uero oleum cum succo rosarum, & aqua infusio-
nis earum recondatur in uase, & exponatur per dies. xl. uide
licet soli.

Isto modo raro fit, sed hoc modo oleum factum est so-
lutiuum, & est illud de quo intelligit Auic. quando dixit se-
cundo lib. cap. de rosis q; oleum rosatum soluit uentrem.

Nota q; rosæ ex quibus fit oleum rosatum, & syrupus ro-
satus, & cætera necessaria colligenda sunt in mense Aprilis
uel Maii, & in umbra exiccanda quæ exiccanda sunt &c.

OLEV M uiolatum Mef. inflammationes sedat ubi-
cunq; sint, & lenit asperitates, & etiam pectoris, & pulmo-
nis, & sedat apostemata calida, & pleurifim. Et modus ope-
rationis est, sicut olei rosati, excepto q; debet fieri cum oleo
rudi, aut amigdalino, aut sisamino cum illis modis opera-
tionum, quos diximus. Cuius permixtio. R. Olei oliuarum
immaturarum. lib. i. Violarum uiridum contusarum. 3. iii.
Reponantur in uase uitreo, & soli exponantur per dies. vii.
deinde bulliãt in duplici uase per horas. iii. postea coentur,
manibus comprimendo, & hoc fiat bis, semper nouas uiol-
as mutando, soli exponendo, & decoquendo ut supra. Vlti-
mo uero colaturæ, adde uiolas nouas quantitatem dictã,
& super his adde Aquæ infusionis uiolarum. lib. i. Et stringe
orificium uasis, & expone soli per dies. xl. deinde cola,
manibus exprimendo, & iterum in dicto uase exponatur, di-
mittatur & permittatur usquequo aqua consumpta sit. In-
fusio uiolarum debet fieri ut supra ostendi, ut in syrupo uiol-
ato ex infusione. Accipiat igitur de illa aqua, & fit istud
oleum.

OLEV M de lilio sine speciebus Mef. est sedatiuum, le-
nitiuum, & mollificatiuum. Cuius permixtio. R.

Olei oliuarum. lib. i. Florum liliorū alborū. 3. iii.
Reponantur in uase uitreo, & soli exponantur, & modo
eo facias de decoctione, & de permutatione florū, & coctio-
ne, & de aqua infusionis, quemadmodum fecisti in oleo ca-
momillino, & anetino, nec addendo, nec diminuendo.
Infusionis modus florum liliorum alborum est, ut infusio
rosarum & uiolarum, accipiendo duntaxat folia florum li-
liorum alborum.

OLEV M de lilio cum speciebus Mef. confert dolori
pectoris, & est sedatiuum dolorum qui fiunt à frigiditate, &
confert dolori matrici, & frigiditati eius, & calefacit renes,
& uescicam, & confert colicæ. Et modus compositionis eius
est, sicut olei camomillini, præter quàm oportet ut citrinitas
eorum tota abiciatur. Cuius permixtio. R.

Foliorum florum liliorum	Carpobalsami. 3. i.
alborum. 3. ix.	Gariofilorum.
Masticis.	Cinnamomi. an. 3. iii.
Costi.	Croci. 3. iii.

Calami aromatici. an. 3. i.

Omnia grosso modo conterantur, & proiciantur super
eis lib. ii. aquæ, folia liliorū prius remota, & dimittatur p die
& nocte, postea omnia simul bulliãt tribus uel quatuor ebul-
litionibus, deinde pone olei oliuarum uel sisamini super ea
lib. ii. Et tribus ebullitionibus iterum bulliat, deinde ponatur
in uase uitreo cum foliis liliorum, & dimitte in sole per
dies. xl. deinde cola & administra. Istud oleum quando
fit ex lilio caelesti. fireos, nunc est magis resolutiuum, calefa-
ctiuum, penetratiuum, factum uero ex lilio albo est magis
sedatiuum, lenitiuum, & maturatiuum.

The. aroma.

V ii

O L E V M camomillæ Mef. est oleum benedictum ex pectorum iuamentorum. est enim resolutiuum conueniens, sedatiuum dolorum, & est in eo prohibitio cursus materierum propter stipticitatem eius modicam, & confortat neruos, & confert doloribus eorum, & confortat neruosa omnia. Et modus operationis eius est, sicut olei rosati, & olei uiolati, præterquam oportet ut fiat cum oleo de oliuis completo, aut oleo sisamino cum illis modis præparationum, quos diximus. Infusio florum camomillæ fit eodem modo, quo fit infusio rosarum & uiolarum, accipiendo flores camomillæ loco rosarum & secundum eandem quantitatem, & aquæ & florum.

O L E V M de absinthio Magistrale, stomachum confortat, & calefacit, & fortificat, & pueros à uermibus custodit. Cuius permixtio. ℞. Summitatum absinthii. Succii absinthii. an. ʒ. iiii. Olei oliuarum lib. iiii. Et de his facias prout in superiori tibi monstraui de decoctione, & permutatione, & ex positione ad solem. Oleum quandoq; fit ex oliuis complete maturis, & illud olei dicitur completum. Aliquando fit ex oliuis immaturis, & illud dicitur rude uel omphacinū, & magis stipticum & frigidum completo.

O L E V M de aneto Mef. est sedatiuum dolorum, resolutiuum, prouocatiuum sudoris quare confert rigori febris inuictum in spina, & membris neruosis, prouocat somnum, & confert dolori capitis, & resouit apostemata, & durities, & modus operationis est. Cuius permixtio. ℞. Olei oliuarum lib. i. Florum aneti. ʒ. iiii. Reponantur in uase uitreo, & decoquantur ut in superiore tibi dixi, ter permutando flores, & ter decoquendo ut supra. ultimo adde. Aquæ infusionis aneti. lib. i. Et foli exponas per tempus tibi in superiori dicto, & omnia facias de isto quemadmodum de alio superiori monstraui.

Modus infusionis florum aneti est ut infusio rosarum & uiolarum nec plus nec minus, nisi q; loco uiolarum uel rosarum ponitur anetum.

O L E V M de ruta Mef. Renes, & uesticam, & matricē calefacit & confert doloribus eorum, & dolori laterum. Et modus operationis est. ℞.

Foliorum rutæ. Succii rutæ. an. ʒ. iiii.
Olei oliuarum incompletarum lib. iiii.

Tria hæc reponantur in uase uitreo stricti orificii, & obturatur os eius, & soli per dies. xv. exponantur, deinde per horas quatuor in duplici uase coquantur, postea coeuntur, fortiter manibus comprimendo, & secundo & tertio hoc reite retur, demum decoquatur per tēpus, ut supra, & reseruetur.

De oleo nota q; aliud est nouum & aliud est uetus, illud quod est nouum calefacit calefactione temperata, & humescat, uetus uero est calidum magis quam resolubile.

Igitur cum olea temperata facere uis uel parum calida oleum nouum accipere debes. Cum uero calida, tunc uetus accipere potes. Et hic nota q; omne oleum cum quo hæc olea fiunt, debet carere omni malo sapore.

O L E V M de mentha magistrale. ualet contra oppilationem stomachi & epatis ex frigido humore, & confortat stomachum, & necat uermes in stomacho puerorum, & incitat appetitū, & soluit durities in stomacho, & tusim frigidā calefacit, stomachum bonum facit. Cuius permixtio. ℞. Foliorum menthæ uiridis. Succii menthæ. an. ʒ. iiii. Olei oliuarum completarum lib. iiii.

Tria hæc reponantur in uase uitreo, & soli exponantur per dies. xv. os uasis obturando, deinde bulliant per quatuor horas, deinde coeuntur, manibus fortiter exprimendo, & hoc idem ter reiteretur, semper modo prædicto faciendo, deinde de cola, & reserua. Istud oleum à Mef. non describitur, sed sic communiter ab omnibus prædicantibus fieri solet.

O L E V M sambucini Mef. lenit & mundificat cutim, & confert doloribus neruorum, & confortat eos. Cuius permixtio hæc est. ℞.

Olei oliuarum lib. i. Florum sambuci in mense Maii collectorum. ʒ. iiii. Facias & de isto modo quo fit oleum camomillinum, anetinum, liliorum in omnibus tam de permutatione, quam de coctione, quam soli expositione, & infu-

sionis additione. Modus infusionis florum sambuci fit ut infusio præscriptorum florum, & rosarum, & uiolarum &c.

Insuper nota q; omnes præscripti flore debent esse uirides, & de ipsis uiridibus est intelligendum. Ideo semel in anno fieri possunt & non plus &c.

O L E V M de nenufare Mef. inflammationes sedat ubi cumq; sint, & lenit asperitates etiam pectoris & pulmonis, & sedat apostemata calida & pleuriticam. Cuius permixtio hæc est. ℞.

Olei oliuarum immaturarum lib. i.

Florum nenufaris uiridium contusarum. ʒ. iiii.

Reponantur in uase uitreo & facias prout de oleo uiolati tibi dixi & de positione ad solem, & decoctione, & de permutatione florum & de additione infusionis. Infusio nenufaris fit sicut infusio uiolarum uel rosarum nec plus nec minus. Ex omnibus floribus fieri potest oleum, & habet uirtutem florum, & fit ut de floribus uiolarum tibi monstraui, sed accipi debent cum sunt complete maturitatis, & non dependunt naturalem eius colorem &c.

O L E V M colinum Mef. neruos & lacertos calefacit, & aperit opilationes eorum, & confortat omnia membra neruosa, & confert stomacho & epati, & confortat capillos & prohibet prurientem & facit colorem & odorem corporis bonum & fit ita. Cuius permixtio. ℞.

Costi amari. ʒ. ii.

Summitatum maioran. ʒ. viii.

Costiæ lignæ. ʒ. i.

Vini odoriferi lib. ii.

Confrangantur omnia prædicta & infundantur in uino per noctes duas, deinde accipe. Olei sisamini lib. iiii.

Decoquantur omnia in duplici uase per horas sex & reserua.

Hic nota quod auctor dicit costi amari, ex his uerbis posset quis credere, q; sit aliud costum. igitur intelligas ex suis dictis q; te instruit q; non accipias de adulterato, sed de naturali, quod amarum est, & hic etiam nota quæ supra de costo tibi dixi.

O L E V M de formicis uolantibus Nicolai ualet, ad confortandum coitum. ℞.

Formicarum uolantium & pone in oleo, & pone soli per dies. xl. in uase uitreo.

O L E V M de capparibus magistrale, ualet diuitie, opilationi, & dolori splenis nec non omni eius agitudine. ℞.

Corticum radicum capparum Tamarisci. ʒ. ii.

rum. ʒ. i.

Rutæ. ʒ. i.

Seminis agni casti.

Olei oliuarum lib. i.

Scolopendriæ.

Aceti.

Ciperi. an. ʒ. ii.

Vini optimi. an. ʒ. ii.

Misce, & confrangantur omnia grosso modo, & coquantur in duplici uase usq; ad consumptionem uini & aceti, deinde coeuntur, & reponantur. Multæ aliæ descriptiones huius olei reperiuntur à doctoribus descripte, sed ista melior est, & longa experientia probata est.

O L E V M myrtinum Ioannis de sancto amado, stomachum & cor confortat & neruos cuius. permixtio hæc est. ℞.

Myrtillorum lib. i. confrangantur.

Vini optimi lib. iiii.

Olei communis lib. ii.

Misce, & simul bulliant in duplici uase, usq; ad consumptionem uini, deinde coeuntur. Et iterum myrtilli & uinum secundum eadem quantitatem cum dicto oleo ad coquendum ponantur, & iterum & tertio hoc fiat, deinde coeuntur, & reseruetur. In hoc oleo apponi debet uinum rubeum, ut adiuuetur in stipticitate, & melior sit. Notum sit illud Mef. quia succus myrtillorum ad nos non portatur, q; si haberi possit, modus faciendi est sicut olei cydoniorum, ut in isto ostensum est &c.

O L E V M masticinum. Mef. confortat stomachum, neruos, epar, & iuncturas, & lenit apostemata dura, & sedat dolores. Cuius permixtio. ℞. Olei rosati lib. i. Masticis. ʒ. iiii. Vini boni. ʒ. iiii. Decoquantur omnia in duplici uase, usq; ad consumptionem uini, & reseruetur. Vinum cum quo fieri debet istud oleum, esse debet uinum uermigium, eo quia magis stipticum & confortatiuum est.

Oleum

OLEVM de castoreo magistrale ualet ad omnem frigiditatem neruorum, & ad spasmus, & tremorem, & confert tremori, & tetano, & doloribus neruorum, & iuncturarum.

Castorei. 3. i.	Carpobalsami.
Storacis calamitæ.	Costi.
Galbani.	Bdellii.
Euphorbii.	Spicæ. 3. iii.
Oppoponaci.	Olei oliuarum lib. ii.
Been albi.	Vini boni rubei. 3. vi.
Been rubei. an. 3. iiii.	

Bulliant omnia simul in duplici uase, usq; ad consumptionem uini, & conuassentur, & coletur, & reseruetur.

OLEVM scorpionum secundum Mes. lapidem in renibus & uesica fragit, & expellit eum, & proprie in renibus & femore, & supra collum uesicæ inunctum, & iniectum per uirgâ, expellit enim eum. Cuius permixtio. R. Aristolochiæ rotundæ. Gentianæ. Cyperi. Corticum radice capparis. an. 3. i. Cõterantur omnia grosso modo, & funde super ea. Olei amigdalorum amararum kist. i. idest lib. i. s. & ponetur in sole per .xx. dies stringendo orificium uasis, deinde proice super ea Scorpionum numero. xv. Et iterum stringe orificium uasis, & dimitte in sole per dies .xxx. deinde coletur, & reponantur. Istud oleum quanquam subeat absq; coctio ne illud facere tamè ut uirtus istarum rerum in oleo melius transeat laudarem, quod antequam soli exponerentur cum oleo ad igne tribus uel quatuor ebullitionibus & plus bullirent, eo quia in eo sit de decoctione multa sustinentia.

OLEVM cydoniorum Mes. stomachum & membra nutritionis confortat, & neruus quibus accidit laxitas, & prohibet multitudinem sudoris. R. Carnium cydoniorum tritorum cum cortice suo, quibus media accidit maturatio. Succu cydoniorum cum cortice incomplete maturatorum. an. 3. vi. Olei ex oliuis immaturis. lib. iii. Tria hæc ponantur in uase uitreo, & soli reponantur per dies .xv. uase obturato, deinde coquantur in duplici uase per horas. iiii. deinde coletur cum pecia exprimendo, & colaturæ iterum addantur cydonia, & succus eorum quantitate suprascripta. Et soli per tantum tempus dimittantur, deinde in duplici uase ut supra coquantur, deinde exprimantur, & iterum & tertio cydonia, & succus colaturæ addantur, & soli exponantur, & tempore dicto iterum dimittantur, postea ultimate coquantur, & coletur, & seruetur.

Si oleum de oliuis immaturis haberi non posset loco ipsius accipi potest oleum completum, & ter uel quater lauari potest in aqua, & ita aequaliter uirtuti olei incompleti appropinquabit. Et modus lauandi oleum est in unguento dialtheæ magistralis &c.

OLEVM spicæ seu nardi Mes. & est secunda descriptio, & est oleum benedictum multorum iuamentorum, & proprie ad omnes agritudines frigiditatis, & uentositatis, & proprie neruorū, stomachi, & epatis, & splenis, renum, uesicæ, & matricis, & confert dolori auris uentoso, & dolori capitis, & hemicranæ secundum omnem modum administrationis eius, etiam facto ex eo caput purgatio purgat, & colorem efficit bonum & corporis odorem. R.

Spicæ indæ. 3. iii.	Foliorum lauri.
Sanfuci. i. maioranæ. 3. ii.	Ciperi.
Xyloaloes. i. lignum aloes.	Squinanthi.
Radicum enulæ.	Cordumeni. i. carui agre
Folii indi.	stæ. an. 3. i. s.

Calami aromatici. an. 3. i. s. Confrangantur omnia grosso modo, & fundantur super ea uini boni & aquæ an. tantum q; prædictæ res cooperiantur. Olei sisfami lib. vi. Decoquantur in duplici uase per horas vi. lento igne, deinde sine colatura omnia in uase reponantur, & obturetur os uasis.

Oleum oliuarum est materia omnium oleorum, & denominationem olei habent, & intelligitur de oleo oliuarum, & non de alio oleo. Cõpositio huius olei est preciosissima, sed raro fit propter penuriam folii ueri, & propter auaritiã emptorum nolentium debitum præcium soluere. Oleum

sisfaminum non fit, quia grana sisfami non reperiuntur apud nos, sed loco ipsius accipi potest oleum amigdalorum dulcium, uel illud quod inferius describitur.

OLEVM spicæ magistrale, & hoc communiter fit & ualet. R.

Spicæ nardi. 3. ii.	Calami aromatici.
Spicæ celticæ. 3. i.	Croci. an. 3. s.
Sticados. 3. iiii.	Succi saluæ.
Maioanæ. 3. iiii.	Vini optimi. an. 3. vi.
Nucis muscatæ.	Olei communis lib. vi.
Cinnamomi. an. 3. vi.	Aquæ fontis. 3. vi.
Masticis. 3. ii.	

Confrangantur, omnia simul, & coquantur in duplici uase lento igne, usq; ad consumptionem uini & aquæ, & succi, deinde reseruetur. Omnia olea debent coqui in duplici uase, & lento igne, eo quia oleum facilius est resolubile, & magno calore insiamaret, & uirtus deperderetur, immo doctores uolunt, & iusserunt hanc decoctionem. modus autè tritus est. Sed si artificiale uas ad hoc non haberemus, possemus accipere urceum petræ uel stagni coopertum, & in eo oleum & alia ponere, deinde dictum urceum infundere in cacabo aquæ pleno, & sub eo ignem facere ex ebullitione aquæ oleum quod aquam non tangit decoquatur, & hic est modus optimus. Dicitur oleum spicæ a spica in eo intrate, eo quia spica est basis in hoc oleo &c.

OLEVM uulpinum Mes. & est medicamen nobile utilissimum ad arthriticam, & podagram, & dolorem renum, & dorsu. Cuius permixtio. R. Vulpem unam integram, cuius interiora sint euulsa, & pone in uase, & funde super ipsam aquæ fontium, & aquæ marinæ. an. kist. i. idest lib. i. s. Olei antiqui clari kist. ii. s. idest lib. iii. 3. ix. Et simul omnia decoquantur lento igne cum salis. 3. iiii. Et coquantur usq; ad aquæ consumptionem, deinde permuta in alio uase, & proice super ipsa. Aneti. Alacæ idest thymi. an. lib. i. Et funde semper ea aquæ dulcis decoctionis prædictarum herbarum lib. ii. & decoque sicut prius usq; ad aquæ consumptionem, & carnis ab ossibus, & neruis separationem, deinde coquantur omnia fortiter exprimendo, & reseruetur. est enim mirabile. Et quando præter oleum coquitur uulpes in aqua fontium, & aqua salsa, & sit aquæ quantitas multa cum eisdem herbi, & administretur lauando in tina est efficax. Hoc quoq; non prætermittimus, q; uulpes tandiu debet coqui siue in faciendo oleum, siue aquam ad abluendum donec discoda sit, ut eius artus omnes laxentur & dissoluantur. De aqua marina. Nam si illam habere non potes, loco eius apponas aquam bene salitam, & cum hoc quod bene salita sit iterum quantitatem salis in receptam descriptam appones. Aqua marina ante quartum diem putrescit & fetet. Sed ad eam conseruandam per mensem ponatur seu misceatur cum ea parum aquæ uitæ. Aqua enim uitæ est bona conseruatix, eo quia resistit cõtra omnem putrefactionem. Et ultra hoc conseruat encaustrum ne à magno frigore congeletur, ut sepe ego expertus sum hoc incidenter.

Salis si simpliciter scribatur uel scriptum reperiatur semper de usuali & cõmuni intelligatur. Kist enim idem est quod lib. i. s. uel cotylæ duæ. Et cotyla est. 3. ix. ut uolunt doctores &c.

OLEVM de hypericon Magistrale mirabile. R. Summatum hypericon. 3. iiii. Infundantur in uino odorifero per. iii. dies & noctes, deinde bulliat in duplici uase bene obturato uase, & fortis fiat expressio, postea. R. tandem hypericon bene contusi, & infundatur in supra scripto uino tribus diebus & noctibus, deinde addatur terbenina. 3. iiii. Olei antiqui. 3. vi. Croci. 3. i. Et misceantur & coquantur in bozia in duplici uase uitreo, usq; ad consumptionem uini, deinde reseruetur in uase uitreo, istud oleum non est multum in usu. hypericon est satis nota, eo quod à Dioscoride uocatur hypericon. Auicenna inquit hypericon nominatur arabicæ alcarib, & nominatur syriacæ uua dæmonis. Dioscorides facit de hypericon tria capitula & distinguit ipsas species. unum facit sub nomine asquiron, aliud sub nomine corium quod est rapa rustica aliud

The. aroma.

V iii

de hypericon. sed Serap. in uno cap. de omnibus loquitur, sed illud hypericon, quo utimur, habet folia parua, & in eis foramina minuta, & propterea uocatur perforata, siue herba sancti Ioannis, siue fuga demonum, quod inuenitur in partibus nostris.

O L E V M pro doloribus puerorū bonū & expertū. R. Olei aneti, olei camomil. an. ʒ. vi. olei rutæ, storacis liquidæ. an. ʒ. iiii. pulueris cymini. ʒ. ii. bulliant omnia una ebullitione deinde coletur & usui referuetur quando oportet.

O L E V M de amigdalis dulcibus Mes. ualet asperitatē lenit gutturis, & pulmonis, & partium omnium exteriorum, & omnes durities & siccitates membrorum & iuncturarum lenit. Et confert ecclis, & impinguat, & augmentat sperma. Et iniectum confert dolori uuluarum & uescicæ, & modus faciē di dictum oleum talis est. R. Amigdalas quantitatem quam uolueris. Contere eas bene uel masina eas ad molam & ipsas bene masinatis reponere in patella sub qua fit ignis clarus & eas in dicta patella reuolue manibus quousq; dicta pasta fit bene calida, deinde dicta pasta inuoluatur in tela postea in expressorio ponatur, & bene comprimatur & stet sub eo aliquantulum, deinde iterum ad molam ponas ad remolendū, & postea in patella iterum ad bene calefaciendum ponatur, demum post calefactionem petiis inuoluatur, & iterum exprimatur, & tūc habebis totum oleum. Alios modos ponit Mes. sed iste magis usitatus est. Sunt qui subtilem corticem ab amigdala remouent antequam oleum faciant easq; mundant ab omni immunditia, & modus iste bonus est, & oleum magis perfectum. Sed in hertia detēti pauci sunt qui hoc faciunt. modo igitur præscripto de oleo amigdalorum sunt omnia olea quæ per expressionē fiunt ut de nucleis persicorum de chrysomellis, & oleum amigdalorum amararū.

O L E V M de amigdalis amaris Mes. est aperitiuū op̄pilatiuū carminatiuū uentositatum & resolutiuū & confert dolori aurium & surditati & sybilo lenit asperitates & delet pannum faciei, & confert doloribus neruorum & duritiem eorum lenit, & modus compositionis eius est sicut diximus de oleo de amigdalis dulcibus.

O L E V M amigdalorum Magistrale pro bibendo fit.

Amigdalorum excorticatarum. lib. iiii. uel lib. ii. si uis exicētur bene ab aqua in bacilono sub quo fit ignis carbonū, deinde bene pistentur, post bonam contusionem ponantur in bacilono dicto, & bene calefiant manibus semper ducento, deinde recolligantur in unam massam, & si teneri per se non possent parum aqua uiolarum aspergantur usquequo de eis fieri possit ad modum pastoni semper tamē manibus ducendo. Postea inclinato bacilono ad unam positionem sub quo remoueatur ignis massam dictam manibus comprimens, quemadmodum mulieres solent facere cum pannos suos inlisciant, & post aliqualem fricationem cum sapone illos exprimunt, & hoc sæpe facias. Et sic extrahes p̄ omni lib. i. amigdalorum. ʒ. iiii. olei hoc ego sæpe feci & fieri feci pro multis personis. Olei amigdalorum simpliciter si scriptum reperiat & absq; determinatione. semper de oleo amigdalorum dulcium est intelligendum.

O L E V M de nucleis persicorum Mes. scilicet ex nucleis persicorum. ualet oppilationes aperit & confert dolori auris & occidit uermes in eis & lenitur super umbilicum calidum & necat uermes uulnerū & confert dolori ani & hæmorrhoidarum & tumoribus eorū. Et modus faciendi dictū oleum est sicut diximus de oleo de amigdalis dulcibus.

O L E V M laurinum Mes. confert dolori capitis & emigranæ frigidis & dolori neruorum & iuncturarum, & confert neruis lesis à frigiditate, & confert dolori stomachi & dolori colico & renum & dolori matricis epatis & splenis & dolori uiscerum. Et modus faciendi dictum oleum talis est. R. Granorum lauri maturorum quantum uolueris & dum adhuc sunt recentia tere in pila & fac bullire cum aqua in caldario Deinde exprime in zamari plano non habente concuum & collige ex aqua quod supernatat oleum. Deinde iterum exprime grana contrita in zamari habente uasuum, & infunde aquam calidam & collige oleum, & repo-

ne & administra ubi oportet.

O L E V M laurinum Magistrale ualet ut supra, & modus faciendi talis est. R.

Baccarum lauri quantitatem quam uolueris, mundetur à superiori cortice & maximentur bene ad maximam oleario, rum, deinde calefiat illa pasta in cacabo, semper manibus agitando sub quo fit ignis, deinde inuoluatur in pecia, & sub expressorio ponatur, & bene exprimatur & iterato remanetur, calefiat & exprimatur & habebis oleum.

Alio modo docet facere Mes. hoc oleum bulliendo in aquam dicte baccare & pinguedo supernatans pro ipso oleo accepit uide ab eo, sed modus superior melior est.

Ex multis seminibus & ex multis nucleis fructuum olea fieri possunt, sed quia in usu non sunt feromonem non licet fieri. Olei nucum amigdalorum amararum auellane chryso, mille de persicis de nuce inda de cerebis de granis citri de phisticis & pineis, de lino. de semine papaueris, de semine lactuce, de semine cucurbitæ, de semine fenugreci fieri possunt & fiunt per expressionem, modo quo fiunt olea amigdalorum dulcium uel amararum.

O L E V M irinum Mes. est abstergium resolutiuum & maturatiuū & sedatiuū dolorum frigidorum & subtilia tiuū & maturatiuū materierū quæ sunt in peccore & pulmone & confert dolori epatis & splenis & calefacit ea. Et confert doloribus iuncturarum & lenit durities earum, & apostemata dura, & scrofulas. Et confert dolori & frigiditati matricis iuuamentum manifestum. Et confert spasmō. Et distillatur in aurem, & confert dolori ipsius & fetori nariū.

Radicū Ireos. ʒ. ii. Florum eius. ʒ. iiii. Aquæ decoctionis radicū eius lib. i. Oleum sisaminum, aut de oliuis maturis. lib. ii. Bulliant in duplici uase usq; ad aquæ consumptionē, deinde cola & permuta radices & flores, & aqua decoctionis, & iterum hoc bis fiat sicut diximus de oleo rosato deinde cola & referua. Oleum istud est illud quod intrat in unguento arthanitæ Mes. &c.

O L E V M de granis sisami Mes. impinguat, & addit in spermate, & lenit durities, & asperitates, & clarificat uocem, & lenit guttur, & est materia aliorum oleorum multorum. Et modus compositionis eius est sicut olei de amigdalis præterquam oportet ut grana sisami prius excorticentur & modus operationis eius est. Mundetur sisamus ab omnibus immunditiis, deinde roretur super ipsam aqua cum sale pauco, & confricetur manibus utrunq; roretur donec madefiat, postea expandatur ut exiccetur, deinde assetur assatione modica, & ponatur in sacco panni asperi & fricetur multum donec excorticetur. deinde mundetur à corticibus, & molatur cum molis, & fiat alrachine, & de cetero trahatur oleum sicut de amigdalis, & quandoque trahitur oleum præterquam excoriantur. Et eius operatio est ut assetur primo sisamus, deinde molatur & fiat alrachine, & trahatur oleum sicut diximus.

O L E V M sisaminum Magistrale, quod fit quando haberi nō potest oleum de granis sisami. Cuius permixtio. R. Musci. ʒ. i. Spicæ. Ligni aloes. ʒ. s. Cardamomi. s. maioris & minoris. Nucis muscatæ. Galliarum muscatæ. Gariolilorum. Cubebæ. an. ʒ. i. Macis. an. ʒ. i. Olei communis. lib. i. Calami aromatici. ʒ. i.

Bulliant in duplici uase & reponantur. Istud oleum ingreditur in multis medicinis, & quia ad nos non deferretur quantum multi & falsa dicant quod uenis apportatur. hanc compositionem loco ipsius solent medici dispensare quæ in uirtute est ipsius. Et si hanc non uis facere & aliud habere non potes ipsorum loco accipias oleum amigdalorum dulcium, qui in uirtute est illius ut omnis medicorum tenet schola. sed recens esse debet non rancidum.

O L E V M de chrysomellis Mes. sedat dolorem ani, & hæmorrhoidarum, & resoluunt tumores in eis, & tumores narium, & impedimenta linguæ, & dolores auris, & modus est sicut diximus in cap. de oleo de amigdalis dulcibus.

Oleum

O L E V M de tartaro Magistrale. ualet ad maculas fa-
ciei purgandum. & Tartarum quantitatem quam uolueris
ponatur super prunas, & tantum permittatur q̄ totū inflam-
metur & rubeat, postea ponatur in sacculo lineo & pone di-
ctum sacculum in loco humido sicut in penu, & sub sacculo
ponatur uel ampulla uel cyatū, quod enim exiet ab eo oleū
tartari ab omnibus solet appellari. Hoc oleum potest fieri
tam de tartaro albo. s. uini albi quā uini rubei. Et sunt
qui alio modo faciunt. s. puluerizando tartarum subtiliter,
deinde in sacculo tele reponunt, & ipsum sacculum & tartarū
rum irrorant aceto, deinde sub prunis ponunt, & relinquunt
usq̄quo nigrescit, deinde extrahunt illum à sacculo, & ite-
rum puluerizant, & aceto aspergunt, & sub prunis ponunt,
& post ipsius nigredinem sacculum accipiunt. & in penu
ponunt, & liquor erit. Quinque modis habetur diuersi-
fitas oleorum. Quaedam enim olea sunt per expressio-
nem & oliuarum & amigdalorum. Quaedam per impressio-
nem ut oleum camomillæ & de abinthio. Quaedam per re-
solutionem ut oleum ouorum & frumenti. Quaedam per
sublimationem ut oleum philosophorum, uel de lateribus.
Quaedam uero per emanationem ut oleum balsami. Et ite-
rum oleorum triplex est diuersitas. Quaedam enim sunt fri-
gida. ut rosatum uiolatum. quaedam temperata, ut amigda-
larum dulcium recens, eo quia elapso mense rancescit, & sic
sua temperies deperditur & calidum fit, ideo dixi recens.
Et quaedam calida ut ruthaceum costinum & uulpinū. Olea
frigida quanto recentiora tanto meliora, & cum transeunt
tres menses uirtus ipsorum perditur & calida fiunt. Tempe-
rata uero usq̄ ad sex menses sunt in sua bonitate. Calida ue-
ro seu calefacientia quanto antiquiora, tanto meliora &c.

O L E V M saluæ magistrale. Cuius permixtio hæc est.
Foliorum saluæ. Succus eius. an. ʒ. iiii. olei oliuarū lib. iiii.
Et facias prout in oleo rutæ mēthæ & abinthii tibi ostēsum
est, decoctione, expositione ad solem, & trina permutatione
succus & herba. Mō hoc potes facere ex omnibus herbis
oleum, & illud oleum habebit uirtutem illius herbae. Sed fie-
ri debet olea ex herbis in mēse Maii, ut in pluribus, eo quia
tunc maior uirtute uigent.

O L E V M de euforbio Mef. & est medicina solēnis
ad agridudines neruorum frigidas, & dolori eorum, & do-
lori iuncturarum, & dolori epatis, & splenis. Et fit caput pur-
gium ex eo ad sodam emigraneam & lythargiam, quod ita
fit. R. Euforbii. ʒ. s. Olei de keiri. ʒ. v. Vini odoriferi
tantundem, decoque usq̄ ad uini consumptionem & utere.

Alius modus est faciendi dictum oleum. R. Staphi-
sagrie. Conditi. an. ʒ. iiii. Piretri. ʒ. vi. Calamenti monta-
ni sicci. ʒ. xii. Costi. ʒ. x. Castorei. ʒ. v. Tere & deco-
que in uase uitreo cum uini odoriferi. lib. iiii. s. Postquam
infuse fuerint in eo diebus duobus usq̄ ad mediū uini. De-
inde manibus fricatione uehementi cola, & funde super ip-
sum olei de keiri, aut olei sisfami. lib. i. s. Et decoq̄ usq̄ ad
consumptionem uini. Deinde proice super ipsum Eufor-
bii recentis & albi. ʒ. iiii. triti cōstritione ultima, & coquatur
cum eo. De conditi est species ellebori albi.

O L E V M de semine lini Mef. confert ad spasmus &
lenit duritiem neruorum, & iuncturarū, & est medicina mag-
na agridudinibus ani sicut sunt apostemata, & hemorrois-
de, & ragadie, & dolori pulsatiuo. Et modus operationis
eius est sicut olei sisfami præterquam non oportet, ut exco-
rientur semina lini.

O L E V M de cucurbita Mef. ualet ad inflammationes
sedat ubi cunq̄ sint, & lenit asperitates etiam pectoris & pul-
monis, & sedat apostemata calida & pleuresim. Cuius per-
mixtio. R. Succus rasure tenerrime cucurbitæ. Florum eius.
an. ʒ. iiii. Olei oliuarum incompletarum. lib. iiii. Tria hæc
reponatur in uase uitreo, & facias prout ostendi tibi in oleo
mēthæ abinthii tam de decoctione q̄ expositione ad solem
permutatione succus, & rasure. Olea omnia frigida perfe-
ctiora sunt cū oleo incompleto q̄ cum completo, & si pur-
cū completo sunt lauari debet cū aqua fontis bis uel ter, ca-
lida uero olea fieri debent cum oleo cōpleto absq̄ lotionē.

Potes etiam fieri oleum ex semine cucurbitæ per expres-

sionem quemadmodum sunt alia olea ex seminibus, & erit
superiori temperantior, & nature magis conformis.

O L E V M de floribus papaueris Mef. sedat dolores
calidos, & facit somnum. Cuius permixtio. R. Flores
folia & capita papaueris uiridia contusa. ʒ. iiii. Oleum
oliuarum incompletum. lib. i. Reponantur duo hæc in
uase uitreo, & obturetur os uasis, & soli exponatur per dies
vii. deinde bulliant in duplici uase per horas tres, postea co-
letur manibus fortiter exprimendo, & hoc fiat bis semper
noua folia capitam & flores innouando stando q̄ ad solem
& bulliando ad ignem ut supra. Tertie uero colature adde
supra scriptam quantitatem foliorum florum &c. Contusis
ut supra. Et his addas Aquæ infusionis papaueris. lib. i. Et
stringe orificium uasis & expone soli per dies. xi. deinde co-
la manibus exprimendo, & iterum in dicto uase reponan-
tur, & soli exponantur, & ibi permittantur usq̄ ad consum-
ptionem aquæ. Istud oleum fieri etiam potest ex solo se-
mine per expressionem ut fit oleum amigdalorum & se-
minum. Infusio papaueris fit ut infusio uiolarum, ex-
cepto quod in illo solum flores accipimus, in isto uero flos-
res folia & capita, omnium. ʒ. iiii. & confrangantur, in reli-
quis fit ut illa &c.

O L E V M de iunipero Mef. confert infectionibus cus-
tis, & malo mortuo tiliarum, & serpigini, & cancro, & uul-
neribus malis. Et modus faciendi talis est. R. Lignorum
eius quantitatem sufficientem, & scinde in frustra & imple ex
eis dolium magnum uitreatum interius, cuius orificium sit
arctum & fac foueam in terra & præpara parietes eius cum
terra figuli. Deinde pone ollam uitreatam ex directo in fun-
do foueæ habentem orificium amplum, & cooperiatur lam-
mina ferrea subtili perforata foraminibus multis sicut cribra-
torii tritici, ita q̄ lamina undiq̄ olle orificiū cooperiat. Deim
de sup lamina præparatur orificiū dolii ex inuerso, & præpa-
ret cū terra figuli ut nihil ex utrisq̄ orificiis respiret. Post il-
lud accende ignē sup totū corpus dolii & dimitte ardere sic
per horas. ii. manabit enim ex arte hac oleum quod recon-
de & administra ubi oportet.



P L V I S cordialis dulcis Magistra-
lis. Iuuamentum magnum ad agridu-
dines cerebri cordis stomachi & epatis
& lætificat cor, & nos sumus experti, &
ualet ad tremorem cordis, & syncopim
& quando quis tristatur & nescit radi-
cem, & facit oris odorem bonum. Cuius
permixtio. R.

Fragmentorum cordialiu.	Et sunt aliqui qui ponunt.
communium. s.	Granatarum.
Zaphirorum.	Hyacintorum. an. ʒ. ii.
Smeraldorum.	Corallorum rubeorum.
Rubinarum. an. ʒ. ii.	Corallorum alborum.
Rasuræ cornu cer.	Rasuræ eboris. an. ʒ. iiii.
Seminis acetose. an. ʒ. ii.	Terre sigillatæ. ʒ. i.
Margaritarum. ʒ. i.	Zucchari albi & fini. ʒ. xxiiii.
Conterantur omnia per se	Foliorum auri & argenti.
subtilissime & referuētur.	an. numero. xl.

In hac compositione zuecharum apponitur duplici cau-
sa. Primo ut sit magis gustui delectabilis. Secundo ut citius
à natura attrahatur. Præscripta autem quomodo cor cō-
fortent uel ratione nutrimenti uel qualitate uel occulte pro-
prietatis in quæstione mea de remouentibus uenenositatem
& malitiam narcoticorum à membris principalibus subtili-
ter excussi, quantum uero ad locum istum pertineat dico
quod agunt & ratione qualitatis & ratione proprietatis oc-
culte, & hoc magis.

P L V I S contra uermes magistralis amara est. R.
Cornu cerui usti. Seminis acetose.
Granelle præparate. i. herbe Seminis coriandrorū præ-
ianue. paratorum.
Diptami. Seminis portulacæ. an. ʒ. iiii.
Myrrhæ. Ossis de corde cer. ʒ. iiii.
Tromentille. Zaphilorum.
Seminis caulium. Smeraldorum.

T H E S A U R U S

Rubinarum.
 Granatarum.
 Hyacinthorum. an. 3. i.
 Granella hoc modo preparatur, mundetur ab omni im-
 munditia, & super eam proiciatur acetum quo cooperiatur,
 & omni die acetum permutetur, & hoc fiat per dies noue,
 deinde extrahatur ab aceto, & super asidē dilatetur & per
 mittatur umbra exiccari.

P V L V I S pro botio Montagnanæ exiccās multū. R.
 Auellanarum. Nucis muscatæ.
 Spongiæ combustæ. Gallarum.
 Balæ marinæ combustæ. Aristolochiæ longæ.
 Chartæ combustæ. Cinnamomi.
 Osis sæpie. Ellebori albi.
 Seminis plâtaginis. an. 3. iiii. Ellebori nigri. an. 3. ii.
 Trium piperum. Limaturæ acus præparate.
 Zinziberis. Cineris corticum ouorum.
 Salis gemmæ. an. 3. s.

Lapidis pumicis. an. 3. ii.
 Conterantur subtilissime & detur omni die. 3. i. cū aqua sal-
 uat per duas horas ante cibos optimum effectum.

Spongia hoc modo comburitur. primo bene lauetur &
 purgetur à lapidibus interi oribus, deinde furno temperato
 exiccetur deinde comburatur. Et cognoscitur eius combus-
 stio quando omnis eius pars puluerizari potest, & hoc mo-
 do comburitur etiam charta. causa quare duo hæc combus-
 tuntur est ut sint magis corrosiua & penetratiua. Modus
 incinerandi cortices ouorum positus est supra in electuario
 de cineribus. Limatura uero acus præparatur eo modo
 quo scoria ferri ut in electuario de scoria ferri ostenditur.

P V L V I S Ducis, siue puluis pro stomacho magistra-
 lis ualet ad confortandum stomachum & ad calefaciendū
 dum. R.

Cinnamomi subtilis & ele-	Cardamomi scilicet maio-
ti. 3. ii.	ris & minoris.
Zinziberis.	Cubebæ.
Galangæ. an. 3. i.	Piperis longi. an. 3. i.
Garioflorum.	Zucchari albi. 3. vi.
Nucis muscatæ. an. 3. i.	

Misce & fiat puluis pistando prius species, deinde zuc-
 charum. Ad faciendum compositionem hanc bonā pro
 omni. 3. i. specierum apponi debet. 3. i. zucchari si perfe-
 cta & bona esse debet.

P V L V I S senæ Montagnanæ in suo antidotario, ua-
 let. R.

Folliculorum senæ. 3. i. s.	Cinnamomi.
Zinziberis.	Tartari. an. 3. i. s.
Macis. an. 3. iiii.	

Terantur omnia satis grosso modo, & dosis eius est. 3. i.
 Folliculi ponendi sunt in hac cōpositione, quia sunt me-
 liores totius plantæ magisq; solutiui. in foliis uero uirtus est
 debilis ualde &c.

P V L V I S senæ magis solutiuius magistralis. R.
 Folliculorum senæ. 3. ix. Cinnamomi. 3. i. s.
 Tartari. 3. iiii. Salis ind. 3. iiii.
 Macis. 3. iii. Diagridii. 3. s.
 Terantur omnia satis grosso modo & fiat puluis. & dosis
 est. 3. s.

Tartarum quod apponi debet in hac compositione est
 tartarum uini albi, eo quia magis solutiuum est & penetrati-
 uum q̄ tartarum uini nigri.

P V L V I S pro epithimate cordiali magistralis, & ego
 cum fieri facio. R.

Florum buglossæ.	3. iiii.
Florum boraginis.	Corticum citri. 3. i. s.
Florum melissæ. an. M. s.	Seminis acetosæ.
Sandalorum omnium.	Ligni aloes.
Rosarum rubearū. an. 3. ii.	Carioflorum. an. 3. i. s.
Doronici.	Croci. 3. s.
Been albi & rubei.	Margaritarum. 3. s.
Karabæ.	Mufci. gra. iiii.
Osris de corde cerui. an.	Camphoræ. gra. vi.

Fragmentorum præciosorū omnium. 3. i.	Coralli utriusq;.
Conterantur omnia per se, deinde misceantur & usui refer- uetur.	Spodii. an. 3. s.

Flores omnes in umbra exiccari debent. Nam si in sole
 exiccantur pars ipsorū deperderetur. sol enim resoluit par-
 tes subtiles & uaporosas. Apparet quibusdam extraneū
 q̄ in hac compositione frigida, & quæ ad infrigidandum fa-
 cta est crocus apponatur, sed hoc factum est ut dirigat uirru-
 tem aliarum medicinarum ad cor, & sic instruit Auicen. sen-
 quarta primi. capitulo secundo.

P V L V I S pro sacculo cordis magistralis sic fit. R.
 Florum boraginis. 3. s. Osris de corde cerui. 3. i.
 Florum buglossæ. Corallorum rubeorum.
 Florum melissæ. an. 3. s. Seminis acetosæ.
 Rosarum rubeorum. 3. ii. Corticum citri. an. 3. s.
 Florum camomillæ. Ligni aloes.
 Florum anthos. i. florū ros- Spodii. an. 3. ii.
 marini. an. 3. i. s. Croci.
 Sandalorum omnium. Setæ crudæ. an. gra. x.
 Been albi & rubei. Camphoræ. 3. s.
 Boli armeni. an. 3. i.

Misce & omnia grosso modo puluerizentur & usui refer-
 uetur.

Duæ præscriptæ compositiones specierum sunt terende
 grosso modo, & per cribrum medicinarum transeunde ut
 commodius possint in sacculis stare, ac ut uirtus ipsarū lon-
 giori tempore duret. & sic finis imponitur. De pulueris
 bus fuit opinio quorundam q̄ uirtus earum duraret usque
 ad sex menses. Sed huic opinioni ego nō adhaereo, eo quia
 in spatio sex mensium uirtutes puluerum resoluuntur & effi-
 ciuntur debiles. Igitur dicas q̄ per duos menses conseruan-
 tur in bonitate sua, & non plus.

P V L V I S pro sacculo capitis magistralis. R.
 Florum camomillæ. M. s. Cubebarum.
 Sticados. Nucis muscatæ.
 Maloranæ. an. M. s. Corticum citri.
 Macis. Rosarum. an. 3. i.
 Masticis. an. 3. i. Salis usti. 3. iiii.

Corallo rū rubeorum. 3. i.
 Conterantur hæc & in pecia ponantur, & capiti approxi-
 mentur.

Quantitas superscriptarum & infrascriptarum specierū
 in sacculis apponanda est. 3. i. pro singulo uel. 3. i. s. ad plus.
 Forma sacculi capitis debet esse quadrata ad latitudinē pal-
 me manus. Sacculus uero pro corde debet habere formam
 cordis &c.

P V L V I S restrictiuius magistralis. R.
 Boli armeni. lib. i. Thuris. 3. i.
 Myrtillorum. 3. vi. Rosarum rubeorum.
 Sanguinis draconis. 3. iii. Balaustriarum. an. 3. ii.
 Masticis. 3. i.

Conterantur subtiliter & usui referuētur. Omnes species
 puluerum in hac summa supra descripta subtili sunt contes-
 rendæ, & per spillum sedatum sunt transeunde &c.

P V L V I S pro mingentibus in lecto Montagnanæ
 efficax multum. R.

Stomachorū gallinarū præ-	Agrimoniæ. 3. i.
paratorum. 3. iiii.	Cineris ericii cōbssi. 3. iii.

Conterantur omnia & detur patienti. 3. i. cum pauco uino
 uel brodi quando uadit dormitum. Stomachi gallinarū
 hoc modo præparantur. Accipe aquam capitelli calidam in
 lisciuū quantitatem conuenientem & infundas stomachos
 gallinarum uel caponorum per horam, postea ablue dua-
 bus uel tribus uicibus, deinde abiecto lisciuo infundæ in ui-
 no uermiglio, & sicut fecisti de lisciuo similiter fac ablutio-
 nem in uino. Et etiam in aqua de nouo infunde aquam ut
 supra. Et postea in uino mutando ut dealbentur, portentur
 in furno à quo nouiter panis fuerit extractus & permittan-
 tur exiccari & referuentur usui &c. Ericius comburitur
 eo modo quo lepus comburitur, & modus combustionis
 positus est in electuario de cineribus.

Puluis

PVLVIS pro bombardis & schiopettis. R.
Salis nitri. ʒ.iii. Carbones salicis. ʒ.i.
Sulphuris. ʒ.ii.

Pistentur omnia subtiliter, & fiat puluis.

PVLVIS pro implendo dactylos pro mulieribus grauidis pro comedendo. R.

Masticis electi. Myrtilorum.
Thuris albi. an. ʒ.i.s. Boli armeni.
Sanguinis draconis fini. ʒ.s. Granæ electæ. an. ʒ.s.

Pistentur omnia & ponantur. ʒ.i. suprascriptarum specie rum pro singulo dactylo abiecto osside interiori, & inuoluatur in papyro & limphetur cum uino uermiglio, & ponatur ad calefaciendum subtus bernices calidas, & detur mulieribus dubitantibus disperdere & bonum est.

PASTONVM pro philomenis sic fit. R. Farinæ cicerum fractorum grosso modo lib. i. Amigdalorum mundatarum. ʒ. vi. & simul bene incorporentur & pistentur, deinde accipe butyri recentis ʒ. iii. & pone in captia & liquefac, & postea adde croci. ʒ. iii. & misce omnia simul in captia & pone super ignem semper agitando cum spatula & non detrahe ab igne donec erit siccum parum, & postea pone ad cribellum ut totum transeat, & si non uult transire iterum residuum pone ad ignem ad exiccandum donec exeat totum de cribro & serua.

PILLVLÆ elefantinae Mes. & interpretantur pillulae de aromatibus ex inuentione nostra, ualent ad dolorem stomachi propter siegma ipsum, & sunt uehementis iuuamenti in mundificando stomachum & cerebrum & humores grossos & instrumenta sensuum, stomachum uero confortant & digestionem procurant. R.

Cinnamomi electi. Nucis muscatæ.
Cubebæ. Cardamomi maioris & minoris.
Ligni aloes. Rosarum.
Calami aromatici. Gariofilorum.
Macis. an. ʒ. viii. Assari. an. ʒ. viii.
Masticis. Carpobalsami. ʒ. viii.
Squinanti. Absinthii sicci.
Spiceæ. an. ʒ. viii. Rosarum rubearum. an. ʒ. v.

Terantur hæc omnia contritione grossa & infundantur super ea aqua lib. xii. & coquantur usque ad consumptionem duarum partium, deinde fricentur manibus & colentur exprimendo aquositate eius postea accipe aloes sucotrini lib. i. & lauetur in scutella lapidea uitreata lauacionibus pluribus cum aqua pluuiali, postea remota aqua proiciatur super eum de prædicta decoctione lib. ii. & ponatur in sole & permittatur desiccari omni die cum spatula agitando, deinde post ipsius exiccationem conterantur subtiliter & puluerizentur, & superponatur. R. Myrrhæ Masticis. an. ʒ. v. Croci. ʒ. iii. Et ea permisce cum aloë loto, & post residuum decoctionis adde & soli expone omni die commiscendo cum spatula, & tantum permittatur stare quod exiccetur & serua. dosis est. ʒ. i. usque ad aur. i. Ista pillula non possunt esse nisi semel in anno. i. pillulae elefantinae in ætate. i. in mense Iunii uel mense Iulii. & sic tantum ista species pillularum per annum conseruatur in sua uirtute & non plus. Magna diuersitas reperitur in Mes. de dosi rosarum & absinthii. quidam ponunt. an. ʒ. v. quidam uero. ʒ. v. & ista litera uerior & melior est. nam rosæ ponuntur ut expellant malitiam caliditatis aloës à stomacho & capite. absinthium uero ut aggreget sua stipticitate partes laxatas ab aloë. quare. ʒ. v. est dosis quæ in dicta recepta apponi debet. Aloës lauatur cum aqua pluuiali propter hanc causam, quia illa subtilior est quæ communis. ideoque magis penetrat per omnes partes aloës quæ postea communis facere propter grossitatem suam substantiæ. quare cum illa lauetur. Aloës lauatur hoc modo. Accipe de aloë sucotrino mundo quod cito frangatur & boni sit odoris quantitatem quam uolueris bene teratur & cribellatur, deinde proiciatur in scutella lapidea uitreata & roretur aloës ex aqua pluuiali donec imbibatur ab ea per totum, deinde soli exponatur & exiccari permittatur ab illa aqua. Et cum desiccatum fuerit iterum teratur, & secundo iterum imbibatur ex aqua pluuiali & dimitte siccare sicut prius, & itera-

to hoc facias & tertio, usque quo aqua omnes partes eius penetrauerit. & hoc modo aloës erit lotum, nec alio modo lauari debet.

PILLVLÆ masticinae Petri de ebano super additionibus factis Mes. cap. de medicinis appetitus corrupti. in fine capituli præseruantes stomachum ab omni lesione intrinseca, nec permittunt humores putrefieri in eo, immo abstergunt & mundificant rugas & parietes, & qui assiduam usum earum diebus singulis permanebit illisus à doloribus stomachi, nec à doloribus capitis uezabitur unquam, & nihil est oculis mihi crede solubrius istis, & qui tristantur subueniunt, & est medicina matricis uiscose & uiscerum interiorum. R.

Masticis. ʒ. iii. Agarici albi. ʒ. iii.
Aloës electi. ʒ. x. Misse & fiant pillulae cum succo altitiae. i. succo arthemisiae, & potest etiam reformare cum syrupo de sticados. dosis est pillulae. ii. uel. iii. quando uadit dormitum. & potest recipi secundum mentem uoluntatum usque ad. xxi. aut. ʒ. i. uel. ii.

De altitia aut altimilia quod idem est. o quanta differentia reperitur in hac maxime ab ignorantibus aromataris. Quisdam dicunt quod altitia est uinum uel sapa uel rob. falsum est. si Conciliator diceret conficiantur cum tile esset uinum coctum, sed ait cum succo altitiae. i. arthemisiae. nam istud uocabulum ego met audiui in Hispania. & dicunt altimilia. i. arthemisia. Aui. in. ʒ. can. in tyriaca Esdre inquit. succi altitiae & est albelengeff. & dicitur abrotanum syluestre. ergo est arthemisia. nam albelengeff apud Gal. in. 6. simplicium est arthemisia. Præterea Conciliator seu Petrus de Ebano dicit. quod compositio harum pillularum est medicina matricis uiscose & uiscerum interiorum prout supra scripsi. ergo arthemisia ad idem mirabiliter ualet, & sic est quod altitia est mater herbarum siue arthemisia. Et loco eius potest poni syrupsus de sticados ut supra dictum est.

PILLVLÆ aureæ Nicolai ab excellentia auri, sicut enim aurum inter alia metalla præciosissimum habetur sic pillulae istae inter alias meliores approbantur, purgant caput acuum uisum, & aurium auditum, & conferunt uentositati stomachi & intestinorum, & conferunt colicæ, & purgant sine molestia & sunt in usu. R.

Aloës electi. Seminis foeniculi. ʒ. i.s.
Diagridii. an. ʒ. v. Croci.
Rosarum rubearum. Coloquintidæ interioris.
Seminis apii. an. ʒ. i.s. Masticis. an. ʒ. i.
Seminis anisi. ʒ. i.s.

Puluerizentur non multum subtiliter & formentur pillulae cum aqua infusionis dragaganti. De coloquintida inter doctores est discordia. multi ponunt quando reperitur interioris colloquintidæ & semina & pulpam ut uult circa instans, & male faciunt. alii uero ponunt pulpam sine semine, ut alii omnes scribunt doctores & isti melius faciunt, & sic communiter ab omnibus ponitur ut Seruator de modo preparandi ponit, & sic Mes. in descriptione troiscorum alandal iubet illam à granis mundari.

PILLVLÆ de quatuor rebus secundum Franciscum de Pedemontium in capitulo de dolore intestinorum & medicinis eius & sunt expertissimæ. R.

Coloquintidæ. loco eius Salis gemma.
troiscorum alandal. Diagridii. an. ʒ. ii.
Serapini. an. ʒ. ii.

Terantur & conficiantur cum succo porri, ista pillula non sunt in usu apud nos, dicuntur autem de quatuor rebus à quatuor simplicibus quæ in ipsis ingrediuntur sine liquore.

PILLVLÆ turbithatæ & dicitur aureæ Mes. & sunt prima, & choleram & siegma sine molestia purgant, stomachum & epar confortant, & digestionem procurant. R.

Turbith albi & boni. ʒ. xvi. Rosarum. ʒ. vii.
Aloës. ʒ. xii. Croci. ʒ. iii.
Masticis. ʒ. vii.

Puluerizentur & conficiantur cum succo absinthii.

In istis pillulis non ponitur zinziber, & hoc est ut debiliores sint, & à longe non trahant quod secus facerent si in eis

poneretur zinziber enim permixtum cum turbith fortificat ipsius solutionem, & facit q̄ a longinquo attrahat.

PILLVLÆ aggregatiue ex inuentione nostra Mes. quæ sunt in usu coniungentes aggregationem expertorum iuuamentorum ad febres antiquas & ad febres diuersitatis & ad ægritudines capitis stomachi & epatis, & educunt putrefactiones utriusq̄ cholerae & flegma, & mundificant instrumenta sensuum, & sunt mundificatiuum bonum. R.

Mirabolanorum citrinorū.	Polypodii.	3.ii.
Rauedfeni. an. 3.iii.	Turbith.	
Succi eupatorii.	Aloes. an. 3.vi.	
Succi absinthii. an. 3.ii.	Masticis.	
Diagridii. 3.vi.	Rosarum rubearum.	
Mirabolanorū kebulorum.	Salis gemmae.	
Mirabolanorum indorum.	Epithimi.	
Agarici albi.	Anisi.	
Coloquan. interioris. an. 3.ii.	Zinziberis. an. 3.i.	

Misce & reformentur cum electuario rosato Mes. omnibus prius puluerizatis. dosis est. 3.i. usq̄ ad. i. s.

Nota q̄ succi intrantes in istis & aliis pillulis seu confessionibus hoc modo fiunt. Accipitur absinthium & bene conteratur, deinde in pecia rara inuoluatur, postea cum torculari exprimatur & absq̄ alia colatura in uesica ponatur & soli ad exiccandum permittatur. si enim a parte grossa colatur in uesica nihil remaneret, eo quia pars aqua a sole cōsumeretur, & ut de absinthio dico, ita & de aliis omnibus herbis intelligatur, & per annum conseruatur. Nota q̄ ista pillula & pillula de hermodactylis minores & de hermodactylis ex inuentione nostra Mes. reformentur cum electuario rosato Mes. & non cum electuario de succo rosarū sicut faciunt quidam ignari & aromatarii qui reformant cū suprascripto electuario de succo rosarum, & hoc propter auaritiam. Nota & insuper q̄ si simpliciter scriptum reperies pillularum aggregatiuarum de istis suprascriptis est intelligendum & non de aliis.

PILLVLÆ de fumoterræ Aui. lib. 4. Fen. 7. capitulo de scabiei cura, purgant materias adustas, & conferunt scabiei. Cuius permixtio. R.

Mirabolanorum citrinorū.	Scamoneæ.	3.v.
Mirabolanorū indo. an. 3.v.	Aloes fucotini.	3.vii.

Puluerizentur omnia non multum subtiliter. Et confice cum succo fumiterræ depurato aut cum aqua fumiterræ irrorando ea, & dimittatur ad solem donec exiccetur, & imbibatur uice altera, & dimittatur donec exiccetur, & fiat illud tribus uicibus, & in omni uice fiat sicut sorbitio, deinde dimittatur donec inspissetur, & cum factum fuerit fiant inde pillulae. Hic intelligendum est & in omnibus aliis locis in quibus scribuntur mirabolani q̄ solum cortices amotis ossibus accipi debent mirabolani. Modus faciendi suprascriptas pillulas uidetur obscurus, sed hoc modo fieri debent. Terantur præscripta in eis, deinde irrorentur succo fumiterræ cocto & depurato, aut aqua fumiterræ intantum q̄ omnes partes ipsarum penetrent, deinde in sole ad exiccandum ponantur & ante perfectam exiccationem, sed post aliqualem suctionem iterum aquæ fumiterræ irrorentur & soli exponantur, & hoc ter fiat. ultimo in sole exponantur & tantū permittantur donec pillularum formam accipere possint, deinde remoueantur & conseruentur.

PILLVLÆ de mezereon Mes. & sunt medicina mirabilis ad hidropisim & educunt aquam citrinā & sunt experte. Cuius permixtio. R.

Foliorum mezereon præparatorum.	3.v.
Mirabolanorum citrinorum.	3.iiii.
Mirabolanorum kebulorum.	3.iii.

Misce & puluerizentur omnia non multum subtiliter & confice cum aqua endiuiae in aqua dissoluti sint tamarindi & tereniabin. an. 3.i. & fiant. dosis est. 3.i. s.

Mezereon præparatur hoc modo. Infundatur in fortissimo aceto & per diem dimittatur & exiccari permittatur, deinde conteratur & administratur, hoc enim modo præparatur ut serositas & inflammatio quæ in eo est amoueat, parum enim sustinet de decoctione, & laboriosa cōtrito uir-

tutem eius destruit & resoluunt.

PILLVLÆ de hiera simplici Gal. 2. therapentice. cap. 12. ualeat ad uniuersas passiones capitis, aurium & oculorū, stomachum & splen purgant. R.

Specierum hieræ simplicis Galeni. 3.iiii. Et conficiantur cū melle rosato & fiant. Nec aliud est addendum nec diminuedum, & hoc modo Galenus describit loco allegato.

Necessitas compositionis pillularum fuit. quia medici uolentes dare substantiā medicinæ in forma in qua diu moreretur in stomacho oportuit eas aptare in forma pillularum cum solidum magis in stomacho stet q̄ quæq̄ alia forma.

PILLVLÆ de hiera composita siue de hiera cum agarico magistrales, ualeat ad dolorem capitis, pedus mundificantur & humores grossos & putridos, & conferunt asmati & tussi antiquæ. R.

Specierum hieræ simplicis Galeni.	Aloes boni puluerizati.
Agarici trociscati. an. 3.iiii.	3.viii.

Misce & cum melle rosato fiant pillulae. In hoc libello notandum est q̄ aliquibus in descriptionibus & compositionibus reperitur terantur, & in aliquibus cōterantur, ideo differentia est inter tero & contero. Terere enim idem est quod rem aliquam diuidere per partes grossas. conterere uero idem est quod rem aliquam diuidere per partes subtilissimas, immo quando intendo species subtilissime teri debere scribo & dico conterantur. Quando uero uolo q̄ grosso modo puluerizentur dico & scribo terantur. quare & in suprascriptis & infascriptis compositionibus ad hoc aduertatur.

PILLVLÆ de hiera magna Galeni, ualeat ad diuersas capitis passiones, aurium & oculorum & stomachum, optime purgat, & causas epatis, & splenis duritiem mollit & extenuat, uesicæq̄ proficit. R.

Cinnamoni fini.	Squinanti.
Rosarum tubearum.	Radicum assari.
Spicae.	Violarum.
Masticis.	Epitimi.
Xylobalsami.	Agarici albi.
Carpobalsami.	Turbith albi.
Cassia lignea.	Coloquintida. an. 3.i.
Absinthii.	Aloes boni. 3.ii.
Croci. an. 3.i.	

Puluerizentur omnia non multum subtiliter, & fiant pillulae cum uino aut cum melle rosato.

PILLVLÆ fetidæ maiores Mes. de mente Gal. expertorum iuuamentorum ad ægritudines omnes neruorū quæ sunt a materia grossa uiscosa difficilis eradicationis & ad dolores iuncturarum qui sunt ab eadem causa & ad omnes dolores totius corporis qui eandem habent naturam, similiter & ad uertiginem, & ad epilepsiam, & emigraneam difficilem, & sodam & morpheam & albaras & lepram. R.

Serapini.	Hermodactylorum.	3.ii.
Armoniaci.	Diagridii.	3.iii.
Oppoponaci.	Cinnamomi.	
Bdellii.	Spicae indæ.	
Coloquintidæ.	Croci.	
Harmel. i. semen cicutæ.	Castorei.	an. 3.i.
Aloes.	Turbith albi.	3.iiii.
Epithimi. an. 3.v.	Zinziberis.	3.i.s.
Alsebræ. i. exula. & colligif. in mense octobris.	Euforbii.	3.ii.

Terantur omnia & gummæ dissoluantur in aqua porri & fiant pillulae.

Nota de mente auctoris pandetatum, q̄ harmel scriptū per h idem significat quod semen cicutæ, quando uero scriptum per a. idem est quod semen rutæ. Ex hoc igitur intelligitur q̄ diuersus modus scribendi diuersificat nomen uocabuli. quare semper respiciendæ sunt literæ & syllabæ uocabulorum componentes in medicina scriptum, eo q̄ uariatur secundum uarietatem compositionis literarum. quare bene nota.

PILLVLÆ fetidæ minores Mes. quæ sunt in potestate maiorum. R.

Serapini.

Serapini.
Armoniaci.
Oppoponaci.
Bdellii. an. 3.v.
porri, & cætera terantur & cum ea conficiantur.

Myrrhæ. 3.v.
Turbiti albi. 3.x.
Coloquintidæ. 3.vi.
Dissoluatur gumma in aqua

Calami aromatici.
Nucis muscata.
Spicæ.
Epithimi.
Carpobalsami. i. lignum balsami.
Sileris montani.
Seminis rutæ.
Squinanti.
Alfari.
Masticis.
Gariofilorum. an. 3.ii.
Cinnamomi.
Anisi.
Seminis fœniculi.

Seminis apii.
Cassia lignea.
Crocii.
Macis. an. 3.ii.
Mirabolanorum citrinorū.
Mirabolanorum kebulorū.
Mirabolanorum indorum.
Mirabolanorum belliricorū.
Mirabolanorū emblicorū.
Rauedensi, idest reubarbari, an. 3.iii.
Agarici.
Senæ. an. 3.v.
Eufragiæ. 3.vii.

Vnū generale hic nota & incidenter. Quod illud quod de natura sua est aromaticum, quanto est aromaticius tanto melius, & quod est fetidum quanto fetidius tanto melius, excepto aloë. Similiter omne quod debet habere aliquem saporem, quanto in suo sapore est intensius tanto melius, excepto aloë. Nam cum sit de natura rerum amaritudinem habentium, quanto minus amarū tanto laudabilius. Gumma dissoluatur in aqua porri uel in aceto uel in aliquo alio liquore hoc modo. Infundantur in aqua uel aceto per noctem, & debet acetum uel aqua esse in tanta copia q̄ eas tegat. in mane si gumma totam biberunt aquam uel acetum & duræ sint adiungatur ipsorum alterū, postea accipias eas & fricabis manibus super sedatium, qua fricatione bona transibit substantia. palea uero & immunditiæ remanebunt. & tunc utere.

PILLVLÆ de sarcocolla Mef. in cap. de sarcocolla & in antidotario, & sunt pillulæ aliæ educentes flegma, & conferunt ad agritudines flegmaticas.

Cuius permixtio hæc est. R.
Sarcocollæ præparatæ. 3.iii.
Turbiti albi. 3.iii.
Coloquintidæ interioris. 3.i.s.
Zinziberis. 3.i.s.
Salis gemmæ. 3.i.
Dissolue sarcocollā in aqua rosata, cætera terantur & cum ea fiat massa.

Sarcocolla hoc modo præparatur. Infundatur in lacte asinæ per dies quinque semper, & omni die lac innouando, & primum abiciendo, demum dissoluatur in aqua rosata ut in superioribus pillulis tibi monstrauimus.

PILLVLÆ de bdellio maiores Mef. experte ad fluxum hemorrhoidarum & ulcerum in eis, & ad fluxum menstruorum. Cuius permixtio. R.

Bdellii. 3.i.s.
Seminis ameos. 3.iii.
Mirabolanorū kebulorum.
Mirabolanorum indorum.
Mirabolanorum belliricorū. an. 3.ii.s.
Mirabolanorum emblicorū.
Venarum adustarum. i. radix acori adusti.
arabæ. an. 3.ii.s.

Infundatur bdellium in succo porri, cætera terantur & cum eo fiat massa, & dentur pillulæ in modum ciceris.

De porro nota q̄ quoddam est porrum capitatum. i. trāsplantatum, & esul illud competit. Aliud est scitile. i. nō transplantatum & istud usui medicinæ competit. Igitur de isto fit succus de quo istæ pillulæ reformantur, & ex his etiam fiat aqua uel per sublimationem uel per decoctionē, & iste ultimus modus magis mihi placet de qua reformantur & dissoluuntur gumma intrantes in pillulis fetidis. quare nota. Diuersitas magna reperitur in receptis harum pillularum ferè omnes Mef. dicunt uenarum adustarum. Et hanc literam reprobat Math. syl. in synonymis ponitur sub cap. 690. dicens, q̄ est error scriptoris, & q̄ debet dicere auellarum adustarum. Sed salua semper eius pace in errore est. sed debet dicere uenarum adustarum, ut à quodam antiquissimo Mef. scriptum reperi. Et q̄ sic dicere debeat patet, eo quia uenerie. i. acorus. i. radix, quæ radix supra aliquem etiam portata illum conseruat à fluxu sanguinis, ut ipse ponit cap. 181. quare seipsum corrigat. Radix acori hoc modo aduritur, post ipsam exiccationem per grossa satis frusta incidatur, deinde super laminam ferream ignitam incessanter agitetur & reuoluatur, donec & quousq̄ color eius de toto mutetur, & tunc remoueat, quia adusta est.

PILLVLÆ lucis maiores Mef. addunt in usu, & corroborant eum & auditum, & abstergunt instrumenta sensuum, & expellunt superfluitates, & custodiunt sanitatem totius corporis, & præsumitur super eis absq̄ necessitate abstinendi. Cuius permixtio hæc est. R.

Rosarum rubearum.
Violarum.
Abinthii.
Coloquintidæ.
Turbiti.
Cubebæ.

Aloes fucotini ad pondus omnium, terantur omnia & conficiantur cum succo fœniculi & fiat massa. dosis est an. 3.ii. usq̄ ad. 3.iii.
De coloquintida pauci sunt qui in receptis ponant coloquintidam, fundant se super dictū Mef. in descriptione trociscorum alandal, qui dicit. Trocisci alandal qui ponuntur in hiera Hermetis & in aliis confectiōibus loco coloquintidæ, ac etiam propter suam uenenositatem dicunt non esse ausi in receptis ponere. Alii uero ponunt coloquintidam & non trociscos alandal dicentes q̄ magis solutiuu est, & q̄ à doctoribus ponitur in compositionibus tanquam calcar, ut etiam faciunt diagridium. & sic his rationibus uarii uarias compositiones faciunt. Ego uero soleo hoc fieri facere, si in receptis auctorem reperi, considero si in eis ipsius malitiā frangentes sunt posita uel non, si sic audacter illam apponi facio ut in ista recepta. Si non, loco ipsius pono trociscos alandal, & hoc est quod dicit bonus Mef. & propter hoc in hiera Hermetis posuit in qua multæ & multæ sunt medicinæ uenenosæ, & pauce earum uenenositatem corrigentes, & tunc hoc considera bene.

PILLVLÆ de hermodactylis maiores Mef. experte ad dolorem iuncturarum & podagræ frigidæ. R.
Hermo dactylorum.
Aloes.
Mirabolanorum citrinorū.
Turbiti.
Coloquintidæ.
Bdellii.
Serapini. an. 3.vi.
Conterantur omnia & cum succo caulium fiat massa & dosis. 3.i. in. 3.ii.
Castorei.
Sarcocollæ.
Euforbii.
Oppoponaci.
Harmel. i. semen cicutæ.
Seminis apii. an. 3.iii.
Crocii. 3.i.s.

Coloquintida antequam in compositione ponatur debet ultimate conteri, ut iubet Mef. in cap. de rectificatione medicinarum pro trituratione, cum dicit. Oportet quod coloquintida ultime puluerizentur, nec sit contentus aliquis in trituratione eius.

De contritione iterum nota quod duplex est. quædam enim est multa, quædam pauca, multa contritio fit duabus de causis. Prima ut per illam contritionem remoueat malitia medicinæ quantum faceret si grossa esset, & ob hoc bene conteritur pulpa coloquintidæ. Secunda est, quia membrum quod curare uolumus est situatum in remotis partibus, & immo bene conterendæ sunt ut medicinæ renū epæotis. Grossa uero contritio fit duabus de causis. Vna est ne uel timata contritione uirtus medicinæ & operatio eius propria corrumpatur ut scamonea. si in ultimo conteratur deperdit uirtutem solutiuam. Secunda est ut multo tempore remaneat in stomacho & iuuat digestionem uel magis atrahatur, & sic medicinæ stomachicæ & solutiue grosso modo conteruntur.

PILLVLÆ de hermodactylis minores Mef. ualent ad podagram calidam. Cuius permixtio. R.
Hermodactylorum. 3.v.
Scamone præparate. 3.ii.s.
Mirabolanorum citrinorū. 3.iii.
Rosarum rubearum. 3.ii.
Aloes. 3.x.
Confice cum cathartico rosato. i. cum electuario rosato terendo prius terenda, & da. 3.ii.

T H E S A U R U S

Catharticum .i. purgatiuum ut doctores exponunt .igitur catarticum rosatum idem est quod purgatiuum factum cū succo rosarum . Et sic electuarium de succo rosarum & electuarium rosatum dici potest catarticum rosatum . uerū ego magis laudo reformari debere cum electuario rosato , quia illud magis benignū est & minori uenenositate participat .

P I L L V L Æ de hermodactylis ex inuentione nostra Mef. R.

Hermodactylorum. 3.v. Mirabolanorum citrinorū.
Aloes. 3.v. Turbith. an. 3.iiii.

Zinziberis. 3.ii.

Et fac pillulas cum electuario rosato, & da. 3.ii.

P I L L V L Æ de reubarbaro Mef. conferunt ad febres antiquas generatas ex diuersis humoribus uiscosis & putridis multarum putredinum & dolorem epatis & principium hydropisis. R.

Rauedfeni, idest reubarbari. Succu liquiritiæ.
ri. 3.iii. Succu absinthii. an. 3.i.

Masticis. 3.i. Seminis apii.

Mirabolanorum citrinorum. 3.iii.s. Seminis fœniculi. an. 3.i.s.
Trociscorū diarodon. 3.iii.s

Specierum hieræ pigræ .i. hieræ simplicis. 3.x.

Terantur terenda, & conficiantur in magdaleone cum aqua fœniculi, & da cum aqua casei. 3.ii. in sero.

Pro reformatione pillularum nota q̄ nisi pillulæ reformentur cū aliqua re uiscosa nō possunt simul teneri ut faciūt ista pillulæ, & pillulæ cochæ quæ reformantur cū uino albo. Ideo si istæ reformarentur cum syrupo acetoso uel cū oxy melle simplici non esset inconueniens . & pillulæ cocæ cū melle rosato. Igitur ut dico de istis , & de aliis etiam intelligas quæ cum aqua uel uino reformantur &c.

P I L L V L Æ indæ Mef. quas scripsit Haly , quarū inuamentum est multum ad ægritudines melancholicas, & cæcum & lepram & morpheam nigra diffidlem, & sunt bone melancholiæ & timori & quartana, & ad dolorem splenis & icteritiam splenalem. Cuius permixtio. R.

Mirabolanorum nigrorum . sus est.

indorum. Coloquintidæ.

Ellebori nigri. Salis indi. an. 3.iiii.

Polipodii. an. 3.v. Succu eupatorii.

Epithimi. Spicæ. an. 3.ii.

Sticados. an. 3.vi. Gariofilorum. 3.i.

Agarici. Specierum hieræ pigræ .i.

Lapis lazuli loti. simplicis. 3.xii.

Modus lauandi supra ostendit

Terantur & fiat massa cum succo apii. dosis eius est an. 3.ii. usq̄ ad aur. ii. & sunt sane & experte, & da cum aqua casei.

Nota q̄ pillulæ omnes conseruantur cum bona earum uirtute & operatione usq̄ ad menses sex . Et debent teneri in magdaleonibus & non in puluere , quia non conseruantur . immo nullam uel remissam faciunt operationem . Et nō debent conseruari in loco excessiue calido nec prope ignē nec ad solem , quia in excessiuam duritiem & lapideitatem conuenterentur, & tunc nullo modo debent aromatarii eas exhibere, eo quia si darentur torquerent corpus , & nullam penitus operationem facerent.

P I L L V L Æ sine quibus esse nolo Nicolai pillulæ à rotunditate dicuntur sine quibus esse nolo propter magnā efficaciam quam habere dicuntur , superiores purgant humores, præcipue ualent ad cataractas oculorum & obscuritates eorum, caput purgant à cholera & ægmate & melancholia, uisum confortant & iliosis conferunt, aurium dolorem sanant. Cuius permixtio hæc est. R.

Aloes optimi ablu. 3. xiiii. Rosarum.

Mirabolanorū citrinorum. Masticis. an. 3.i.

Mirabolanorum kebulorū. Absinthii.

Mirabolanorum belliricorum. an. 3.i. Violarum.

Mirabolanorū emblicorū. Folliculorum fenæ.

Mirabolanorum indorum. Agarici electi.

Reubarbari. an. 3.i. Cuscutæ. an. 3.i.

Terantur omnia, deinde accipe scamoneę præparate sub

tiliter puluerizate. 3.vi.s. ligetur scamonea in pecia & infundatur in succo fœniculi quantitate qua pillulæ possint reformari, deinde exprimatur scamonea manibus , prius tamen inunctis oleo uiolato uel communi, & tantum dicta scamonea exprimatur & manibus pertractetur q̄ in lactis similitudinem à panno exeat tota eius humiditas & scamonea, & de illa expressione pillulæ formentur abiciendo quod intra peciam de scamonea remanebit. Succum fœniculi cum expressione facta de scamonea accipiendo & pillulas formamando. Aloes quando simpliciter ponitur pro fucotri no, & de fucotri no intelligitur, ut ponit Math. Sylua. capitulo proprio.

Pillulæ à pila dicuntur, quia sicut pila est rotunda ita pillulæ debent esse rotundæ. Pillulæ quare dantur in forma rotunda, est quia figura sphaerica non tangit planum nisi in puncto. Sed concuum ipsum tangit undiq̄ . quando ergo pillula ponitur in stomacho quod est concuum ipsa æqualiter tangitur à qualibet parte stomachi, & ideo undiq̄ & in omni sui parte ad actum reducitur propter calorem stomachi, & ideo ipsa in qualibet sui parte reducta ad actum attrahit undiq̄ æqualiter à membris omnibus, ideo datur & dari debent in forma rotunda &c.

P I L L V L Æ cocæ Gal. euacuant humores diuersos à capite & toto corpore, & acuiunt alias medicinas quando miscentur cum eis. Cuius permixtio hæc est. R.

Aloes. Masticis.

Scamoneæ præparatæ. Coloquintidæ. an. 3.iiii.

Absinthii. an. 3.iiii.

Terantur & conficiantur cū succo absinthii & reserua &c.

Quare enim hæc pillulæ dicuntur cocæ. Cocæ .i. capitales, à cocos quod est caput. Pillulæ quare dantur in impari numero est. Pythagoras enim posuit in impari numero uirtutem multam, & dixit numerum imparem masculum . igitur perfectiorem . Et ob hoc uulgares sequentes eum credunt q̄ dando eas in numero impari sit maior perfectio & multum errant. Numerus enim non est principium actionis & passionis, ut .j. metaphisicæ. commento . 2 . Et ideo facta dosi conuenienti medicinæ potest formari numerus pillularum par & impar.

P I L L V L Æ cocæ Almanforis usuales, ualent ad dolorem capitis & stomachi, & euacuant humores malos qui sunt in capite & in stomacho. R.

Pulueris hieræ pigræ Al. Turbith.

Almanforis. 3.x. Sticados. an. 3.v.

Coloquintidæ. 3.iii.s. Di. Diagridii. 3.ii.s.

Terantur hæc & conficiantur cum uino albo . hæc est species pul. hieræ pigræ Almanforis quæ intrant in supra scriptis pillulis. Cuius permixtio. R.

Rosarum rubearum. Cinnamomi.

Spicæ indæ. Xillocasie.

Masticis. Radicum assari. an. 3.i.

Xylobalsami. an. 3.i. gra. vi. gra. vi.

Carpobalsami. 3.i. gra. vi. Aloes boni. 3.vi. 3.ii.

Pillulæ fuerunt inuente. Primo propter earum minorem displicentiam gustui, cum uniuersaliter componantur ex rebus amaris. Secundo ut magis à remotis attrahant . quanto enim medicina longiori tempore stat in stomacho tato magis & à longinquis attrahit.

P I L L V L Æ arabicæ Nicolai, purgāt mirabiliter omnes humores . f. sanguinem & choleram rubeam & nigram & lætitiā afferunt, tristitiā remouent, mentem acuiunt, uisum audacter restaurant, memoriā tribuunt, schothomiā, uertiginem, emigraneam, oculos, dentes, gingiuas, stomachum, splenē, sonitum aurium omnes humores, omnibus acribus, & omnibus tēporibus, sine molestia in uiris & mulieribus purgant. Cuius permixtio. R.

Aloes electi. 3.iiii. Assari. i. radicum.

Radicum brioniæ. Rosarum rubearū. an. 3.iiii.

Mirabolanorum omnium. Zinziberis. 3.i.

Masticis. Castorei. 3.iii.

Diagridii. an. 3.iiii.

Misce fiant pillulæ cum succo fœniculi uel absinthii.

Si scriptum

Si scriptum simpliciter in pillulis reperitur scamonea de præparata est intelligendum, & non de alia, prout in electuariis supra declarauit.

PILLVLÆ alsafaret. Aui. in prima Fen tertii. in cap. de canonibus uniuersalibus curationis capitis, & exponitur à Gentili in hunc modum. R.

Specierum hieræ simplicis. 3.i.
3.ii. Mastice. 3.i.
Mirabolanorum citrinorū. Aloes boni. 3.iii.
Terantur, & cum uino optimo fiant pillulæ. De mirabolanis nota, quod aliquando reperitur scriptum in receptis mirabolanorum absolute, & tunc de omnibus mirabolanis est intelligendum scilicet de quinque generibus mirabolanorum. Si uero scriptum reperitur mirabolani absolute de citrinis est intelligendum sicut de melioribus & perfectioribus.

PILLVLÆ stomatichæ penultime descriptionis Mes. & sunt illæ quæ dari possunt omni tempore & sunt in usu stomachum & caput mundificant. R.

Turbith boni. 3.x. Rosarum rubeorum. 3.iii.
Masticis. 3.iii. Aloes optimi. 3.xvii.
Terantur & conficiantur cum succo absinthii. Hic nota quod si zinziber cum turbith poneretur fortificarentur operationes eius. nam turbith sui uirtute se se flegma subtile trahit, sed si cum eo zinziber admiscetur fortificatio ipsum facit quod attrahit etiam flegma grossum.

PILLVLÆ stomatichæ secundæ descriptionis Mes. & sunt in usu stomachum & digestionem confortant, cerebrum & stomachum à corruptis humoribus purgant, & appetitum excitant. R.

Hieræ pigræ. 3.x. Mirabolanorum bellitricorum.
Trium mirabolanorum. rum.
Absinthii sicci. an. 3.iii. s. Agarici albi. an. 3.iii. s.
Masticis. Zinziberis. 3.ii.
Seminis anisi. Squinanti. 3.i.
Mirabolanorum emblicorum. an. 3.iii. s. Turbith albi & gummosi. 3.xii.
Terantur & conficiantur cum succo absinthii, & da. 3.ii. uel. 3.iii.

PILLVLÆ imperiales siue laudabiles. N. quas ipse intulauit pillulæ aliæ ante cibum & post cibum, & sunt illæ quæ sunt in usu & bone, ualent ad confortandum stomachum, & purgant sine molestia. R.

Nucis muscate. Seminis feniculi.
Spicæ indæ. Carpobalsami.
Crocii. Quinq; generum mirabolanorum.
Ligni aloes. Turbith albi & gummosi.
Cardamomi maio. & mi. Mannæ granatæ.
Gariofilorum. Agarici albi.
Amomi. Folliculorum senæ. an. 3.s.
Cinnamomi. an. 3.s. Reubarbari boni ad pondus omnium superscriptarum sunt. 3.xiii. s.
Zinziberis. Aloes boni ad pondus omnium superscriptarum sunt. 3.xxvii.
Galangæ.
Zedoariæ. an. 3.s.
Cubeborum.
Macis.
Seminis anisi. an. 3.s.
Masticis.

Terantur omnia & aloes de per se, & postea misce & fiant pillule cum uino albo optimo. Et inunctis manibus cum oleo laurino & refoementur, & aliquando possunt refoemari cum syrupo uiolato. Senæ cum simpliciter scriptum reperitur in compositionibus solutiuis uel lenitiuis, de folliculis semper est intelligendum cum magis solutiui & meliores sint.

PILLVLÆ communes Aui. prima Fen quarti. trac. 4. cap. de præseruatione pestilentie. R.

Aloes electi. 3.ii. Myrrhæ. Croci. an. 3.i.
Terantur & cum uino optimo fiant pillulæ. Pillulæ omnes præscriptæ & infra scribendæ exhibendæ non sunt immediate post ipsarum compositionem, sed saltem standum est per quindecim dies ut possint simul commisceri. Et tunc

agent operationem suam ratione compositionis. Secundo autem faciunt si ante dictum tempus exhibentur. utrum autem in illo tempore fermententur & nunquid dici possit uera fermentatio. Satis in quaestiuicula mea de narcoticis per longum processum declarauit, qui uidere uult ad ipsam recurrat. Pillulæ quæ ab aromataris exhibentur obsunt quæ conferant si tempore debito non exhibentur, ideo modum exhibitionis inscribam ne sua imperitia & temeritate uiri ad aliquas graues ægitudines incurrant, pillulæ quæ dantur quantum iuuat nostro proposito spectat, aut dantur ad euacuandum aliqualem materiam in stomacho existentem, & tunc dari debent ante cenam immediate. Aut ad euacuandum aliquam humiditatem cerebri, & tunc post cenam per duas horas saltim exhibendæ sunt, & hæc intelligatur de pillulis non scamoneatis & leuibus, ut masticæ elefanginæ de hiera simplici &c. Aut dantur ad purgandum humorem loco medicinæ, & tunc dari debent facta digestionem cibi in stomacho & post eas tardandus est cibus saltim per horas sex, & hoc modo doctores exhiberi iubent.

PILLVLÆ bichichæ Mes. in suo de appropriatis, cap. de cura tussis sicca. sicut catarrum, & dilatant pectus & guttur. R.

Succi squiritæ. Dragaganti.
Zucchari albi, an. 3.x. Amigdalorum dul. an. 3.i. s.
Amidi. 3. i. s.

Misce & fiant pillulæ cum mucilaginé cydoniorum. Species omnium pillularum grosso modo sunt contere dæ & per rarum sedatium transfiri debens, & sic melior est sua operatio & à longinioribus partibus attrahunt, ratio supra est assignata in electuariis.

PILLVLÆ de agarico Mes. pectus mundificant, & humores grossos & putridos, & conferunt asthma & tussis antiquæ. R.

Agarici electi. Radicum ireos.
Masticis. an. 3.iii. Prassii. an. 3.i.
Terantur & conficiantur cum uino cocto.

In istis pillulis soleo apponi facere loco agarici agaricū troiscatū, & troiscos alandal loco colocintidæ, eo quia in eis sunt multæ medicinæ uenenosæ, & fere nullæ sunt medicinæ earum uenenositatem refrangentes, immo refractæ esse debent medicinæ apponendæ sunt troiscati alandal & agarici troiscati.

PILLVLÆ de lapide lazuli Mes. ualent ad ægitudines melancholicas, & cholera adusta sane & experte. R.

Lapidis lazuli loti. 3.vi. Salis indi. 3.ii. s.
Epithimi. Agarici. 3.viii.
Polypodii. an. 3.viii. Gariofilorum.
Diagridii. Seminis anisi. an. 3.iii.
Ellebori nigri. an. 3.ii. s. Hieræ pigræ. 3.xv.

Confice cū aqua endiuicæ uel succo, & da. 3.ii. cū aqua cafei.

PILLVLÆ de euforbio Mes. educunt flegma frigidum, & conferunt ad mollificationem paralytis, & educunt humores grossos qui descendunt ad neruos. R.

Euforbii. Serapini.
Agarici. Fedelli. an. 3.ii.
Colocintidæ. an. 3.ii. Aloes. 3.v.
Misce cum aqua porri. dosis. 3.s. usq; ad. 3.i.

PILLVLÆ ad omnes morbos catarrhi Mes. ualent ad tussim catarralem, & dicuntur pillulæ de cinoglosa. R.

Myrrhæ puræ. 3.vi. Radicum linguæ canis. 3.iii. s.
Olibani. 3.v. Et fiant pillulæ. quarum dosis. 3.s. uel. 3.i.
Opii.
Iusquiami. an. 3.iii.

Crocii. 3.i. s. PILLVLÆ de oppoponaco Mes. conferunt paralyti & torturæ & ægitudinibus neruorum frigidis & dolori iuncturarum & genuum & dorsi. R.

Oppoponaci. Zinziberis.
Hermodactylorum. Piperis nigri.
Serapini. Piperis longi.
Bdelli. an. 3.v. Castæ fistulæ.
Myrrhæ. Mirabolanorū citrinorum.

The. aroma.

X

T H E S A U R V S

Mirabolanonū emblicorū. rum.
 Armoniaci. Mirabolanonum indorum.
 Coloquintidæ. an. 3.v. an. 3.i.
 Croci. Diagridii. 3.ii.
 Castorei. an. 3.i. Turbith. 3.iiii.
 Mirabolanonum bellirico Aloes boni. 3.xii.

Infundantur gummæ in aqua caulium, & conficiantur cum aliis. dosis eius est. 3.i. usque ad aur. i. & da cum aqua Iuæ.

PILLVLÆ alexandrinæ magistrales, ualent ad ægritudines melancholicas, & cancrum & lepram & morfeam nigram difficilem, & ægritudines neruorum frigiditas habentibus humiditatem difficilis eradicationis, & flegma uiscosum, & confert colicæ flegmaticæ uentosa, & confert hydropis & dolori splenis, & stomachi frigidati. R.

Aloes boni & sublimis. 3.i. Ameos. 3.s.
 Coloquintidæ interioris. Masticis. 3.iiii.
 Diagridii. Anisi. 3.ii.
 Absinthii. Euforbii. 3.iiii.s.
 Bdellii. an. 3.s. Ellebori nigri. 3.ii.
 Et fac cum succo caulium. dosis 3.i. uel. 3.ii.

PILLVLÆ de serapino Mes. expertæ ad dolorem iuncturarum, & sciaticam & podagram, & conferunt ad dolorem matricis, & prouocant menstrua. R.

Serapini. Fumiterræ.
 Armoniaci. Calamenti.
 Oppoponaci. Folii. an. 3.s.
 Bdellii. an. 3.ii.s. Centaureæ.
 Seminis apii. Polii.
 Seminis ameos. Costi.
 Arnel. Salis gemmæ. an. 3.s.
 Seminis anisi. an. 3.i. Aloes boni. 3.vi.
 Acori. 3.s. Coloquintidæ. 3.v.

Fiant pillulæ cum uino. dosis. 3.i. usq. ad. 3.ii.

POMVM laudani quod portatur in manu tempore pestis. R.

Cinnamomi electi. 3.i.s.
 Gariofilorum. Thuris albi.
 Ambræ bonæ. Myrrhæ. an. 3.i.
 Musci. Sandali citrini.
 Storacis calamitæ. an. 3.i. Boliarmeni.
 Macis. Calami aromatici. an. 3.ii.
 Seminis iuniperi. Camphoræ. 3.iii.
 Rosarum rubeorum. an. Laudani boni. 3.vi.

Ceræ quantum sufficit & fiant poma in mortario cum pistello calido, & cum pauco uino malmatico uel uernacia.

POMA ambræ quæ portantur ut supra. R.

Laudani boni. 3.iiii. an. 3.i.s.
 Storacis calamitæ. 3.iiii. Rosarum rubeorum. an. 3.i.
 Ligni aloes. Thuris alb. 3.i.s.
 Cardamomi. Ambræ bonæ. 3.s.
 Myrrhæ. Musci boni. 3.i.
 Sanfuci, idest maioranæ.
 Ceræ quantum sufficit & fiant poma in mortario cum pistello ferro calido. ut supra.



RUBEA trociscata Nicolai, rubea dicitur ab ipso colore trociscata, quia trocisci in ea ponuntur, ualet tertianariis quotidianariis ante horam accessionis data cum rodostemate ad modum auellang. Naribus & pulsibus ex ea inunctis sanitatem præstat, tenuati ex acri flegmate facto dara cum ptisana subuenit. R.

Liquiritiæ rasæ. Croci.
 Cinnamomi. Rosarum.
 Papaueris albi. an. 3.iii. Seminis iusquiami.
 3.ii. gra. vii. s. Seminis apii. an. 3.iii. gr. xv.
 Spicæ nardi. Trociscorum croci magne-
 Violarum. an. 3.i. gra. vii. s. tis.
 Gariofilorum. Trociscorum idiocri.
 Storacis calami. an. 3.s. Myrrhæ.
 Opii thebaici. 3.s. Seminis anisi. an. gra. xv.

Mellis quantum sufficit & da ut supra.

ROSATA nouella Nicolai, rosata dicitur à rosis, nouella respectu ueteris quæ recipiebat tabar, idest sulphur uiuum, uomitum & subuersionem stomachi aufert, debilitatem & sitim reprimat, defectis ex longa infirmitate mire subuenit, sudores diaforeticos compefcit. Cuius permixtio.

Recipe.
 Rosarum rubeorum. Galangæ.
 Zucchari. Nucis muscatæ.
 Liquiritiæ rasæ. an. 3.i. 3.i. Zedoariæ.
 3.ii. s. Storacis calamitæ.
 Cinnamomi. 3.i. 3.ii. gra. ii. Cardamomi maioris & minoris.
 Gariofilorum.
 Spicæ nardi. Seminis apii. an. 3.i. gra. ix.
 Zinziberis. an. 3.i. gra. ix.

Puluerizentur puluerizanda, & cum mellis lib. i. 3. viii. fiat in forma liquida. si uero in forma solida, facias ut supra te ostendi. Nardi si reperitur scriptum in aliqua compositio- ne ut in hac communiter reperitur, de spica nardi intelligendum est, non autem de compositione cuiusdam unguenti præciosi, ut quidam dementes ausi sunt dicere.

REQUIES Nicolai, requies dicitur quia requiem accipientibus præstat maxime typice febricitantibus quotidianariis tertianariis, quartanariis acutis & peractis. Cuius permixtio. R.

Rosarum rubeorum. Seminis psilii.
 Violarum. an. 3.iii. Nucis muscatæ.
 Seminis iusquiami. Cinnamomi.
 Opii. Zucchari. an. 3.i. s.
 Papaueris albi. Sandalorum alborum.
 Corticum mandragoræ. Sandalorum rubeorum.
 Seminis scariolæ. an. 3.i. s. Sandalorum citrinorum.
 Seminis lactucæ. Spodii de canna.
 Seminis portulacæ. an. 3.i. s. Dragaganti. an. 3.ii. gra. v.

Puluerizentur subtiliter puluerizanda, mellis cocti & de spumati lib. i. 3. 3.iiii & fiat electuarium.

Ista compositio à multis corrupta & male componitur, multi enim addunt & in suis receptis reperiunt ultra præscripta Miconis, & exponunt quod est papauer nigrum & falsum. nam idem est quod papauer album, ut uult Genulis super 5. can. Sed litera debet stare ut præscripti. Vfus istorum opinatorum non debet esse nisi transactis sex mensibus. Et inueterata ultra sex annos non uigoroſe electuaria hæc operantur. immo declinant ab eorum uirtute, maxime stupeſcentia seu opiata &c.

VFFF aromaticum Mesue, confortat stomachum, digestionem facit bonam, uentositatem dissoluit, oris odorem facit bonum. Cuius permixtio hæc est. R.

Anen. aur. xii. Ligni aloes.
 Seminis feniculi. aur. iii. Corticis citri. an. aur. i. s.
 Liquiritiæ rasæ. Musci boni. gra. xv.
 Zinziberis. an. aur. iii. Zucchari tabarzet ad pondus omnium.
 Gariofilorum. Zucchari habet mediū pondus omnium.
 Macis. Dosis eius est aur. ii. cū uino bono.
 Cinnamomi electi.
 Galangæ. an. aur. ii.
 Galliæ muscatæ. aur. i.

SIEFALBVM cum opio Mesue, conferens ophthalmiæ & doloribus oculorum, Cuius permixtio hæc est. Recipe.

Cerusæ lotæ in aqua ro. 3.x. Dragaganti albi. 3.i.
 Sarcocollæ. 3.iii. Opii. 3.s.
 Amili. 3.ii.

Fiant trocisci parui longi, sicut suppositoria.

SIEFALBVM sine opio Mes. ualet ut supra. Cuius permixtio. R.
 Cerusæ lotæ in aqua rosa. Amili. 3.ii.
 3.x. Dragaganti. 3.i.
 Sarcocollæ. 3.iii.
 Fiant trocisci parui longi ad modum suppositorii de 3. s. pro quolibet uel circa.

Suppositoria

SVPPOSITORIA ad tenafmon magistralia, ual-

lent tenafmoni & agritudinibus ani. **R.**
 Terbentina. Croci. 3.i.
 Myrrha. Opii.
 Thuris. an. 3.i. Licii. succi. an. 3.ii.
 Et cum albumine oui fiant suppositoria ad longitudinem unius digiti & applicetur parum unum fili, & sic fit.

SVPPOSITORIA alia ad tenafmon. Cuius per mixtio. **R.**

Thuris. Lycii.
 Vernicis. Myrrha.
 Opii. Croci. an. 3.i.
 Sanguinis draconis. an. 3.i.
 Et fiant suppositoria cum uino uel albumine oui & cum filo, ut supra.

SVPPOSITORIA de Ciclamine & de aliis gum mis. **R.**

Myrrha. Oppoponaci.
 Castorei. Ciclaminis, idest panis por-
 Nigellæ. an. 3.i. cinus. an. 3.i.
 Et fiant suppositoria cum trifera & cum filo.

SVPPOSITORIA constrictiua. **R.**

Lythargirii. Croci.
 Olibani. Opii. 3.ii.
 Masticis. an. 3.ii.s.
 Et fiant suppositoria cum filo.

SACCVLVS pro corde sic fit. **R.**

Require in isto capitulo de pulueribus pro sacco cordis.

SACCVLVS pro capite sic fit. ut patet in isto capitulo de pulueribus, & incipit. Puluis pro capite.

SACCVLVS alius pro capite. **R.**

Vernicis. 3.ii. Gariofilorum. an. 3.iiii.
 Macis.

Misce & fiat sacculus.

SACCVLVS pro stomacho sic fit. **R.**

Abinthii sicci. M.i. Cinnamomi. 3.iiii.
 Menthae sicca. Macis.
 Rosarum rubearum. Gariofilorum.
 Coriandrorum preparato- Spica.
 rum. an. M.i. Galanga. an. 3.s.
 Masticis. 3.i.

Conterantur grosso modo, & fiat sacculus.

SACCVLVS alius pro stomacho. **R.**

Rosarum rubearum. M.i. rum.
 Abinthii sicci. Menthae sicca. an. M.i.
 Coriandrorum preparato- Seminis anisi. an. 3.ii.
 rum. an. M.i.
 Misce & conterantur grosso modo & fiat.

SACCVLVS pro plethibus. **R.**

Celidonia. M.s. Papaueris. an. M.s.
 Melliloti.

Pistentur grosso modo & fiat sacculus.

SACCVLVS pro franchis sic fit. **R.**

Furfuris frumenti. Florum camomil. an. quan-
 Seminis anethi. tum sufficit.

STOMATICHVM calidum Nicolai, confortat digestionem, uirtutem adiuuat & iliosis, satis ualet. **R.**

Cinnamomi. Spica.
 Zinziberis. an. 3.ii. Macis.
 Gariofilorum. Ligni aloes.
 Galanga. Cardamomi. an. 3.s.
 Nucis muscatae. an. 3.s. Zucchari albi. lib. i.
 Misce & fiat confectio in morsellis aut in puluere.

STOMATICHVM frigidum Nicolai, ualet contra omnem calorem, sitim reprimat, & patientibus debilitatem ex calore nimio potenter subuenit, acutis & peracutis mirifice prodest. **R.**

Sandali albi. Seminis melonis.
 Sandali rubei. an. 3.i.s. Succu liquoritiae.
 Spodii. Rosarum rubearum.
 Berberis. Violarum.
 Seminis portulacae. Florum nenufatiss. an. 3.i.
 Seminis scariolae. an. 3.i. Zucchari albi.

Et fiat confectio cum lib. i. aquae rosae.

STOMATICHVM laxatiuum. **R.**

Diagridii. 3.i. Seminis anisi. an. 3.i.
 Turbith. Cinnamomi.
 Folliculorum senae. an. 3.i. Gariofilorum.
 Masticis. Spica. an. 3.i.
 Rosarum rubearum. an. Zucchari albi. lib. ii.
 3.ii.

Et misce & fiat, & detur, dosis eius est. 3.iiii.

SPECIES pro composita de rapis. **R.**

Seminis foeniculi. lib. iii. Seminis carui. lib. i.
 Seminis coriandrorum. lib. Seminis anisi. 3.vi.
 i. 3.vi.

Pistentur grosso modo & aspergantur super rapis & superponatur acetum quantum sufficit.

SPECIERVM pro ceruelato. **R.**

Piperis. 3.iiii. Croci. 3.i.
 Gariofilorum. Salis communis. 3.iiii.s.
 Zinziberis. an. 3.ii. Carnes porcinas. lib. iii.
 Cinnamomi fini. 3.iiii. de. 3.xxviii. per lib.
 Nucis muscatae. Cafei ueteris & boni. 3.xii.
 Macis. an. 3.i.
 Et fiat ceruelatum bonum.

SALSA CONFECTA sic fit. **R.**

Zinziberis. 3.ii. Synapis. 3.iiii.
 Cinnamomi. Nucis muscatae.
 Piperis. an. 3.ii. Piperis longi.
 Gariofilorum. Coriandrorum preparato-
 Galanga. rum. an. 3.iiii.
 Macis. an. 3.ii. Allii mundi. 3.i.s.
 Serpilli. Salis communis. 3.ii.
 Petrosilli. an. 3.ii. Amigdalarum mundataru.
 Maioranæ. Passularum. an. lib. ii.
 Menthae. Mellis despumati. lib. xii.
 Croci. an. 3.iiii.

Pistentur omnia subtiliter & incorporentur cum melle & reseruetur, & quando operare oportet dissolue cum aceto forti.

SYRVPVS acetosus simplex Mesue, ualet ad materias calidas frigidas subiles & grossas & uiscosas siue adhaerentes, & facit penetrare medicinas in partes in quas forte non penetrarent. Et facit acquirere diuisiuas sectiones duri & difficilis, & modus operationis est. **R.**

Zucchari albi. lib. v. Aquae fontium. lib. iiiii.

Et cum ea clarificetur zuccharum, quo clarificato cum igne lento semper spumam abiciendo, deinde proiciantur super illud. Aceti uini albi lib. ii. in leui & forti lib. iiiii. & in medio lib. iii. & da ei post illud perfectionem decoctionis. Sed usitatus modus est ponere lib. ii. aceti & facere syrupum, & hic in usu est. Multi dubitant in hac recepta, & apparent eis ambiguum id quod Mesue dicit, & referunt illud forte, & illud debile & illud bene ad acetum. Et non debet referri ad acetum, sed ad uirtutem syrupi, & sic clara est ista tera.

SYRVPVS de radicibus Mesue siue acetosus compositus in alia est magistralis. ualet ad choleram grossam difficilem & ad flegma. Incidit enim & abstergit & aperit oppilationes quae sunt in epate & splene & renibus. Cuius permixtio. **R.**

Radicum apii. Seminis foeniculi.
 Radicum foeniculi. Seminis anisi.
 Radicum petrosilli. Seminis ameos.
 Radicum endiuiae. an. M.i. Seminis sparagi. an. 3.iiii.
 Seminis apii. 3.iiii. Aceti boni lib. ii.

Omnia praeter acetum bulliant in lib. xx. aquae secundum artem usque ad consumptionem & perfectam coctionem, deinde colentur & in colatura addatur Mellis purificati aut zucchari lib. iiiii. Et aceti quantitas praescripta, & coquatur ad perfectam coctionem, & appellatur syrupus iste de radicibus cum aceto. si uero facere uis illum sine aceto remoueas acetum & erit factum & erit de radicibus. Triplex fuit necessitas syruporum compositio-
 The. aroma. X ii

nis. prima fuit conseruatio uirtutum rerum in toto anno. se-
cunda exhibitionis rerum in forma potabili, uolendo uir-
tutem rei præter eius substantiam. tertia propter infirmos
qui nõ possunt sumere medicinas nisi in hac forma, & pro-
pter has causas syrupsu reperiti sunt. Radices antequã exic-
centur bene lauandę sunt & ab interiori ligno mundandę,
deinde ad solem ficcandę, deinde referuandę à fumo & hu-
miditate sunt, & ita ferẽ omnes herbę bene exiccantur &
conseruantur. Flores uero in umbra. Radices simpliciter
prolate sunt quinq; numero. scilicet radix fœniculi, apii, petrosilii,
lii, brusci, & sparagi. Semina quatuor frigida communia
minora sunt ista. Semen endiuia, lactuca, scariola, & semen
portulacę. ideo si simpliciter scriptum reperitur. seminum
communium frigidorum minorum de istis intelligatur. Si
uero scriptum reperitur quatuor seminum communium
calidorum maiorum ista ponantur. scilicet semen anisi, fœniculi,
carui, & ameos, quia illa sunt. Semina uero quatuor com-
munia minora calida sunt ista, semen apii, petrosillini, cimini
& nasturcii, immo si simpliciter scribatur quatuor semina cõ-
munia minora calida de istis intelligatur. Syrupus factus
cum melle simpliciter melius ualet q̃ factus cum zuecharo,
& quadruplex est causa. Prima est, quia mel cum sit uisco-
sum melius conseruat medicinas componentes syrupum q̃
zuecharum. Secunda ratio, quia mel magis mundificat ma-
terias tegitq; horribilitatem medicinarum q̃ zuecharũ. Ter-
tia, quia mel est dulcius. Quarta causa, quia melius digerit
q̃ zuecharum. Et licet syrupus factus cum melle melius sit
ad digerendum & mundificandum, tamen ad infrigidandũ
& confortandum melius ualet syrupus factus cum zuecha-
ro quã cum melle. Vnde si intendimus digerere absterge-
re calefacere & mundificare fortiter debemus facere syru-
pum cum melle. Si infrigidare confortare leniterq; aperire,
cum zuecharo bono. Si utrũq; fiat cum utroq; ideo notent
ignari & trouantuli aromatarũ, qui suos syropos propter
auaritiã cum melle faciunt maior enim intentio syrupsu est
confortare, infrigidare & leuiter digerere q̃ aliud facere,
quare &c.

S Y R V P V S de duabus radicibus & est magistra-
lis. R.

Radicum petrosillii. Radicum fœniculi. an. M. i.
Bene lauentur & à ligno interiori mundentur & abradan-
tur, deinde bulliant in lib. viii. aquę usq; ad consumptionẽ
medietatis, deinde colentur & prædictę colaturę addatur
zuechari albi clarificati lib. ii. & bulliant usq; ad perfectam
decoctionem in formam syrupsu. In isto syrupsu sunt qui
ponunt radicem apii loco radicis petrosillii. Sed quia apii
habet in se hanc proprietatem q̃ epilepsiam mouet. ideo
mihi suspectum est, & loco ipsius poni facio petrosillium.

S Y R V P V S de succo endiuia ualet ad oppilationẽ
epatis, & extinguit inflammationes febrilium & sitim & epar
calefactum. Cuius permixtio. R.

Succi endiuia cotti & depurati & colati. lib. iiii.
Zuechari lib. iiii. Et fiat syrupus decoquendo debito mo-
do, & est in usu. Succi omnium herbarum conseruantur
per annum & non ultra. si supra eos ponatur parum olei oli-
uarum, & bene sint clarificati, ut in syrupsu de bizantiis osten-
ditur, & apponendi sunt in uase uitri uel saltem uitreato, de-
mum transacto anno sunt abiicendi.

S Y R V P V S de endiuia magistralis. R.

Foliorum endiuia. Diantos. M. ii.
Epaticę. Radicum endiuia.
Capillorum uen. an. M. iiii. Aquę endiuia. an. lib. i.
Bulliant hæc secundum artem in lib. xviii. aquę usq; ad cõ-
sumptionem duarum partium, deinde colentur & colaturę
addantur zuechari clarificati lib. vi. & fiat syrupus coquen-
do debito modo. Nota hic unum uniuersale q̃ suis fa-
cere syrupum magis clarum, tunc in decoctione debes zue-
charum clarificare, sed tunc syrupus non est tantę uirtutis.
Ideo semper zuecharum per se clarificari soleo facere, dein-
de decoctionem supra addo.

S Y R V P V S aliud de endiuia, cuius inuentor fuit Gẽ-
tilis de fuligineo quem manu propria eius descriptum ego

iam uidi, efficacior & melior præscripto. Cuius permixtio
hęc est. R.

Succi endiuia. Succu epaticę. an. lib. iiii.
Clarificentur seu purgentur prædicti succi ad ignem ut ex-
pediat.
Rosarum. Capillorum ueneris.
Violarum. Ordei mundi.
Lętigis aquę. i. loraminę. Seminum communium frigi-
dorum maiorũ. an. ʒ. i.
Florum nenufaris.
Politrici. an. ʒ. s.

Bulliant omnia hæc secundum artem in lib. vi. aquę usque
ad consumptionem tertię partis, deinde colentur & colatu-
rę addantur zuechari clarificati lib. iiii. & fiat syrupus qui
aromatizetur cũ infra scriptis subtili modo puluerizatis. R.

Sandalorum alborum. Ligni aloes.
Sandalorum rubeorum. Cinnamon.
Berberorum. Corticum citri. an. ʒ. i.
Seminis cydoniorũ. an. ʒ. i.

Subtiliter puluerizentur & syrupsu aromatizetur. est enim
efficacior. Aromatizatio dupliciter fieri potest. primo q̃
postquã syrupsu perfecte coctus est proficiantur ea ex qui-
bus debet aromatizari, & permittantur solum una ebullitio
ne bullire, deinde ab igne remoueantur & referuentur.

Alio modo postquã syrupsu perfecte coctus est ab igne
remotus possunt aromata ex quibus aromatizari debet in-
tus apponi & simul longo tempore concutiendo misce, &
sic uirtutem accipiat earum, & hoc modo aromatizatio fit.
uterq; modus est laudabilis.

S Y R V P V S rosatus ex infusione rosarum Mes. con-
ferens adustioni febrilium uehementer siti & inflammationi
pectoris. Cuius permixtio. R.

Infusionis rosarum uiridium lib. v. Zuechari bo. lib. iiii.
Misce & fiat syrupus decoquendo debito modo.

Modus infusionis rosarum talis est. Accipe foliorum ro-
sarum uiridium mandatarum lib. vi. ponantur in uase uitrea
to stricti orificii, & super eas fundatur aquę feruentis lib.
xv. & stringatur orificium uasis, & dimittatur per horas ix.
Deinde coletur & bene rosę exprimantur, & postea abiiciã-
tur. Et iterum tantundem foliorum rosarum retentium in
dicto uase ponantur, & supra dictam aquam colatam quę
deno fuerit calefacta proficiatur & obturetur & permitta-
tur ut supra, & iterum tertio hoc fiat, deinde coletur. & si re-
seruare uolueris apponatur ad solem per dies x. in uase ui-
treo stricti orificii & distilletur parum olei oliuarum in orifi-
cio eius, postmodum referua, & de dicta infusione accipe
quando uolueris ponendo æqualem quantitatem zuecha-
ri cum ea.

S Y R V P V S de rosis ficcis magistralis confert fluxuũ
uentris ex caliditate. R.

Infusionis rosarum siccarum rubearum.
Zuechari clarificati. an. lib. ii.

Misce & fiat syrupus decoquendo debito modo.
Infusio rosarum siccarum fit ut infusio rosarum uiridium
hoc excepto q̃ loco uiridium ponuntur rosę ficcę, sed se-
cundum eandem quantitatem tam de rosis q̃ de aqua. Om-
nes syrupsu restringentes ut syrupsu rosatus, de granatis, de
myrtis, & ceteri constrictiui debent bene decoqui, lenitiuũ
uero uiolati econtrario.

S Y R V P V S de succo rosarum in acutis & peracutis
febrilibus & soluit naturam cum facilitate. R.

Succi rosarum rubearum lib. iiii. Zuechari. lib. iiii.
Et cum aqua fontium clarificetur, & fiat syrupus.

S Y R V P V S de succo acetosę Mes. confert febris
bus cholericis & inflammationi stomachi & confortat cor
calidum & stomachum & est conueniens febrilibus pestilen-
tialibus. R. Succi acetosę purificati lib. iiii. Zuechari clari-
ficati lib. ii. Et fiat syrupus decoquendo debito modo &
referuetur. In syrupsu unum uniuersale nota. Syrupsu enim
aut cum zuecharo aut cum melle aut sapa fiunt, syrupus qui
de zuecharo fit melius debet decoqui quã qui cum mel-
le cõponitur, cũ mel sit magis cõseruatiuũ & minus corru-
pibile. Et ideo syrupus cũ melle factus diutius cõseruatur.
Syrupsu

Syrupus factus de melle quanto minus decoquitur tanto magis laxat, & quanto plus coquitur tanto plus restringit. Syrupi in ætate magis coquendi sunt q̄ in hyeme, & omni tempore syrupus quanto magis coquitur tanto melior est.

S Y R V P V S de agresta Mes. confert uomitui & solutioni cholericæ & inflammationi stomachi & siti laboriosæ & febribus cholericis, & confortat stomachum prægnantiū quæ facile recipiunt superfluitates, & ualet contra uenena & modus operationis eius est, sicut syrupus de acetositate citri, & quidam condiunt cum gariofilis. Cuius permixtio. R. Succi uuæ acerbæ lib. xii. Decoquatur lento igne usq̄ ad consumptionem tertiæ partis, deinde coletur & postea permittatur donec clarescat, & postea accipe de eo claro lib. vii. Zucchari clarificati lib. v. Et simul coquantur usq̄ ad perfectam coctionem & referuetur. Succus iste extrahi debet ex uuis citrinis declinantibus ad rubedinem non maturis ultima hebdomada Iulii & post ipsarum collectionem stent per tres dies, deinde succus extrahatur antequam hebdomada illa transeat, quia elapsa illa hebdomada stella canis absconditur & succus non est tantæ perfectionis. Insuper incidenter hic est notandum q̄ illa quæ dantur pro fluxu uentris ad constringendum debent exhiberi statim ante cibum. Quæ uero propter uomitum dantur immediate sumpto cibo danda sunt.

S Y R V P V S de papauere Mes. conferens ad tussim sic causa & ptisim & catarrum faciens ad somnum. R. Papaueris albi. Seminis lactuæ. 3.xi. Papaueris nigri & proprie capita eorum. an. 3.50. Seminis cydoniorū. an. 3.vi. Capilli ueneris. 3.xv. Zucchari albi. Liquiditiæ. 3.v. Penidiorum. an. 3.viii. Iuubarum numero. xxx.

Coquantur omnia in lib. iiii. aquæ pluuialis usq̄ ad consumptionem medietatis, deinde coletur. Et clarificetur cū prædicto zuccharo & penidiis & fiat syrupus. Semina omnia mucilaginem facientia non sunt sic ad bulliendum seu decoquendum cum aliis rebus ponenda, sed sunt in peccia liganda, demum ad bulliendum ponenda, & sic uirtus earum in syrupo transit, & uiscositas quæ syrupum uiscosum redderet, retinetur &c. Alii sunt qui addunt sapa, seu uinum coctum, in hoc syrupo. 3.vi. ut dirigat uirtutem aliarum medicinarum ad pectus. sapa enim multum pectori amicitur.

S Y R V P V S de pomis simplex Mes. confortat cor debile, & sanat syncopim & tremorem cordis. R. Succi pomorum dulcium. Succu pomorum acetosorum. an. lib. v. Bulliant ambo simul usq̄ ad consumptionem medietatis, deinde infunde in eis setam tinctam in kermes. i. tinctam in grana. 3.s. & dimittatur in eis per dies duos, usq̄ dum clarescant, deinde coletur. Et colatura addantur zucchari clarificati lib. iiii. & fiat syrupus. Seta tinctam in kermes. Nota q̄ kermes scriptum cum r. sine s. idem est q̄ granum cum quo seta tingitur, scriptum uero cum f. scilicet kermes, idest passula, hoc bene nota, quia diuersitas literæ diuersificat rem. In omnibus syrups factis ex succis semper zuccharum debet esse clarificatum & coctum per se, postea uero succi sunt addendi. & ratio est, quia per longam ebullitionem succi uirtus deperditur, & hoc intelligas de succis fructuum & uinis aromaticis, quia hi parum sustinent de decoctione. Succu uero radicum quanto decoquantur, tanto puriores redduntur. Herbarum uero succi mediocrem sustinent de decoctione, & illa mediocri purificantur. Pomum simpliciter si scriptum reperitur, de malo est intelligendum. ut Matth. sylua. scribit.

S Y R V P V S de pomis compositus Mes. in sua præctica cap. de soda ex aggregatione cholericæ & flegmatis. Et conferens ad ea quæ diximus in cap. & est nobile & expertum, & confert quartanæ, & oppilationi splenis, & omni agritudini, quæ est de melancholia. R.

Capillorum ueneris. Florum ambarum. Radicum buglossæ domestice. Polypodii. Epithymi. an. 3.i. Radicū buglossæ syluestris. Folliculorum senæ. 3.vii.

Chamæpityos. Ellebori nigri. an. 3.iii. Sticados. Fumiterræ. 3.i. Chamædreos. an. 3.vii. Eupatorii. 3.iiii. Squinanti. Succu pomorum dul. 3.viii.

Omnia præscripta præter epithimum, succum pomorum, & capillorum ueneris bulliant in lib. iiii. aquæ usq̄ ad consumptionem medietatis, deinde bulliant cum eis ebullitione una epithimum & capilli ueneris, postea coletur, & cū succo pomorum & zucchari clarificati lib. ii. fiat syrupus debito modo decoquendo. Zuccharum q̄ in syrups ingreditur, semper debet clarificari & purgari, & non solum in syrups, sed in omnibus compositis, in quibus zuccharum intrat. Modus igitur clarificandi talis est, quod pro omni lib. zucchari accipienda sunt duo albumina ouorum uel unum ad minus & lib. i. aquæ & simul aqua & albumina ouorum manibus sunt concutienda. Illa concussione multa spuma resultabit, & quanto magis concutientur, tanto maior fiet. In illa igitur spuma exponantur, & diu bullire permittantur, & usq̄ ad consumptionem medietatis, deinde ad staminatam panni bene lotam illa omnia bene colabis, & sic erit zuccharum clarificatum seu purificatum. Sed si uis clarificari syrups & iulep sine albuminibus ouorum, ita q̄ remaneant clarissimi & aurei coloris dum coquantur, ponatur in uase succi granatorum acetosorum in fine decoctionis. 3. i. s. mirabiliter enim clarificat. Et idem facit parum uini boni electi, quando uinum granatorum non haberetur.

S Y R V P V S de granis myrti Mes. usualis, confert solutioni antiquæ & tussi, & confortat stomachum, & pulmonem, & uiscera. Et eius modus est sicut syrupus de agresta. Cuius permixtio. R. Succu myrtillorum lib. vi. Zucchari lib. iiii. s. Misce & fiat syrupus secundum artem.

S Y R V P V S de myrtis magistralis ualet ut supra. R. Granatorum myrtillorum. Spodii. Carnium cydoniorum. Hypocisthidos. an. 3.iii. Sumach. Gummi arabici. 3.ii. Acaciæ. Masticis. 3.s.

Rosarum rubearū. an. 3.i. Bulliant hæc omnia in lib. iiii. aquæ secundum artem usque ad consumptionem tertiæ partis, deinde coletur & colatura addantur zucchari clarificati lib. iiii. & fiat syrupus. Syrupus de myrtis Mes. non fit in certis partibus, quia succus myrtillorum haberi non potest, & si haberi posset melior & perfectior isto esset &c.

S Y R V P V S de corticibus citri Mesue, stomachum confortat, & facit oris odorem bonum. Cuius permixtio.

Recipe corticum pomorum citri recentium lib. i. Setae rindæ in kermes. 3.s. idest in grana. Corticum cydoniorum lib. s. Decoquantur in aqua fontium lib. v. usque ad consumptionem duarum partium, deinde addatur zucchari clarificati & cocti lib. i. coquantur usq̄ ad formam syrups, & in fine aromatizetur cum musci. gra. iiii. Aduerte hic q̄ cortices cydoniorum debent poni in fine quasi decoctionis, eo quia parum sustinent de decoctione, & hoc ratione aromaticitatis suæ. Ad clarificandum zuccharum apponenda est pro omni lib. i. zucchari aquæ communis lib. i. & dicta quantitate bene clarificatur & purgatur &c.

S Y R V P V S de acetositate citri Mes. Cuius suauitatem est magnum in extinguendo inflammationes cholericæ rubæ, & febres inflammatorias uehementes & febres pestilentiales, & proprie quæ sunt in ætate uenenosa. Et confert ebrietati, uertigini, & siti uehementi. Cuius permixtio hæc est. Recipe. Succu acetositatis citri lib. xii. Decoquantur in uase uitreato super prunas usque ad consumptionem tertiæ partis deinde coletur, & permittatur clarescere. Postea accipe ex eo claro lib. vii. Zucchari albi clarificati lib. v. Misceantur simul & coquantur ad ignem usque ad perfectam coctionem.

Ego autem aliter soleo fieri facere, & pauci sunt aromatarum qui sciunt facere illud. Immo ferè omnes facientes hunc syrupum diu in forma syrups non potest stare, sed congelatur tanquam gella, & hoc aduenit imperitia faciendum. Sic igitur est faciendum. Accipiat illud in quo acetositas reperitur The. aroma. X iiii

citri, & ipsam in pecia subtili & spissa pone, leuiterq; pecia exprimas non uiolenter, exiet liquor clarus nō mucilaginosus. Accipe igitur de dicto liquore quantitatem dictam zucchari albi bene clarificati, & debito modo cocti, quantitatem ut supra, & cum eo pone acetositatem, & soli exponas. Sol enim consumet paruo tempore humiditatem superfluum acetositatis. Et remanebit clarum & illustrum tanquam aqua: hoc enim modo cypriani faciunt, ut ab eis accipi. Nota q; Mes. dicit. accipe de iulep depurato. Istud accipe de zuccharo clarificato & iulepizato. nō autem de iulep intelligit, ut quidam aromatarii fatui credunt &c.

S Y R V P V S uiolatus compositus Mes. confert tussi calida & pleurisi. **R.** Violarum. ʒ.ii. Seminis cydoniorū. ʒ. i. Seminis malua. ʒ. i. Iuluba. Sebesten. an. numero. xx. Coquantur hæc cum lib. vi. aquæ cucurbitæ secundum artē usq; ad consumptionem tertie partis, Zucchari clarificati lib. i. s. & fiat syrupus debito modo decoquendo. Aqua cucurbitæ fit incidendo cucurbitas in grossa frusta, deinde ponantur in alembico, & aqua extrahatur.

S Y R V P V S uiolatus ex infusione Mes. cōferens ad febrē & inflammationi & asperitati pectoris & tussi & pleurisi. Cuius permixtio. **R.** Aquæ infusionis uiolarum lib. v. Zucchari clarificati lib. iiii. Misce & coquantur cum facilitate, & reseruetur. Modus infusionis uiolarum hoc modo fit. Accipe uiolarum recentium lib. vi. ponantur in uase uitreato stricti orificii, & postea fundatur super eas aquæ pluuialis bullientis lib. xv. & stringatur orificium uasis, deinde permittatur per horas. ix. His elapsis coletur aliquantulum exprimendo, & denuo in uase prædicto tantum de floribus uiolarum recentium ponatur, & denuo eadem aqua bene calefacta super eas mittatur, & stringatur orificium uasis, & sic per horas. ix. dimittatur, & iterum tertio hoc fiat seruando modum bis per te seruatum, & dimitte per horas. ix. & postquā aqua infrigidata fuerit coletur à uolis. Et si illā cōseruare uolueris ponatur in uase uitreato stricti orificii, & distilletur parum olei in orificio eius, & stringatur caput eius, deinde soli exponatur per dies. xi. deinde remoueatut, & conseruetur. Viola sunt colligendæ in mēse Martii, & de eis syrupum facias, & omnia alia necessaria. Syrupus uiolatus si simpliciter reperitur scriptum, de syrupo isto ex infusione semper est intelligendum, & non de composito siue de syrupo uiolato composito &c.

S Y R V P V S de iulubis Mes. conferens ad raucedini uocis, & tussi, & pleurisi. Cuius permixtio. **R.** Iulubarum. nu. ix. Seminis melonum. Violarum. Seminis lactuca. Seminis maluarum. an. ʒ. v. Dragaganti. an. ʒ. iiii. Capillorum ueneris. ʒ. i. Liquiritia. Seminis cydoniorum. Ordei mundi excorticati. Seminis papaueris albi. an. ʒ. i.

Decoquantur in lib. iiii. aquæ fontium secundum artem uel aqua pluuiali usq; ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & colaturæ addatur zucchari clarificati lib. ii. & fiat syrupus debito modo decoquendo. In hac compositione ne ferè omnes textus sunt corrupti. litera enim multorū dicit iulubarum lib. x. q; hæc litera falsa sit, apparet cum dicit, coquantur in lib. iiii. aquæ. non enim possibile est, cum maior sit quantitas iulubarum quam aquæ. De ordeo nota q; auctor uult q; excorticetur amoto enim cortice exteriori tollitur uirtus eius absterfua, & remanet uirtus lenitiua cum aliquali siccitate. Dicit insuper in aqua fontis coqui debet, eo quia post pluuialem subtilior est & penetrationi aptior. De aqua pluuiali multa infra dicentur.

S Y R V P V S de scabiosa Magistralis. **R.** Radicum scabiosæ. M. i. ordei mundi à cortice superiori. M. ii. Corallorum rubeorum. ʒ. ii. Aquæ pluuialis lib. x. Bulliant omnia simul usq; ad crepaturam ordei, & cocturam radicis, deinde colentur exprimendo. Cui colaturæ & expressioni addatur Succus scabiosæ lib. i. Et iterum cum prædictis bulliat succus usq; ad ipsius purificationem, deinde coletur & his addatur zucchari clarificati lib. ii. Pulueris corallorum rubeo-

rum. ʒ. ii. Coquantur usq; ad perfectam coctionem & reseruetur. De aqua pluuiali & de corallis in isto syrupo cum resstringant, & syrupus iste dilatat partes pectoris. Ratio dicitur in syrupo de liquiritia, ubi ponitur aqua rosata, quia eadem est ratio &c.

S Y R V P V S de granatis Mes. ualet cōtra febres cholericas & hegmaticas multæ inflammationis & sitim. Cuius permixtio hæc est. **R.** Vini granatorum dulcium, & uini granatorum acetosorum. an. lib. v.

Coquantur simul usque ad consumptionem medietatis, & dimittatur postea per duos dies dum clarescat, & resideat postea remotis à residentia colentur, & his addatur zucchari clarificati lib. iiii. & coquantur ad formam syrapi. Et in medio coctionis addatur setæ tinctæ in kermes idest in grana. ʒ. ii. & permittantur usq; dum facta sit perfecta decoctio.

Vinum granatorum fit. Accipiendo grana granati mundata à corticibus, & inuoluuntur pecia, & sub torculari ponuntur & exprimuntur, & facta expressione colatur, & in ampullis ponitur, & soli exponitur per aliquos dies, deinde sine residentia seu sine fece mittatur. postmodum oleum oliuarum super illud apponitur & reseruetur. bene per annos. iiii. conseruetur in bonitate. Hic notandum q; zuccharum quod ingreditur in isto syrupo debet esse ab aqua decocta purgatum, ita q; in eo nulla uel bene pauca sit aqua, quando uinum prædictum granatorum cum eo miscetur eo quia si longa coctione cum aqua coqueretur uirtus eius deperderetur.

S Y R V P V S de mentha Mes. ex inuentione nostra, & est in usu, ualet ad stomachum frigidum, confortat nauisam, uomitum fluxum uentris singultum sedat. Cuius permixtio hæc est. **R.** Succu cydoniorum muzorum & dulciū. Succu granatorū acetosorum dulcium & muzorum. an. lib. i. s. Proficiatur super eos Mentha sicca. lib. i. s. Foliorum rosarum rubeorum. ʒ. ii. Et simul dimittantur per diem & noctem, deinde coquantur cum facilitate usque ad medium. i. mediocri decoctione, deinde colentur & his addatur. Zucchari clarificati lib. ii. Et fiat syrupus debito modo coquendo, & aromatizetur cum gallia. Syrupus nihil aliud est quam decoctio uel succus inspissatus cum aliqua re dulci scilicet uel cum melle uel cum zuccharo uel sapa. Succus autem est rob. Rob enim est succus inspissatus per decoctionem ab igne uel sole sine aliqua re dulci, & hæc est ipsorum differentia. Muzum enim proprie dicitur, cuius sapor est compositus ex dulci & acetoso. In hoc syrupo sunt qui loco zucchari ponunt mel. Ego enim zuccharum magis laudo. cum ad maiores intentiones cum zuccharo facto conueniat maioremq; temperantiam habeat. Vbi uero intenderemus calefactionem maiorem, cum melle fieri potest.

S Y R V P V S dinarii & eius interpretatio est syrupus de bizantiis Mes. faciens ad febres oppilationum & febres colericas & hegmaticas, quarum difficilis est eradicatio, & ad iteritiam. Cuius permixtio hæc est. **R.**

Succi endiuia. Succi boraginis uel
Succi apii. an. lib. ii. Succi buglossæ. an. lib. i.
Succi lupulorum.
Bene depurentur deinde depurati bulliant in eis.
Foliorum rosarum rubeorum. ʒ. ii. Seminis anisi.
Liquiritia. ʒ. iii. Seminis feniculi.
Spica. ʒ. ii. Postea colentur. Seminis apii. an. ʒ. iii.

Accipe igitur de prædicta colatura lib. iiii. zucchari boni & clarificati lib. ii. s. Et coquantur cum facilitate omnia simul, donec ad formam syrapi coquantur, & reseruetur, & hic erit syrupus de bizantiis sine aceto. Si uero facere uolueris dictū syrupum cū aceto, Addas ad omnē partē succorum depuratorū partē mediā. Cū igitur in dicto syrupo apposueris lib. iiii. succorū in quibus fuerint bullitæ res præscriptæ ponas aceti lib. ii. Et erit syrupus de bizantiis cum aceto. nihil ultra erit addendum uel minuendum. Hic multū laborant aromatarii diuersimode ut succos conseruare possint, & non tantum istos sed omnes alios, Quidam uero post

ro post expresionem dictorum succorum bullire ad ignem eos faciunt, deinde referuant, & hoc modo corumpuntur. Alii post expresionem & colaturam factam cum staminia ad solem ponunt, & facta residentia remouent illos a residentia, deinde referuant, & hoc modo etiam corumpuntur. Ego uero post expresionem illos colari facio per staminiam, deinde iterum colari facio per sacculum factum ex tela spissa, ac sic clarificare syrupum intatum q̄ pars grossa super perilla hoc modo purificatur. Et quando non transit propter partem spissam claudentem sacculum, tunc uacuo & sacculum bene lauo, deinde repono succum, & sic facio donec totum sit colatum, deinde in ampulla pono, & supra parum olei oliuarum, deinde soli expono per dies .xv. & si residentiam aliquam faciunt illam amoueo, & illos sic colatos referuo non solum per annum, sed per annos & menses, & sic facio de uino granatorum & cydoniorum semper ponendo oleum. Illud enim a putrefactione conseruat, & tu bene nota. Succus enim isti & similes herbarum in uasis uitreatis uel uitri conseruari debent. Liquores uero oculorum debent referuari in uase aneo. Hic nota q̄ succi hi & omnium herbarum solum per annum conseruantur in sua bonitate si cum oleo, ut supra, aptentur, & non plus: quare in capite anni debent succi de nouo fieri, & antiqui alterius anni abiici, cum iam omnem uirtutem suam amiserint.

SYRVPVS de fumoterra maior Mef. quod est in usu stomachum & epar confortat oppilationem aperit & morbos cutis curat, & proprie quorum materia sunt humores salsi aut adusti, sicut est scabies impetigo serpigo & lepra. Cuius permixtio. R.
 Mirabolanorum citrinorum. Liquiritia.
 Mirabolanorum kebulorum. Rosarum rubearum. an. 3.iiii.
 Mirabolanorum kebulorum. an. 3.xx. Epithymi.
 Florum boraginis uel buglosae. Polypodii. an. 3.vii.
 Violarum. Prunorum.
 Absinthii. Passularum. an. 3.vi.
 Cuscutae. an. 3.i. Tamarindorum.
 Cassiae fistulae. an. 3.ii.

Hae omnia bulliant secundum artem in lib. x. aquae usq̄ ad perfectam coctionem, cassia & tamarindis exceptis, deinde colentur, in aqua colaturae dissoluantur cassia & tamarindi, deinde addatur Zuechari clarificati, Succus fumitterae depurati an. lib. iii. Et coquantur ad formam syrupi. Bulliant in aqua, tunc de aqua communi est intelligendum, s. uel pluuia si uel fontis, & non solum in hoc syrupo, sed in omnibus aliis compositionibus, in quibus absolute reperitur bulliant in aqua. In aliquibus receptis, & etiam fuit opinio multorum, q̄ in hac recepta rosae non essent apponenda, & dicunt q̄ fuit error scriptoris q̄ scribere debebat liquiritiae rasae, & scripsit rosae, sed salua pace scriptorum dico, q̄ rosae apponenda sunt, & auctor illas apposuit ut ipsarum uirtute reprimatur acuitas multarum medicinarum in ista compositione intractantur &c.

SYRVPVS de prasio Mef. conferens senibus & frigidis natura, & aegritudinibus, quae sunt in pectoribus eorum, & tussi antiquae, & asthmae & stegmati grosso & putrido, & proprie ei cuius difficilis est spiratio. Cuius permixtio. R.

Prasii. 3.ii. Seminis maluae.
 Hyssopi. Foeniculi.
 Capillorum ueneris. an. 3.vi. Ireos. an. 3.iii.
 Liquiritiae. 3.i. Seminis lini.
 Calamenthi. Seminis cydoniorum. an. 3.ii.
 Seminis anisi. Passularum. 3.ii.
 Radicum apii. Ficuum siccarum. nu. xv.
 Seminis foeniculi. an. 3.v.

Bulliant haec omnia secundum artem in lib. x. aquae usq̄ ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & his addantur. Penidiarum lib. ii. Mellis purificati lib. ii. Et fiat syrupus debito modo decoquendo. De prasio nota q̄ in hoc syrupo ponenda est herba prasii non succus. Electuarium uero fieri debet ex succo non de herba. Varia reperitur litera in di-

uersis Mef. de hoc syrupo. in aliquibus enim basis huius syrupi est radix foeniculi & apii, in aliquibus ficus, in aliquibus hyssopi, in aliquibus capillorum ueneris. Et si sic non debet appellari syrupus de prasio, quia alia & alia est intentio quam ponunt Mef. sed recepta debet stare ut supra scripta est, & sic erit intentio syrupi de prasio secundum Mef.

SYRVPVS de absinthio Mef. conferens ad casum appetitus, & debilitatem stomachi, & mollificationem uiscerum, & debilitatem epatis & dolorem. Cuius permixtio. R.
 Absinthii romani. 3.vi. Foliorum rosarum rubearum. 3.ii.
 Spicae. 3.iii. Infundantur haec omnia per diem & noctem in uino albo bono antiquo & odorifero. Succus cydoniorum. an. lib. ii. s. Ponendo in lapideo uase, deinde coquitur cum facilitate usq̄ ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & colaturae addantur mellis bene purificati lib. ii. & fiat syrupus debito modo coquendo. In una compositione si inuenitur una res, cuius plures sunt species quam illarum rerum debemus intelligere uerbi gratia, cum scribitur spicae uel rosarum &c. dico q̄ debemus intelligere speciem praeruaentem aliis in uirtute ut de spica nardi quae melior est, & de rosa rubea, quia illa praeruaent albis in uirtute &c.

SYRVPVS de epithymo Mef. choleram nigram & humores adustos cum uirtute expellens, morbos ex eis factos curat, & confert proprie eis qui parati sunt ad lepram, & qui cancrum patiuntur, & uulnera fraudolenta, & fistulas, & scabies, & saphati. Cuius permixtio haec est. R.

Epithymi boni & ortensis. Mirabolanorum bellricorum. 3.xx. Liquiritia.
 Mirabolanorum citrinorum. Polypodii.
 Mirabolanorum indorum. Agarici.
 an. 3.xv. Sycados. an. 3.vi.
 Cuscutae. Rosarum rubearum.
 Fumiterrae. an. 3.x. Seminis foeniculi.
 Thymi. Seminis anisi. an. 3.ii. s.
 Calamenthi. Prunorum. nume. xx.
 Buglosae. s. herbae. Passularum enucleae. 3.iiii.
 Mirabolanorum emblicorum. an. 3.vi. Tamarindorum. 3.ii. s.

Bulliant haec omnia tamarindis exceptis in lib. xv. aquae secundum artem usq̄ ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & cum praedicta colatura dissoluantur tamarindi, deinde addatur zuechari clarificati lib. iii. Rob. i. uinum coctum seu sapa lib. ii. & fiat syrupus debito modo coctus.

Epithymi ortensis, dicitur ortensis, eo quia ortense minus uigorosum est, quam quod in montibus nascitur, & comuniter minorem habet malitiam. Et hoc scribit Sauonarola in sua practica cap. de hydropisi ascite de succo radicis ireos, & tu uide, & Auc. lib. 2. cap. 6. ubi dicit q̄ res syluestres sunt omnibus domesticis fortiores, & de syluestribus q̄ montanae sunt fortiores. Passulae in hoc syrupo ponuntur ut uigorent operationem epithymi, & remoueant malitiam ipsius quae timetur ex sua nitrositate. Et ut confortent operationem mirabolanorum, & remoueant ab eis malitiam hanc, quae est ut non remaneat in uillis stomachi & intestinorum. Folia colligenda sunt quando habent quantitatem debitam & non sunt parata ad casum, & non amiserunt colorem suum proprium.

SYRVPVS de thymo Mef. conferens aegritudinibus pectoris & pulmonis frigidis, & stomachi, & epatis, & est medicamen bonum, & confert frigoribus qui sunt in hyeme, & confert frigidis complexionibus. Cuius permixtio. R.

Extrematum thymi. 3.ii. Seminis apii.
 Calamenthi. Seminis dauci. an. 3.iiii.
 Menthae siccae. an. 3.v. Passularum enucleatarum.
 Seminis anisi. i. ab omni immunditia purgatarum. 3.iiii.
 Seminis foeniculi. an. 3.iiii.

Bulliant haec omnia secundum artem in lib. x. aquae usq̄ ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & colaturae addatur mellis purificati lib. ii. & fiat syrupus debito modo coquendo, & aromatizetur cum gallia. 3.ii. Si in receptis reperitur gallia absolute scripta, de gallia magna est intelligendum tanquam de digniori & perfectiori. Passulae hoc in syrupo ponuntur ut corrigant & uigoret uirtutem thymi,

THESAVRVS

quemadmodum de epithymo supra dictum est.

S Y R V P V S de artemisia Magistralis. ualet ad oppilationem matricis, doloribus eius, & malæ complexionis. *R.*

- | | |
|---------------------------|----------------------------|
| Artemisia. | Polypodii. |
| Capillorum ueneris. | Gentiana. |
| Sauina. | Rubeæ tinctorum. an. M. i. |
| Camedreos. | Spicæ. |
| Camapiteos. | Alfari. |
| Origani. | Thymi. |
| Ipericon. | Epithymi. |
| Cyperii. | Camomillæ. |
| Squinanti. | Rosarum. an. 3. i. |
| Ozimi. | Maiorum. an. 3. s. |
| Sanfuci. | Seminis apii. |
| Calamenti. | Seminis foeniculi. |
| Scolopendriæ. | Seminis petrosillii. |
| Betonicæ. | Ameos. |
| Scabiosæ. an. M. i. | Carui. |
| Violarum. 3. i. | Iuniperi. |
| Sandalorum rubeorum. | Milii solis. |
| Seminu cõmuniu frigidoru. | Seminis rutæ. an. 3. ii. |
| Lupuli. | |

Bulliant omnia hæc in aqua sufficientis quantitatis secundum artem, & stent prius in ea infusi per horas. x. Cinnamomi. 3. l. s. Serapini. Armoniaci. an. 3. s. Diætæ gumma ligentur in pecia. Et omnia simul bulliant usq; ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & colaturæ addatur Mellis purificati lib. vi. & fiat syrupus debito modo coquendo. Cõquid secundum artem hoc modo intelligitur. Est enim aliqua medicina, quæ multum sustinet de decoctione, ut sunt radices. Aliqua minus illa, ut sunt stipites plantarum. Aliqua iterum minus, ut sunt folia. Aliqua adhuc minus & sunt fructus. Aliqua iterum minus, & sunt semina. Aliqua minus, & sunt flores. Igitur cum tu decoquere uis aliquem syrupum uel aliquam decoctionem, primo ponas ad bulliendum radicem. 2. stipites. 3. folia. 4. fructus. 5. semen. 6. flores, & hoc modo coques secundum artem. Ista regula non generalis est, sed ab ea excipiuntur quædam herbæ, & semina, ut inferius declarabitur, ubi numerabuntur & semina, & herbæ parum sustentia de decoctione, sed hanc regulam possunt, quia sicut in pluribus euenit, & fieri debet, inferius clarius dicetur, declarabiturq; sigillatim quæ medicinæ sustineant & quæ non. Semina omnia colligenda sunt, quando sunt matura, & aquositas propria ab eis est separata.

S Y R V P V S de sticados Mes. expertus ad omnes ægrotudines neruorum frigidæ, sicut est paralisis, epilepsia, spasmus, tremor, & tortura. Cuius permixtio. *R.*

- | | |
|------------------------|------------------------|
| Sticados. 3. xxx. | Pyrethri. 3. vii. |
| Alfæ, idest thymus. | Piperis longi. 3. iii. |
| Calamenthi. | Zinziberis. 3. ii. |
| Origanl. an. 3. x. | Passularum. 3. iiii. |
| Seminis anisi. 3. vii. | |

Bulliant hæc secundum artem in aqua sufficientis quantitatis usq; ad consumptionem tertiæ partis. Postea colentur, & colaturæ addatur Mellis purificati lib. v. Et fiat syrupus debito modo coquendo. Et facta quasi perfecta coctione uel parum distante à decoctione, ponantur hæc grosso modo cõfracta, & in pecia ligata uidelicet.

- | | |
|---------------------|-----------------------------|
| Cinnamomi. | Zinziberis. |
| Calami aromatici. | Piperis nigri. |
| Spicæ. | Piperis longi. an. 3. i. s. |
| Croci. an. 3. i. s. | |

Et referuetur in uitreato uase in quo si uis peciam potes relinquere in qua sunt aromata. Bulliant in aqua sufficientis quantitatis. Nota q; ista sufficiens quãtitas diuersificatur multiplicitate. Nam quando sunt res, quæ multum sustinent de decoctione, tunc pro omni. M. i. ipsarum apponi debet, aquæ bocalia quatuor. Si uero mediocrem, medietatem. Si parum bocale unum tantum. Si uero mensuretur unciis, debes pro omni lib. rerum ponere lib. vi. aquæ si multum sustinet de decoctione. Si mediocre lib. iii. Si parum lib. i. s. Et ideo caueat uiri in manibus rudium aromatariorum se ponentes. Et do-

mini medici bene cõsideret, quis aromatarius sit, q; suas ordinationes dispesat, q; si ignarus, ne & aia & honori suo & c.

S Y R V P V S de hyssopo Mes. confert asthmati, & tussi, & dolori pectoris & lateru, & lacertis pectoris. Cuius permixtio hæc est. *R.*

- | | |
|------------------------------|-----------------------------|
| Hyssopi sicca. | Seminis malte. |
| Radicum apii. | Dragaganti. an. 3. iiii. |
| Seminis cydoniorum. 3. iiii. | Iulubarum. |
| Capillorum ueneris. 3. vi. | Sebesten. an. num. xxx. |
| Radicum foenicul. | Passularum enucleatarum. |
| Radicum petrosillii. | 3. i. s. |
| Liquiritiæ. an. 3. x. | Ficum siccarum. |
| Ordei mundi. 3. iiii. | Dactylorum ping. an. nu. x. |

Coquantur omnia secundum artem in aqua sufficientis quantitatis in aqua pluuiali usq; ad consumptionem duarum partium, deinde colentur, & colaturæ addatur Albarum penidiarum. lib. ii. & fiat syrupus debito modo coctus.

Radices colligendæ sunt, cum folia ceciderunt, quia tunc & natura & uirtus foliorum reuertitur ad radicem, & tunc fortior est uirtus radicis. Radix si simpliciter scripta reperitur in compositis, de rassano domestico est intelligendum. Sic enim & romani & græci hodie accipiunt.

Syrupi omnes isti cõiolutus de hyssopo, de scabiosa, de liquiritia, de prasico, & iuibis, & omnes decoctiones pectorales cum aqua pluuiali faciendæ sunt, non cum aqua communi. & ratio est, quia aqua pluuialis est magis subtilis, & ratione subtilitatis magis penetratiua, factiq; uirtutes aliarum medicinarum ad partes pectoris penetrare, quæ cum alia aqua non penetrarent. Et ad dominum Auic. dicentem q; aqua pluuialis ratione subtilitatis suæ substantiæ citius p̄tresh, dico q; uerum dicit, & hoc propter impressione aeris ab extra. Sed ab intra secus est, quare bene nota.

Albarum dicit auctor penidiarum, eo quia penidii fieri debent ex zucharo albo, non cum puluere rubeo ut quidam faciunt aromatarii nostri temporis & c.

S Y R V P V S de liquiritia Mes. confert tussi antiquæ, & mūdificat pectus & pulmonem. Cuius pmixtio hæc est. *R.*

- | | |
|---|--------------------------|
| Liquiritiæ rasa & mūdæ. 3. ii. | Hyssopi sicca. 3. iiii. |
| Capillorum ueneris. 3. i. | |
| Proile super his aquæ pluuialis lib. iiii. & dimitte per diem & nocte, deinde coquantur secundum artem usq; ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & colaturæ addatur. | |
| Mellis purificati. | Penidiarum. an. 3. viii. |
| Zuchari clarificati. | Aquæ rosarum. 3. vi. |

Bulliant & coquantur usq; ad formam syrupi, & referuetur. Hic notandum q; absurdum uidetur, q; in isto syrupo auctor ponat aquam rosam, cum ipsa restringat, & hic syrupus debet dilatare partes pectoris, & hoc non solum uidetur contra rationem, sed est etiam contra facientes hunc syrupum, eo quia nulli sunt qui aquam rosam in eo ponant. Ad hoc dicendum, q; recte ponitur, & qui non ponunt multum errat, & ratio est. Nam ad hoc q; syrupus iste ualeat tussi antiquæ, & pulmonem & pectus mundificet, nõ solum oportet q; in eo sint dilatantia partes pectoris, lenientia & maturantia catharrum, ut per liquiritiam, capillos ueneris, & hyssopum fit. Sed etiam necesse est q; in eo sint ea quæ partes relaxatas adiuuent, & uirtutem expulsiuam confortent, atq; resocillent, & fortificent, & hoc fit per aquam rosatam. Igitur rationaliter ponitur. Et sunt aliqui qui ponunt aquam infusionis rosarum uiridum. Tribus modis uel altero trium modorum cognoscitur quando syrupus est coctus. primo quando accipitur cum spatula, distillat continue sicut oleum. secundo quando adheret spatulæ. tertio si ponatur super unguem una gutta remanet, & non discurrit huc uel illuc, & hæc est uera cognitio coctionis.

S Y R V P V S de eupatorio Mes. conferens febribus antiquis, & proprie eis quibus corrumpitur forma stomachi, & epatis oppilationes aperit, & confert frigiditati hypochondriorum & inceptiõni hydroplis. *R.*

- | | |
|----------------------------|-------------------------------------|
| Radicum apii. | Liquiritiæ. |
| Radicum foeniculi. | Squinanti. |
| Radicum endiuæ. an. 3. ii. | Sucaha. i. radix cardonis benedicti |

benedicti foeminae.
 Florum buglossae.
 Seminis anisi.
 Seminis feniculi.
 Cuscutae an. 3. ii.
 Absinthii.
 Rosarum rubearum an. 3. ii.
 Capillorum ueneris.

Bedegar. i. radix cardonis
 benedicti masculi. an. 3. v.
 Eupatorii. an. 3. v.
 Rauei. i. reubarbari.
 Masticis. an. 3. iii.
 Spicae.
 Assari.
 Folii. an. 3. ii.

Coquantur in lib. viii. aquae secundum artem usque ad consumptionem tertiae partis, deinde coletur & colaturae addatur Zucchari clarificati lib. iiii. Succii endiuiae depurati. an. lib. iiii. 3. ii. 3. iiii. & gra. xii. Et fiat syrupus debito modo coquendo. De bedegar & sucaha est magna diuersitas inter doctores. Auic. Matth. syl. Dioscorides, Simon ianuenensis, Plinius, & Gentilis exponunt quod est spina alba. Gentilis etiam exponens receptam fortis, quae s. can. describitur, dicit iterum quod est maneries spinae, pro qua communiter sumitur alba spina. Et infra eo libro pro expositione pillularum dicit, & bedegar est modus spinae, & creditur quod sit spina alba, hoc est quod a doctoribus elicere potui, qui confuse loquuntur, quia dato quod sit spina alba non ponunt quam partem ipsius plantae apponere debeamus. Communiter aromatarum ponunt quandam rem habentem similitudinem spongiae, quae reperitur adhaerere plantae rosae syl. & dicunt esse bedegar. Sucaha de sucaha dicit Simon ianuenensis quod est nomen arabicum, & idem importat quod spina arabica, & hoc idem dicit Galenus, Rasis, Halyabas, Matth. syl. Paulus uero uolens ostendere quid sit sucaha, est herba dulcis quae extenditur super terram, & facit capita grossa, & flores sanguinei coloris, sed haec apud nos non reperitur. Alii uero dicunt quod sucaha. i. bedegar, & bedegar. i. sucaha, & sic exponunt ignotum per ignotum. Alii uero postponentes rationum uirorum ambiguitates solent hoc in syrupo apponi facere iuncos marinos, & radices cardonis benedicti, & dicunt quod duo haec uidentur de mente auctoris, cum illa sint aperitiua prouocatiua uirinae, confortatiua epatis, quae omnia quaeruntur a syrupo de eupatorio, & quod reperiunt experimento bene eis succedere.

Sed & hi & illi a ueritate sunt multum distantes. Igitur scias quod bedegar est radix cardonis benedicti, quae masculus dicitur nullum florem faciens, nec thyrsum, sed folia extenduntur super terram, & folia striciora sunt & breuiora sucaha magis 3; incisa. Sucaha nota est radix cardonis benedicti florem faciens cum grossa capite, cum paruo thyrso, imo a radice non extenditur per longitudinem spatia seu eleuatur, & in futura & propinqua pluuia constringitur, & in sereno dilatatur, & foemina dicitur. differt a superiori cardone per folia, thyrsum, & florem. Apud nos non reperiuntur uel raro duo hi cardones, sed portantur a montibus Bilinzone in confinibus teutonicorum Ducis Mediolani, in montibus & saxis oriuntur, & haec est uera expositio, & declaratio bedegar & sucaha &c. & duae haec radices in hoc syrupo ponuntur non aliud &c. Pauci insuper sunt qui hunc syrupum sciant facere. Mes. enim dicit fiat syrupus cum succis apii & endiuiae quantitate sufficienti, & nulli sunt qui hanc sufficientem quantitatem eligere sciant. Igitur nota quod per hanc sufficientem quantitatem intelligitur proportionata quantitas zucchari ad succos, quemadmodum proportionauit & posuit in syrupo de bizantiis. succi lib. iiii. zucchari lib. ii. s. quod est pro omni lib. zucchari succi depurati. 3. xix. cu. 3. i. 3. i. gra. xvi. nec plus nec minus. Illo igitur modo proportionando resultat succi quantitas praescripta supra nec plus nec minus, & haec fuit & est opinio doctoris, quare bene nota, quia pauci sunt facientes hunc syrupum secundum rationem. Flores colligendi sunt quando perfecte sunt maturi, & antequam cadant, & antequam dimittant colorem suum &c.

S Y R V P V S de calametho Mes. splenetici, & frigida habetibus uiscera, & senibus, & tussi antiquae & asthmatis. Cuius permixtio haec est. R.
 Calamenthi domestici. Cheisim idest semen leuisti ci. 3. vi.
 Squinanti. Calameti syluestris an. 3. ii.
 Dauri an. 3. vi.
 Passularum mundatarum 3. iii. Mellis purificati lib. ii.

Et fiat syrupus secundum artem.
 S Y R V P V S ad matricem Magistralis. ualet ad omnem uicium matricis, & maxime mulieribus quae sunt frigidae naturae. R.

Calamenthi. Squinanti.
 Sticados. Cyperi.
 Petrosilii. an. 3. iii. Cuscutae. an. 3. ii.
 Sauiuae. Casiae lignae.
 Camædreos. Aristolochiae longae.
 Chamepityos. Gentianae.
 Polii montani. an. 3. iii. Baccarum lauri.
 Maioran. Ameos. Reupontici. an. 3. i. s.
 Dauci. an. 3. ii. Aqua fontium lib. ix.

Coquantur omnia in dicta aqua usque ad consumptionem tertiae partis, deinde coletur & colaturae addatur Zucchari clarificati lib. iiii. & fiat syrupus secundum artem &c.

S Y R V P V S cordialis Magistralis. ualet ad tremorem cordis, & eum confortat, & stomacho subuenit, syncope, & maniacis subuenit, & aufert calorem, & sitim in corpore extinguit. R.

Mellissae. Florum boraginis.
 Endiuiae. an. M. i. Florum buglossae. an. M. i.
 Et fiat de praedictis decoctio secundum artem ut superius declarauimus in aquis, uidelicet.

Aquae endiuiae. Seminis acetosae. 3. s.
 Aquae buglossae. Vini pomorum rantiorum.
 Aquae rosarum rubearum. Vini granatorum. an. 3. iiii.
 Aquae mellissae. an. 3. iiii. Coralli albi subtiliter puluerizati. 3. iiii.

Seminis quatuor frigidorum minorum. 3. iiii.

Suspendatur cum pecia ligata in syrupo. Zucchari albi clarificati quantum sufficit. Et fiat syrupus secundum artem &c.

S Y R V P V S de cicorea Guillelmi de salis. ualet contra omnem materiam uenensam in alterando & mundificando eam, & proprie ualet in anthrace & carbunculo, & similibus & febre pituituali aestuali & autumnali. confortat cor, & nutritiua, extinguendo calorem materialem, & mundificando materiam per urinam & secessum, & facit appetere cibum, & inducit somnum. fit ut infra. R.

Foliorum cicoreae. M. i. Acetosae.
 Foliorum boraginis. Scariolae agrestis. i. batiliferae
 Lactucarum. re siue flores quae dicuntur
 Violarum dico flores. monegete & nascuntur in
 Florum scariolae. bladis. an. M. s.
 Linguae bouinae.

Conterantur grosso modo & bulliant secundum artem in lib. iiii. aquae usque ad consumptionem tertiae partis, & colentur, & in colatura addatur Zucchari clarificati lib. ii. Et bulliant simul, & in dicta bullitione addatur Reubarbari electi & puluerizati. 3. ii. & aliquando reubarbari. 3. ii. Et in usu est communiter de 3. ii. Reubarbarum suspendatur in pecia in dicto syrupo, & saepe exprimat pecia reubarbari cum manu, usquequo coctus sit syrupus. Et nota quod reubarbarum debet poni, quando syrupus erit mediocriter coctus, quia reubarbarum parum sustinet de decoctione.

S Y R V P V S Sabor regis, Mes. in practica in cap. de melancholia & mania, & uocatur Sabor rex Medorum conferens maniam & melancholiam, ex aduisione cholerae citrinae. Cuius permixtio. R.

Succi buglossae domesticae. redolentium lib. iiii.
 Succi buglossae syluestris. Folliculorum senae. 3. iiii.
 an. lib. ii. Croci. 3. ii.
 Succi pomorum dulcium Zucchari tabarzet lib. iiii.
 Fit autem sic. senae proiciatur in succis per diem & noctem post contritionem eius, deinde bulliant ebullitione una, aut ii. deinde cum zuccharo fiat syrupus. crocus autem confrictetur in panno cum decoctione, da. 3. ii. uel. iiii. cum aqua buglossae, & quando apud necessitatem datur cum aqua cafei &c.

S Y R V P V S diamoron Mes. & est conueniens ad apostemata gutturis, & uueae, & ad omnia genera praefocutionum. R.
 Expressions mororum celsi. Expressions mororum de ses

ni seu bac.an.lib.i.s.

Mellis purificati.an.lib.i.

in decoctionibus est aduertendum, ut in tractatu synporum te scire feci.

Rob.i.uinum coctum.

TERZEA ad ardore urinae Magistralis. Cuius permixtio. R.

Coquitur omnia simul usque ad spissitudinem, & referuetur.

Seminis melonis mundi. Seminis portulacae.
3.xv. Seminis papaueris al.an.

Rob idem est quod sapa, seu uinum ultimate decoctum. Rob autem proprie est quicumque succus inspissatus uel caliditate solis uel ignis. unde litera Mes. quae dicit rob est corrupta ex defectu translatoris. debet enim dicere robub. igitur quando Mes. dicit Rob. i. robub. suppleatur &c.

Cucurbitae. i. semen mundae. 3.i.s.
Incidantur minutissime & cum zuccharo albo ad pondus omnium fiat terzea &c.

SYRVPVS de limonibus ualet mirabiliter in febris bus. i. contra febres pestilentiales. Cuius permixtio. R. Suc climoncelli. lib. xii. Zucchari albi lib. v. Et fiat syrupus sicut syrupi de acetositate citri nec plus nec minus, prout patet in isto.

TRIFERA magna Nicolai. magna dicitur, quia magna utilitatem & fructum mulieribus confert datur contra dolorem stomachi uirorum & mulierum cum aqua, in qua cocta sint semina feniculi anisi & mastice. datur contra uitia matricis ex frigiditate, si distemperata bibatur cum uino, in quo cocta sit artemisia, prouocat etiam menses si fuerit cum artemisia bene trita, & oleo muscellino comixta, & pessarius ex bombace factus, si fuerit ex ea inundus in naturam mulieri immixtus non concipienti. Si datur cum uino, in quo cocta sit mandragora uel sambucum, miro modo prodest pueris, qui non possunt dormire & in nocte nimis garrulitate distemperata cum lacte mulieris in modum ciceris, & bibita prodest. Cuius permixtio. R.

SYRVPVS de Ribes stomachum, calidum confortat, uomitum cholericum sedat, sitim extinguit, cordis ebullitionem mitigat, & ipsum confortat. solutionem cholericam stringit & alterat. R. Succus ribes lib. xii. Zucchari albi lib. v. Et fiat syrupus hoc modo. primo bulliat succus ebullitione una, aut duabus, & dimittatur frigescere & clarificare, & coletur & cum zuccharo superscripto & clarificato fiat syrupus secundum artem, & feruetur in uitreato &c. Ribes quidam dicunt quod est acetosa, & quidam dicunt quod est coctus, sed falso, quoniam non est acetosa, quoniam Mes. facit festum cap. de rob de ribes a cap. de rob de acetosa similiter ubi ponit cap. de rob de ribes ait. quod ualet sicut rob de acetosa. Item non est coctus, quoniam coctus est calidus & sicca complexionis, sed ribes sunt frigida, & sicca. Albani est planta stipitem habens rubeum ad uiriditatem declinans, cuius sapor est dulcis acetositate mixtus folia rotunda uiridia nigra, cuius granum portatur de corefeni acidi saporis, de quo fit rob &c. Nos autem loco eius accipimus succum acetosae, quae est lapacum agreste, & ponere possumus. Serapio in lib. aggregationum cap. de ribes auctoritate Isaac uenaram, Ribes est planta habens capreolos recentes rubeos ad uiriditatem declinantes, & habet folia magna, lata, rotunda, uiridia, & habet grana, quoniam sapor est dulcis cum acetositate & ipsa est frigida & sicca in secundo gradu, & signum super hoc est acetositas eius & stipicitas, & hoc contingit quod infrigidat stomachum, & aliqui dicunt quod est frigidus & siccus in tertio gradu. Nascitur autem planta ista in montibus syriae frigidis niuosis, & patet in pandectis.

Cinnamomi. Acori.
Galangae. Rosarum rubearum.
Gariofilorum. Piperis nigri.
Zedoariae. Seminis anisi.
Zinziberis. Seminis apii.
Costi. Seminis petrosillii.
Storacis calamitae. Seminis feniculi.
Calami aromatici. Macedonici.
Cyperii. Dauci.
Radicum Ireos. Ozimi. i. semen basiliconis.
Peucedani. Seminis iusquiami.
Corticum mandragorae. Cimini.
Spicae caelicae. Diptami. an. 3.i.

RIASANDALI Nicolai dicuntur a tribus generibus sandalorum quae ibi intrant. Datur proprie contra calorem epatis, stomachi, phthysicis, ictericis. Cuius permixtio. R.

Sandalorum alborum.	Gummi arabici.
Sandalorum rubeorum.	Dragaganti. an. solidum. i.
Sandalorum citrinorum.	idest. an. 3.i.s.
Zucchari albi. an. solidos	Seminis melonum.
duos idest. an. 3.iii.	Seminis cucumeris.
Reubarbari.	Seminis citrulli.
Spodii, scilicet de canna.	Seminis cucurbitae.
Succi liquiritiae.	Seminis scariole. an. solidum.
Seminis portulacae. f. dome	idest. an. 3.i.s.
sticcae. an. solidum. i. s. idest.	Camphorae. 3.i.s.
3.i.s. 3.i. gra. ii. s.	Rosarum rubearum. 3.i.s.
Amidi. solidum. i. idest. 3.i.s.	Puluerizentur subtiliter.

Syrupi rosati lib. ii. & fiat electuarium. Sed communiter fit in forma solida. Solidus enim idem est quod 3.i.s. ut omnes doctores affirmant, & exagium, idem etiam est, & non differt a solido nisi solum nomine. Omnia simplicia ex quibus confectiones electuaria & compositiones omnes componuntur non sunt simul terenda. Sed quaelibet simplex medicina per se conterenda est & puluerizanda, & ratio est, quia omnia non sunt eiusdem complexionis & substantiae. Immo quaedam sustinent multum de contritione, & quaedam minus. Cinnamomum enim & macis sunt raris substantiae, gariofilum uero & gummae sunt densiores substantiae, quae propter ut ex contritione uirtus ipsorum non deperdatur, omnia de per se debent puluerizari, quod secus faciunt aromatarum nostri temporis & male, immo nimirum si composita non habet uirtutem a doctoribus limitatam. Et hoc idem

Nota quod quauis in multis confectionibus reperies scriptum mellis cocti, quod tamen cum melle crudo & mudo possumus confectiones fieri, & illud habet minus de spissitudine & magis de penetratione. Igitur ab auctoribus saepe inuenies scriptum mellis cocti, & quandoque mellis crudi. ut per hoc intelligas, quod utrumque potes ponere & conuenienter.

TRIFERA persica Mes. experta apud persas, & confert febribus acutis, & inflammationi stomachi, & epatis, & ictericis calidis de oppilatione in colicam statem acquirunt uisum a fumis cholericis deperditum reparat. Sitim mitigat, morbos adustionis fieri prohibet, & est medicina magna in aestate pestilentiali & autumnali. Cuius permixtio. R.

Succi solatri.	Prunorum damascenorum
Succi endiuiae.	numeno. 50.
Succi apii.	Cuscuthae. 3.iiii.
Succi lupulorum depurati.	Mirabolanorum kebulorum.
an. lib. i.	Mirabolanorum indorum.
Folliculorum senae. 3.ii.	Mirabolanorum citrinorum.
Violarum siccarum, aut uiri	an. 3.ii.
dium. 3.iiii.	Spicae. 3.iii.
Agarici. 3.i.	Epithymi. 3.xl.
Inuoluatur mirabolani in oleo	amigdalarum dulcium.
Tamarindorum. 3.iii.	Zucchari fini albi. lib. iii.
Mannae electae. 3.i.s.	Aceti uini. lib. i.
Cassiae fistulae. 3.iiii.	Reubarbari. 3.ii.
Zucchari uiolati. lib. i.	Mirabo. citrinorum. 3.i.s.

Mirabolanorum

Mirabolatorum kebulorū. Mastice.
 Mirabolatorum indorum. Cubebe.
 an. 3. viii. Spodii.
 Mirabo. emblicorum. 3. iiii. Sandali citrini.
 Mirabola belliricorū. 3. iiii. Quatuor seminum. s. semi-
 Granorum fumiterræ. na cōia frigida. an. 3. ii.
 Trociscorum diarodon. Anisi. 3. iiii.
 Macis. Spicæ. 3. ii.

Modus confectiois eius est, ubi dicit Solatri, Endiuæ, Apii, & lupulorum, uult ut sint succus depurati. an. lib. i. & proiciatur super eos uiolarum, folliculorum, agarici, prunorum cuscute, mirabolani kebuli, mirabolani indi, mirabolani citrini, spicæ, & accipiatur de suprascriptis quantitas sicut prius diximus, & bulliant super prunas cum facilitate dum remaneant lib. ii. & in istis suprascriptis sint succi lib. ii. & bulliant simul & proiciatur super ista epitymi boni, inuoluantur mirabolani in oleo amigdalorum dulcium uel oleo uiolato, & bulliant ebullitione una, & deponatur ab igne, & excoletur, & dissoluantur in una parte istius colaturæ tamarindorum castiæ, manniæ zucchari uiolati, colentur & mundenatur à granis & scophis, & in alia parte aquæ proiciatur zucchari fini & aceti coquantur cum facilitate, deinde pone syrupum istum quod dissolutum est in succis, & aggregentur similiter, & coquantur usque ad mellis soliditatem. ultimo uero proiciatur super istud reubarbari, mirabolani citrini, mirabolani indi, mirabolani kebuli, mirabolani bellirici quantitas sicut prius diximus quatuor granorum fumiterræ, trociscorum diarodon, macis, mastice, cubebe, spodii, sandali citrini, anisi, spicæ, uoluantur in oleo uiolato, & reponantur in uase uitreato, & da cum aqua frigida, uel cum aqua endiuæ, aut solatri. dosis est. 3. i.

TRIFERA minor ex arte senonis Mes. ualet ad corruptionem & exuberantiam menstruorum & hæmorrhoidarum, & ad corruptionem formæ, & debilitatem stomachi, & destruit humorem crudum, & clarificat colorem & confortat uescam, & abscindit fluxum uentris. Cuius permixtio. R.

Mirabolatorum kebulorū. Ameos.
 Mirabolatorum indorum. Zinziberis.
 Mirabolatorū belliricorū. Carmezit. i. fructus tamaris
 Mirabolatorū emblicorū. sci uel fios.
 Nucis muscatæ. an. 3. v. Spicæ.
 Nasturcii. Squinanti.
 Assari. Cypri. an. 3. iiii.
 Origani persici. Scoriz ferri nutritæ in aceto
 Piperis. per dies. v. & assatæ. 3. xx.

Olibani. an. 3. iiii.
 Mirabolani assentur cum butyro uaccino & c. inuoluantur cum oleo amigdalorum dulcium & aromatizentur cum. 3. i. Musci. Mellis quantum sufficit, & da post sex menses. dosis est à 3. i. usque ad 3. iiii. Est enim expertum & efficax & proprie ad humorositatem stomachi & putrefactionem in ipso.

Theriac magna Andromachi, quæ melior est omnibus, & quæ fieri debet. Cuius descriptionem reperi in quodam libello Gentilis de uenenis, quam, ut ipse testatur, habuit & extraxit à quodam libello Andromachi propria manu scripto. Theriaca magna Andromachi dicitur, quæ ab eo composita fuit, ualet contra grauissimas passiones humani corporis, epilepticis, apoplecticis, stomaticis, cephalalgicis, & hemicranicis, prodest ad rauedinem uocis, constrictionem pectoris, optima est arteriacis, asthmaticis, hæmoptoicis, ictericis, hydropticis, peripneumoniacis, iliofis, & uulnere in intestinis habentibus, freneticis, colicis, subuenit menstrua educit, & foetum mortuum expellit, lepram curat, & frigori prodest, & ceteras passiones inueteratas emendat, præcipue contra omnia uenena & serpentum morsus, & reptilium ualet, sed uniuersa est eius dosis. s. pro quantitate & qualitate uniuscuiusque passionis, quæ in Andromacho scribitur. R.

Trociscorum de squilla. Piperis nigri.
 aureos. xl. viii. Opii thebaci. an. aureos.
 Trociscorum de tyro. xxiiii.
 Trociscorum andaracaron. Cinnamomi electi.

Rosarum rubearū siccarū.
 Seminis napii syluestris.
 Scordeon. i. aliū syluestre.
 Ireos. i. radicum.
 Agarici albi.
 Succiliquiritiæ.
 Opobalsami, idest olei. an. aur. xii.
 Myrrhæ puræ.
 Croci.
 Zinziberis.
 Reubarbari.
 Radicum pentaphyllon.
 Calamenthi montani.
 Prasii, alii petrosilii.
 Macedonici. i. semen.
 Sticados arabici.
 Costi amari.
 Piperis longi.
 Pulegii indi.
 Olibani.
 Floris squinanti.
 Terbentina.
 Castiæ lignæ ni. an. aur. vi.
 Bdellii.
 Galbani.
 Asphalti.
 Oppoponaci.
 Centauræ mi. an. aur. ii.
 Spicæ nardi.
 Poli montani.
 Piperis albi. an. aur. vi.
 Storacis liquidæ.

Seminis apii.
 Sileris montani.
 Dauci. i. semen.
 Ameos. i. semen.
 Camepithyos.
 Camædreos.
 Succiliquiritidos.
 Spicæ celticæ.
 Folii indi.
 Meu.
 Gentianæ.
 Seminis fœniculi.
 Terræ sigillatæ.
 Colcotar adusti, idest uitriolum adustum.
 Amomi.
 Acori, idest radicum.
 Hypericon.
 Nasturcii albi. i. semen.
 Carpobalsami.
 Fu. i. radicum ualerianæ.
 Gummi arabici.
 Carui agreste, idest cordum
 meni.
 Anisi. i. semen.
 Acaciæ.
 Castorei.
 Serapini. an. aur. iiii.
 Aristolochiæ rotundæ. aur. ii.
 Mellis despumati lib. x.
 Vini boni odoriferi antiqui
 lib. iij. & fac.

Et nota quod pro omni libra mellis est. 3. iiii. specierum prædictarum, & hoc uoluit bonus Andromachus, & apponi debet si theriaca debet habere uirtutem descriptam à doctoribus. & in alia. 3. vi. In hac descriptione multa sunt intelligenda. Et primo de opio thebaico, dicitur enim opium thebaicum, quia factum & collectum thebis, quia illud est melius & perfectius quocumque alio opio ubicumque collecto, & est minoris periculi & timoris usus eius. De calamentho dicitur montanum, & ponitur quia habet maiorem caliditatem & siccitatem quam calamentum fluuiale, quod nascitur iuxta aquas. Sticados arabici, dicitur arabici quia in arabia oritur, & ille melior est in illis partibus multum colligitur. Sed nos utimur sticados quod colligitur in partibus Romæ & est perfectum. Loco chamepithyos si non haberetur, accipi potest iua muscata quod à Mes. in cap. de ægritudinibus neruorum appellatur zinzê. Hypoquistidos succus est barbae hircinæ, & illud ponitur non herba, non solum in hac compositione, sed in omnibus medicinis, in quibus simpliciter reperies scriptum hypoquistidos, & quæ herbam ponunt, male, immo pessime faciunt. Centauræ de minori intelligendum est, & illa in medicinis administratur, quia si simpliciter reperitur, de ea est intelligendum. Et radix accipi debet non herba, ut quidam rudes faciunt. Vitriolum seu colcotar hoc modo aduritur. Accipe de eo quantum uolueris, & pone in patella ad ignem, & continue sub ea insusetur, donec igneatur, & continue uitriolum uoluatur, & tantum hoc fiat quod eius naturalis calor mutetur, & tunc remoueat, quia adustum est. Species istius theriacæ debent subtiliter teri seu puluerizari, & bene cribellari per subtilem & spissum sedatum, ut melius & citius res simul fermentari possint, ut Mes. & Aul. scribit in cap. de theriaca. Puluerizabile enim idem est quod comminabile uel diuisibile in partes paruas, & est aliud quam frangibile. Utilitas autem puluerizationis est quia facit penetrare uirtutes medicinarum ad partes, ad quas non penetrarent. Atque res enim theriacæ sunt quatuor. Prima dicitur infantia, & incipit à die compositionis usque ad sex menses. Secunda puertas quæ incipit post illud tempus, & durat usque ad decem annos. Tertia adolescentia, & incipit post illud, & durat usque

ad xx. annos. Quarta senectus, & incipit post illud, & durat usq; ad xxx. annos, post illud expoliatur à uirtute theriacæ. In uase plumbi theriaca debet poni uel cõseruari uel argenti. in alio enim uase posita facit quandam feruginẽ, que appellatur ziniã, & cõsumitur humiditas eius naturalis, & necessaria in theriaca. quare in plumbo bene cõseruatur. Et uas in quo ponitur non debet repleti, sed saltẽ tertia pars uasis debet esse uacua ut medicina possint respirare & exhalare, ne sese suffocent.

THERIACA Galeni, quæ communiter fit, licet nõ sit tantæ perfectionis, quantæ est præscripta Andromachi.

- | | |
|--|--|
| Cuius permixtio hæc est. R. | |
| Trociscorũ de squilla lib. iiii. | stre. |
| Piperis longi lib. ii. 3. iiii. | Seminis rapæ syluestris. |
| Trociscorum tyri lib. i. s. | Cinnamomi. an. 3. vii. s. |
| Trociscorũ diacoral. lib. i. s. | Colcotar usti, idest uitrioli adusti. |
| Xylobalsami. i. lignum balsami lib. iiii. 3. x. s. | Serapini. |
| Opii thebaici, idest illius prouinciæ. 3. vii. s. | Terræ sigillatæ. |
| Reubarbari. | Hypocisthidos, idest succus barbæ hircinæ. |
| Spicæ nardi. | Spicæ celticæ. |
| Costi. | Radicum acori. |
| Squinanti. an. 3. vi. | Chamædreos. |
| Croci. | Gentianæ. s. radix. |
| Zinziberis. | Sistra. i. ualeriana. |
| Cassia lignæ. | Carpobalsami, idest semen balsami. |
| Storacis calamitæ. | Seminis apii. |
| Myrrhæ. | Ameos. |
| Terbentina. | Amomi. |
| Calament. montani. | Seminis fœuiculi. |
| Thuris. | Carui. |
| Diptami. an. 3. vi. | Sileris montani. i. semen. |
| Sticados arabici. | Nasturcii. |
| Polii montani. | Anisi. |
| Pentaphyllon. | Mummia. |
| Piperis. an. 3. vi. | Oppoponaci. |
| Folii. | Galbani. |
| Petrosillii. | Aristolochiæ longæ. |
| Gummi arabici. | Hypericon. an. 3. iiii. s. |
| Agarici. | Castorei. |
| Rosarum. | Asphalti. |
| Radicum ireos lili cęlestis. | Centaureæ minoris. s. radix. |
| Leuitici. an. 3. vii. s. | Dauci. an. 3. ii. 3. vi. |
| Scordeon, idest allium syluestre. | |

Et est semen pastinacæ syluestris. Mellis cocti & despumati rubos. v. & lib. v. quod est pro omni lib. i. mellis. 3. iiii. specie rum. Sed aromatarii auaritia ducti hoc tempore solum ponunt lib. iiii. specierum pro rubo uno mellis, & male faciunt, & ob hoc theriaca non habet uirtutes à doctoribus descriptas, quare semper ponas. 3. iiii. specierum pro omni lib. i. mellis. Et præscriptũ mel sit coctum bona coctione. Crocus uero & hypocisthidos per se puluerizentur ac uitriolũ. gumma uero in optimo uino albo dissoluantur. alia uero omnia simul. mel uero infrigidatum, terebentina, & hypocisthidos intus ponantur, deinde omnes alia species. Crocus uero infundatur in uno uocali optimi uini nigri, & dimittatur per tres dies, deinde cum dicto uino in theriaca ponatur, uitriolum uero etiam in uino dissoluatur, & in theriaca ponatur, & simul misceantur. Sunt qui addunt galei subtiliter puluerizati. 3. s. ut theriaca maiore nigredinem habeat. Sed hoc ego non laudo, cum extra mentem Galeni & omnium doctorum fuerit, & nunc præsentium sit. Hoc nomen theriaca est nomẽ impositum ab effectu. idem enim est dicere theriaca, quod conferens uenenis, sed præsentium & aliarum medicinarum uenenosarum. Et ideo hoc nomen habet duas partes, theria enim significat serpentem, & ka quod significat medicinas uenenosas cũ componitur. Igitur theriaca est nomẽ quod significat rem quæ iuuat in uenenis serpentum & medicinarum uenenosarum, & est uocata theriaca à carne tyri. Agaricus, ireos, & radix acori ponuntur in hac recepta & in aliis, quia habent in se uirtutem con-

seruandi alias medicinas ne cito corrumpantur, & augent earum uirtutes. Et sic ponitur ut conferret zinziber à corruptione. Anacardi corrumpunt uirtutem trociscorum tyri. Diētũ; trocisci debent esse parui & bene compressi, si cõseruari debent, & non debent exiccari in sole. Sol enim habet uirtutem dissoluendi & destruendi uirtutem carniũ tyri & uiperarum. Theriaca non debet dari nisi sit fermentata, & fermentatio fit in tempore sex mensium. Quid autem sit fermentatio nota. Nam compositum habens unam formam & uirtutem resultantem ex simplicium compositione. Significat hoc uocabulum fermentata. Vinum in theriaca ponitur, primo ut per eum fiat medicinarum cõseruatio & cõmixtio. scđo quia ipsum confortat cor, & est cõtra uenenũ.

In exhibitione theriacæ istæ conditiones sunt seruandæ. Primo quod sit fermentata. Secundo quod detur sanis, & in parua quantitate, & raro. Tertio quod non detur in tempore calido, sed intemperato uel frigido. Quarto quod non detur pueris usq; ad 4. annum. Quinto quod nõ exhibeatur in complexione calida, nec in homine parato inflammationi. Sexto quod nõ detur stomacho repleto cibo. Et hæc sunt conditiones attendendæ in exhibitione theriacæ. Duæ præscriptæ descriptiones theriacæ per annos. xxx. ac etiã usq; ad. xl. annos seruatur dummodo sint conuenienter & debite factæ &c.

TROCISCI Parhadon Mes. quorum iuuamentũ est magnum ad febres antiquas & febres permixtionum, & febres hegmaticas, & febres in quibus corrumpitur forma, & confert ad dolorem stomachi, & abstergit humiditatem eius. Cuius permixtio. R.

- | | |
|---|--|
| Foliorum rosarum rubearum. aur. vi. idest. 3. ix. | |
| Spicæ. aur. ii. idest. 3. iiii. | |
| Liquiritiæ rasæ. aur. iiii. idest. 3. iiii. s. | |
| Ligni aloes. aur. ii. idest. 3. iiii. | |
| Spodii de canna. aur. i. idest. 3. i. s. | |
| Croci. aur. s. idest. 3. ii. gra. v. | |
| Masticis. 3. ii. | |

Conterantur omnia & conficiantur cum uino albo optimo, & fiant trocisci in forma lupini. Quid sit trociscus nota. Est trociscus cõpositio quædã ex diuersis pulueribus & spibus mediante aliquo liquore aggregata, & dicitur trociscus à trochos quod est rota, quia trociscus est similis rotæ.

TROCISCI de rosis minoris Mes. stomachum & epar confortant, & conferunt febre hegmaticæ, stomachum præparant, & humorositatem ipsius abstergunt. Cuius permixtio. R.

- | | |
|----------------------------------|------------------------|
| Foliorum rosarum rubearum. 3. x. | Liquiritiæ rasæ. 3. v. |
| | Spicæ nardi. 3. ii. s. |
- Conterantur hæc & conficiantur cum uino albo optimo & fac trociscos. Et si laxatiuum facere uolueris adde Scamoneæ præparatæ. 3. iiii.
- Quare autem trocisci fiant, est ut medicinae possint melius cõseruari, acquiruntur etiam ista permixtione aliquam uirtutem confortandi, quam prius per naturam non habebant &c.
- TROCISCI de rosis maiores Mes. sicut confirmatum est in libris plurium iuuamentorum, quorum maius est ad dolorem stomachi & malitiam digestionis, & eis proprie quibus corrumpitur forma & principium hydrophilis, & febres antiquas. Cuius permixtio hæc est. R.

- | | |
|-------------------------------------|-----------------------------|
| Foliorum rosarum rubearum. 3. iiii. | Spicæ. |
| | Cinnamomi. |
| Ligni aloes. 3. ii. | Cassia lignæ. |
| Masticis. 3. i. s. | Florum squinanti. an. 3. i. |
| Abinthii. 3. i. | |
- Conterantur & fiant trocisci cum uino albo optimo. De floribus squinanti nota. Non enim ad nos portantur, sed ipsorum loco apponimus rami partem.
- TROCISCI de rosis & eupatorio Mes. expertorum iuuamentorum ad febres antiquas & febres compositas, & ad dolorem epatis, & oppilationem ipsius, & iteritiam. Cuius permixtio hæc est. R.

Foliorum rosarum rubearum. 3. i.

Spicæ

Spicæ. 3.iii. Succu eupatorii. 3.x.
 Rauedfeni, idest reubarba Tereniabin, accipitur eius
 ri. 3.iiii. loco manna, dissolute in
 Spodii. 3.i.s. succo præscripto. 3.ii.

Liquiritiæ rasæ. 3.iii.s.
 Et fiant trocisci conterendo prius omnia.
 Liquiritia si simpliciter scripta reperitur, de radice sicca
 semper intelligendum est, de qua duæ tantu partes usui me
 dicinæ conueniunt. f. radix & succus &c.

TROCISCI de reubarbo Mes. cõferentes ad do
 lorem epatis & oppilationem ipsius, & ad apostemata eius,
 & antiquas ægritudines in ipso, & hydropisim & corruptio
 nem formæ, & ictericis. R.

Raued boni, idest reubarba Rubeæ tindorum.
 ri. 3.x. Seminis apii.
 Succu eupatorii. 3.iiii. Absinthii.
 Rosarum rubearum. 3.iii. Assari. an. 3.i.
 Spicæ. Amigdalorum amararum.
 Anisi. an. 3.i. 3.iiii.

Conterantur & fiant trocisci de auro. i. pro singulo.
 Nota q̄ isti trocisci, quia non possunt reformari cum su
 præscriptis humiditatibus in ipsis ingredientibus. ideo adda
 tur de succo eupatorii in tantum q̄ reformari possint, &
 quemadmodum dixi de istis, ita de istis intelligatur se
 quentibus.

TROCISCI de camphora Mes. ualent ad febres
 multæ inflammationis, & sitim uehementem, & incensionē
 cholera rubeæ, & ebullitionem sanguinis, & supercalefa
 ctionem stomachi & epatis, & icteritiam, & conferunt ecly
 p̄ & phthisi. Cuius permixtio. R.

Rosarum rubearum. 3.iiii. Seminis cucurbitæ.
 Spodii. 3.ii. Dragaganti. an. 3.i.
 Gummi arabici. Ligni aloes.
 Spicæ. an. 3.i. Cardamomi maioris & mi.
 Sandalori citrinorū. 3.ii.s. Amidi.
 Croci. 3.i. Camphoræ. an. 3.ii.
 Liquiritiæ rasæ. 3.ii. Zuchari albi.
 Seminis citrulli. Tereniabin, idest manna.
 Seminis cucumeris. an. 3.iii.
 Seminis melonis.

Conterantur & conficiantur cum mucilage p̄sili facti in
 aqua rosa.

Ad faciendum mucilaginem p̄sili accipiendum est. 3.i. se
 minis & 3.iiii. aquæ rosæ, & nō solum de hoc semine intel
 ligas, sed de omni re, de qua mucilaginem facere intendis.

Nota q̄ insuper sunt quidam ignari aromatarii, qui fran
 gunt dictum semen ad faciendum mucilaginem & male, eo
 quia interior medulla pars est calida. superior uero est frigi
 dissima, & hoc in loco querimus infrigidationem, & habe
 remus intentissimam calefactionem, & non solum confran
 genda nō est, sed nec diu in aqua debet dimitti propter cau
 sam supra allegatam de contractione.

TROCISCI de spodio Mes. qui sunt ultimi ad fe
 bres acutas, & inflammationem stomachi & epatis, & sitim
 uehementem. Cuius permixtio. R.

Spodii. 3.iiii. Seminis portulacæ.
 Rosarum rubearum. 3.vii. Succu liquiritiæ. an. 3.ii.
 Quatuor seminum comunium frigidorum maiorum.
 Gummi arabici. Croci. 3.i.s.
 Dragaganti. an. 3.i.s.

Conterantur omnia & fac trociscos cum mucilage p̄sili.

Quatuor semina cõmunia frigida maiora sunt ista, semē
 melonū, cucumeris, cucurbitæ, & citruli. quare si quatuor se
 mina cõmunia maiora scripta reperiantur, supra scripta po
 nantur. Confice cum mucilage p̄sili, uel cydoniorū, uel
 alterius cuiusuis est intelligendum q̄ fieri debet in aqua cõ
 muni, & hoc intelligas in omnibus in quibus non specifica
 tur liquor in quo fieri debet. Sunt qui in istis trociscis nō
 ponunt nisi quatuor res succo liquiritiæ supra. Sed nō sunt
 tantæ uirtutis. quare ponenda sunt alia quatuor, & fiant ut
 supra, & erunt efficacissimi.

TROCISCI de spodio cum semine acetosæ Mes.
 conferunt ad febres cholericas, cum quibus est solutio ven
 tris, & sedant inflammationem stomachi & epatis, & sitim
 continuam. Cuius permixtio. R.

Rosarum rubearum. 3.i.s. rum.
 Spodii. 3.x. Sumach. an. 3.ii.s.
 Seminis acetosæ. 3.vi. Amidi asfi.
 Seminis portulacæ. 3.ii.s. Berberorum.
 Seminis coriandrorum præ Balauftiarum. an. 3.ii.
 paratorum & torrefacto Gummi arabici. 3.i.s.
 Conterantur omnia, & cõficiantur cum succo agreste, idest
 cum succo uuæ acerbæ.

Modus assandi gummam arabicam & omnes gummas.
 Frangantur in frustra ad magnitudinem ciceris, deinde acci
 pe patellam uel bernacium, & calefac forti calefactione, de
 inde ab igne remota ponantur supra gumma, & sine inter
 missione misceantur, & supra dictam laminam calidam sem
 per miscendo permittantur donec albescant, & si illa calidi
 tas nō sufficit, calefiat denuo, remotis tamen gummis, de
 de recalefactis supra gumma ponantur & misceantur, do
 nec albescant, & albescant remoueantur, quia assata sunt,
 & hoc modo facias de omnibus gummis. Coriandrorū
 semina hoc modo præparantur. Bene cum aqua communi
 lauentur ut ab eis puluis amoueat, & per tres dies in aqua
 permittantur, mutando quotidie aquam, postea coletur, & in
 forti aceto permittantur per quatuor dies, quotidie mouen
 do cum manu, postea coletur, & superponantur succi cy
 doniorum & aqua rosata an. partes æquales, & per duos
 dies intus permittantur, semper mouendo sepe quotidie
 cum manu, postea coletur, & soli ad exiccandum apponā
 tur, & sic præparati dicuntur. Sed unum nota, q̄ bene exicca
 ri permittantur, aliter acquirere malisaporem. Semina
 coriandrorum hoc modo torrefiunt. Calefiat bernacium
 uel patella ad ignem mediocri caliditate, deinde supra semi
 na ponantur, quæ torrefieri debent, & sic supra ponantur, &
 ducantur hinc & inde, donec calorem undiq̄ sentiant. f. per
 omnem eius substantiam, deinde remoueantur. Et hoc mo
 do omnia semina torrefiunt. Præparantur autem corian
 drorum semina, ut quædam uenenositas, quæ in eis est, amo
 ueatur. Torrefiunt uero ut magis stipectici reddantur. Torre
 factio enim idem est q̄ semicoctio. Amidum assatur ut
 fiant gumma ducendo super laminam bene calidam. Et
 cum incipit eius naturalis color alterari remouetur, & as
 sum est.

TROCISCI de berberis Mes. primi, qui sunt in usu
 ualent ad febres inflammatorias, extinguunt enim eas, & si
 tim angustiosam. R.

Berberorum aut succi eius. Croci.
 Spodii. Amidi.
 Succu liquiritiæ. Dragaganti. an. 3.i.
 Seminis portulacæ. an. 3.iii. Seminis citrulli. 3.ii.s.
 Rosarum rubearum. 3.vi. Camphoræ. 3.s.
 Spicæ. 3.i. Conficiantur cum. 3.ii.

Manna dissolutæ cū succo berberorum. Et si succus nō re
 peritur dissoluantur cū decoctione ipsorum, & reformetur.

Gummi si simpliciter scriptum reperatur, de gumma ara
 bica est semper intelligendum. Trocisci à pillulis in tri
 bus diuersificantur. f. quantitate, operatione, & exhibitione.
 In quantitate diuersificantur, eo quia in maiori quantitate
 formentur. Vnde trocisci semper debent formari ad quã
 titatem de 3.i. trociscis de tyro exceptis. secundo in opera
 tione diuersificantur. pillulæ enim à remotis trahunt. troci
 sci uero non attrahunt. Tertio diuersificantur in exhibitione
 quia trocisci semper debent exhiberi cum aliquo liquore
 uel succo habente respectum ad proprietatem trociscorū,
 non autem pillulæ &c.

TROCISCI de absinthio Mes. qui conferunt febr
 bus antiquis, & aperiunt oppilationem epatis & stomachi,
 & confortant stomachum, & conferunt dolori membrorū
 nutritionis, & confortant appetitum. Cuius permixtio hæc
 est. R.

The. aroma.

Y

THE S A V R V S

Abinthli ficci.
Rosarum rubearum.
Anisi. an. 3.ii.
Raued. i. reubarbari.
Succi eupatorii.
Assari. an. 3.i.
Conterantur, & fiant trocisci cum succo endiuia.
Necessitas & causa compositionis trociscorum, est conseruatio alicuius rei longo tempore, & commoditatis portandi. Alia est, quia medici aliquando uolebant dare aliquas res cum tota substantia & puras, & hoc modo preparari iusserunt. Alii uero dicunt quod trocisci sunt ut medicinae possint melius conseruari, acquirunt etiam aliquam uirtutem confortatiuam per artem, quam prius per naturam non potuerunt habere.

T R O C I S C I de alkekengi Mef. ad ulcera in renibus & uesica, & dolorem quando mingitur urina. R.
Granorum alkekengi. Succi liquiritiae.
Seminis citrullorum. Dragaganti.
Seminis albathecae. Amidi.
Seminis cucurbi. an. 3.iii.s. Granorum pini. an. 3.vi.
Boli armeni. Seminis apii.
Gummi arabici. Karabae.
Thuris. Boli. i. terra sigillata.
Sanguinis draconis. Iusquiami.
Seminis papaueris albi. Opii. an. 3.ii.
Amigdalaru ama. an. 3.vi.
Conterantur omnia, & conficiantur cum aqua mellis uel iuleb uiolato.

Albathecae semen, est semen cuiusdam melonis indi uiris ad similitudinem cucumeris bene maturi, quod anguria alio nomine appellatur, sed si semen illorum non reperitur loco eius accipere potes semina melonum nostrorum.

Amigdalae amarae & quatuor semina ponuntur in hac descriptione trociscorum hac ratione. bolus enim armenus & sanguinis draconis habent stationem & moram in primis uenis, & sua uirtute illas non transcendunt, sed quia in hoc casu indigemus quod ad consolidandum cum sua stipticitate ad uesicam uadant & per se non possunt, ideo posuit auctor amigdalas & semina frigida ut penetratione faciant, & ad locum ducant. De bolo nota, quod bolus idem est quod terra sigillata, quae in multis proprietatibus est similis bolo armeno, & adhuc habet excellentiorem uirtutem & operationem.

T R O C I S C I de capparibus Mef. resoluentes duritiam splenis & uentositatem. Cuius permixtio haec est. R.
Corticu radicis capparoru. Nasturcii.
Seminis agni casti. an. 3.vi. Armoniaci.
Nigellae. Foliorum rutae.
Calamenthi. Aristolochiae rotundae. an. 3.ii.
Succi eupatorii. Cyperii.
Radicum acori. Scolopendriae. an. 3.i.
Amigdalorum ama. an. 3.ii. Dissoluatur armoniacum cum aceto forti, & cum dicto aceto trocisci reformentur conterendo omnia alia. Et sit dosis eius aur. i. cum uino, in quo coquatur radix capparum, cortex frassini, & cortex tamarisci, aut extremitates ramorum eius, & cortex salicum. Et sunt qui duplicant armoniacum & est melius. Capparorum radix, & genera flores colligendi sunt in mense decembris. Trocisci conseruantur usque ad sex menses, & debent formari in forma rotunda, & deprimi in medio, & habent bonam uirtutem, & cum transeunt dictum tempus amittunt uirtutem, & de omnibus trociscis est intelligendum, Exceptis trociscis stellae, qui conseruantur usque ad duos annos.

T R O C I S C I de eupatorio Mef. conferunt ad febres antiquas & rigorem earum, oppilationem epatis, & splenis aperiant, & sunt medicina bona apostematu in ipsis & ictericis & in principio hydropisis, Cuius permixtio. R.
Tereniabin loco eius accipitur manna. Succi eupatorii. an. 3.i.
Rosarum rubearum. 3.iiii.

Spicae. 3.iii.s.
Raued. i. reubarbari.
Assari.
Trocisci cum succis herbarum, & reseruetur. Succi herbarum sunt succi ex quibus componitur syrupus de byzantiis, & sunt quatuor. scilicet. Succi endiuiae. Succi apii. Succi lupuloru. Succi boraginis, uel buglossae. & his succis dicti trocisci reformantur, quod si haberi non possent, ipsorum loco accipere possumus syrupum de byzantiis &c.

T R O C I S C I de karabae Mef. abscondentes sanguinem de omni loco manationis eius. R.
Karabae. 3.vi. Balaustiae.
Cornu cerui adusti. Masticis.
Gummi arabici adusti. Lacte.
Corallorum adustorum. Papaueris nigri asfi. an. 3.ii.
Dragaganti. Thuris.
Acaciae. Croci.
Hypoquistidos. an. 3.ii. Opii. an. 3.i.s.
Conterantur omnia & fiant trocisci cum mucilagine psyllii.

Modus comburendi omnes gummas, cornu cerui, & corallo talis est. Terantur & ponantur in ossa terrea, & ponantur in furno, & dimittantur per totam noctem, si quod posuisti siue coralli uel cornu cerui uel gummae sunt combustae extrahere aliter iterum sequenti nocte in furno apponantur, & tantum apponantur quod comburantur, & reserua, & habes combustionis modum. Et hoc modo conchilia omnia comburuntur & ossa animalium &c.

Operatio ignis in medicinis est triplex, quaedam enim torrefiunt, & cognoscuntur quando sunt torrefactae, quia quando calor penetrauit totam substantiam medicinae, tunc operatio est perfecta, & per illam remouetur quaedam parua humiditas, quae in medicina erat. Secunda operatio est assatio, per quam remouetur pars humida, & uiscosa subtiliatur, ut in semine lini, & ipsius assatio cognoscitur quando incipit in superficie colorem mutare, & ad contrarium quod ante erat reducitur, assata est. Tertia operatio est combustio, & hoc fit transmutando uirtutem unam, & fortificando aliam, ut in reubarbaro & mirabolanis, quando comburuntur, pars subtilis solutua debilitatur, & terrestris stiptica augetur. Et ipsius combustio cognoscitur, quando naturalem & proprium colorem in tota ipsius substantia deperdit, & alium acquirit tunc combusta est. Et hoc notent bene aromatarii.

Medicina sex de causis aduritur. Prima ut eius acuitas amouetur ut de uitriolo. Secunda ut per aduersionem acuitas acquiratur, & sic lapides aduruntur, & in calcem transmutantur. Tertia quando ipsa est ualde grossa, propter quod ipsa ad partes remotas non potest penetrare nisi subtilietur, ut cornu cerui. Quarta ut melius possit conteri, ut sericum. Quinta ut malitia medicinae remouetur, & sic scorpiones aduruntur. Sexta causa ut humiditas superflua consumatur, & sic mirabolani & gummae omnes, quae dantur contra fluxum uentris, aduruntur, ut auferatur gummositas illa, per quam laxabat. Papauer si simpliciter scriptum reperitur semper de albo intelligatur & de semine & non de alia parte plantae. Modus uero assationis eius est, sicut ceterorum seminum. Supra in diadraganto caldo clare modum reperies &c.

T R O C I S C I de myrrha. Rasis. 9. Almanforis cap. de prouocatione menstruorum, ualent ad prouocationem menstruorum. Cuius permixtio. R.
Myrrhae. 3.iii. Cimini.
Lupinorum optime tritorum. 3.v. Rubeae tinctorum. an. 3.iii.
Foliorum rutae. 3.iii. Asa. i. asa foetida.
Mentastri. Serapini.
Pulegii ceruini. Oppoponaci. an. 3.iii.

Conterantur omnia, & conficiantur trocisci cum aqua, in qua bullierint & coctae fuerint. 3.ii. seminis iuniperi.

Notent aromatarii ut suis erroribus corrigantur. Nam reperitur in receptis asa simpliciter scriptum, & idem est quod asa foetida. Et asse duplici, scilicet, & idem est quod thymus. quare hanc

hanc notat e differentiam. Et ideo in compositione multi erant ponentes thymum pro asa fetida.

Si reperitur scriptum in receptis simpliciter rubea uel rubea semper debes intelligere de rubea tinctorum, quæ est quedam radix, cum qua tinctorum in rubeum tingunt.

TROCISCI de terra sigillata Mes. in uentione nostræ, qui sunt in usu, & sunt ultimi iuameti ad sputum & ad egressionem sanguinis, & proprie sumpti cum aqua arnoglossæ. Et quando q̄ linitur ex uno eorum super frontem & sedant fluxum sanguinis ex naribus. Et linitur ex eo super matricem ad fluxum menstruum & sedat. Et quandoque mittitur in matricem, & quando q̄ linitur super peccinam, & mittitur in uesciam, quando q̄ linitur super membrum manationis sanguinis & sunt experti. Cuius permixtio. R.

- | | |
|--|--|
| Sanguinis draconis. | Achaci. |
| Gummi arabici asii. | Lapidis hæmatitis. |
| Ramich. i. quedam cõpositio infra describenda. | Eufistides. i. hypoquittidos Balaustræ. |
| Foliorum rosari rubearũ. | Boli armeni seu lutum armenũ quod idẽ est. an. ii. |
| Seminis rosarum. | Dragaganti. |
| Terræ sigillatæ. | Papaueris nigri. an. ʒ. i. s. |
| Sehedengi, idest semen canapis. | Seminis portulacæ alitæ. |
| Coralli. f. rubei. | Coralli rui uisti. |
| karabæ. an. ʒ. ii. | Thuris. |
| Margaritarum. | Gallarum. |
| Amidi asii. | Croci. an. ʒ. ii. |
| Spodii. | |

Conterantur omnia, & fiant trocisci cum aqua arnoglossæ. i. cum aqua plantaginis. Et hi sunt sine opio. & da cum aqua spodii gummi boli armeni spicæ. Et quado inuita neces sitas, ponuntur in eis opii thebaici. ʒ. ii. & quando q̄ plus & quando q̄ minus, sicut oportet. Modus autem administrationis eorum, est secundum tres modos. Ad fluxum sanguinis ex pectore aut pulmone administrandi sunt cum aqua portulacæ, & ad excoiationem cum rob cydoniorum, aut cum aliquo robur stipticorum. Et ad manationem sanguinis ex partibus inferioribus, confert inectio eorum cũ aqua uirgæ pastoris.

Differentia est inter sedenagi & sehedengi. sedenagi. i. lapidis hæmatitis. sehedengi uero idem est quod semen canapis. Contrarię tamen opinionis fuit Gentilis & Christophorus de honestis exponentis de mente aliquorũ q̄ est fumus terræ sehedengi nõ semen canapis. Ego uero apponi facio dictum semen cum magis hoc in casu conueniat.

Varia est opinio inter homines de semine rosæ, quidam enim dicunt q̄ semina rosæ sunt quedam grana, quæ reperiuntur inclusa in illa parua grossitie, quæ sustinet folia rosæ, & sunt pilosa. quidam dicunt q̄ nõ illa, sed illa sunt quæ reperiuntur in medio rosæ habentia colorem glaucum, & ista opinio est falsa. Nam illa à doctoribus appellatur antera. Prima ergo opinio est uera, eo q̄ semen alicuius dicitur esse illud, quo seminato producit sibi simile, sed hoc facit illud semen pilosum grossitudinis grossi milii nõ rotundum sed compressum, & reperitur aperiendo illam paruam grossitiem, ut supra dictum est, & à uulgo dicitur un grataculo. Et colligendæ sunt de mense Iulii uel Augusti.

In receptis quando simpliciter scriptum reperitur coralli, rubei apponendi sunt, & de eis intelligendum, & non de aliis. Si uero scriptum reperitur corallorum, & de rubeis & albis est intelligendum. Hypocisthidos. i. succus ipsius herbæ in medicinis apponitur, ut supra dixi, qui fieri debet in mense Aprilis & Maii. & usu referuari.

TROCISCI de aniso Mes. qui auferunt febres antiquas, & aperiunt oppilationes, & emendant malitias epatis. Cuius permixtio. R.

- | | |
|-----------------------|----------------------------|
| Seminis anisi. | Abinthii. |
| Eupatorii. an. ʒ. ii. | Asari. |
| Seminis aneti. | Seminis apii. |
| Spicæ. | Amigdalorum ama. an. ʒ. s. |
| Masticis. | Aloes boni. ʒ. ii. |
| Folii. an. ʒ. s. | |

Conterantur omnia, & fiant trocisci cum succo absinthii & apii, da cum syrupo acetoso & herbarum.

Amigdalorum si simpliciter scripta reperiantur & absolute, tunc de amaris est intelligendum, & nõ de aliis, nisi ex primantur, eo quia dulces competunt esui. amara uero usui medicina.

Medicina quæ sumuntur à superfluitatibus animalium, debent sumi ab animalibus uiuentibus sanis, & tempore ueris, ut cornu cerui.

TROCISCI de agarico, Mes. in cap. de agarico, & sunt incolumes. Solutione educunt siegma grossum & choleram rubeam. Et dixit Gale. solutione educunt utriq̄ choleram, & siegma, & humores uiscosos grossos & putridos. Et eius proprietas est mundificare cerebrum, & neruos, & membra sensuum, & lacertos, & educere materias, quæ sunt in nuca, & sinibus eius, & mundificare pulmonem & pectus ab humoribus uiscosis & putridis, & mundificare stomachum, & epar, & splenem, & renes, & matricem mulierum, & educere materias à iuncturis. Propter quod uocauit Democritus agaricum medicinam familiaris, quia ad singularũ partium corporis commoditatem se habet. Et ualet ad omnes dolores intrinsecos corporis, & est medicina mirabilis ad sodam antiquam, & epilepsiam, & uertiginem proprie, & confert etiam mania, & melancholia, & ægritudinibus neruorũ, & apostematibus cerebri. Et est ex medicinis bonis asthma, & difficultati anhelitus, & ulceribus pulmonis, & pectoris, & sanat dolores stomachi & uiscerum, & est medicina magna omnium oppilationũ, & ægritudinũ omnium, quarum mater est oppilatio, sicut est icteritia proprie & hydrophis, & grossities splenis, & confert dolori epatis iuuamentum manifestum, & splenis similiter & renum, & curat apostemata eorum, & prouocat urinam & menstrua, & mundificat matricem, & usus eius auferit seditatem coloris cutis acquirere ei colorem bonum, & est ex medicinis educitibus uermes, & confert etiam sciaticæ & doloribus iuncturarũ, & eius quidem iuuamentum ad febres antiquas diuersarũ materierum, & ad typum earum magnum est, & proprie cũ eo quod conuenit & potibus. R.

Agarici electi & mudi. ʒ. i. s. Salis gemmæ. ʒ. s. Zinziberis mundi. ʒ. i. s. Conterantur omnia, & cum oxymelle simplici fiant trocisci, uel in pasta permittantur.

Aliqui sunt qui hanc cõpositionẽ faciunt, & relinquunt in pasta, & dicunt q̄ tunc appellati debent agarici trociscati. si uero reformantur ad formam trocisci, q̄ tunc appellandi sunt trocisci de agarico, sed ipsorum salua pace, sub quacũque forma appellari possunt, & agarici trociscati & trocisci de agarico. Alio modo fieri possunt agarici trociscati, & sunt cum infusione zinziberis & salis gemmæ cum uino albo, & utitur. Alio etiam modo fieri potest ut Gale. dixit. Fiant trocisci ex eo cum uino infusionis zinziberis in quo puluis ipsius sape submergatur, & fiet operatio eius cõpleta, & ex rebus sibi additis uigorantibus ipsum ex spica & aqua casei, & proprie sumpta ex capris.

TROCISCI alandal Mes. qui intrant in hiera Hermetis & aliis confectionibus loco coloquintidæ. R. Fulpæ coloquintidæ albæ & lenis & mundæ à gra. ʒ. x. Incidantur cũ incisorio incisione minuta, & fricentur manibus, prius tamẽ inunctis cũ oleo rosato. ʒ. i. deinde accipe. Dragaganti. F. dellii. ʒ. vi. Gummi arabici. an. ʒ. vi. Aquæ rosæ. ʒ. iiii.

Infundantur præscriptæ gumma in dicta aqua, & dimittantur per quatuor dies, cum dictis mucilagibus fiant trocisci de dicta coloquintida subtiliter incisa, & exiccantur in umbra, deinde iterum terantur contritione bona, & iterum confice cum glutine eorum, & facias trociscos, & iterum exicca in umbra, & referua. Gumma colligendæ sunt antequam indurentur & minorentur, quia si non colliguntur illo tempore, reducuntur in puluerem, & uirtus ipsarum perditur. uirgæ uero colligendæ sunt antequam ueniant ad quantitatem debitam.

Quare autem medicina coagulentur, est ut uirtus calida quæ in eis est, extingatur uel in totum remoueatur.

T H E S A U R U S

TROCISCI diacofalli Nicolai. *R.*
 Coralli rubei. 3.iiii. Aloes. 3.i.
 Cinnamomi. Casia lignea.
 Myrrha. Folii.
 Amomi. Mastice.
 Papaueris albi. an. 3.iiii. Polii.
 Squinanti. Fu. idest ualeriana.
 Croci. an. 3.ii. Asfari.
 Calami aromatici. Pedis columbini. an. 3.i.
 Xyloaloes. i. lignum.

Conterantur omnia, & cum uino optimo fermentur trocisci de solido pro uno singulo. Hic incidenter est notandum q̄ habens defectum appetitus nunquam debet uti croco, & hæc est regula generalis, quoniam malum fastidium generat. hoc Ioannes de sancto Amando in fine opusculi sui.

TROCISCI de tyro Nicolai. *R.* Tyros iuuenes longitudinis unius palmi existentes, oculos habentes rubeos, & linguam mobilem, & cornua in modum granifruamenti, caput & caudam tribus digitis mensuratis abscondit, medium quod remanet excoria, & intestinis proiectis optime dulci aqua laua, & in dicta aqua pura & munda coque, donec spinæ à carnibus separentur, postea spinis proiectis, carnem in mortario marmoreo satis tere, & commixta eiusdem ponderis, farina ordeii uel panis frumenti asfi cum iure suo temperata, & inde fac trociscos & referua. Trocisci isti non debent esse multæ quantitatis, & in medio sunt bene comprimendi & in umbra exiccandi. Et in sua bonitate & uirtute per annum seruantur, & non plus.

TROCISCI de squilla Nicolai. *R.* Squillam integram, & diuide anteriorem, & posteriorem partem abiciendo, mediam uero partem inuolue in pasta fermentata, & in furno coque, cocta abstrahatur de pasta, teratur in mortario bene, & tantundem farinae orobi adde, & ex inde trociscos reforma cum uino uel melle puro & mundo & in umbra exiccantur, & si deest orobum tantundem panis asfi subtilis sine triti pone. Mel purum & electum hoc modo cognoscitur si habet sex conditiones, prout infra, optimum est. Primo debet esse uernale, quia melius est illud hyemali. Secundo q̄ sit rubeum. Tertio q̄ sit graue. unde quod in fundo est melius. Quarto q̄ sit dulce, quia quanto dulcius, tanto melius. Quinto q̄ sit densum, quia quanto densius tanto perfectius. Item mel apum melius q̄ mel cannae.

Commemorandum insuper, quod infra tangetur, q̄ squilla cum cultello ferreo non est incidenda nec interior & exterior pars accipienda, causa autem ut in tractatu syrporum & loch assignatum est.

TROCISCI andaracon. i. andromachi Auicennae. 5. can. & est tertia descriptio intrate in theriacam. Cuius permixtio. *R.*

Alfelibet. i. arbor cornuta, uel nespilli. 3.vi.	
Squinanti. 3.i.s.	Casia lignea. 3.vi.
Calami aromatici.	Amaracon, idest maiorana. 3.x.
Myrrha.	
Asfari.	Spicae indae. 3.xvi.
Xylobalsami. i. lignum balsami. an. 3.vi.	Polii.
Cinnamomi.	Mastice. an. 3.vi.
Amomi. an. iiii.	Myrrha. 3.ii.
	Croci. 3.xii.

Conterantur omnia per se & fiant trocisci cum uino albo.

Species trociscorum omnium subtilissime conterendæ sunt & per spissum sedatium transeundæ, ut melius per omnia membra transire possint & per paruas uenas.

Alfelibet dicit Gentilis q̄ ignoratur quid sit, sed eius loco debet poni xylocerates, xylocerates nota. i. arbor cornuta quod est arbor portans cornelas uel nespillas, igitur summas alterius accipi potest, ut ab antiquis doctoribus colligere potui.

TROCISCI de uipera Auicennae. 5. can. *R.* Viperas nouiter captas, & abiciantur à parte capitis eius quatuor digiti, & similiter à parte caudæ ipsius. medium uero quod remanet conseruetur, & aperiatur & extrahantur

uiscera eius, & proprie fel eius, & bene abluatur cum aqua salita ablutione exquisitissima. hoc facto decoquantur in aqua bene salita, & cum eis addatur anetum & coquantur leui coctione, deinde fiat collectio carnis ab osse ipsarum. Et carnes earum in mortario lapideo bene pistentur, deinde misceantur cum quantitate æquali tortellarum de seni bene contritarum, & fiant trocisci cum iure earum, & qui eos facere uult, ungat digitos suos oleo balsami, & fiant trocisci parui bene compressi, qui exiccantur in umbra per annum, & conseruentur, & administrantur. Vipera de qua supra scripti trocisci fieri debent, debet habere has conditiones. Primo debet habere caput planum & latum apud propinquitatem colli, debet esse minuta & subtilis ualde, cauda curta, strepitum faciens & sonitum in incellu uelox motu, & aspectus eius præsumptuosus & audax, & flaua, & de flauis foemina. Cuius cognitio est, quia masculi habent unum dentem in omni latere & foeminae plures, & capi debent in loco sicco. humidæ enim sunt malæ, & sint uelocis motus, tenentes caput altum ac eleuatum. Et ut capiuntur illico incidatur pars capitis, & caudæ secundum quantitatem in trocisci dictam, q̄ si ab eis currit sanguis plurimus, & fuerit motus eius in illa dispositione plurimus, & mors ipsius tarda, tunc scias q̄ est electa. Ex uipera igitur supra scripta signa habenti trocisci fieri possunt. Trocisci sint parui, immo minuti subtiles, exiccantur in umbra, & reponantur. Custodiantur etiam à radiis solaribus, nec ante nec post exiccationem. sol enim destruit & priuat eos uirtute appropriata carnis uiscerum.

TROCISCI ramlich Mes. quæ est medicina composita, & relucitur in aliis medicinis, & confortat stomachum cor & epar debilia. Et ualet ad lubricitatem uiscerum intestinorum, & sedat acuitatem, & sistit fluxum cholericum & uomitum, & sedat animam, & acquiritur ex eo in hoc inuamitu magni, & confortat ad fluxum sanguinis undecunq̄, & exsuffiat ex eo in nares propter fluxum sanguinis ex eis. *R.*

Succi acetosæ uel cydoniorum. 3.xvi.	Foliorum rosarum rubearum. 3.i.
Rosarum rubeorum. 3.i.	Sandali mazachari, idest citrini. 3.x.
Granorum myrti. 3.ii.	Gummi arabici. 3.i.s.
Bulliant simul ebullitione. una, postea coletur, & colatura misceantur.	Sumach.
Gallarum recentium & humidarum contritarum contritione ultima. 3.ii.	Spodii de canna. an. 3.i.
Et iterum coquantur, deinde de puluerizent super eos.	Succi agreste. 3.vii.
	Succi granatorum myrtillorum tritorum ultimæ tritioe. 3.iiii.
	Ligni aloes.
	Garosilorum.
	Nucis muscatæ. an. 3.iiii.

Misceantur omnia simul in scutella lapidea, & illic permittantur donec exiccantur, postea puluerizentur subtilissime cum 3.i.s. Camphoræ dissoluta in aqua rosa. fiat trocisci ad pondus 3.i. & referua, & nota q̄ sunt aliqui, qui aromatizant eos cum musci 3. unius quarta. Hic multi hæsitant propter falsitatem literæ, una enim litera dicit succi granorum myrtillorum, & illa falsa est, sed dicere debet ut præscripti. succi granatorum myrtillorum tritorum, & sic bene stat, & fieri potest.

TORTELLA de seni secundum Matth. syl. & intrant in trociscos de uipera Aui. Quorum permixtio. *R.* Farina tritici bene purgata à tritico seu fursure lib. i. Impastetur cum aqua infusionis mastice ponendo pro omni 3.i. aquæ communis. 3.i. mastice electæ, de dicta farina fiant fugacia parua, quæ in furno decoquantur, & coctæ puluerizentur, & cum aqua prædicta iterum reformentur ad formam trociscorum, & decoquantur, postea referuentur. Appellatur compositio hæc tortella de seni. nã tortella. i. panis azimus bis coctus, de seni. i. de terra hierusalé, quoniam ibi arabes impastant eas cum aqua mastice. habes igitur ex his modum faciendi, & etymologiam uocabuli tortellarum de seni.

TROCISCI de uolis Mesie in antidotario suo, & sunt in usu, & uocantur trocisci amech, sedates inflammatione, & lenientes uentre, & mundificantes pectus. Cuius permixtio. *R.* Foliorum alias fiorum uolag. i. florum uiridium habentium tatem & siccitatem. 3.xii.

Turbith

Turbith albi & gummosi. 3.vi.
 Tereniabin, idest mania. 3.iii.
 Succu liquiritia. 3.iii.
 Et fiat trocisci cum zuccharo, aut cum pulpa casia. dof. est 3.ii. Et quodcumq; inuauat necessitas, ponitur in eis diagri dii. 3.ii.
TROCISCI alii de uiolis, in cap. de asthma in praeterea Mes. ualent autem ad constrictionem anhelitus, & leuaniunt naturam, & mundificant pectus. R.
 Foliorum florum uiolaru Succu liquiritia.
 mediocrium in exiccatione & humidatione. 3.vi. Tereniabin. i. mania.
 Turbith boni arundinei. 3.iii. Diagridii, an. 3.ii.
 Et fiant trocisci, ut in alia de scriptio.
TROCISCI de lacca Mes. conferunt ad oppilationes epatis & splenis, & febres antiquas diuersas, & prouocant urinam. R.
 Lacca mundæ. Costi.
 Succu liquiritia. Alfari.
 Absinthii. Amigdalarum amararum.
 Berberorum. Seminis anisi.
 Succu eupatorii. Rubeæ tinctorum.
 Reubarbari. Seminis apii.
 Aristolochia longæ. an. 3.i. Squinanti. an. 3.i.
 Et fiant trocisci cum uino optimo.
TROCISCI chochion Auic. qui intrant in metrida to Auicennæ. R.
 Passularum mundataru & enucleatarum. 3.iii. Casia lignæ.
 Glutinis albotini. i. terbeni. Melliloti.
 na. 3. xxxiiii. Radicum cyperi.
 Squinanti. Baccarum lauri. an. 3.iii.
 Myrrha. an. 3. xii. Calami aromatici. 3. ix.
 Cinnamomi. Croci. 3. i.
 Bdellii. Bitumen iudaicum. i. asphaltum. 3. ii. s.
 Blatae bizantia. Et fiant trocisci cum melle & uino bono.
 Spica romana. i. spica celtica. an. 3. iii.
TROCISCI de ligno aloë Mes. conferentes ad debilitatem corporis, stomachi, & pulsus cordis, & syncope, & debilitatem epatis, & hydropisim, & fætoris oris. R.
 Ligni aloes. 3. ii. Rosarum rubearum. 3. ii.
 Mastice. Cubeba.
 Cinnamomi. Cardamomi.
 Garioflorum. Heli. i. cardamomi minus.
 Callia. Corticum citri.
 Spica. Bautia. an. 3. i. s.
 Macis. Musci.
 Nucis muscata. an. 3. i. s. Ambræ. an. 3. s.
 Fiant trocisci cum melle passularum. Et administrantur cum uino odorifero aromatico.
TROCISCI de balaustis Auic. conuenientes eis qui habent fluxum uentris & egestionem, emittunt sanguinem & saniem, habent tenasmon. R.
 Balaustiarum. Myrtillorum. an. 3. viii.
 Sumach. Gallarum torrefactarum & infusarum in aceto & exiccatarum.
 Corticum granatorum. Corticum glandium torrefactorum. an. 3. viii.
 Ordei torrefacti. Cimini torrefacti. an. 3. iii.
 Et fiant trocisci cum aqua rosata, uel succo plantaginis, uel succo malorum granatorum.
TROCISCI de sandalis Mes. ualent ad febrem inflammatoriam & malitiam complexionis calidæ in stomacho & epate. R.
 Sandali albi. Seminis citrulli.
 Sandali rubei. Seminis portulacæ. an. 3. iii.
 Sandali citrini. an. 3. viii. Rosarum rubearum. 3. vi.
 Spodii. Camphoræ. 3. i.
 Seminis cucumeris. Berberos aut succi ei. 3. vi.
 Seminis cucurbitæ. an. 3. iii. Boli armeni. 3. iii.
 Confice cum aqua portulacæ, & da cum lacte acetoso, aut

cum aqua agreffe, aut acetositate citri, aut rob de ribes.
TROCISCI croci magnetis Nicolai, & intrant in rubea & sotira. R.
 Croci. 3. iii. Seminis ameos. an. 3. i. s.
 Rosarum rubearum. Myrrha. 3. i. s.
 Xyloaloes, idest lignum aloes. 3. ii.
 Misce, & formentur trocisci cum aqua rosa.
TROCISCI idiocri Nicolai qui in rubea & sotira intrant. R.
 Amomi. 3. i. Calami aromatici.
 Cinnamomi. 3. s. Xylobalsami.
 Croci. Radicum assari.
 Folii. Radicum ualeriana. i. su. an. gra. xv.
 Myrrha. Maratri. i. semen feniculi.
 Casia lignæ. an. 3. s. Mastice. an. gra. x.
 Spica. 3. i. Amarici, idest tamarisci. gra. vi.
 Opobalsami.
 Costi.
 Squinanti. an. gra. xv.

Vini ascaloni, idest uinum pauci coloris optimi quatum sufficit. hæc omnia tere & uino illo trociscos informa, & cum fumo storacis calamita sicca, & usui reserua.



NGVENTVM siue cerotum magistri Ganfredi, quod dicitur gratia dei, ualet enim ad sanandum omnes plagas nouas & ueteres, & generat bonam carnem, & non permittit intrare aliquam corruptionem, nec permittit generare malam carnem, & ualet omnibus neruis incisis uel conuassatis, & ualet contra uersa qualibet bestia uenenosæ, & ad scrophulas, & malum sancti Antonii & multa alia prout per experientiam uis detur. R.

Galbani. 3. i. Aristolochia longæ.
 Aromoniaci. 3. ii. 3. ii. Mastice.
 Oppoponaci. Bdellii.
 Viridis aris. Colophonie, idest picis græcæ. an. 3. i.
 Thuris. an. 3. i. Cera nouæ. 3. viii.
 Olibani. Olei oliuarum.
 Myrrha. an. 3. i. Lithargyri subtilis. an. lib. i. 3. vi.
 Lapidis calamita. 3. i.
 Lapidis hamatidis. 3. ii.

Et hæc omnia debent esse bene puluerizata, excepta cera cum tribus, quæ sunt ista in primis. Et modus faciendi dictum unguentum talis est. Ista gummæ. i. galbanum, armoniacum, & oppoponacum distemperentur, & ponantur per diem & noctem in forti aceto, primo diuisa cum cultello in minutis particulis, postea bulliant in captia uel in patella super ignem cum lento igne, semper mouendo cum spatula, donec totum acetum sit consumptum, postea colentur per pannum lineum fortiter cum duobus baculis in alia patella & dimittatur sic stare & postea recipiatur olei oliuarum, & ponatur intus cera in dicto oleo incisa in minutis particulis, & super ignem ponatur oleum & cera, cum liquefacta fuerit, ponatur intus lithargyrium optime puluerizatum, semper mouendo cum spatula, ne fundum capiat, & coquantur simul, donec color mutetur, & fiat nigrum, postea ponantur intus in dictum oleum gummæ, & fac paulatim bullire, donec gummæ sint bene dissolutæ, & dictæ gummæ paulatim quasi filando, semper mouendo cum spatula, & sæpe deponendo ab igne, ne medicina saliat extra, quibus gummis sic in oleo prædicto distillatis & bullitis, probetur si sunt coctæ tali modo. Ponatur una gutta in aqua frigida, & si durefcit, coctæ sunt, & si non durefcit, ponatur super ignem, donec fiat dictum signum, & postea quando coctæ sunt & durefcunt, ponatur intus uiride aris bene puluerizati, & semper mouendo cum spatula, ut bene incorporentur, postea addatur myrrha, aristolochia longa, mastix, ultimum uero ponatur intus thus olibanum, bdellium, lapis hamatidis, lapis calamita, & colophonia, & coquantur simul miscendo cum spatula, ne fundum capiat, & mutetur ut ueniat nigrum uel rubeum, & quando

ista signa uidebis, tunc ponatur una gutta in aqua frigida, si non adharet digitis oleo unctis, & sit coloris medii nigri & rubedinis, tunc est coctum, & tunc remoueat ab igne, semper per mouendo cum spatula, postea ponatur in aqua frigida, & dimittatur ibi frigescere, ita q̄ possit poni manus intus fortiter donec sit ductile unguendo manus cum oleo, tunc in uoluat ad ultimum superius terbeninae .̄.vi. ceræ nouæ simul liquefactæ .̄.ii. & fiat.

VNGVENTVM sanans ulcera antiqua difficilis consolidationis, & est medicamen expertum Mes. R. Aloes boni. Myrrhæ mundæ. an. partes æquales, deinde tere uehementer cum succo absinthii & succo plantaginis, donec fiat sicut mel, & administretur cum corio aut panno subtili.

VNGVENTVM alfesiricon Mes. relatum ad Alexandrum mundificans cutim, & sanans scabiem siccam, asperitatem cutis, & impetiginem, & hegma grossum. R.

Cerux albæ & subtilis. Aloes boni. Lithargyrii subtilissime puluerizati. Croci. Alfesiricon, idest radicum brionia. Argenti uiui extincti. an. partes æquales. Olei de oleandro & aceti. an. quantum sufficit, & fiat unguentum sicut de cerusa. Oleum quod intrat in isto unguento, est inferius scriptum & post oleum confectum ut uidebis totum completum.

OLEVM de oleandro quod intrat in suprascripto unguento, ualet scabiei, & aufert eam omnino. R.

Succi oleandri. lib. i. diu. .̄.vi. Rosarum rubearum uirg. Olei omphacini. lib. ii.

Oleum omphacinum. i. oleum de oliuis non maturis, Aue. in. 2. can. in cap. de oliuis inquit. oleum quandoq̄ exprimitur ex oliuis ultime maturis, & oleum omphacinum est illud, quod expressum est ex immaturis, & quandoq̄ exprimitur ex oliuis rubeis medijs inter immaturas & ultime maturas, istud oleum non est in usu. Oleander autē secundum Aui. in. 2. can. est syluestris & fluuiialis, & ipse cōputat ipsam inter species uenenosorū. idem in. 4. in fen. 6. in cap. summa secunda uenenorum ex plantis, inquit, oleander plurimum interficit homines & animalia, & hæc planta est quæ diaueron uocat. hæc plura nomina habet, nam ab aliquibus dicitur ueredendron, & ab alijs Rhodondron, & ab alijs Leonardum, & ab alijs Rhododaphne, & ab alijs Nerū, eius folia sunt similia amigdalæ, sed maiora & pinguiora, & flores rem habet similem rosæ, in locis maritimis nascitur. Leonardus de preda palia in cap. de pruna ac igne perfico inquit. oleum de landrod. i. de oleandro. Idē cōfectio alfesiricon.

Confectio alfesiricon Mes. quod est medicamen cōpositum ad fistulas, & cancrum, & malum mortuum, & ualet ad additionem carnis putridæ & sanat scabiem siccam. R. Lithargyrii albi. Chalcanti. an. partem unam. Floris aris partem mediam. Terantur cum aceto uehementer forti in sole tempore æstiuo, ferè per diem unum, semper cum modicum addendo acetum, deinde ponatur in uase uitreato, & stringatur os eius, & sepeliatur in fimo diebus xl. deinde administretur.

VNGVENTVM aureū Mes. curat & solidat plagas, & est sanum & expertum. Cuius permixtio. R.

Ceræ citrinae. .̄.vi. Colophonie. .̄.i. s. Olei communis boni lib. ii. Olibani. .̄.vi. Mastice. an. .̄.i. Terebentinae. .̄.ii. Croci. .̄.i. Rasæ pini. .̄.i. s.

Misce & fiat unguentum in bona forma.

VNGVENTVM pro rapis & restis equorū quondam illustris fimi domini domini Bernabonis. R.

Axungia porci masculi. li. i. Lithargyrii. Viridis aris. .̄.i. Limaturæ ferri. an. .̄.i. Cerux.

Pistentur subtiliter, & misce cum axungia, & fiat unguentum, primo lauent rapas & restas cum aqua & sapone molli bene, & postea siccantur & ungantur sæpe.

VNGVENTVM aliud ad rapas & restas equorū

illustris domini Bernabonis expertum. R.

Lithargyrii. Argenti uiui extincti cum sa Cerux subtiliter puluerizata. li. an. .̄.ii. te. an. .̄.ii. Olei rosati. .̄.i.

Misce & fiat unguentum cōueniens ad unguendum, sed primo lauetur, ut in alia scripsi.

VNGVENTVM mirabile de elleboro ad tineam ibidem. R.

Olei laurini. .̄.ii. Lithargyrii. .̄.ii. Myrrhæ. Ceræ nouæ. .̄.ii. s.

Ellebori albi. an. .̄.i. s.

Misce & fiat unguentum molle, istud unguentum non est in usu apud nos. Elleborus secundum Mes. est barba albugi secundum Auer. in. 5. cap. elleborus est condisi, quod non creditur uerum. multi moderni computant condisi inter species ellebori, eo q̄ sternutationem commouet, tamen nostri doctores non ponunt species ellebori nisi duas. s. album & nigrum, qui satis noti sunt, in oleo de euphorbio ponitur condisi. Condisi non est elleborus secundum intentionem Mes. quando niger nascitur apud radices arboris fructuosæ. sunt fructus eius solutiui. Papias inquit, Anticyra est insula, ubi abundauit elleborus ad capitis purgationem necessarius, & ponitur pro elleboro antiqua parte templi quæ ortus respicit. hæc ab alijs dicitur uelax, & ab aliquibus dicitur stranudella, eo q̄ puluis ipsius in naribus positus sternutationem commouet.

VNGVENTVM de semperuua ibidem. R.

Olei uiolarum. .̄.i. Pinguedinis anseris. .̄.vi. Olei rosarum. .̄.i. Succi semperuuae. .̄.iii.

Bulliant omnia simul usq̄ ad consumptionem succi, postea adde croci. .̄.i. & fiat unguentum.

Istud unguentum non est in usu. semperuua. s. maior secundum circa instans dicitur, quia semper uiridis reperitur. Aui. in. 2. inquit. semperuua est succutum. in cap. uero de succuto inquit. succutum dicitur q̄ est semperuua, & dicitur q̄ est species seminis mandragoræ, sed non recte, quia illud capitulum de succo est corruptum. nam apud arabes est symphytum. ergo est consolidata maior, & sic si legis illud capitulum de succuto apud Aui. cū cap. de symphyto apud Dioscoridum uidebis q̄ idem sunt. semperuua apud Dioscoridum uocatur aizon maius. dicitur q̄ omni tempore folia uiridia habent. dicitur & buphthalmum quod non est. nam buphthalmum est oculus bouis, aut zetalmum, aut ambrosia quod non est. aliud facit capitulum de aizon minori, & hæc est uermicularis & rubæ notæ. Aizon uero est proprie nomen suum, quia componitur ab ai, quod est semper, & zon quod est uiua, unde semperuua dicitur, quia semper folia uiridia habet, nascitur super tegulas plurimum, & in locis quibus stercora proiecta fuere, & alibi.

VNGVENTVM de plumbo secundum Leonardum de preda palea paduanensem in cap. de crispilla. R.

Plumbi usti cum sulfure secundum seruitorem ustum. Lithargyrii. an. .̄.ii. Cerux. Antimonii. an. .̄.i. Olei rosati quantum sufficit, & fiat unguentum molle.

Istud unguentum est in usu, maxime secundum istam descriptionem. idem in cap. de cura cancri habet. idem in cap. de ulceribus ambulatiuis habet, sed uterq̄ ab isto differt. Plumbum uero apud Auicem. uocatur alamech & alhabar. ustum uero cum sulfure secundum seruitorem superius in quadam sief ostendi & c.

VNGVENTVM Mirabile de cancri fluuiialibus secundum eundem in cap. de cura cancri. R.

De cineribus cancrorum fluuiialium recentium, & de climia auri. & de aqua solatri, quod sufficit, & fiat unguentum peroptime ducendo in mortario de plumbo cum pistello, aut super tabulam plumbeam. Istud unguentum non est in usu. cancri maxime fluuiiales noti sunt. liber qui dicitur Bulchafsim. i. seruitor in tractatu. 3. ponit formam comburendi sartas. i. cancos, & ait. accipe cancos fluuiiales uiuos quando sol fuerit in signo arietis. xlii. die mensis. intelligo lunaris, & pone in furno panis, quousq̄ comburantur, & non conuertantur in cinerem. Climia auri secundum Auicem. melior est illa

illa quæ aurea est, ut cincinus glaci cineritii coloris recens & laminosa grossior. Guilel. lombar. inquit. climia auri est superfluitas, quæ adhæret parietibus uasis, in quo purificatur aurum, climia argenti est superfluitas, quæ adhæret uasis, in quo purificatur argentum. ultimo fit climia ex ære, & mar chesita est, sicut climia auri.

VNGVENTVM pro stomacho magistrale ualet ad confortandum stomachum. Cuius permixtio. R.
 Olei nardi idest spicæ. ris & minoris.
 Olei mastice. Galangæ.
 Olei camomillæ. Ligni aloes. an. ʒ. ii.
 Olei menthæ. Corallorum rubeorum.
 Olei de absinthio. an. ʒ. ii. Seminis coriandrorum præ paratorum.
 Olei cydoniorum. ʒ. iii. Rosarum rubea. an. ʒ. ii. s.
 Olei rosati. ʒ. i. s. Summitatum absinthii.
 Macis. Menthæ.
 Mastice. Florum camomillæ.
 Garosiflorum. Summitatum squinanti. an. ʒ. i. s.
 Nucis muscatæ.
 Cardamomi scilicet maioris ʒ. i. s.

Conterantur omnia subtilissime, & cum parum ceræ fiat unguentum medium tenens inter duritiem & molliem. Addendo panis brustulati prius in aceto infusi & bene expressi. ʒ. s.

In omni unguento species debent subtilissime conteri. Nisi enim bene puluerizarentur non posset uirtus earum per poros penetrare nec à calore præparari. Necessitas unguentorum, & emplastrorum, & oleorum fuit ut rei alicuius uirtus applicaretur in substantia adherenti, & non statim res solubili. quia medicinarum simplices non faciunt effectum. tertio propter debilitatem medicinarum simplicium.

VNGVENTVM sandalinum pro renibus Mes. ultimum ad sedandum inflammationes, & apostemata calida, & super calefactiones quæ sunt in epate & stomacho. Cuius permixtio. R.

Rosarum rubeorum. ʒ. xii. Boli armeni. ʒ. vii.
 Sandalorum rubeorum. ʒ. x. Spodii. ʒ. iii.
 Sandalorum alborum. Camphoræ. ʒ. ii.
 Sandalorum citrinorum. Ceræ albæ. ʒ. xxx.
 an. ʒ. vi. Olei rosati lib. i.

Conficiantur & admixtrentur, & sunt qui lauant oleum & ceram prius cum aqua rosa tribus uel quatuor uicibus, & postea permixcent cum aliis, & est melius.

VNGVENTVM aliud pro renibus expertum do mini Blasii de Befana Magistrale, ualet priori. R.

Olei rosati. Sanguinis draconis. ʒ. i.
 Olei myrtillorum. an. ʒ. iii. Mucilaginis psilii.
 Olei de nenufare. ʒ. i. Mucilaginis cydoniorum.
 Sandalorum rubeorum. an. ʒ. ii.
 Myrtillorum. an. ʒ. i. Camphoræ. ʒ. s.

Ceræ parum, & fiat unguentum, & lauetur oleum & cera cum aqua plantaginis, portulacæ, & lacte mulieris puellam lactantis. an. ʒ. i. lauetur duabus uel tribus uicibus.

VNGVENTVM Galeni album Mes. ultimum in infrigidatione ualens ad febres acutas, & fodam calidam pulsatiuam. Cuius permixtio. R.

Ceræ albæ lib. i. Olei rosati. lib. iii.
 Et sit factum ex oleo omphacino. i. ex oliuis immaturis. Lix quefiant omnia simul, deinde lauentur cum aqua frigidissima lauationibus pluribus usquequo bene albescant. Et quæ to magis lauetur, tanto fit perfectior. In fine uero conuassetur seu lauetur cum parum aceti.

Istud unguentum ego lauare soleo facere ex aqua rosata loco aquæ communis, & est magis confortatiuum renum.

Unguentum ab emplastro differt, eo quia unguentum est magis tenerum, siue liquidum, seu liquabile, sed emplastrum est solidum, licet utrumque cum oleo & cera componatur &c.

Si uis facere unguentum in forma satis dura, debes ponere pro omni. ʒ. i. olei specierum. ʒ. iii. ceræ. ʒ. ii. s. Si uero molle pro omni. ʒ. i. olei. ʒ. ii. ceræ. & ʒ. ii. specierum, & ista est dosi specierum olei & ceræ ad unguenta faciendum.

VNGVENTVM populeon Nicolai dicitur, quia fit de oculis populi, ualet contra calorem acutæ febris in his qui dormire nequeunt inunctis temporibus, & pulsibus, & plantis manuum & pedum. hoc idem cum oleo rosato uel uiolato mixtis, & supra epar & umbilicum. Cuius permixtio hæc est. R.

Oculorum populi lib. iii. s. Semperuiuæ. ʒ. s.
 Foliorum papaueris nigri. Violarum.
 Cimorum rubi. Scantoncelli.
 Foliorum iusquiami. Umblici ueneris. an. ʒ. ix.
 Foliorum mandragoræ. an. ʒ. s. Axungia porcina recentis.
 Solatri. i. uermicularis. lib. ix.
 Lactuca. an. ʒ. s.

Oculi populi pistentur per se, & fortiter terantur, & cum axungia iterum pistentur, & magdaleones informentur, per duos dies dimittantur. tertia uero die omnes prædictæ herbæ colligantur, & per se bene pistentur, iterum in magdaleones per dies octo referuentur, & simul misceatur, postea frustim cum lib. i. uini odoriferi in caldario ponantur, & bulliant ad uini consumptionem, cum spatula semper agitando, deinde per saccum exprimendo colentur, & dimittatur frigidescere &c.

Oculi populi in mense aprilis sunt colligendi, & cum axungia miscendi, & conseruandi sunt in mense maii cum axungia eos miscendæ usquequo aliæ herbæ colligantur.

De foliis mandragoræ si haberi non potest, loco ipsorum apponi possunt cortices mandragoræ, uel papauer nigrum, uel iusquamum scilicet folia.

VNGVENTVM marciaton. Nicolai in suo magno antidotario à marciano peritissimo medico, à quo, fuit inuentum, quod facit ad dolorem, & ad frigiditatem capitis, pectoris, stomachi, & ad sciliosum splenis & epatis, & ad alii dolorem, uel ad solem uel ad ignem inunctum statim subuenit, paralyticis arthriticis, sciaticis, freniticis, alias nefriticis, podagricis prodest. tumores reprimat, & contra omnes dolores ex frigiditate medetur potenter. R.

Ceræ albæ lib. ii. Foenigraci. ʒ. i. s.
 Olei communis lib. viii. Butiri. ʒ. i. & ʒ. ii.
 Roris marini. Vrticæ.
 Foliorum lauri. an. ʒ. i. Violarum. i. folia uiolarum.
 Amaraci. i. maioranæ. ʒ. vi. Papaueris nigri.
 Foliorum rutæ. ʒ. vii. Menthæ saracenicæ.
 Saluæ cum floribus. Alterius menthæ, idest mentha domestica.
 Sauinæ. Polytrici.
 Balsamitæ, idest menthæ aquaticæ. Lapacioli idest lapacium acutum.
 Liliifagi. i. saluia syluestris. Carduncelli idest cardo benedictus.
 Ozimi. Polii.
 Calamenthi. Matris syluæ maturæ idest capri folii.
 Artemisæ. Enulæ. Herba mercatæ.
 Betonicæ. Aleuia idest panis cuculi.
 Branchæ ursinæ. Lingua ceruinæ, idest scolo pendria.
 Spergulæ. i. herbæ mitæ. Crispulæ.
 Herba uenti idest parita. Camphoræ.
 Pimpinellæ. Storacis calamitæ.
 Agrimonie. Absinthii. Medullæ ceruinæ. an. ʒ. s.
 Herba paralytis. Adipis urfi.
 Herba sanctæ mariæ. Chamædrei. i. chamædreos.
 Cimorum sambuci. Centauræ idest maioris.
 Crassulæ idest uermicularis. Fragariæ idest herba portans fragras idest magistreg.
 Mille folii. Quinq; folii idest pentaphyllon.
 Semperuiuæ. Herbe tetræ, idest orobum, an. ʒ. iii. s.
 Gallinacii.
 Euiscii idest radix altheæ. Mastice. an. ʒ. i.
 Cymini. Thuris. ʒ. s.
 Myrtæ, idest folia myrti. Olei nardini. ʒ. ii.
 an. ʒ. iii.

Herbæ omnes præscriptæ colligantur in medietate mensis

fis maill, & omnes in una die, uel duobus diebus, & ab hora tertiarum usq; ad meridiem. Consciuntur sic. Herbae terantur subtiliter per dies .vii. in optimo uino odorifero. octaua uero die ad lentum ignem haec ponantur. Et cum unum aliquantum erit consumptum, addatur his oleum praedictum, & bulliantur, donec incipiant diminui, deinde cum diligentia colentur, & proiectis herbis iterum super ignem ponantur, & cum inceperint bullire, pone storacem, & cum modicum bullierint, pone butyrum, & azungias, & pinguedines superscriptas aliquantum, tondas & oleum nardinu, masticem, & olibanu, & postea cera, semper cum spatula agitando, & cum cera liquefacta fuerit, ab igne deponatur, & cum coagulatum fuerit, reseruetur in uase. Paralysis herba est, cuius folia florere incipiunt tempore hyemis, quae se extendunt in terra quasi alba & crispa, habens florem album.

Herba sanctae mariae. Ista est quaedam herba ad albedinem tendens rugosis foliis. Mentha saracenic, haec mentha habet folia longiora & acutiora, quam mentha domestica seu ortensis, menthae enim plures sunt species, ut Matth. syl. cap. 543. Herba muscatae. haec herba est illa quae se expandit in terram odorem habens musci, quae satis assimilatur agrimoniae, sed est minor ea, quaedam dicunt quod est ualeriana. Inter unguentum & emplastrum est differentia. Nam ad consumptionem unguenti reperitur cera & oleum, in emplastro autem non est expediens semper ponere ceram.

V N G V E N T V M aragon Nicolai. i. adiutorium, ualet ad omnem dolorem ex frigidityte uiris & mulieribus tali ordine inunctum, in testa oui primo liquefiat ad ignem. ualet ad spasmodum & dolorem illi, & renum tali ordine inunctum ut supra dixi. ualet artritico, sciaticis, multum prodest quartanariis si super spinam dorsum ungetur, & quando ungetur ex frigidityte, sicut prius diximus, ponatur super locum dolentem tegula calefacta. R.

- | | |
|--|----------------------------|
| Rorimarini. | Laureolae. 3. ix. |
| Maiooranæ. | Nepitæ lib. s. |
| Radicum iari. i. serpentariæ. | Masticis. |
| Serpilli. | Olibani. an. 3. vii. |
| Rutæ. | Pyrethri. |
| Radicum siccae. i. cucumeris asinini. an. 3. iiii. s. | Euphorbii. |
| Foliorum lauri. | Zinziberis. |
| Saluiae. | Piperis. an. 3. i. |
| Sauinae. | Olei muscellini. 3. iiii. |
| Policariae maioris & minoris. i. ellebori albi & nigri. an. 3. ix. | Olei petroli. 3. i. |
| Brioniae. i. radix cucurbitae. syluestris. an. 3. iiii. | Adipis urfi. |
| | Olei laurini. an. 3. iiii. |
| | Butyri. 3. iiii. |
| | Olei communis lib. v. |
| | Cerae lib. i. |

Herbae & radices colligantur tempore & hora scriptis in praedicto unguento, lauentur, & mundentur subtiliter, deinde conterantur, & per .vii. dies in oleo infundantur. octaua uero die super ignem ponantur, & coquantur usq; ad perfectam coctionem postea per sacculum colentur, fortiter exprimendo, deinde dicta colatura super ignem ponatur, & cum bullire coeperit addatur oleum laurinum, butyrum, & adeps, ac cera, qua liquefacta adde petroleum, & muscellinum, postea masticem, & olibanu, zinziber, piper, & euphorbium, & pyrethrum, & post ab igne deponatur & recondatur. Inter doctores magna est differentia de laureola & mezereon. quidam enim dicunt quod laureola & mezereon idem sunt & false. Nam mezereon est planta lacticina, & dicitur alio nomine oliuella, laureola uero est arbutum, & non habet lac, sed folia laureolae sunt similia lauro. Policaria est herba quae habet folia similia oliuae, sed aspera, & pingula, & uiscosa, & sunt duarum specierum. s. maior & minor, maior est grauis odoris, quae in frutice est uirgas habens longitudinis duorum cubitorum, minor uero unius pedis longitudine porrecta est, florem fragilem & mellinum habens colorem, & amarum saporem, & cum floruerit uelut capillos facit, radix ipsa est inutilis. Sed quia in certis partibus non reperitur, nec cognitio habetur, ideo loco ipsorum possunt poni elleborus albus & niger. De oleo mus-

cellino magna inter doctores est contentio. quidam enim dicunt quod dicitur muscellinum, quia in eius compositione intrat muscum. Item muscellinum uocatur, quia fit ex humiditate inuenta in tuberositatibus ulmi. Item muscellinum uocatur multi oleum de been. i. de semine catapuciae. alii uero hoc modo oleum muscellinum faciunt secundum hanc receptam, & ponitur a Gale. in suo antidotario, & istud est in usu. R.

- | | |
|------------------------|----------------------------|
| Olei lib. vi. | Croci. |
| Aqua lib. iiii. | Cassiae lignae. an. 3. vi. |
| Folii. | Garioflorum. |
| Spicae. | Carpobalsami. |
| Costi. | Bellii. an. 3. iiii. |
| Masticis. an. 3. i. s. | Nucis indae. |
| Storacis calamitae. | Macis. an. 3. i. |
| Myrrhae. an. 3. vi. | |

Conquassentur, deinde bulliant simul usq; ad consumptionem aquae, deinde colentur & reseruetur &c.

V N G V E N T V M Agrippae Nicolai, quo rex iudaorum utebatur, & est tanta dignitatis, quod nemini discipulorum tradere uolebat. ualet hydropicis, & omnibus tum moribus in quacumque parte corporis fuerint, & neruis indignantis, dolori renum ex frigidityte mire subuenit. urinam prouocat, & inunctum super uentrem laxat. R. Radicum brioniae. i. radix cucurbitae syluestris lib. ii. Radicum ebulli species est sambuci faciens quaedam semina nigra foetentia. Tribuli marini. an. 3. ii. Radicum siccae. idest cucumeris asinini lib. i. Squillae. 3. ii. Ireos, idest illii coelestis. 3. iiii. Radicum filicis. 3. ii. Omnes radices ter uel quater bene lauentur & in pileo marmoreo bene terantur. Olei lentisci lib. iiii. Ponantur in dicto oleo dictae radices per dies .viii. permittantur. Nono uero die ad ignem ponatur omnia haec, & tamdiu bulliant quod radices diuidantur, deinde ponantur in sacco exprimendo & colando, & cum colatum fuerit ad ignem ponatur, & cum fuerit debite fere coctum proiciantur Cerae albae. 3. xv. Et liquefacta cera ab igne deponatur, & post infrigidationem reseruetur &c.

Antidotum est quodlibet includens diuersas descriptiones medicinarum ad diuersas & uarias passiones, & dicitur antidotum. i. contra uitium datum, quia contra aegritudines principaliter. uel aliter antidotum dicitur. i. contra datum, ab anti quod est contra, inde dicitur antidotum quod est liber continens experimenta contra morbos data.

Tribuli marini sunt quidam fructus nascentes in aqua cornua habentia & intus habent quandam medullam ad similitudinem castaneae, & isti gallici pauperes solebant super pileos suos portare. Eodem est duarum specierum domestica & syluestris, & domestica est arbor terribentiae, Et syluestris lentiscus arbor in montibus nascens, cuius semine fit oleum lentisci, & si haberi non potest eius loco ponitur oleum masticis.

V N G V E N T V M dialtheae Nicolai. dialthea masticicon & calasticon dialthea a radice eiusci dicitur, masticis, idest mollificatiuum, calasticeis, idest calefactiuum. Cuius permixtio. R.

- | | |
|-------------------------|-----------------------------|
| Radices eiusci lib. ii. | Seminis foenugraeci lib. i. |
| Seminis lini lib. i. | Squillae. 3. vi. |

Radices omnes bene abluantur & terantur, similiter semen lini, & foenugraeci, & squilla & in .vii. lib. aquae ponantur per tres dies. 4. uero die super ignem ponantur & bulliant donec incipiant inspissari paulatim, ponantur in sacco, & cum exprimere uolueris addatur aliquantum aquae feruentissimae ad extractionem illius succi, de succo isto accipiantur lib. ii. & mittantur in quatuor lib. olei communis, & bulliat usq; ad consumptionem succi, postea addatur cerae lib. i. Cumque liquefacta fuerit adde.

- | | |
|--------------------------|----------------------|
| Galbani. | Colophonae. |
| Gummi hederæ. an. 3. ii. | Rafinae. an. lib. s. |

Ad ultimum ponatur puluis. Et coctum ab igne deponatur, & cum infrigidatum fuerit & coagulatum diligenter colligatur, & reponatur, facit proprie ad dolorem pectoris ex frigidityte, & ad pleuriticum in testa oui aliquantum calefactum ad ignem, & super pectus inunctum.

inūctum sanat omnia infrigidata loca, & desiccata calefacit, mollificat, & humectat &c.

In receptis quando reperitur scriptum olei loti modus lauandi talis est. primo ponatur oleum in uase mundo stricti orificii, & supra fundatur aqua clara calidissima, deinde abicitur aqua, & totiens reiteretur proiectio dictæ aquæ feruētis, q̄ finaliter exeat eiusdē caloris & saporis, sicut ante proiectionem & tunc oleum erit mundum. Et nota quādo hoc fit, debet fieri in uno uase, quod in fundo foratū sit, ut aqua possit exire, oleū enim remanet semper super aquā & natat, quia est corpus aereum. Ideo quanto leuior tanto melior.

VNGVENTVM Staphisagriae magistrale. ualet in terficiendo uermes seu pediculos capitis, palpebrarum, & inguinum. R.

- | | |
|----------------------------|------------------------------|
| Axungia. | Olei linosa. 3.iii. |
| Saponis mollis. | Argentī uiui extincti. 3.ii. |
| Staphisagriae. an. 3.iiii. | |

Conterantur subtiliter conterenda, & misceantur. Axungia si simpliciter scripta reperitur, semper de axungia porcina est intelligendum. Hic utiliter est notandum q̄ stomachus & epar non debent aliquo ungueto ungi, aut aliquod emplastrum uel cerotum supra eos ponendum est post cibum, quia attrahendo calorem à loco digestionis impediret cibi digestionem, & naturam digestionē diuertit seu operatione. Vnguenta, emplastra, & cerota ut plurimum conferuantur per annum in sua uirtute & bonitate & non plus, quia elapso anno paulatim humiditas eorum naturalis deperditur, & terrestricitas acquiritur.

VNGVENTVM Citrinum Nicolai dicitur. in ipso pomo citrino decoquitur. pulchram reddit faciem, lentiginēs de facie tollit nigredinem à sole inductam, destruit, pustulas in quacunq̄ parte corporis ortas falsi sigmatis mirabiliter destruit, & aufert cicatricē in corpore, subtiliat leprosi faciē, si ex eo ungetur. multum emendat. rubori oculorum, pruritu, & calori, & herisipillæ ualet. Cuius permixtio. R.

- | | |
|---|-------------------------------|
| Boracis albæ & claræ. 3.ii. | Cristalli. |
| Camphoræ. 3.i. | Antalis & dentalis. |
| Coralli albi. 3.s. | Olibani albi. |
| Amenti dulcis. 3.i. | Nitri. an. 3.iiii. |
| Belliculi marini idest umblīci marini. 3.iii. | Marmoris albi. 3.ii. |
| Dragaganti albi. | Gerisæ serpentariae. 3.i. |
| Amidi. an. 3.iiii. | Ceruse albæ & subtilis. 3.vi. |

Hoc modo terantur dragaganthi, & umblicos marinos terimus in mortario marmoreo cum pistello ferreo, infra mul cætera sigillatim in eodem mortario terantur, & cum panno subtilissimo cernantur, & cum axungia nouellæ porcinae albisimæ lib. i. s. sepi caprini uel pecorini. 3. i. s. axungia gallinæ. 3. i. Confice sic, caldarium plenum aquæ supra ignē bulliat, & cacabus cū axungis in caldario pēdeat in ipsa aqua ut de calore ipsius aquæ axungia liquefiant, & liquefactæ per subtilē pannū albū colentur in catinū, ut postea totus puluis apponatur præter caphorā & boracē, cum spatula semper agitando, ut omniū bona fiat incorporatio. hoc facto in uno citrino cānato uel duobus mittatur & ponatur, cū spatula semper agitando, & cum incœperit bullire, iterum in caldario ponantur, & cum spatula semper agitando puluis camphoræ & boracis apponantur, & donec incipiat frigeſcere agitetur, & cū infrigidatū fuerit recondatur. Et nota q̄ lib. i. pulueris lib. viii. axungia colatē debet poni.

VNGVENTVM Marciaton aliud. quod aliqui habent in usu. R.

- | | |
|----------------------------------|---|
| Foliorum lauri lib. iii. | Masticis. |
| Rutæ lib. ii. s. | Storacis calamitæ. |
| Amaraci. i. maioranæ lib. ii. | Medullæ ceruinæ. |
| Roris marini lib. i. s. | Adipis urſi. |
| Foliorum myrti lib. i. | Adipis gallinæ. an. 3. i. |
| Eſuri idest flos saluæ. | Thuris. 3. ii. s. |
| Balsamitæ idest menthæ aquaticæ. | Olei nardini. 3. i. |
| Ozimi. i. basilicon. an. lib. s. | Olei uiridis idest ex oliuis immaturis lib. vi. |
| Butyri. 3. v. | |

Et fiat unguentum prout in unguento alio marciaton tibi ostendi. Oleum uiride est oleum omphacinum idest oleū oliuarum immaturarum, & dicitur à uirido, eo quia maiorem uiriditatem habet quàm cætera olea simplicia.

VNGVENTVM Arthanitæ magnum Mes. relatū ad Alexandrum quo ungitur uenter, & fumen, & ilia, & soluit solutione cathartici. Et ungitur ex eo stomachus, & facit uomere, & educit uermes, & confert hydropisi, & solutio ne educit aquam citrinam, & est propinandum non ualentibus sumere medicinam. Cuius permixtio. R.

- | | |
|-------------------------------|-----------------------------|
| Succi arthanitæ. i. ciclamini | Butyri uaccini lib. i. |
| uel panis porcini lib. iii. | Pulpæ coloquintidæ. 3. iii. |
| Succi cucu. asinini lib. i. | Polypodii. 3. vi. |
| Olei irini lib. ii. | Euphorbii. 3. s. |

Quæ sunt terenda, tere, & submerge in succis & oleis, & pone in uase uitreo stricti orificii, & stringe caput eius, & per mitte per dies octo, deinde bulliant omnia ebullitione una, & colentur, deinde proiciantur super colaturam. R.

Serapini. aur. v. Myrrhæ. aur. ii. Duo hæc dissoluantur prius in forti aceto, deinde proiciantur in dicta colatura, & bulliant simul semper agitando cum spatula usq̄ ferē ad succorum consumptionem, & tūc proice super ea.

Ceræ. 3. v. Fellis uaccini. aur. vi. Ferueant cum eis usq̄ dum liquefiat cera, deinde pulueriza super id.

- | | |
|---------------------------|---------------------|
| Scamonæ. | Euphorbii. aur. ii. |
| Aloes. | Turbith. aur. v. |
| Mezereon. | Piperis longi. |
| Coloquintidæ. an. aur. v. | Zinziberis. |
| Salis gemmæ. aur. iii. | Camomillæ. aur. ii. |

Misceantur omnia bene, ut permisceantur, & utere. Modus extrahēdi succum à cucumere asinino talis est. Accipiat in fine Iulii in diebus canicularibus & in mense Augusti, qui sunt citrini, q̄ illi sunt maturi, & ponantur in uase & permittatur per noctē, deinde perforentur cultello acuto. Exiet aquositas quædam clara & substatia pulposa. Illa aquositas colligatur cū spongia uel bombace, & abiciatur, & substatia pulposa referuetur, & utere ad libitum, ponendo illam ad solem, & permittatur exiccari, donec possit reduci ad formam troiscorum, deinde remoueat, & referuetur.

VNGVENTVM Aliud arthanitæ paruū Mes. resolues apothemata splenis, & lapideitate ipsi, & scrophulas. R.

- | | |
|--|--------------------------------------|
| Succi arthanitæ. | Armoniæ. 3. i. s. |
| Viscositatem quæ mulgetur ex radice filicis. | Bdellii. 3. i. s. |
| Succi kamenelis. i. an. 3. viii. | Aceti quantum sufficit. |
| Succi extremitatum tamarisci. 3. ii. | Ceræ citrinæ. 3. vi. |
| Olei irini lib. ii. | Corticis radice capparorum. 3. i. s. |
| Hylſopi humidæ. 3. v. | Spicæ. 3. iii. |

Et fiat sicut superius diximus.

VNGVENTVM ægyptiacum Mes. magnum confert ad uulnera antiqua, & fistulas quæ indigent mundificatione. abstergit enim & mundificat ea à carne mortua & putredine. Cuius permixtio. R.

Floris æris. 3. v. Mellis. 3. xiiii. A ceti fortissimi. 3. vii. Coque super ignem donec inspissetur, deinde, eo ablato ad de Olibani bene puluerizati. 3. ii. s. Terendo super terenda.

Hoc unguentum duobus modis fit, qui enim uolunt illum multum corrosiuum faciunt ipsum sine olibano. Qui uero mediocriter, olibanum ponunt.

VNGVENTVM de bdellio Mes. quod confert ad spasnum, & epilepsiam, & paralysim, & ad ægrotudines neruorum frigidæ, & leuit nodositates neruorum. R.

- | | |
|--------------------|------------------------------------|
| Bdellii. 3. vi. | Ceræ nouæ. 3. xv. |
| Euphorbii. 3. iii. | Olei sambuci, aut de chesri. 3. x. |
| Castorei. 3. iii. | |
| Serapini. 3. iii. | |

Bdellium & serapinum infundantur in aqua rutæ agrestis, & cætera liniantur cum aqua calida, & fiat unguentum, & liniatur cum eo.

VNGVENTVM pro uermibus Montagnanæ in antidotario suorum consiliorum. R.

Centaureæ minoris.	Aloes ad pondus omnium
Abfynthii.	quod erit. ʒ. vii. s.
Lupinorum. an. ʒ. s.	Olei abfynthii. ʒ. iiii.
Ligni aloes.	Fellis tauri. ʒ. i.
Cornu cerui usti.	Ceræ. ʒ. i. s.
Diptami. an. ʒ. ii.	

Conterantur omnia conterenda, & fiat unguentum.

Lauatur enim cera duplici causa, primo, ut acuitas sua amoueat, secundo, ut acquirat uirtutem, quam non habet, & quam habet deperdat, ut in unguento Comitiffæ, quia lauatur ut efficiatur siptica. Si scriptum reperitur ceræ lotæ tunc dicta cera lauanda est in aqua communi. Aliter lauatur in decoctione in qua describitur.

VNGVENTVM pectorale magistrale, & est usua lis. R.

Olei amigdala. dul. ʒ. iiii.	Butyri recentis. ʒ. vi.
Olei camomillæ.	Ireos subtiliter puluerizati.
Olei uiolati. an. ʒ. iij.	ʒ. ii.
Adipis gallinæ.	Croci. ʒ. s.
Adipis anatis. an. ʒ. ii.	Ceræ albæ. ʒ. iii.

Misce & fiat unguentum omnia simul liquefaciendo, in fine uero ireos & crocus ponantur, deinde lauetur tribus aut quatuor uicibus cum aqua ordeï tepida, butyrum melius est uaccinum cū in medicinis ponitur, id est ad opus medicine datur, debet esse sine sale, & conseruatur usq; ad sex menses uel usq; ad annum ad plus. Adeps gallinæ debet esse recens & non antiquatum. amittit enim complexionem & uirtutem, & efficitur rancidum, & amittit temperamentum, & liquefactum melius conseruatur. Adeps anatis & anseris quanto antiquiores, tanto meliores sunt, & cum in medicinis administrantur nullo modo sale condiendi sunt.

Pinguedines omnes si aspergantur zuccharo subtiliter puluerizato, diu conseruantur absq; corruptione. hoc ego sæpe uidi, & experimēto approbaui. pinguedines enim quæ pro usu medicine sunt, nullo modo sale salandæ sunt, sed modo prædicto præparandæ.

VNGVENTVM apostolorum Auic. ʒ. can. tractatu. 11. q. in usu est, & est apostolicon, & nominatur unguentum ueneris, & est unguentum rectificans cum facilitate fistulas difficiles, & scrophulas paruas, nec est aliqd simile ei. & mundificat uulnera ex carne mortua, & plus & consolidat. Et dicitur qd est medicina 12. apostolorū. Cuius permixtio. R.

Ceræ albæ.	Thuris, masculi. ʒ. vi.
Rafinæ. an. ʒ. xiiii.	Mirræ.
Oppoponaci.	Galbani. an. ʒ. iiii.
Floris aris. an. ʒ. ii.	Edellii. ʒ. vi.
Armoniæ. ʒ. xiiii.	Lithargyrii. ʒ. ix.
Aristolochiæ longæ. ʒ. vi.	

Infundantur bdellium & aliæ gumme in aceto uini, & decoquantur in æstate cum duabus lib. olei, & in hyeme lib. iiii. olei &c.

Oleum si simpliciter scriptum reperitur, de oleo oliuarum semper est intelligendum, quod oleum est materia omnium oleorum, ut in tractatu de oleis manifeste apparet &c.

VNGVENTVM ad scabiem magistrale bonum & expertum. R.

Olei communis lib. ii.	Terbentina.
Azungiæ porci recentis lib. ii. s.	Argenti uiui extincti. an. lib. s.
Cerufæ.	Argenti sublimati. ʒ. iiii.
Salis communis. an. lib. i.	Ceræ albæ. ʒ. v.

Misce & fiat unguentum secundum artem. Azungia porci melius conseruatur liquefacta, & adeps renum caprarum hoc etiam modo melius conseruatur. Argentum uiuum hoc modo extinguitur & præparatur, Accipiat argentum uiuum, & ponatur in una ampulla uitri, & supra exponatur tanta salua qd cooperiatur, deinde concutiatur tantum sub & supra semper saluam addendo, qd totum confrangatur ita, qd possit aspergi tanquam lac, & partibus quibus apponitur adhæreat, & hoc modo extinctum erit. aliter tantum

concutiatur, qd in illam formam ueniat, & sic extinguitur.

VNGVENTVM aliud ad scabiem p pueris paruis, & mulieribus grauidis, & personis delicatis Mōtagnanæ. R. Terbentina bene lotæ. ʒ. iiii. Succi citrangulorum. Butyri recentis loti. ʒ. ii. Vitellos ouo. an. nume. iiii. Salis. ʒ. i. Olei rosati. ʒ. i.

Misceantur omnia simul, & fiat unguentum. Salis si simpliciter scriptum reperitur in compositionibus, semper de communi sale est intelligendum. Terbentina & butyrum lauari debent in aqua communi, & sic faeias de omni alia re lauanda, in aqua solum dicitur lauetur, & non exprimat cum quare, cum communi aqua lauanda est.

VNGVENTVM ad scabiem pro canibus bonum & expertum. R.

Saponis mollis lib. i.	Salis nitri.
Azungiæ porci. ʒ. vi.	Aluminis rocæ ustæ
Ellebori nigri. ʒ. viii.	Salis communis.
Sulfuris. ʒ. vi.	Terbentina. an. ʒ. vi.

Olei laurini quantum sufficit ad incorporandum, & fiat unguentum. Et si fortius facere uolueris adde. ʒ. iiii. argenti sublimati & terræ camelli. ʒ. iiii.

VNGVENTVM album siue de cerusa crudum magistrale, quod est in usu, & ualet ad infrigidandum omnem duritiem, & b... am, & deruschata pelaxinam carnis & combustionem ignis. R. Olei rosati lib. iiii. Cerusæ lib. i. Ceræ albæ. ʒ. ix. Misce omnia, & fiat unguentum. Et sunt qui addunt camphoræ. ʒ. i. s. & albumina ouorū duo, & tunc erit unguentum camphoratum, & sine camphora & sine albumine oui erit unguentum de cerusa crudum, & sic uocatur.

VNGVENTVM de cerusa coctum ualet ad consolidandum plagas, & in usu est. Magistrale. R. Olei communis lib. ii. Cerusæ subtilis lib. i. Coquantur lento igne, donec coctum sit, & sunt aliqui qui addunt ceræ albæ & mundæ. ʒ. iiii. & fiant magdaleones.

VNGVENTVM de lithargyrio coctum magistrale. & ualet ad malum tibiæ, & præcipue qui fractam habent pellem semper tibiis. R. Lithargyrii auri subtilissimè puluerizati. Aceti fortis. an. lib. i. Olei rosati clari lib. ii. Coquantur lento igne quo usq; coctum sit. & fiat magdaleon, & sunt aliqui qui in dicto unguento addunt ceræ. ʒ. iiii. sed melius est sine cera.

VNGVENTVM de minio coctum, & est Magistrale, ualet sicut unguentum de lithargyrio. R. Minii subtilissimè fini lib. i. s. Olei communis lib. i. Coquantur lento igne, & fiant magdaleones.

VNGVENTVM Basilicon minus magistrale. ualet ad extrahendum putredinem ab ulceribus & plagis factis nouiter, & est in usu. R.

Picis naualis.	Colophonij, id est picis græcæ puluerizata. ʒ. vii.
Rasæ pini.	Ceræ nouæ mundæ. ʒ. v. s.
Terebentina.	

Olei communis. an. ʒ. ix.

Misce omnia simul & coletur & fiat.

VNGVENTVM Citrinum, & dicitur unguentum commune, ualet sicut unguentum basilicon, sed est plus lenitium, & est magistrale. R.

Terbentina lib. i.	Ceræ nouæ & mundæ lib. s.
Rasæ pini cola. lib. i. ʒ. iiii.	Olei communis. ʒ. ix.

Misce omnia, & fiat unguentum secundum artem.

VNGVENTVM de dragagantis pro pectore magistrale. R.

Gummæ dragaganti mundæ. ʒ. iiii.

Aquæ florum uiolarum lib. ii.

Infundatur in ea gummam per horas. xii. postea stamigne tur, & his addatur Olei uiolati, Olei amigdalorum dulcium. Ceræ albæ. an. lib. i. Liquefiant oleum & cera, deinde apponatur gummam ipsis infrigidatis, & misceantur &c.

Unguentum hoc nisi ingenio fiat, nunquam bonam formam habere potest, sed stat in magdaleonibus grossitudinis fabæ. Igitur hoc modo facias, post liquefactionem ceræ & olei, & ipsorum infrigidationem addas gummam stamignatam paulatim illam stanchezando, ac si uelles stanchezate manu

re manufcripti, & nō celfes addere gumnam, & ftancheza re donec habeat bonam formam, & quanto magis elaborā bis in ducendo, tanto meliorem formam accipiet &c.

VNGVENTVM de adipibus Magiftrale peñora le. R.

Adipis gallinæ.	Olei canomillæ.
Adipis anferis.	Olei amigdalorum dulciū .
Adipis anatis.	an. 3.iii.
Butyri recentis .an. 3.vi.	Mifce & fiat unguentum.
Ceræ albæ. 3.iii.	

VNGVENTVM Comitiffæ Guilelmi de uarigna na in fua practica cap. de retentione menftruorum, quod eft in ufu, & eft mirabile, & expertum pluries. R.

Corticum medianorum ca/ ftaneanum.	Ozimarum uuarum de lam brufcis, idest granellæ.
Glandium & copularum glandium.	Sorbarum ficcarum immat/ turarum.
Corticum medianorum ar/ boris glandium.	Nepfillorū immaturorum.
Myrtillorum.	Radicum chelidonæ.
Caudæ equinæ.	Foliorum prunorum fylue/ strum. an. 3.i.s.
Corticum fabarum.	

Terantur groffo modo & bulliant in lib. viii. aquæ plantagi nis ufq; ad confumptionem mediet. poftea coletur, & poftea. R.

Olei myrtillorum lib. vi.	Ceræ nouæ lib. i.
Mifce, & laua oleum, & cerā cum fuprafcripta decoctione nouies femper remouēdo aquā, & cum hoc factū fuerit. R.	
Corticum caftanearum.	uis. 3.i.
Glandium.	Myrtillorum.
Corticum medianorum ar/ boris glandium.	Ozimarum uuarum, idest de lambrufcis.
Gallarum. an. 3.ii.	Sorbarum ficcarum. an. 3.i.
Cineris ofium cruris bo/	Trocfcorū de kara. 3.viii.

Fiat ex his puluis fubtiliffimus, & mifce cū fuprafcripto oleo & cera, & fiat unguentum. Per cortices fabarum au ftor intelligit corticem, in qua fabæ oriuntur, crefcunt, & ma turantur, f. illa tegula. Modus lauandi ceram talis eft. pri mo debet cera ad ignem liquefieri, deinde in aqua munda ab omni fapore debet proici, & in aqua illa debet manibus malaxari, & aqua à cera manibus exprimi, deinde ad ignem debet liquefieri, & in aqua munda proici, ut prius, & fic ite rum atque iterum eft faciendum, quoufque aqua fine fapore exeat, & tunc erit fignum lotionis &c.

VNGVENTVM de Anthera Magiftrale, & eft conftitutum. R.

Myrtillorum.	Seminis antheræ.
Gallarum.	Rofarum rubearum.
Nucum cuprefsi.	Seminis plantaginis. an. 3. s.
Corticum granatorum.	Terantur hæc omnia fubtili ter & cum.
Acaciæ.	Olei rofati lib. i. s.
Mafticis.	Ceræ nouæ. 3.iii.
Balaufiarum. an. 3.i.	
Mifce, & fiat unguentum.	

Modus faciendi acaciam talis eft. Accipe fucci pomorū fylueftrium quantitatem quā uolueris propinquorum ma turationi, & pone in caldario, & coque ufq; ad confumptio nem codognatæ de melle, & extende fuper tabulam pofte quam cocta fuerint, & incide cum cultello in fruftis paruis, & poftea dimitte exiccari, & ufui referua &c.

VNGVENTVM ad combustionem ignis Magi ftrale fic fit. R.

Corticis medullæ fambuci. 3.ii.	
Bulliant in aqua fufficienti ufq; ad confumptionem duarum partium, & coletur, deinde in dicta colatura adde.	
Olei nucum. 3.iii.	
Et bulliant lentiffimo igne ufq; ad confumptionem fuprafcriptæ decoctionis, poftea adde intus in fine.	
Ceræ nouæ & boni coloris. 3.ii.	
Mifce, & fiat unguentum &c.	

VNGVENTVM ad fciffuras mamillarum Magi ftrale. R.

Lithargyrii argenti.
Zinziberis fini.
Myrrhæ. an. 3.ii.

Et fiat unguentum molle.

VNGVENTVM mirabile relatum ad Nicodemū Mef. ualens ad ulcera putrida, & generat in eis carnem & fi gillat, & prohibet in eis fieri putrefactionem. Cuius hæc eft permixtio. R.

Myrrhæ.	Mellis defpumati. 3.vi.
Aloes.	Vini albi & boni. 3.iii.
Sarcocollæ. an. 3.i.	

Decoquantur fimul cū facilitate ufq; dum habeat fpiffitudi nem. Et quando additur in medicamine Vitreoli. 3. s. & pro prie ad confumptionem carnis additæ, & eft expertum.

VNGVENTVM bafilicon magnum Mef. confert uulneribus, in quibus eft calefactio & proprie in uulneribus neruofis, mūdificat enim & incarnat ea. Cuius permixtio. R.

Ceræ albæ. 3.vi.	Picis græcæ, idest colopho/ niæ. 3.i.s.
Rafæ pini.	Picis. 3.iii.
Sepi uaccini.	Olei communis lib. ii.
Olibani.	
Myrrhæ. an. 3.i.s.	

Conterantur conterenda, & fiat unguentum in bona forma.

Pix fi fimpliciter fcripta reperitur, femper de nauali ino telligatur. Si uero pix græca, de colophoniam femper ino telligitur.

VNGVENTVM cerafeos magnum Mef. redifis cans ulcera maligna, & fistulas difficiles, & mundificat à car ne mortua, & putrefactione, & perficit figillationem eorum figillatione laudabili. R.

Armoniaci. 3.i.	Lithargyrii. 3.xv.
Bdellii.	Aloes.
Olibani mafculi.	Oppoponacis. an. 3.ii.
Aristolochiæ.	Floris æris. 3.iii.
Sarcocollæ. an. 3.v.	Refinæ. 3.xiiii.
Myrrhæ.	Ceræ albæ.
Galbani. an. 3.iii.	Olei communis. 3.ii.s.

Armoniacum & bdellium diffoluuntur in aceto, Lithargy riū teratur & decoquatur cum oleo donec liquefiat, & tunc remoueat ab igne, donec infrigidetur parum, & proice fu per ipfum armoniacum & bdelliū diffoluta in aceto, & re/ duc ad ignem, donec coaguletur, & poftea illud proice fuper ipfum reliquas medicinas, & adminiftratur &c.

VNGVENTVM cerafeos paruum Mef. faciens nafci carnem in uulneribus, & mundificat & incarnat ea, & confert uulneribus recentibus & antiquis. R.

Aristolochiæ rotundæ.	Sarcocollæ. 3.s.
Radicis ireos.	Lithargyrii triti puluerizati. 3.v.
Sanguinis draconis.	
Armoniaci. an. 3.s.	

Decoquatur lithargyrium cum olei cōmunis lib. i. ufq; dum liquefiat. Et conficiantur cum alii ficut diximus.

VNGVENTVM alabaftri Nardi preciofi, quod romani de hierufalem attulerunt tempore quo dominus no fter Iefus Chriftus fuit crucifixus, & probatum eft in omni/ bus febribus, & rigoribus, & calculofis, doloribus lumbo/ rum, petram de uefica frangit, dolorem illum aufert hemi/ craneum, alias iliacū dolorem amputat. caufis matricis opti me fubuenit. Maria & Martha forores Lazari hoc unguen/ to ufæ fuerūt diebus uitæ fuæ. Cuius permixtio hæc eft. R.

Sauinæ uiridis. 3.v.	Hederæ.
Gallarum cuprefsi uiridis. 3.viii. 3.i.	Mille folii. an. 3.vi.
	Artemiffæ.
Roris marini uiridis. 3.vi.	Foenigræci.

Terræ benedictæ. Seminis lini. an. 3.vi. Hæc omnia infunde in aquæ sextario uno medio, & fet in infufione per duos dies, poftea adde Olei communis sextaria. v. & dimitte eum cum cautella tādū coquatur ufq; ad confumptionem aquæ & remoto ab igne coletur per facculum, additis.

Ceræ nouæ puræ & mū. 3.vi.	Galbani.
Colophoniam.	Gummi hederæ. an. 3.v.
Terebintinæ.	Picis hifpanæ. 3.v.

Rafina pini.

Olibani.

Mafficis. an. ʒ. v.

Quæ terenda sunt terantur, & quæ liquefenda, liquefiant secundum artem, & misce omnibus, fiat unguentum semper agitando cum spatula, & usui referuetur &c.

Z V C C H A R V M rosatum. Mef. stomachu & cor confortat, & omnia uiscera. Et confert ad mollificationem eorum, & eius modus talis est. *R.* Summitatis florum rosarum rubearum incompletæ maturitatis. ʒ. ii. Permittantur post eorum collectionem saltē per diem, deinde in lapideo uase ultimate conterantur, postea adde eis zuchari lib. i. & bene pistando permisceantur, deinde reponantur in uase uitreato, & cooperiatur charta, demum soli exponatur, & per menses. iiii. permittatur omni die illum miscendo, deinde remoueat & referuetur. Et hoc modo fiat zucharum uiolatm, buglossatum, & boraginatm, permutando solū flores, in reliquis uero præscriptus modus seruadus est. Et quidam faciunt illud cum rosis non habentibus aliquid de complemento, & inuenitur magis stipticum. Et sunt qui non terunt rosas, sed incidunt cum forficibus, & fricant manibus fricatione ultima rosam & zucharii, deinde exponunt soli. Nota insuper q̄ de floribus præscriptis solū summitas accipienda est, alia uero abicienda, quia nimis dura. Et fila illa quæ in floribus boraginis reperitur, abicienda sunt.

Z V C C H A R V M uiolatm. Mef. inflammationem & sitim sedat, uentrem lubricat. Et eius modus est sicut zucharum rosatum, indigent tamen uiolæ expansione longiori, & expositione in sole &c.

De artificio ceræ.



C E R A enim quid sit, & quomodo à melle separaf, quomodoq; fiat, A doctis tribus longo & claro sermone pertractatum est, ita ut & mulieres rustici magistri effecti sint. Igitur de ipsius artificio scribere restabat. A cera igitur rubea faciam initium.

Ad faciendum ceram rubeam. *R.*

C E R A nouæ lib. i. Terbentina subtilis. ʒ. iiii. in æstate, in hyeme. ʒ. iiii. Cinaprii super lapidem pictorum bene triti, Olei oliuarum. an. ʒ. i. Liquefiant cera & terbentina ad ignē, demum remoueantur, & post aliqualem infrigidationē, addatur oleum & cinaprium, beneq; simul misceantur, & referuetur &c. Oleum enim cum cera ponitur ut cera simul tenere faciat, quæ à cinaprio separatur, & frangibilis redditur, ac ut cinaprium melius conteratur.

Sunt qui loco cinaprii ad faciendum rubeam ceram ponunt minium, & fieri potest, sed in triplo ponitur de minio, ut pro omni lib. ceræ minii bene triti cum oleo ut supra. ʒ. iiii. uel. ii. ad minus, sed non habet tantum colorem, quantum si fit de cinaprio &c.

Ad faciendum ceram uiridem. *R.*

C E R A nouæ lib. i. Viridis æris triti ut supra. Olei oliuarum. an. ʒ. i. Liquefiant cera, & post aliqualem infrigidationem addatur uiride æris & oleum, & bene misceantur, & uiridis fiet. Si dictam ceram tenacem facere uis, adde quantitatem terbentinae superscriptam in cera rubea. Terbentina enim in cera ponitur ut per ipsam tenax reddatur. Ac quia aliquando de ipsa fiunt imagines, ut facilius à formis in aqua madefactis separetur.

Ad faciendum ceram nigram. *R.*

C E R A nouæ lib. i. Terra nigra trita. ut supra. Olei oliuarum. an. ʒ. i. Liquefiant cera, & post aliqualem infrigidationem addantur terra nigra & oleum, & referua. Si dictam ceram nigram tenacem facere uis, addas quantitatem terbentinae supra tibi notatam.

Ad faciendum seu dealbandum ceram. *R.*

C E R A quantitatē quam uolueris. Aquæ claræ. partes. ii. Misceantur duo hæc, & calefiat aqua ad ignem clarū, usquequo cera sit liquefacta, deinde paululum permittatur quiescere, donec tota cera natet super faciem aquæ, deinde accipe uas aliquod uitreatum, cuius pars exterior sit lenis,

& madefac eum in aqua frigida, deinde infundatur, ferè mē dietas eius in cera liquefacta, & extrahe cum cera quæ sibi adhæret, & permittit ceram illam infrigidare, deinde separa eam à uase, & tantum hoc facias, q̄ tota cera ab aqua fuerit extracta, deinde dictam ceram taliter formatam soli exponas & rori in mense Maii, & illam sæpe uoluas, & tantum permittatur q̄ fiat alba ut cerusa.

Sunt autem quidam alii, qui illam dealbant in tribus diebus seruando prædictum modum. Sed expectant in mense Iulii, quando sol est in maiori calore, & quia cera illa subtilis est faciliterq; à caliditate solis possit liquefieri, aspergens da est aqua munda bis in die.

Alius modus dealbandi ceram. *R.*

C E R A quantitatē quam uolueris. Aquæ claræ partes. ii. Bulliant simul & coquantur, donec nigrescat aqua, Et tunc profice aquam illam, & pone aliam. & ita sæpe fiat donec fiat alba, deinde collige ceram & referua.

Multis aliis modis potest cera dealbari. Sed præscripti duo modi sunt communiores ac meliores. insuper nota q̄ cera potest omnem colorem accipere tingendo eam cum re tingente ad colorem quem intendis facere. Seruando modum in cera rubea & uiridi tibi declaratum & de quantitate tam rei quam olei & contritione &c.

Modus laborandi dictam ceram.

M E N S V R A longitudinis secundum diuersitatem ponderis.

Cereum de Rub. xxi. debet esse br. iiii. & quar. ii.

Cereum de Rub. viii. debet esse de br. iiii. & quar. s.

Cereum de Rub. vii. debet esse de br. iiii.

Cereum de Rub. vi. debet esse de br. iiii. & quar. iiii.

Cereum de Rub. v. debet esse de br. iiii. & tertie. ii.

Cereum de Rub. iiii. debet esse de br. iiii. & tertie. i.

Cereum de Rub. iiii. debet esse de br. iiii.

Cereum de Rub. ii. debet esse de br. ii. & quar. iiii. s.

Cereum de lib. xl. debet esse de br. ii. & quar. iiii.

Cereum de lib. xxx. debet esse de br. ii. & quar. ii.

Cereum de lib. xxv. debet esse de br. ii. s. & digiti. i.

Cereum de lib. xvi. debet esse de br. ii.

Cereum de lib. xii. debet esse de br. ii. minus digiti. iiii.

Cereum de lib. viii. debet esse de quar. vi. s.

Cereum de lib. v. debet esse de quar. v. s.

Cereum de lib. iiii. debet esse de br. ii. & quar. s.

Cereum de lib. iiii. debet esse de br. ii.

Cereum de lib. ii. s. debet esse de br. i. & quar. iiii. s.

Cereum de lib. ii. debet esse de br. i. & quar. iiii.

Cereum de lib. i. s. debet esse de br. i. & tertie. ii.

Cereum de lib. i. debet esse de br. i. & quar. i.

Cereum de lib. s. debet esse de br. i.

Cereum de ʒ. viii. debet esse de br. i. digiti. ii.

Cereum de ʒ. iiii. debet esse de quar. iiii. s. & digiti. ii.

Cereum de ʒ. iiii. debet esse de quar. iiii. & digiti. ii.

Cereum de ʒ. ii. debet esse de quar. iiii.

Cereum de ʒ. i. debet esse de quar. ii. & digiti. iiii.

Cereum de ʒ. i. debet esse de quar. i. s. & digiti. ii.

Cereum de ʒ. iiii. debet esse de quar. i. s.

Cereum de ʒ. iiii. debet esse de quar. i. & digiti. iiii.

Cereum de ʒ. ii. debet esse de quar. i. & digiti. ii.

Cereum de ʒ. i. debet esse de quar. i. & digiti. i.

Mensuræ istæ intelligendæ sunt ac mensurandæ cum brachio panni, & non solum intelligendæ sunt de cereis rotundis, sed de quadratis, diuersificatur tamen quandoq; secundum diuersitatem opinionum, sed hic est communis & proportionatus modus ab omnibus usitatus. Nota insuper q̄ quando ceram laborantes uel inaduertentia uel aliquo alio casu faciunt uel summitatem uel postremam cerei nimis grossa, ut errorem suum corrigere possint abradunt cultello partem illam superfluum, cuius modus non laudatur. Sed accipienda est alia cera feruens & super partem illam superfluum cum illo calore prolicienda, & totiens est reiteranda q̄ pars illa amota sit, & sic error corrigitur. Et nota q̄ parum debet esse differentia in magnitudine seu in grositate de parte infima & suprema si secundum rationem laboratum

tum est cereum.

Apponitur quando ꝑ rotunda cerea ut dispendium eius tetur. Igitur talis est modus. Amouetur cera in superiori parte cerei antiqui usq; ad lycinium per quartam unam, & lycinium antiquum cum nouo bene ligetur ita ut si cum fune suspendatur, non laxetur, deinde inuoluatur charta tantæ altitudinis, quantæ cereum esse debet, & in dicta uacuitate cera liquefacta cum captia ponatur usquequo uacuitas plena fit, deinde duo uel tres manus ceræ super totum cereum addatur. Et sic nouiter totum factum esse apparebit. Modus hic ab omnibus usitatus est &c.

De artificio Zuchari.



XZUCCHARO multa sunt, que hoc meo libello non describentur. Cum iam trita sint, & rudes in his sint edocti. Sed quia sunt, & non ab omnibus modis faciendi scitur, declarabitur ut artificium zuchari omnibus pateat huius opusculi beneficio.

Ad faciendum coriandros solidos.

CORIANDRI rotundi seu solidi fiunt ex zucharo sub quo ponitur semē coriandri præparatum, ut supra & bene exiccatur omni humiditate. Et in principio usq; fere ad finem ponitur zucharum bene coctum. In fine uero per tres uel quatuor manus exhibetur leuis coctionis ut maiorem rotunditatem accipere possint sicutq; magis solli.

Dicti coriandri bene siccandi & fricandi manibus sunt, & non solum in fine, sed in omni additione zuchari, eo quia inde duriores redduntur, nec ita facilliter ab humiditatibus denigrantur & molles redduntur, & tunc ab omnibus artificium laudatur, & hæc est consuetudo Ianuensium, quæ omnibus approbatur.

Ad faciendum coriandros crispas.

TEGATVR semen coriandrorum zucharo manibus fortiter fricando usquequo habeant mediocrem magnitudinem dando super zucharum satis fortis cocturæ, deinde accipiatur captia forata paruo foramine in fundo, & zucharo impleatur, & ab alto zucharum dictis coriandris proficiatur semper bacillonum ducendo sub & supra hinc & inde, & sit zucharum fortis coctæ à principio usq; ad finem, & bene exiccantur ducendo bacillonum, ut supra.

Zucharum datur bene coctum ut crispum durare diu possit ac ut tantum simul non adherent, quantum adhererent si leuiter decoqueretur, & hoc bene docti aromatarii faciunt &c.

Ad faciendum cinnamomum confectum.

CINNAMOMVM ex cortice à superiori cortice, & per parua fila incidatur & in bacilone ponatur, ac zucharum supra eum proficiatur cum captia paruo foramine forato. Et in principio utputa per tres manus zucharum sit leuis coctionis postmodum usq; in fine fortiter bacillonum ducendo ut in coriandris crispis dixi, & tantum hoc continuetur q; grossi reddantur. Sunt qui post primam projectionem zuchari, aspergunt in dictum cinnamomum incisum zinziberis puluerizati ut sicut magis mordacitati & gustui fortes. Sed modus ille non mihi placet. Sed ut linguæ mordentes sint, debent fieri ex bono cinnamomo, nec in iundendum est in aqua, ut quidam fatui faciunt, ut facillius incidatur, eo quia illa infusio tollit omnino saporem cinnamomi &c.

Ad faciendum amigdalas.

AMIGDALAS & bene cum panno aspero frica, beneq; in bacilone exicca, & ab omni immunditia munda de mum zucharum fortis coctionis super eas proiice cum captia forata, bacillonum huc & illuc ducendo incessanter, sub quo sit ignis carbonum, beneq; exiccantur, & tantum hoc fiat q; bene tegantur, & quanto continuetur dicta ductio baciloni, tanto solidiores redduntur.

Sunt qui conficiunt amigdalas cum cortice, & hoc modo confectæ longiori tempore durant, nec rancescunt. Sunt uero qui à superiori cortice mundant, & sic conficiunt cum zucharo. Alii qui illas diuidunt in duas partes & conficiunt illasq; crispas faciunt. Modus uero faciendi & de coctione zuchari & ductione baciloni est, ut de coriandris crispis tibi

bi monstraui &c.

Ad condendum rancetos.

CORTICES ranciorum præpara quantitate quam uolueris, & super eas proiice zucharum cum captia forata bene coctum, & facias quemadmodum de cinnamomo dixi, & de projectione zuchari, & ductione baciloni. Cortices ranciorum hoc modo præparantur. Infundantur in aqua munda, & permittantur per dies nouē omni die aqua in noua uado. ultimo uero bulliant in aqua decē uel duodecim ebullitionibus, deinde ab igne remoti exprimantur, & remouetur pars alba, quæ cortici adheret, & incidantur per longum in satis minuta frustra, & infundantur in zucharo liquefacto & cocto per diem & noctem, deinde in eo bulliant leui ebullitione, postmodum extrahantur, & desiccari permittantur, quæ desiccata modo quo supra conficiantur, & hoc modo præparantur, & amaritudo ab eis remouetur.

Ad conficiendum gariofilos.

GARIOFILOS & exicca, beneq; munda ab omnibus immunditiis, deinde zucharum cum captia forata super eos proiice fortis satis cocturæ. Et si illos crispas facere uis, facias ut de coriandris crispis tibi dixi de ductione baciloni. Si uero solidos ut de amigdalas tibi monstraui, & idem intelligas de rancetis.

Ad faciendum confectiones bene crispas debet esse forma captia paruum, & zucharum debet dari æqualiter & uniformiter, & quāto ab alto proicitur tāto melius, nec permittendæ sunt guttæ super eas cadere. illæ enim opus tuum destruent.

Ad conficiendum anisos.

SEMINA anisorum bene mundata lib. ii. Et super ea proiice zucharum leuis coctionis in principio, & bene manibus ducantur per bacillonum usquequo fere sint cooperta, beneq; exiccantur ad omnem manum zuchari, & hoc continetur usq; in finem si solidos anisos facere uis. Si uero crispas postquam cooperta erunt da zucharum cum captia forata ab alto, & sit fortis cocturæ, deinde duc bacillonum ut in coriandris crispis tibi dixi, & hoc facias usq; ad debitam ipsorum magnitudinem.

Anisi quanto paruiores tanto pulchriores, & quanto duriores tanto laudabiliores. duri enim fiunt & non solum anisi, sed & certæ alię confectioes si bene siccentur ad omnem zuchari additionem, quia bene hoc notetur.

Ad conficiendum pineas.

PINEARVM bene mundatarum quantitate quam uolueris, & super eas proiice zucharum cum captia forata bonæ cocturæ à principio usq; ad finem, & duc bacillonum prout in coriandris crispis tibi monstraui. Si uero solidas facere uis, facias prout de amigdalas tibi monstraui, & de projectione zuchari & ductione baciloni.

Nota q; hæc confectio parum durat, eo quia rancescunt pineæ antequam conficiantur, est aduertendum ne rancidæ sint. cognoscuntur autem quia sunt nigre & mali saporis, quare purgandæ sunt cum sursure, ut supra tibi ostendi.

Nota insuper q; sunt qui in prima exhibitione zuchari ponunt albumen oui bene conuassatum cum zucharo non multum calido ne albumen coqueretur, & hoc faciunt eo quia cum difficultate zucharum eis adheret propter oleosinitatem, quæ in eis est, & hic modus non uituperatur &c.

Ad conficiendum auellanas.

AVELLANARVM quantitate quam uolueris, & facias prout de amigdalas tibi monstraui, & crispas & solidas faciendæ & seruandæ modum in litis, sicut de amigdalas tibi dedi.

Auellanæ antequam conficiantur debent bene duci in bacilone, & calefieri ad hoc q; subtilis cortex eis adherens remouetur. si enim permetteretur zucharum facilliter ab eis remoueretur.

Ad conficiendum muscardinos.

CINNAMOMI subtilis & electi, & bene puluerizati. Musci optimi dissoluti cum paucissima aqua rosa. Misce duo hæc in bacilone & super eis proiice zucharum bene coctum beneq; & incessanter manibus zucharum & The. aroma.

Z

species ducantur, & bene exiccetur, & totiens hoc fiat q̄ ad grossitudinem seminis papaueris ueniant, in fine dando per duas manus zuccharum leuis coctionis, ut rotundi fiant.

Muscardi nisi cum difficultate corpus accipiunt, sed sagax aromatiarius & sollicitus in miscendo manibus zuccharum, & species cito eos format. post uero duas uel tres manus zucchari cribellandi sunt, a qua cribellatione exeunt muscardini grossitudinis puncte acus, & puluis reseruetur, & alii qui iam corpus sumpserunt, expleatur. Feci ego semel facere ab uno famulo bene docto, & praesens steti, qui illos cito & optime perfecit, Sed ante perfectionem dimisit pellem manus ad bacillonum, & pauca quae remansit, uelificata erat.

Insuper nota q̄ praescriptis omnibus cofectionibus, quae in bacillone fiunt, debet esse sub eo ignis carbonu accensus sine fumo, no aut lignoru, ut ia a quibusda fatuis uidi facere.

Ad faciendum pignocatum. R.

Z V C C H A R I clarificati & coctionis non perfectae lib. i. Stanchezetur optime cu bacculo amota captia ab igne, & post longam eius ductionem addantur pineae mundae. 3. iiii. Et simul misceantur, deinde zuccharum perfecte coquatur, & sit dura coctio, deinde in morsellis incidatur.

Pignocata si longo tempore conseruari debet, apponenda est quantitas praescripta pinearum. Si uero pauco tempore, apponi possunt lib. s. pinearum pro omni lib. i. zucchari.

Ad faciendum morsellatam albam. R.

Z V C C H A R I clarificati & coctionis non perfectae lib. i. Stanchezetur optime cum bacculo, & post longa eius ductionem, addatur zinziberis minutim incisi. 3. ii. Deinde zuccharum perfecte coquatur, & in morsellis incidatur.

Sunt autem multi qui maiorem quantitatem zinziberis pro lib. i. zucchari ponunt ut fortior sit. Sed communis & ab omnibus usitata, dosis est. 3. ii. zinziberis pro omni lib. i. zucchari.

Ad faciendum zinziberata. R.

Z I N Z I B E R I S mundi & electi. 3. iiii.

Cinnamomi fini. 3. ii.

Macis. Garioflorum. an. 3. i.

Puluerizentur haec subtiliter.

Zucchari clarificati & bene cocti lib. ii.

Et fiat cofectio in morsellis.

Colectio haec est multum delectabilis gustui, sed no est alba. fit in multis bonis urbibus. Sed in hac nostra urbe non est in usu.

Ad faciendum fructus & animalia omnia ex zuccharo. R.

Z V C C H A R I quantitate quam uolueris & pulueriza, deinde post subtilem puluerizationem impastetur cum albuminibus ouorum quantitate sufficienti intantum q̄ formam pastae habeat, deinde ungantur formae cum oleo amigdalorum dulcium, & dicta pasta formae impleantur, postea simul comprimantur, & sic erunt animalia uel fructus facti, & sic omnia fieri possunt si formae habeatur, deinde ponantur in stupha ad siccandum, demum pingantur secundum colorem suum.

Sunt quidam alii qui impastant zuccharum cum gumba draganti facta in aqua rosa, & qui aspergunt formas farinae, & hoc fieri potest, sed superior modus melior est.

Ad faciendum penidios. R.

Z V C C H A R I lib. ii. infundatur in aqua per noctem deinde coquatur cum illa aqua absq̄ aliqua alia clarificatione, prius tamen coletur, & sit coctio dura, post quam coctionem, proficiatur super marmor inunctum oleo amigdaru dulcium, deinde ducatur ad ferrum antequam infrigidetur, & quanto longiori tempore ducuntur, tanto albiores fiunt, deinde forpice incidantur & in stupha reseruentur.

Sunt autem qui ponunt pro omni lib. i. zuccha. 3. s. amidi puluerizati post mediam zucchari coctionem uel in fine, & hoc ut zuccharum non candeat, & modus ille non uisuperatur.

In aqua autem zuccharum ponitur ut uiscositate acquirat, qua mediante possit ad ferrum trahi qua trahitione albi penidii fiant.

Zuccharum quanto perfectius, tanto longiori tempore in aqua permittitur infusum. Quanto uero grossum magis ac rubeum, tanto minori tempore reliquendum est in aqua, & hoc nota, zuccharum enim grossum & rubeum multum de uiscositate habet ideo parum in aqua permittatur, album uero paucam habet humiditatem, immo ad illam acquirendam quae necessaria est ad hoc q̄ trahi ad ferrum possit in aqua infusum stare debet & longo tempore.

Zuccharum in omnibus supra scriptis cofectionibus clarificari debet. In ista autem non clarificatur, sed tantummodo colatur, ut a superfluis & immunditiis mundetur &c.

Ad faciendum manus christi rosatum. R.

Z V C C H A R I clarificati & ab aqua consumpti lib. i. Aqua rosa lib. s. Misce & bulliant duo simul usq̄ ad aquae consumptionem & zucchari fortem coctionem, deinde illi proiici super marmor aspersum farina subtili & reserua.

Sunt qui ungunt marmor ex oleo amigdalorum loco farinae, nec hic modus mihi placet. Scias semper q̄ zuccharu ex quo fit manus christi non multum stanchezatur, longa enim stanchezatio prohibet zuccharum candescere.

Ad faciendum manus christi uiolati. R.

Z V C C H A R I clarificati & ab aqua consumpti lib. i. Aquae florum uiolarum lib. s.

Misce & fiat ut supra scripto tibi monstraui.

Nota insuper q̄ aromatiarii nostri temporis solum. 3. ii. Aquae florum uiolarum & rosarum pro lib. i. zucchari ponunt ad faciendum tam manus christi uiolatum quam rosatum, & tunc pauca uisus est in eo, ideo quantitas illa apponenda est supra a me descripta.

Potest etiam fieri manus christi buglossatum & boraginatatum, & fiant ut praescripti, permutando solum aquas, & loco aquae rosarum ponitur aquae florum buglossae uel florum boraginis cum quantitate zucchari, praescripta.

Ad faciendum manus christi perlatum. R.

Z V C C H A R I clarificati & ab aqua consumpti lib. i. Aquae rosarum lib. s. Misce & duo simul bulliant usq̄ ad aquae consumptionem & zucchari duram coctionem, in fine uero addatur, Margaritae subtilissimae & puluerizatae. 3. s. & proficiatur super marmor aspersum. ut supra & reseruetur.

Sunt autem quidam aromatiarii, immo ferè omnes qui solum. 3. i. pro omni lib. i. zucchari margaritarum ponunt, & hoc propter ipsarum penuriam, ac emptores nolunt soluerè & male, nulla enim minor quantitas apponenda est quam 3. s. pro omni lib. i. zucchari.

Ad faciendum manus christi cum fragmentis cor. R.

Z V C C H A R I clarificati & ab aqua consumpti lib. i. Aquae rosae lib. s. Bulliant haec duo simul usq̄ ad consumptionem aquae & duram coctionem zucchari, deinde in fine addantur Fragmentorum praeciosorum omnium subtilissime contritorum. 3. iiii. Margaritarum. 3. i. Misce & proficiatur super marmor & reseruetur.

Ad faciendum saponiam. R.

Z V C C H A R I clarificati & ab aqua consumpti lib. i. Aquae rosarum. 3. iiii.

Amidi puluerizati. 3. iiii. Bulliant omnia simul usq̄ ad aquae consumptionem, & zucchari duram coctionem, deinde in fine addatur. Zinziberis subtilissime incisi. 3. ii. Et proficiatur super marmor, & detur ei forma manus christi, sed laetior & minor sit.

Haec colectio fit apud curiales & dominos uenetos, & his in locis multum in usu est, multumq̄ delectabilis gustui ac nutritiua.

Saponea alia de uenetis. R.

A M I G D A L A R V M mundatarum dulcium. 3. xvi.

Amidi purissimi & noui. 3. iiii.

Zucchari albi & clari lib. i.

Fiat hoc modo. sit zuccharum clarum & albisimum & de dicto zuccharo. 3. ix. & amigdalae cola cum aqua per sedatium spissum & pone ad ignem, & quando coepit spissari cum oleo amigdalorum dulcium, & 3. iiii. zucchari addatur in dictum colectum usq̄ ad coctam sufficientem, & fiat in morsellis de. 3. iiii. pro quolibet uel circa.

Ad dandum

Ad dandum colorem rubeum zuccharo. R.
B R A X I L E subtilissime raspati. ʒ. i.
 Aluminis roccha. ʒ. s. Aquæ. vi. Infundantur duo hæc
 in pecia ligata in dicta aqua per dies sex, deinde calefant ad
 ignem leuiter, & cum ea aqua zuccharum coquatur.

Ad faciendum colorem uiridem. R.
 Succum caulium uel succum bletæ uel succum folii ireos
 & cum altero eorum zuccharum coquatur.

Ad faciendum colorem cœlestinum uel nigrum. R.
 Endegum. Gummi dragaganti. an. ʒ. iiii.
 Vini nigri. ʒ. vi. Ligentur in pecia duo hæc subtiliter pulue-
 rizata, & infunde in uino per dies sex, deinde cum dicto ui-
 no zuccharum coquatur, prius tamen ad ignem cum dictis
 rebus aliquantulum calefiat.

Ad faciendum colorem glaucum. R.
 Croci. ʒ. ii. idest integri. Aqua. lib. i.
 Infundantur in ea per diem & noctem deinde aliquantulum
 calefiat, similiter postea colentur, & cum dicta aqua zuccha-
 rum coquatur, uel accipe succum florum nascentium in pas-
 ludibus, quæ sunt glaucæ, & est opinio quorundam q̄ sint
 flores acori, & cum eo coque zuccharum. est enim glau-
 cum pulcherrimum, non tamen ita boni odoris.

Ad faciendum colorem turchinum. R.
 Endegum. ʒ. ii. Cerusæ. ʒ. iiii. Calcis. ʒ. i.
 Puluerizentur & in pecia ligentur ac infundantur in lib. i.
 aquæ per diem & noctem, deinde simul ad ignem aliquanti-
 ter calefiat & cum dicta aqua zuccharum coquatur.

Ad faciendum colorem morellum. R.
 Succu florum ireos & cum eo zuccharum coquatur. & si
 illo tempore non reperitur. Accipe manipulum unum ton-
 daturæ corii morelli de quo sunt bursæ, & fac bullire tribus
 uel quatuor ebullitionibus deinde coletur aqua ab illis inci-
 sionibus, & cum dicta aqua coquatur zuccharum. Et sic po-
 tes facere de rubeis incisionibus, & si rubeum colorem face-
 re uis absq̄ braxili.

Ad faciendum marciapanum. R.
 Amigdalorum dulcium mundatarum & subtiliter contri-
 tarum lib. s. zucchari boni & puluerizati, deinde iterum cum
 amigdalibus bene commisce lib. s.

Aquæ rosarum quantum sufficit, & fiat.
 De decoctione medicinarum, & continet partes tres.
 Prima est de medicinis quæ multum sustinet de decoctione.
 Secunda est de medicinis quæ parum sustinet de decoctione.
 Tertia est de medicinis quæ mediocrem sustinet decoctione.

HÆC SVMMMA non minus utilis quam necessaria
 est. Nisi enim medicinarum debito modo coquantur, quæ com-
 positum faciunt sanè uirtus compositi à doctoribus limita-
 ta non resultabit. Igitur ut hunc errorem auoueam, sum-
 mam hanc annotaui, in qua & uniuersalem & particula-
 rem doctrinam comperies.

MEDICINÆ quæ multum sustinent de decoctione
 sunt istæ.

Aristolochia longa & rotunda, apium radix & herba.
 Acacia. Alumina omnia.
 Brusci, Baccara, Berberi.
 Coloquintida. Cucumer asininus. Centauræ omnes. Ci-
 tæra. Cardones omnes. Cauda equina. Cortices capparorū.
 Cortices mandragoræ. Cortices gra. Cornu. cer. Castoreū.
 Diptamus. Enula. Euphorbiū. Elleborus albus & niger. Fœ-
 niculus radix & herba. Fafeoli. Gentiana. Gramē. Hermoda-
 ctyli. Ireos. Hypoquistidos. Lapis armenus. Lapis stellatus.
 Lupuli. Milium folis. Oppoponacum. Orobus. Omnia hæ-
 bentia multam humiditatem & frigiditatem. Omnes succi
 herbarum. Petrosillinum radix & herba. Plantago. Radices
 peoniæ. Raphanus. Reuponticum. Rubea tinctorum. Ra-
 dices omnes non aromaticæ. Squinantum. Sarcocolla Sera-
 pinum. Serpentariæ omnes. Semperuua. Salis omnes spēs.
 Staphisagria. semē canapis. stipites arborum & plantarum,
 minus tamen q̄ radices, & plus quam folia coquenda sunt.

MEDICINÆ quæ parum sustinent de decoctione
 sunt istæ. Aqua lactis. Ambra. Ameos. Amomum Antos.
 Acetum. Aqua rosarum. Aqua uiolarū. Aromatica omnia.

Capilli ueneris. Cardamomum maius & minus. Caphora.
 Carpobalsamum cum tota planta. Cinnamomum. Camos-
 milla. Cortices citri Cortices cydoniorum. Galamus aroma-
 ticus. Epithymum. Foliū indi. Flores genestæ. Flores nenufa-
 ris. Flores buglossæ. Flores boraginis. Flores omnes. Gario-
 fili. Lignum aloes. Māna. Muschus. Maiorana. Mellilotum.
 Nigella. Ozimum. Origanum. Opium. Omnia habentia uir-
 tutem in superficie. Omnia facilis resolutionis. Piper omne.
 Rosa. Reubarbarū. Sticados. Seminis psillii. Scamonea. Ses-
 mina altheæ. Semina frigida quatuor minora. Semina papa-
 ueris albi & nigri. Saturegia. Semen basiliconis. Serpilium.
 Sandali omnes. Viola.

MEDICINÆ quæ mediocrem sustinent decoctio-
 nem sunt istæ.

Aloes. Absinthium. Assarum. Agaricus. Anisi. Artemisia.
 Betonica. Balaustra. Calamentum. Coloquintida. Ciclas-
 men. Carni. Cyminum. Cubebe. Cicorea. Costum. Daucus.
 eupatoriū. Endiuia. Epatica. Folia omnia. Fumus terræ. Fe-
 niculi. Herba papaueris utriusq̄. Hyssopus. Ireos. Iuiubæ.
 Hypericon. Lupuli. Leuistici. Laurus. Mentha. Mezereon.
 Myrtilli. Mentha. Nenufar. Ordeum. Pruna. Polypodium.
 Peonia. Petrosillii. Pimpinella. Parietaria. Radix liquiritiæ
 & succus. Saluisa. Semina omnia. Succu herbarum aromatica-
 rum. Succu rosarum.

Succu uiolarum.	Semen endiuia.
Squilla. Senæ.	Semen acetosæ & herba.
Semen genestæ.	Semen urticæ.
Semen iusquiamf.	Semen coriandroctum.
Semina.	Semen iuniperi.
Scabiosa.	Scolopendria.
Sparagi.	Saxifragia.
Semen apii.	Tamarindi.
Semen rutæ.	Turbith.
Semen lini.	Tassus barbassus.
Semen fœnigræci.	Tamariscus idest herba.
Semen portulacæ.	Vinum granatorum.
Semen lactucæ.	Vinum cydoniorum.
Semen scariolæ.	Zedoaria. Zinziber.

Et sic concluditur quæsitū de decoctione medicinarum &c.

De contritione medicinarum continet partes tres.
 Prima de medicinis, quæ multum sustinent de contritione.
 Secunda de medicinis, quæ parum sustinent de contritione.
 Tertia est de medicinis, quæ mediocrem sustinent de con-
 tritione.

HÆC SVMMMA non minus utilis q̄
 præcedēs est, & si intellecta fuerit & exe-
 cutioni mandata. Auctorum composi-
 tionis uirtutem suam à compositore li-
 mitatam in recipientem impriment.
 Ad laudem altissimi qui sua benignitate
 opus nostrum dirigat.

MEDICINÆ quæ multum susti-
 nent de contritione sunt istæ.

Aristolochiæ omnes. Aloes. Amigdalæ. Aurum. Argentū.
 Argentum sublimatum. Arsenicum. Aurum pigmentum.
 Baccæ lauri. Balaustra. Batitura æris. Berberi. Cortices ouo-
 rum. Coloquintida. Cucumer asininus. Centauræ omnes.
 Cicera. Cardones omnes. Cauda equina. Cortices cappa-
 rorum. Cortices mandragoræ. Cortices granatorum. Cos-
 stum. Cornu cerui. Cartamus. Cerusa. Coralli utriq̄. Crystal-
 lus. Cortices omnes plantarum. Daçtyll. Diptamus. Enu-
 la. Ellebori ambo. Eboris. Encinaprium. Fafeoli. Fi-
 cus. Fragmenta omnia præciosa. Flos æris. Gramen. Her-
 modactyli. Ireos. Lupini. Ligni aloes. Lithargyrium. Lapis
 lazuli. Lapis iudaicus. Lapis lycis. Lapides omnes. Mar-
 garitæ. Milium folis. Myrtilli. Marchesitæ omnes. Mi-
 nium. Magnes. Marmor. Medicinæ compositæ deoppila-
 tiuæ. Medicinæ compositæ epaticæ. Medicinæ pro reni-
 bus. Medicinæ omnes stupefacientes, metalla omnia. Medi-
 cina pectorales.

Opium. Orobus. Ordeum. Os sepiæ. Omnia alumina, omnia
 mineralia. Pinex. Passulæ. Plumbum ustum. Radices pco-
 The. atoma. Z ii

nia. Raphanus. Reuponticum. Semē papauerum omnium
Semen lini. Squinantum. Scoria ferri. Scorpiones. Sandali
omnes. Serpentinae omnes. Semen foenigraci. Semina qua
tuor Ma. frigida. Staphisagria. Semen coriandrorum. Semen
canapis. Semen Iuniperi. Sauiua Semperuiva. Sanguis dra
conis. Semē iusquiami. Sulfur. Salis omnes species. Species
theriacae. Species metridati. Species triferæ. Species troiscro
rum. Species hieræ. Species loch. Terra sigillata.

Vitrum. Vitreolum.

M E D I C I N Æ parum sustinentes de cōtritione sunt
istæ. Aloes. Absinthium. Anetum. Ameos. Amomum.
Ambra.

Capilli ueneris. Casia lignea. Cardamomum. Cortex ci
tri. Calamus aromaticus. Camphora. Cortices cydoniorū.
Epithymi. Euforbium.

Flores genestæ. Flores camomillæ. Laudanum.

Mezereon. Mellilotum. Muscus. Nigella.

Oppoponacum. Ozimum. Omnia uina aromatica. Om
nes guminae. Omnes species aromaticæ. Omnia quorum uir
tus facile resoluitur. Omnia debilia & raræ texturæ. Omnia
quæ habent uirtutem in superficie. Omnia intesæ caliditatis
& siccitatis. Piper omne. Rosæ. Scamonea. Sticados. Semen
psylli. Sarcocolla. Serapinum. Succus rosarum. Senæ. Thymi.
Violæ.

M E D I C I N Æ quæ mediocrem sustinent contritio
nem sunt istæ.

Asarum. Agaricus. Anisi. Apium. Acetosa. Artemisia.

Cyminum. Ciclamen. Carui. Cubebæ.

Daucus. Diacyminum. Dianisum. Diatrion pipereon.

Eupatorium. Epatia. Epar adip.

Fumus terræ. Foeniculum. Gariophili.

Hyssopus. Ireos. Hipericon. Intestinum lupi.

Lupi Lupuli. Leusticum. Laurus.

Mirabolani omnes. Medicinae omnes solutiuae. Medicinae
stomatichæ.

Nasturtium. Nux muscata.

Omnia folia præter ipsa aromatica.

Omnia ferè semina præter aromatica.

Polypodium. Petrosillum. Pimpinella. Parietaria. Pulmo
uulpis. Pillulæ omnes. Ruta. Reubarbarum. Spicæ omnes.

Semina omnia. Squilla. Semen genestæ. Scabiosa. Semen
peoniae. Sparagi. Semen rutæ. Semen urticæ. Semē endiuia.

Scolopendria. Serpillium. Stomacha gallinarum. Turbith.

Tamariscus. Zedoaria. Zinziber.



E Q V V N T V R nobilissima do
cumenta urinarum ad cognoscendum
utilitates naturæ hominum & mulierū
& hoc cognoscitur per urinas, ex quib
us urinis agnoscuntur infirmitates cor
porum. Secundarie cognoscuntur per
tactum pulsus. Tertio per auditum pers
onæ patientis. Videlicet per interroga
tionem ipsius prout se sentit. unde ex istis documentis pos
sumus infirmis succurrere incipiendo sic. Primo dico qu
urina est quidam calamentum humorum superans corpus
& qui exit ex uesica corporis &c.

Quando urina est aliquid amara & olet bono odore, &
tunc corpus est sanum, & si corpus est turbatum non olet,
immo foetet malo odore, unde est malum signum. Et si urina
est ex bona natura, & urinalis stet bene obruratus, urina sa
tis durabit, & aliter efficitur uersa si stantita erit. Tunc & tu ca
lescias ipsam ad ignem & uertetur. Sed non fit optima ad
iudicandum infirmitatem & ueritatem ipsius personæ. unde
scias quod non est urina uerior quam urina quæ fit post dige
stionem, idest postquā dormierit, uel urina matutinalis pro
iudicando, quia quanto urina est recentior, tanto est melior,
& etiam cognoscitur melius ad lumen diei uel solis occasio
ne ut melius possit agnosci. Ita quod pars in qua debetur pro
spici est ut medicus respiciat quanta est urina, & quantum
colorem habet, & si aliquid uidetur intus. Et scias quod duo
sunt quæ dant ad intelligendum uel quæ dant colorem uri
næ. Prima est caliditas naturalis corporis, altera est frigiditas.

Item duo sunt quæ dant substantiam ad cognoscen
dum urinam. Prima est humiditas corporis, altera siccitas,
unde calor dat sibi colorem uermiliam, & frigiditas dat co
lorē albū, & humiditas dat sibi spissitudinē & turbitudinē, &
siccitas dat claritudinē, & facit ipsam lucidā multū. Et ideo
est sciendū quod si urina erit rubea, & aliquid spissa & non luci
da significat nimium sanguinē. Si urina erit uermilla, clara, &
crocea, significat nimis colorē alias cholera. Si urina erit al
ba & spissa uel alba & grossa & magis spissa quam clara si
gnificat nimis flegma. Si urina erit alba & lucida, significat ni
mis melancholiam. Si urina bruna, significat quod sanguis est
quasi coctus & cōbustus propter nimium calorem & magnam debili
tatem. Si urina erit uiridis & lucida, significat magnā debilita
tem. Spiritus & sanguis est prout coctus intus. Vnde est bo
nū ē comedere & bibere res ad contrariū, & sic stabit corpus
sanū propter temperantiā quæ nascitur in medio duarū rerū con
trariarum. Vnde si uideas quod habeas nimis sanguinē, utere re
bus frigidis & siccis & si es nimis frigidus utere rebus cali
dis & humidis. Et si es nimis cholerosus, utere rebus fri
gidis & humidis. Et si es nimis siccus, utere rebus calidis &
humidis. Res calidæ & humidæ sunt carnes recentes ut
uitellū oui, crocus, uinæ recentes & bene maturæ, & amigdā
le. Res humidæ & frigidæ sunt lactuca, portulaca, & lac. Res
calidæ & siccæ sunt piper, gariophili, carnes salte pulezō
lū. Res frigidæ & siccæ sunt caseus, & albū oui. Iterū est
sciendū quod in urinis sunt quatuor circuli, licet isti circuli non
sint bene clari ad cognoscendū, & maxime quādo quis unus
cōsiderat bene ipsos subtiliter. uidelicet si superior circulus
urinæ erit optime coloratus, & si urina erit bene prout spiss
sa & habebit modicā spumā, significat nimis sanguinem &
magnū dolorē capitis in parte anteriori uel in latere. Si cir
culus superior erit nigreus, significat nimis melancholiam, &
si facit spumā satis significat dolorē capitis & lateris debilita
tē. Et si spuma erit satis significat debilitatē multam. Et si est
pauca spuma significat paucā debilitatē. Si circulus superior
erit albus, significat nimis flegma, & si tenet nimis spumam
significat gratedinem capitis plus uersus posteriorem par
tem quam anteriorem, & habet stomachum frigidum. Si cir
culus erit croceus supra, significat nimis calorem. Et omnia
sunt ista intendenda plus & minus secundū colorē & con
ditionē & substantiā urinæ. Itē si urina attrahit infra se ad mo
dū fila, significat scorticamentū intus in uesica & in renibus.
Si urina attrahit ad se ad modum crustæ, significat febrem
quotidianam intus in prima & malos humores in renibus
adunatos & in uesica. Si urina erit in colore auri, erit melior
quam in alio colore. Item aliquando urina habet unam ne
bulam quæ uocatur hypostasis. Aliquando stat supra ali
quando infra. Nunc est considerandū de tali hypostasi si ip
sa est continua, uel longa, uel si ipsa est rotunda, uel alba.

Et si ipsa rubea superius de urina uel sit alba, significat infir
mitatem ualde occultam & arditā, & natura incipit coqui,
& si in medio natura iam est cocta media. Si in fundo signifi
cat quod natura iam habet coctā mediā materiam. Si est rubea
uel crocea in colore aureo, significat infirmitatē iam festinan
tē & arditatem. Si est nimis liuida in colore, significat longā
infirmitatē. Si est nigra, habet peius. idest quod infirmus mutatur
in peius. idest quod habet tertianā & mutatur in quartanā. Si est
in colore ut sanguis, ita quod color uincat urinā, significat per
sonā esse in mala dispositione. Si urina fit large per uirgā si
gnū est bonū. Si urina fit cum dolore & pena, illud est malū
signū. Si abundat in multa quantitate bonū signū. Si fiat pau
ca, malū significat, eo quia mali humores superant urinā. Vri
na puellæ non polluta est multum lucida, & clara, subtilis
prout crocea. Vrina fœminæ corrupte semper est turbida &
nunquā bene clara nec lucida, & istud intelligitur in sua sani
tate. Vrina fœminæ prægnatis habet ista signa, per quæ po
test uideri & agnosci, quādo est grauida an non, quia appa
ret in ipsa quādā nebula alba prout bōbax optime tritus in
hyeme & in æstate habet colorem sanguineū existens in sua
sanitate. Et si esset turbida mutaretur in colore secundū con
ditionē mulieris, & uidebitur imago prope fundū, & istud
apparet in primo mēse & in secūdo & in tertio. Hypostasis
quæ

quæ est in urina alba multum turbida effendo in sua sanitate, uenit clara & lucida, & tenet colorem uini albi & subtilis. Et hypostasis est alba magis & clara superius q̄ inferius. i. q̄ prope fundum sint fæces signum grauedinis.

Urina foeminae quæ non est grauida est magis alba, & magis subtilis q̄ urina foeminae grauidæ.

Urina omnium foeminarum trahunt magis ad albedinẽ q̄ ad alium colorem, & proprie ad colorem rubeu. Si sunt in sua sanitate.

Urina foeminae si erit optime alba in fundo urinalis & subtilis, significat magnam molestiam uel frigiditatẽ in matrice. Et si habebit spumam significat grauedinem capitis & in renibus dolorem & debilitatem stomachi.

Urina foeminae quæ est alba. i. clara in urinali, & lucet pro ut argentu, & nõ curat comedere, signum est q̄ grauida est.

Urina foeminae quæ habet colorem clarum & grauem, signum est uelle luxuriari.

Urina hominis & foeminae quæ habet hypostasim aliquã tulũ nigra in urinali & infimul adimatam significat mortẽ.

Urina quæ est pauca in quantitate & in colore nigra significat mortem.

Urina quæ tenet multam fæcem in fundo, & habet nebulam nigram ad modum calcinae significat mortem.

Urina quæ mutatur in multis coloribus, significat mortẽ.

Urina ueridica & pauca, significat mortem.

Urina quæ in illo qui febrescit, & habet in fundo fæcẽ si infirmus non sudat, significat mortem.

Urina in colore fellis ad fundum & ad modum simile, si significat mortem.

Urina quæ habet in fundo ad modum salbioni & ad modum sanguinis, significat mortem.

Urina in febrienti si est nimis alba, significat mortem.

Urina tenes multos colores in urinali significat mortem.

Urina habens in fundo urinalis fæces & guttas sanguinis, significat mortem.

Urina quæ est multum rubea habens paucam spumam & in medio sanguinis prope fundum, significat mortem.

Urina puellæ non polluta & sanæ est pura & clara sine macula.

Urina hominis sani habens in mane urinam albam, ante prandium rubea, & post prandium albam, bonũ signũ est.

Urina sanguinea significat ordimentum in uesica & aliũ quem foetorem intus.

Urina quando abundat & nõ seotat nimis & reddit odorem quando est satis & unum modicum rubea & nuuolosa alba & æqualis stat. i. in medio urinalis, & alta à fundo, & urinare sæpius sanitate significat. Et etiam bene euacuare corpus est optimum.

FINIS.

INDEX ISTIUS THE

SAURI SIVE ANTIDO

tarii aromatariorum per alphabetum positum prout uidere potes. Et primo incipit.



VREA alexandri na Nicolai. car. 100
Athanasia magna Mef. 100
Anacardina mef. 100
Athanasia Nico. 100
Antidotũ Nico. 100
Armoniacũ rosatum

descriptione Gabriele. 100
Aromatici rosati M. 100
Aromatici rosati minus Mef. 100
Aromatici muscati Mef. 100
Aromatici gariofilati Mef. 100
Aromatici nardini Mef. 100
Atramentum bonum. 100
Atramentum in carmine. 100
Acetum squilliticum Mef. 100
Aqua ad asma Rasis. 100
Aqua constrictiua magistralis. 100
Aqua pro oculis rubentibus Magistralis. 100
Aqua pro membro magistralis. 100

BENEDICTA simplex Nico. 100
CONDITVM de secacul. M. 100
Conditum de acoris Mef. 100
Conditum de baucia Mef. 100
Conditum de cydonia Mef. 100
Conditum de citro Mef. 100
Conditum de zinzibere Mef. 100
Confectio de zinzibere Mef. 100
Conditum de piris Mef. 100
Conditum de pomis Mef. 100
Conditum de persicis Mef. 100
Conditum de kebulis Mef. 100
Conditum de emblicis Mef. 100
Conditum de citro alio modo Auic. 100
Condiade citro Auicennæ. 100
Cydonia condita Auicennæ. 100

Cydonia condita alia Auicennæ. 100
Cõditum de cucurbitis Magistrale. 100
Cornelina magistralis. 100
Confectio amech prima descriptione Mef. 100
Confectio de manna Mef. 100
Confectio de florace magistralis. 100
Confectio de cinnamomo Mef. 100
Castiasistulatum pro clysteris Magistrale. 100
Castiasistulatum de melle & de zucharo. 100
Castiasistulatum aliud magistrale. 100
Codognata de zucharo Magi. 100
Conditum de cydoniis cũ perlis Magistrale. 100
Cerotum Galeni emendans uitia stoma. 100
chi Mef. 100
Cerotum hyssofi. d. filagri Mef. 100
Cerotum oxycroci Nicolai. 100
Cerotum pro costis magistrale. 100
Cerotum hyssofi de pauli Mef. 100
Cerotum pro renibus magistrale. 100
Cerotum pro crepatis Gentilis. 100
Cerotum de mucilagibus magistrale. 100
Cerotum ad crepatos de pelle arietina secundũ Rainaldũ de Villanoua. 100
Cerotum de laudano magistrale. 100

DIACHILON magnum Mef. 100
sue. 100
Diachilon minus Mef. 100
Diachilon paruum Mef. 100
Decoctio communis magistralis. 100
Decoctio pectoralis magistralis. 100
Decoctio carminatiua magistra. 100
Decoctio constrictiua Magistralis. 100
Diabugiosati Mef. 100
Diaboraginati Mef. 100
Diamusci dulcis Mef. 100
Diagalange Mef. 100
Diacimimum bonum Mef. 100
Diambra Mef. 100
Diacoralli magistralis. 100
Diarodon abbatis Nicolai. 100
Diarodon de communi Mef. 100
Diadragaganti frigidi Nicolai. 100
Diadragaganti calidi Nicolai. 100
Diacalamentum Nicolai. 100
Diacalamentum Mef. 100
Diacodion confectio yecur. me. 100
Diapoliticon Auicennæ. 100
Dianisi Mef. 100
Diatrium piperium Mef. 100
Diacurcuma magna Mef. 100
Dialacca magna Mef. 100
Diasatirion Mef. 100
Diatris de melle Nicolai. 100
Diapenidion Nicolai. 100
Dialoibanum Nicolai. 100
Diacori Mef. 100
Diamorusion Mef. 100
Diacostum Mef. 100
Diasulfur Mef. 100
Diacubebe in thesauro pauperum. 100
Diareubarbarum Nicolai. 100
Diapapauerum Nicolai. 100
Diacori magistralis. 100
Diacatholicon Nicolai maio. 100
Diasenæ Nicolai. 100
Diaphenicconis Mef. 100
Diaprunis non solutiui Nico. 100
Diacastæ magistralis. 100
Diacartami magistralis. 100
Diarob cum turbith cum reubarbaro magistralis. 100
Diarob cum turbith sine reubarbaro magistralis. 100
Diamargariton Nicolai. 100
Diamargariton Auicennæ. 100
Diacaridion Mef. 100
ELECTVARIVM de gemmis Mefue. 100
Electuarium conciliato. 100
Electuarium de aromatibus Mef. 100
Electuarium de baccis Lauri Rasis. 100
Electuarium de citro Mef. 100
Electuarium de cineribus Auicennæ. 100
Egetea Mef. 100
Electuarium indi maioris Mef. 100

INDEX

Electuarium indi minoris Mef.	110	colai.	114	Pulus pro epithimate cordiall magistrali.	118
Electuarium elescof Mef.	110	Met idatum Auicennæ.	115	le.	118
Electuarii rosati Mef.	110	Michleta Nicolai.	115	Pulus pro sacco cordis magi.	118
Electuarium de succo rosarū Nico.	110	Mel rosatum Mef.	115	Pulus pro sacco capitis ma.	118
Electuarium de scoria ferri Rasis.	110	Mel rosatum Nicolai.	115	Pulus restrictius magistrale.	118
Electuarium de seminibus Mef.	110	Mel uiolatum Nicolai.	115	Pulus pro mingentibus in lecto montagnæ.	118
Electuarium de passulis Auicennæ.	110	Mel rosatum alio modo Nicolai.	115	Pulus pro bōbardis & schiopettis.	119
Electuarium pliris arcoricon Nico.	110	Miua cydoniorū cū speciebus Mef.	115	Pulus pro implendo dactylos pro mure.	119
Electuarium de psilio Mef.	110	Miua cydoniorū sine spēbus Mef.	125	heribus magistra.	119
Electuarium quo utuntur reges & prælati Mef.	110	Mel myrtinum.	115	Pastorum pro filomenis mag.	119
Electuarium de pomis Mef.	111	Mel anacardum.	115	Pillulæ elefanginæ Mef.	119
Electuarium de forbis Mef.	111	Musa magna Nico.	115	Pillulæ masticinæ Petri de ebano Mef.	119
Electuarium ad scabiem & pruriginem carnis Almanforis.	111	Marenatum magistrale.	115	sue.	119
Electuarium ad restaurationem humiditatis secundum Nicolaum.	111	Mixtura cordialis magi.	115	Pillulæ aureæ Nicolai.	119
Electuarium almezereon Mef.	111	Mixtura pectoralis magi.	115	Pillulæ de quatuor rebus francisci de pedemontium.	119
Electuarium de persicis Mef.	111	OXYZACCHARA Nicolai.	115	Pillulæ turbidatæ siue aureæ Mef.	119
Emplastrum de melliloto Mef.	111	Oxymellis simplicis Mef.	116	Pillulæ aggregatiuæ Mef. ex inuentione nostra.	119
Emplastrum diafiniconis Mef.	111	Oxymellis squillitici Mef.	116	Pillulæ de fumoterræ Auicennæ.	119
Emplastrum de granis lauri Mef.	111	Olei muscellini Mef.	116	Pillulæ de mezereon Mef.	119
Emplastrum cōtra fluxū montagnanæ.	111	Olei rosati Mef.	116	Pillulæ de hiera simplici Galeni.	119
Emplastrum de crusta panis montagnanæ.	111	Olei rosati alio modo.	116	Pillulæ de hiera cum agarico magistra.	119
Emplastrum filii zacchariæ Mef.	111	Olei uiolati Mef.	116	Pillulæ de hiera magna Galeni.	119
Emplastrum contra morbum Magistralem.	111	Olei de lilio sine speciebus Mef.	116	Pillulæ fetidæ maiores Mef.	119
Emplastrum ad extrahendum codicelas magistrale.	111	Oleum de lilio cum speciebus.	116	Pillulæ fetidæ minores Mef.	119
Emplastrum ad pleuresim Mef.	111	Olei camomillæ Mef.	116	Pillulæ de sarcocolla Mef.	120
Emplastrum ad crepatos magistrale.	111	Oleum de absinthio magi.	116	Pillulæ de bdellio maiores Mef.	120
Emplastrum ad morsum scorpionū magistrale.	111	Oleum de anetho Mef.	116	Pillulæ lucis maioris Mef.	120
Epithima pro corde magistrale.	111	Oleum de rutha Mef.	116	Pillulæ de hermodactylis maioris Mef. sue.	120
Epithima pro epate magistrale.	111	Oleum de mentha magistra.	116	Pillulæ de hermodactylis minores Mef. sue.	120
PHILONIUM ex inuentione prima Mef.	112	Oleum sambucinum Mef.	116	Pillulæ de hermodactylis ex inuentione nostra Mef.	120
Philonium persicum Mef.	112	Oleum de nenufare Mef.	116	Pillulæ de reubarbaro Mef.	120
GALLIÆ muscatæ Mef.	112	Oleum de costinum Mef.	116	Pillulæ indæ Mef.	120
Gallia sebeliæ Mef.	112	Oleum de formicis volantibus Nicolai.	116	Pillulæ sine quibus esse nolo Nicolai.	120
Gallia alefanginæ Mef.	112	Oleum de capparibus magistra.	116	Pillulæ cocci Galeni.	120
Gallia magna siue regalis Mef.	112	Oleum de myrtis Ioannis de sancto amando.	116	Pillulæ cocci Alman. usuales.	120
HOMORVSLA Auicennæ.	112	Oleum de myrtis Ioannis de sancto amando.	116	Pillulæ arabicæ Nicolai.	120
Hierapigra Galeni Mef.	112	Oleum de hypericon magistra.	117	Pillulæ alsaiaret Auicennæ.	120
Hiera simplex Galeni.	112	Oleum pro doloribus puerorum magistrale.	117	Pillulæ stomatichæ penultima descriptio ptionis Mef.	121
Hiera composita Galeni Nicolai.	112	Olei amigdalarum dul. Mef.	117	Pillulæ stomatichæ secunda descriptio nis Mef.	121
Hiera logodion secundū Auicennam.	112	Olei amigdalarum amararum Mef.	117	Pillulæ imperiales Nicolai.	121
Hiera hermetis Mef.	113	Olei amigdalarum pro bibendo magistra.	117	Pillulæ communes Auicennæ.	121
IUSTINVM imperatoris Nicolai.	113	Olei de nucleis persicis Mef.	117	Pillulæ bichichæ Mef.	121
Iulep rosati Mef.	113	Oleum laurinum Mef.	117	Pillulæ de agarico Mef.	121
Iulep uiolatum Mef.	113	Olei laurini magistralis.	117	Pillulæ de lapidis lazuli Mef.	121
Iulep de iunibis Mef.	113	Olei irini Mef.	117	Pillulæ de euforbio Mef.	121
KATORTICON imperiale Nicolai.	113	Olei de granis sisami Mef.	117	Pillulæ ad omnes morbos catarricæ sue.	121
LITON tripon Nicolai.	113	Oleum sisaminum magistra.	117	Pillulæ de oppoponaco Mef.	121
Letificans Rasis.	113	Oleum de crisomillis Mef.	117	Pillulæ alexandrinæ Mef.	121
Loch de pino Mef.	113	Oleum de tartaro magistrale.	118	Pillulæ de serapino Mef.	121
Loch de papauere Mef.	114	Oleum saluiæ magistrale.	118	Poma laudani magistra.	121
Loch de squilla Mef.	114	Oleum de euforbio Mef.	118	Poma ambriæ magistrale.	121
Loch sanum & expertum Mef.	114	Oleum de femine lini Mef.	118	RUBEA troscata Nicolai.	121
Loch ad asma Mef.	114	Oleum de cucurbita Mef.	118	Rosata nouella Nicolai.	121
Loch de pulmone uulpis magi.	114	Oleum de floribus papaueris Mef.	118	Requies Nicolai.	121
Loch de aliis Mef.	114	Oleum de iunipero Mef.	118	SVEFFV aromaticum Mef.	121
Loch de caulibus Mef.	114	PVLVIS cordialis dulcis magistralis.	118	Sief album cum opio Mef.	121
Loch de farsara magistrale.	114	Pulus cordialis pro uermibus magistra le.	118	Sief album sine opio Mef.	121
Loch bonum conferens ethicis & consumptis Mef.	114	Pulus pro botio montagnanæ.	118	Suppositoria ad thenasmon maioris strale.	122
Lpch de amigdalibus Mef.	114	Pulus ducalis magistrale.	118	Suppositoria alia ad thenasmon magistra le.	122
Loch de althea magistrale.	114	Pulus senæ montagnanæ.	118	Suppositoria de ciclamite.	122
METRIDATVM magnū Nicolai.	114	Pulus senæ magis solutiuus.	118	Suppositoria constrictiua.	122

Sacculus

I N D E X

Sacculus pro corde magi.	122	Trocisci de berberis mes.	127	Vnguentum citrinum siue comune.	131
Sacculus pro capite magi.	122	Trocisci de absinthio mes.	127	Vnguētū de dragagantis pectorale.	131
Sacculus alius pro capite ma.	122	Trocisci de alkekengi mes.	127	Vnguētū de adipibus magistrale.	13
Sacculus pro stomacho magi.	122	Trocisci de capparibus mes.	127	Vnguentum comitis Gulielmi de Va	
Sacculus alius pro stomacho ma.	122	Trocisci di eupatorio mes	127	rignana.	13
Sacculus pro pulsibus magi.	122	Trocisci de karabæ mes.	127	Vnguentum de antera magistrale.	13
Sacculus pro fianchis magi.	122	Trocisci de myrra Rafis.	127	Vnguentum ad combustionē ignis.	13
Stomachicum calidum Nico.	122	Trocisci de terra sigillata mes.	128	Vnguētū ad fissuras mammillarū.	131
Stomachicum frigidum Nico.	122	Trocisci dianisi mes.	128	Vnguentum ad Nicodemum mes.	131
Stomachicum laxatiuum.	122	Trocisci de agarico mes.	128	Vnguētū basilicon magnum mes.	131
Specierum pro composta mag.	122	Trocisci alandal mes.	128	Vnguētū ceraseos magnum mes.	131
Specierum pro ceruelato mag.	122	Trocisci diacoralli Nicolai.	128	Vnguētū ceraseos paruum mes.	131
Salsa confecta magistrale.	122	Trocisci de tyro Nicolai.	128	Vnguētū alabastrum nardi preciosi.	131
Syrupi acetosi simplicis mes.	122	Trocisci de squilla Nicolai.	128	Z V C C H A R V M rosatum me	
Syrupi de radicibus mes.	122	Trocisci andaracaron. i. Andro.	128	sue.	131
Syrupi de duabus radicibus magi.	122	Trocisci de uipera Auicen.	128	Zuccharum uiolatum mes.	131
Syrupi de succo endiuia.	122	Trocisci de ramich mes.	128	De artificio ceræ.	
Syrupi de endiuia magi.	122	Tortelle de feni secundū Matth. syl.	128	A D F A C I E N D V M cerā ru	
Syrupus alius de endiuia Gentilis.	122	Trocisci de uiolis siue trocisci amech in	128	beam.	131
Syrupi rosati ex infusione mes.	122	antidotario mes.	128	Ad faciendum ceram uiridem.	131
Syrupi de rosis siccis mag.	122	Trocisci de uiolis Mes. in sua practica in	128	Ad faciendum ceram nigram.	131
Syrupi de succo rosarum.	122	cap. de asthmate.	128	Ad faciendum ceram albam.	131
Syrupi de succo acetosæ mes.	122	Trocisci de lacca mes.	129	Modus laborandi cerā suprascriptā.	131
Syrupi de agresta mes.	122	Trocisci cochion Auicennæ.	129	Modus mensurandi cerā laboradā.	131
Syrupi de papauere mes.	123	Trocisci de ligno aloe mes.	129	De artificio zucchari.	
Syrupi de pomis simplicis mes.	123	Trocisci de balauistiis Auicennæ.	129	A D F A C I E N D V M corian	
Syrupi de pomis composti mes.	123	Trocisci de sandalis Mes.	129	dros solidos.	131
Syrupi de granis myrti mes.	123	Trocisci croci magnetis Nico.	129	Ad faciendum coriandros crispas.	131
Syrupi de myrtis magistra.	123	Trocisci idiocri Nicolai.	129	Ad faciendum cinnamomi cōfectū.	131
Syrupi de corticibus citri mes.	123	VNGVENTVM gratia dei.	129	Ad conficiendum amigdalas.	131
Syrupi de acetositate citri mes.	123	Vnguentum sanans ulcera antiqua.	129	Ad conficiendum rancetos.	131
Syrupi uiolati composti mes.	123	Vnguentum alfericon mes.	129	Ad conficiendum gariofilos.	131
Syrupi uiolati ex infusione mes.	123	Oleū de oleandro quod intrat in supra	129	Ad faciendū pfectiones bene crispas.	131
Syrupi de iuiubis mes.	123	scripto unguento cum confectio.	129	Ad conficiendum anisos.	131
Syrupi de scabiosa magistra.	123	Vnguentum aureum mes.	129	Ad faciendum pineas.	131
Syrupi de granatis mes.	123	Vnguētū ad rapas & restas equoræ.	129	Ad conficiendum auellanas.	131
Syrupi de mentha mes.	123	Vnguētū idē ad rapas & restas equorū	129	Ad faciendum muscardinos.	131
Syrupi de bizantiis siue denarii mes.	123	quondā dñi domini Barnabonis.	129	Ad conficiendum pignocatam.	131
Syrupi de fumoterræ mes.	124	Vnguētum de elleboro ad tineam.	129	Ad faciendum morsellatam.	131
Syrupi de prasio mes.	124	Vnguentum de semperuua.	129	Ad faciendum zinziberatam.	131
Syrupi de absinthio mes.	124	Vnguētū de plumbo Leonardi de pre	129	Ad faciendum fructus & animalia.	131
Syrupi de epithimo mes.	124	da palea.	129	Ad faciendum penidios.	131
Syrupi de thimo mes.	124	Vnguētum mirabile de cancriis fluuiali	129	Ad faciendum manuschristi rosatū.	131
Syrupi de arthemisia magistra.	124	bus.	129	Ad faciendū manuschristi uiolatū.	131
Syrupi de sticados mes.	124	Vnguētū pro stomacho magistra.	130	Ad faciendū manuschristi cū perlis.	131
Syrupi de hyslopo mes.	124	Vnguentum sandalinum mes.	130	Ad faciendum manuschristi cum frag	
Syrupi de liquiritia mes.	124	Vnguentum pro renibus Blasii.	130	mentis.	131
Syrupi de eupatorio mes.	124	Vnguentum Galeni mes.	130	Ad faciendum saponeam.	131
Syrupi de calamento mes.	125	Vnguentum populeon Nicolai.	130	Ad faciendum saponeā de Venetis.	131
Syrupi ad matricem magistralis.	125	Vnguentum martiaton Nicolai.	130	Ad dandū colorē zuccharo rubeū.	131
Syrupi cordialis magistralis.	125	Vnguentum arogon Nicolai.	130	Ad faciendum colorem uiridem.	131
Syrupi de cicorea Gulielmi.	125	Vnguentum agrippæ Nicolai.	130	Ad faciendum colorem celestinū.	131
Syrupi sapor regis mes.	125	Vnguētū dialtheæ subtilis Nicolai.	130	Ad faciendum colorem glaucum.	131
Syrupi diamoron mes.	125	Vnguentum stafagriae Magistrale.	131	Ad faciendum colorem tarchinum.	131
Syrupi de lymonibus.	125	Vnguentum de citro Nicolai.	131	Ad faciendum colorem morellum.	131
Syrupi de ribes.	125	Vnguentum martiaton aliud.	131	Ad faciendum martiapanos.	131
TRIASANDALI Nico.	125	Vnguētū artanithæ magnum mes.	131	MEDICINÆ q̄ multū parū, &	
Terzea ad ardorem urinæ.	125	Vnguētū aliud artanithæ parū, me.	131	mediocrem sustinent de coctione.	131
Trifera magna Nicolai.	125	Vnguentum ægyptiacum mes.	131	MEDICINÆ q̄ multū parū, &	
Trifera persica mes.	125	Vnguentum de bdellio mes.	131	mediocrem sustinent de cōtritione.	131
Trifera minor ex arte Fenonis mes.	126	Vnguētū p uermibus Mōtagnanæ.	131	Sequitur nobilissima doctrina ad cogno	
Theriaca magna andromachi.	126	Vnguentum pro pectore magistra.	131	scendum urinas.	131
Theriaca Galeni.	126	Vnguentum apostolorum Auicen.	131		
Trocisci diarodon mes.	126	Vnguentum ad scabiem magistra.	131		
Trocisci de rosis minores mes.	126	Vnguētum ad scabiem pro pueris mon	131		
Trocisci de rosis maiores mes.	126	tagnanæ.	131		
Trocisci de rosis & eupatorio mes.	126	Vnguētū ad scabiem pro canibus.	131		
Trocisci de reubarbaro mes.	127	Vnguētū de cerusa crudū magistra.	131		
Trocisci de camphora mes.	127	Vnguētū de cerusa coctū magistra.	131		
Trocisci de spodio mes.	127	Vnguētū de lythargirio coctū magi.	131		
Trocisci de spodio cum semine acetose	127	Vnguētū de minio coctū magistra.	131		
mes.	127	Vnguentum basilicon minus.	131		

F I N I S.

R E G I S T R V M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q
R S T V X Y Z.

Terniones oēs, præter Z, q̄ est duernio.

111	112	113	114	115	116	117	118	119	120	121	122	123	124	125	126	127	128	129	130	131	132	133	134	135	136	137	138	139	140	141	142	143	144	145	146	147	148	149	150	151	152	153	154	155	156	157	158	159	160	161	162	163	164	165	166	167	168	169	170	171	172	173	174	175	176	177	178	179	180	181	182	183	184	185	186	187	188	189	190	191	192	193	194	195	196	197	198	199	200
-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----

Sizopus zofato p lib. 1. - macazo lib. 2. infusione; cofeti p lib. 1. - macaz
D. 2. ppa. cia - vno anexo e vna stada e mazel

